[illegible] ENT
VARRONIS
OPERA ET
conjectanea
Jos. Scaliger
in lib. de ling.
[illegible]
libro de re rusti
cā
Adr. Turnebi &
ant. augustini
Comm. et emend.
[illegible]



Germani Collatinij

5
A Jul 39 9–

Quæ res quotidie videntur minus
metuunt fure͂ Varr. lib. 1 c. 22

M. TERENTII VARRONIS

opera quæ ſuperſunt.

empt. quattre florins

IN LIB. DE LING. LAT.

Coniectanea Ioſephi Scaligeri, recognita & appendice aucta.

IN LIBROS DE RE RVST.

Notæ eiuſdem Ioſ. Scal. non antea editæ.

His adiuncti fuerunt ADR. TVRN. *Comment. in lib. De lingua Latina: cum Emendationibus* ANT. AVGVSTINI. *Item* P. VICTORII *Caſtigationes in lib. De re ruſtica.*

D'Esery



ANNO M. D. LXXIII,

Excudebat Henr. Stephanus.

M. TERENTII VARRONIS ENCOMIA.

EX M. TVLLIO CIC. Acad.quæſt.lib.1.

TVM EGO, Sunt, inquam, iſta Varro. Nā nos in noſtra vrbe peregrinantes, errantéſque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt: vt poſſemus aliquando, qui & vbi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum munera, tu domeſticā, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum humanarúmque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti: plurimúmque poetis noſtris, omninóque Latinis & literis luminis attuliſti, & verbis. atque ipſe varium & elegans omni fere numero poema feciſti: philoſophiámque multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad docendum parum.

EX EODEM, IN BRVTO,

FVIT is [L. Ælius] omnino vir egregius, & eques Romanus cum primis honeſtus: idémque eruditiſſimus & Græcis literis & Latinis. antiquitatíſq; noſtræ & in inuentis rebus & in actis, ſcriptorúmq; veterum literatè peritus. Quam ſciētiam Varro noſter acceptam ab illo, auctámque per ſeſe, vir ingenio præſtans omníque doctrina, pluribus & illuſtrioribus literis explicauit.

IBIDEM,

Varro noſter, diligentiſſimus inueſtigator antiquitatis,

EX M. FAB. QVINT. LIB. X, C. I.

Alterum illud eſt prius ſatyræ genus, quod non ſola carminum varietate mixtū condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros & doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarúmque: plus tamen ſcientiæ collaturus quàm eloquentiæ.

Ex eodem, libri vltimi capite vlt.

Quàm multa, immo penè omnia tradidit Varro?

EX LACTANTIO FIRMIANO lib. I. cap. VI, Inſtit.

M. Varro, quo nemo vnquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, vixit.

EX D. AVGVSTINO, LIB. VI. cap. II. De ciuitate Dei.

Quis Marco Varrone curioſius iſta quæſiuit? quis inuenit doctius? quis conſiderauit attentius? quis diſtinxit acutius? quis diligentius pleniúſque conſcripſit? Qui tametſi minus eſt ſuauis eloquio, doctrina tamen atque ſententiis ita refertus eſt, vt in omni eruditione, quam nos ſecularem, illi autem liberalē vocāt, ſtudioſum rerū tantū iſte doceat, quantū ſtudioſum verborū Cicero delectat. Deniq; & ipſe Tullius huic tale teſtimoniū perhibet, vt in libris Academicis dicat, eam, quæ ibi verſatur, diſputationem ſe habuiſſe cū M. Varrone: homine, inquit, omniū facilè acutiſſimo, & ſine vlla dubitatione doctiſſimo.

Aliquanto poſt.

Iſte igitur vir tam inſignis, excellentíſque peritiæ, &, quod de illo etiam Terentianus elegantiſſimo verſiculo breuiter ait, Vir doctiſſimus vndecūque Varro: qui tam multa legit vt aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur, tā multa ſcripſit quàm multa vix quenquam legere potuiſſe credamus: iſte, inquam, vir tantus ingenio, tantúſque doctrina, &c.

M. TERENTII VARRONIS DE LINGVA LAtina ad M. Tullium Ciceronem liber quartus.

QVEM AD MODVM vocabula eſſent impoſita rebus in lingua Latina, ſex libreis exponere inſtitui. De heis treis ante hunc feci, quos Septimio miſi: in quibus eſt de diſciplina quam vocant ἐτυμολογικήν. Quæ contra eam dicerentur, volumine primo: quæ pro ea, ſecũdo: quæ de ea, tertio. In heis ad te ſcribam, à quibus rebus vocabula impoſita ſint in lingua Latina: & ea quæ ſunt in conſuetudine apud poetas. Quom vniuſcuiuſque verbi naturæ ſint duæ; à qua re & in qua re vocabulum ſit impoſitum: itaque à qua re ſit Pertinacia, cum quæritur; oſtenditur eſſe à pertendendo: in qua re ſit impoſitum, dicitur; cum demonſtratur, in quo non debet pertendi, & pertendit; Pertinaciam eſſe: quòd in quo oporteat manere, ſi in eo perſtet, Perſeuerantia ſit. Priorem illam partem, vbi, cur & vnde ſint verba, ſcrutantur Græci: vocant ἐτυμολογίαν; illam alteram, περὶ σημαινομένων: de quibus duabus rebus in heis libreis promiſcuè dicam, ſed exilius de poſteriore. Quæ ideo ſunt obſcura, quòd neque omnis impoſitio verborum extat, quòd vetuſtas "quaſdam deleuit: nec quæ extat, ſine mendo omnis impoſita: nec quæ rectè eſt impoſita, "cuncta manet. multa enim

quædam)
certa)

verba littereis cõmutateis ſunt interpolata: neque omnis origo eſt noſtræ linguæ è vernaculeis verbeis:& multa verba aliud nunc oſtendũt, aliud ante ſignificabant, vt Hoſtis. nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſueis legibus vteretur: nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem. In quo genere verborũ, vt caſu erit illuſtrius, vnde videri poſſit origo, inde repetam. Ita fieri oportere apparet; quòd recto caſu quom dicimus Impos, obſcurius eſt eſſe à potentia, quàm quom dicimus impotem: & eo obſcurius fit, ſi dicas pos, quàm impos. videtur enim pos ſignificare potius pontem, quàm potentem. Vetuſtas "non pauca deprauat, multa tollit. Quem puerum vidiſti formoſum, nũc vides deformem in ſenecta. Tertium ſæculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Quare illa quæ iã maioribus noſtreis ademit obliuio fugitiua, ſecuta ſedulitas Mucii & Bruti retrahere nequit. Nõ ſi non potuero indagare, eo ero tardior; ſed velocior ideo, ſi quiuero. Non mediocreis enim tenebræ in ſilua, vbi hæc captanda: neque eò quò peruenire volumus, ſemitæ tritæ: neque non in tramitibus quædam obiecta quæ euntem retinere poſſent. Quoniam verborum nouorum & veterum diſcordia omnis in conſuetudine communi: quot modeis litterarum commutatio ſit facta, qui animaduerterit, ſcrutari facilius origines patietur verborum. Reperiet enim eſſe commutata, vt in ſuperioribus libreis oſtendi, maximè propter "bis quaternas cauſſas. Litterarum enim fit demptione, aut additione; & propter earum artationem, aut commutationem; item ſyllabarum productionem. Quæ quoniam in ſuperioribus libreis, cuiuſmodi eſſent, exempleis ſatis

pauca non

has

demonſtraui; heic commorandum eſſe modò non putaui. Nunc ſingulorum verborum origines "expediam. quorum quattuor explicandi gradus. Primus, in quo populus etiã venit. Quis enim non videt, vnde ærifodinæ,& "viocurrus? Secundus, quò grammatica deſcendit antiqua, quæ oſtendit quemadmodum quodque poeta verbum confinxerit, quod declinarit. Hinc Pacuuius, rudentiſibilus, hinc incuruiceruicum pecus, hinc chlamyde clupeat brachium. Tertius gradus, quo philoſophia "aſcendens peruenit: atque ea quæ in conſuetudine communi eſſent, aperire cœpit, vt à quo dictum eſſet oppidum, vicus, via. Quartus, vbi eſt aditus, & initia regis: quò ſi non perueniam, ſcientiam ad opinionem aucupabor. quod etiam nonnumquam in ſalute noſtra facit, cum ægrotamus, medicus. Quòd ſi ſummum gradum non attigero; tamen ſecundum non præteribo. Quod nôn ſolùm ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleanthis lucubraui. Nolui præterire eos qui poetarum modò verba, vt ſint ficta, expediunt. Non enim videbatur conſentaneum quærere me eo in verbo, quod finxiſſet Ennius, cauſſam: neglegere quod ante rex Latinus finxiſſet: cum poeticeis multeis verbeis magis delecter quàm vtar, antiqueis magis vtar quàm delecter. Annon potius mea verba illa quæ hereditate à Romulo rege venerunt, quàm quæ à poeta Liuio relicta? Igitur quoniam hæc ſunt tripartita verba, quæ ſunt aut noſtra, aut aliena, aut obliuia: de noſtreis dicam, cur ſint: de alienis, vnde ſint: de obliuieis relinquam, quorum partem cum ita inuenerim, vt opinor, ſcribam. In hoc libro dicam de vocabuleis locorum, & quæ in heis ſunt. In ſecundo, de

expendam

vnocolus)

deſcendens

temporum,&quæ in heis fiunt.In tertio,de vtraque re à poeteis comprehenſa.

PYTHAGORAS Samius ait, omniũ rerũ initia eſſe bina: vt finitum & infinitum, bonum & malum, vitam & mortem, diem & noctem. Quare item duo; ſtatus, & motus. quod ſtat, aut agitatur, corpus: vbi agitatur, locus: dum agitatur, tempus: quod eſt in agitatu, actio. Quadripartitio magis ſic apparebit: corpus eſt, vt curſor: locus, ſtadium, quà currit: tempus, hora qua currit: actio, curſio. Quare fit vt omnia ferè ſint quadripartita, & ea æterna. quòd neque vmquam tempus, quin fuerit motus (eius enim interuallũ tempus) neque motus, vbi non locus & corpus: (quòd alterum eſt quod mouetur; alterum, vbi) neque vbi ſit agitatus, non actio ibi. Igitur initiorum quadrigæ, locus; & corpus; tempus, & actio. Quare quattuor genera prima rerum, totidem verborum: ["horum enim.] De heis loceis, & heis rebus quæ in heis videntur, in hoc libro ſummatim ponam. "Sed quæ cognatio eius erit verbi, " quæ radices egerit extra fines " ſuas perſequemur. Sæpe enim ad limitem arboris radices ſub vicini prodierunt ſegetes. Quare non cum de loceis dicam, ſi ab agro ad agroſum hominem & agricolam peruenero, aberraro. Multa ſocietas verborum: nec vinalia ſine vino expediri, nec curia calabra ſine calatione poteſt aperiri.

harum

Si)

quod)

ſuo

INCIPIAM de loceis ſub ipſius loci origine. Locus eſt, vbi quid locatum eſſe poteſt; vt nũc dicunt, cõlocatum. veteres id dicere ſolitos apparet apud Plautũ, Filiam habeo grandem, caſſam dote, atque inlocabilem, neque eam queo locare cuiquam. Apud Ennium, O terra "trita,

terea

vbi Liberi fanum " in cuius muro locaui. Vbi intumū quidquam conſiſtit, locus. Ab eo præco dicitur loc. Locare, "quoad vſque id emitur, quoad in aliquo quòd conſiſtit pretium. Inde Locarium, quod datur in ſtabulo, & taberna, vbi conſiſtant. Sic Loci muliebres, vbi naſcendi initia conſiſtunt. Loca natura, ſecundum antiquam diuiſionem, prima duo, cælum & terra; deinde particulatim vtriuſque multa. Cæli dicuntur loca ſupera, & ea deorum: terræ, loca infera, & ea hominum. Vt Aſia, ſic cælum dicitur modeis duobus. Nam & Aſia, quæ non Europa, in qua eſt Syria; & Aſia dicitur prioris pars Aſiæ, in qua eſt Ionia, & prouincia noſtra Cilicia. Sic cælum dicitur duobus modeis: & pars eius ſummum, vbi ſtellæ; & id quod Pacuuius demonſtrat, cum dicit, Hoc vide circum ſupráq; quod complexu continet terram. Cui ſubiungit, Id quod noſtri "cælum memorant. A cauum quа bipartita diuiſione Lucretius ſuorum vnius cælum & viginti librorum initium fecit hoc, Ætheris & terræ genitabile quærere tempus. Cælum dictum ſcribit Ælius Gallus, quod eſt cælatum: aut à contrario nomine, quod apertum eſt: non malè, quòd poſterior Ælius, multo potius cælare à cælo, quàm cælum à cælando. Sed non minus illud alterum de cælando, ab eo potuit dici quòd interdiu cælatur, quàm quòd noctu non cælatur omnino. Ego magis puto à chao cauum: & hinc cælum: quoniam, vt dixi, Hoc circum ſupráque, quod complexu continet terram, cauum cælum. Itaque dicit Andromacha, " Noctique caua cæli Noctúque ſignitenentibus cōficis bigeis. Et Agamemnon, In altiſono cæli clypeo. Cauum enim clypeum. Et Ennius item ad " cauationem, Cæli ingentes ratio- fornices. Quare vt à cauo cauea, & cauile, & con- nem

uallis,cauata vallis,& cauere cautione : vt cauum ſit ortum, vnde omnia apud Heſiodum,à chao cauum cælum. Terra dicta ab eo,vt Ælius ſcribit.quòd teritur. Itaque tera in augurum libreis ſcripta cum R vno. Ab eo coloneis locus communis,qui prope oppidum relinquitur, Territorium;quòd maximè teritur. Hinc linteum,quod teritur corpore,Termētarium:hinc in meſſe Tritura,quòd tum frumētum teritur:& "Triuolum, quo teritur. Hinc fines agrorum,Termini,quòd hæ partes propter limitare iter maximè teruntur.Itaque terminus cum in Latio aliquot loceis dicitur, vt apud Actium, non terminus,ſed Termen. hoc Græci τέρμα. Euander enim qui venit in Palatium è Græcia, Arcas fuit. Via quidē Iter, quòd ea vehēdo teritur: Actus iter in agreis,quòd agēdo teritur:etiam Ambitus iter,quòd circumeundo teritur.nam ambitus circumitus: ab eóq; duodecim tabularum interpretes, ambitum parietis,circumitum eſſe deſcribunt.Igitur tera terra,& ab eo poetæ appellarunt ſumma terræ,quæ ſola teri poſſunt,Sola terræ, Terra, vt putant,eadem & Humus.ideo Ennius, In terram cadēteis, dicit, cubiteis pinſibant humum. Et quòd terra ſit humus, ideo Humatus,mortuus, qui terra ſit obrutus : ab eo qui "Romanus combuſtus eſt, aut in ſepulcrum eius abiecta gleba non eſt : áut ſi os exceptum eſt mortui ad familiam expurgandam; donec in purgando , humo non eſt opertus , vt pontifices dicunt , quoad inhumatus ſit , familia funeſta manet , & dicitur humilior. Quæ ad humum ſunt,aut à re,vt Sabini,& Lucani ; aut declinata ab hominibus , vt Appulia , & Latium:vtrumque,vt Etruria,& Tuſcia. Qua regnum fuit Latini , vniuerſus ager dictus Latium

Tribu- lū, qui

Roma non)

particulatim oppideis cognominatus: vt à Præneſte Præneſtinus, ab Aricia Aricinus. Vt noſtri augures "publicè dixerunt: agrorum ſunt genera publici. quinque: Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hoſticus, Incertus. Romanus dictus, vnde Roma, ab Romulo. Gabinus, ab oppido Gabiis. Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum & Gabinum; quòd vno modo in heis feruntur auſpicia. dictus peregrinus à pergendo, id eſt progrediendo. eò enim ex agro Romano primùm progrediebatur. quocirca Gabinus, ſiue peregrinus, ſecundum hos auſpicia habẽt ſingularia. Ab reliquo diſcretus. Hoſticus, dictus ab hoſtibus. Incertus is ager, qui de heis quattuor qui ſit, ignoratur.

Ager dictus eſt, in quam terram quid agebant, & vnde quid agebant fructus cauſſa. id Græci dicunt ἀγρόν. Vt ager, quod agi poterat, ſic qua "agi, agitatus. eius actus. Eius finis minimus conſtitutus in latitudinem pedes quattuor; fortaſſe ab eo quattuor, quòd ea quadrupes agitur: in longitudinem pedes centum & viginti. in quadratum actus, & in latum, & in longum, vt eſſet centum & viginti. Multa antiqui duodenario numero finiebant: vt duodecim decuriis actum. Iugerum dictum iunctеis duobus actibus quadrateis. Centuria primò à centum iugeribus dicta: poſt duplicata retinuit nomen: vt tribus multiplicatæ idem tenent nomen. Vt "quò agebant, Actus: ſic qua vehebant Viæ dictæ. quò fructus conuehebant Villæ. qua ibant, ab itu Iter appellarunt: qua anguſtè, Semita vt ſemiiter dictum. qua Ager cultus ab eo quòd ibi cum terra ſemina coaleſcebant: ab eo inconſitus, incultus. Quòd primùm ex agro plano fructus capiebant, Campus dictus. poſtea quàm proxima ſuperiora loca co-

lere cœperunt, à colendo colles appellarunt. Quos agros non colebant propter ſiluas, aut id genus, vbi pecus poſſit paſci, & poſſidebant; ab vſu ſuo Saltus nominarunt. Hæc etiam Græci τὰ ἄλσεα καὶ νομὰς, noſtri Nemora. Ager, quòd videbatur pecudum ac pecuniæ eſſe fundamentum, Fundus dictus: aut quòd fundat quotquot anneis multa. Vineta, ac vineæ, à vite multa. Vitis à vino, idque à vi: hinc Vindemia, quod eſt vini demia, aut vitis demia. Seges ab ſatu, id eſt

quidē ſemine. Semen, quod non planè id " quod inde.
vnde. hinc ſeminaria, ſementes, item alia quæ ſegetes ferunt. Fruges à fruēdo; fructúſque ab ſpe ſpicæ,
vti) "vbi & Culmi, quòd in ſummo " campo naſcun-
campi tur, & ſummum culmen. Vbi frumenta ſecta terantur, & areſcant, Area. Propter horum ſimilitudinem loca in vrbe pura, areæ. à quo poteſt etiam Ara deûm eſſe, quòd pura. Niſi potius ab ardore, ad quem vt ſit, fit ara. à quo ipſa area non abeſt: quòd, qui arefacit, ardor eſt ſolis. Ager Reſtibilis, qui reſtituitur ac reſeritur quotquot anneis: contra qui intermittitur, à nouando Noualis ager. Aruum & arationes ab arando: & ab eo quod aratri vomer ſuſtollit, Sulcus: quò ea terra

porrecta) ra iacta, id eſt "proiecta, Porca. Prata dicta ab eo
opera quòd ſine " opere parata. Quòd in agreis quotquot anneis rurſum facienda eadem, vt rurſus capias fructus: appellata Rura. (Diuidit in eos agros, cum ſcribit Sulpicius, Plebei rura largitur ad aream.) Prædia dicta, item vt prædes, à

eo pignore dato) præſtando: quòd "ea pignori data publicè mancupes fidem præſtent. Vbi nunc eſt Roma, ſeptem montium demiſſior infimus locus. Infimus, humilimus, quòd in mundo infima humus. Humor hinc itaque. Ideo Lucilius, Terra

abiit in nimbos, himbréſque. Pacuuius, Terra exhalat auràm, atque auroram humidam humectam. Hinc ager Vliginoſus, humidiſſimus: hinc Vdus, vuidus. Hinc ſudor quiuis deorſum in terra himber. Vnde ſumi poteſt, Puteus. niſi potius quod Æoles dicebant τὸν πύθιον καὶ ποταμόν. Sic Potura à potu, non vt nunc à πόσω. A puteeis oppidum Puteoli, quòd ſint circa eum locum aquæ frigidæ & calidæ multæ. Niſi à putore potius; quòd putidus ſit odoribus ſæpe ex ſulfure & alumine. Extra oppida à puteeis Puticulæ: quòd ibi in puteeis obruebantur homines. Niſi potius, vt Ælius ſcribit, puticulæ, quòd puteſcebant ibi cadauera proiecta: qui locus publicus vltra Eſquilias. itaque eum Afranius " Puticulos in togata appellat, quòd inde ſuſpiciunt perpetuo lumen. Lacus, lacuna magna, vbi aqua contineri poteſt. Palus, paululum aquæ in altitudinem, & palam latius diffuſæ. Stagnũ, quod Græcè "σταμνόν; quod nomen " habet primum. Hinc ad villas rotunda ſtagna: quod rotundum facilimè continet; anguli maximè laborant. Fluuius, quod fluit, item flumen: à quo lege prædiorum vrbanorum ſcribitur: Stillicidia, fluminàque, vt ita fluant, cadàntq;. Inter hæc hoc intereſt, quòd ſtillicidium, eo quòd ſtillatim cadat: flumẽ, quòd fluit continuè. Amnis, id flumen eſt quod circuit aliquid: nam ab ambitu amnis. Ab hoc qui circum Aternum habitant amnem, Amiternini appellati. Ab eo qui populum candidatus circumit, ambit: qui aliter facit, ex ambitu cauſſam dicit. Itaque Tiberis amnis, qui ambit Martium campum, & vrbem. Oppidum Interamna dictũ, quòd inter amneis eſt conſtitutum. item Antemnæ, quòd ante amnem qui influit in Tiberim;

putilu-culos

στεγνόν.

ha-buit)

quod in bello malè acceptum conſenuit. Tiberis, quòd caput extra Latium, ſi inde nomen quoque effluit in linguam noſtram, nihil Latinum: vt quod oritur è Samnio Volturnus, nihil ad Latinam linguam. at quod proximum oppidum ab eo ſecundum mare Volturnum, ad nos iam Latinum vocabulum, vt Tiberinus: nam & colonia noſtra Volturnũ, & deus Tiberinus. Sed de Tiberis nomine anceps eſt hiſtoria. nam & ſuum Etruria & Latium ſuum eſſe credit. Fuerũt qui à vicino regulo Veientum Dehebri dixerint appellatum primò Dehebrim. ſunt qui Tiberis priſcum nomen Latinum Albulam" vocitatum littereis tradunt; poſterius propter "Tiberinum regem Latinorum mutatum, quòd ibi interierit; nam hoc eius, vt tradunt, ſepulcrum.

appellatum

Tiberium)

Vt omnis natura in cælum & terrã diuiſa eſt, ſic cælum in regiones, terra in Aſiam & Europam. Aſia enim iacet ad meridiem, & " auſtrum: Europa ad ſeptemtriones, & Aquilonem. Aſia dicta ab nympha, ex qua & Iapeto trahitur Prometheus. Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnicia " Manlius ſcribit taurum exportaſſe; quorum egregiam imaginem ex ære Pythagoras Tarenti fecit. Europæ loca multæ incolunt nationes. ea ferè nominata aut tranſlatitio nomine, aut ab hominibus. Sunt & nomina ab tot montibus, quos poſtea vrbs mureis comprehendit: è queis Capitolium dictum, quòd heic, cum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput humanum inuentum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus, à virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi ab Sabineis necata armeis, & ſepulta: eius nominis monimentum relictũ, quòd etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur ſaxum. Hunc antea

Eurum

Manilius)

montem Saturnium appellatum prodiderunt,& ab eo late Saturniam terram,vt etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuiſſe Saturniam ſcribitur. Eius veſtigia etiam nunc manent tria: quòd Saturni fanum in faucibus: quòd Saturnia porta, quam Iunius ſcribit,quam nūc vocant Pandanam: quòd poſt ædem Saturni,in ædificiorū legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti. Auentinum aliquot de cauſſeis dicunt. Næuius ab auibus,quòd eò ſe ab Tiberi ferrent aues: alii ab rege Auentino Albano, quòd ibi ſit ſepultus: alii ab aduentu hominum, quòd commune Latinorum ibi Dianæ templum ſit conſtitutum. Ego maximè puto ab aduectu:nam olim paludibus mons erat ab reliqueis diſcluſus.Itaque eò ex vrbe qui aduehebantur ratibus,quadrantem ſoluebāt. cuius veſtigia,quòd ea,qua tum itur,velabrum, & vnde ' aſcendebant ad " rumam noua deſcē-
via lucus eſt, & ſacellum larū, Velabrum dicitur debant
à vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicun- imam
tur qui id mercede faciunt. Merces dicitur à me- nouam viam
rendo & ære. Hinc vecturæ, quas ſoluebant hi qui ratibus tranſibant, Quadrans. ab eo Lucilius ſcripſit quadrantis ratiti. Reliqua vrbis loca olim diſcreta,vt Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti parteis vrbis ſunt diſpoſita. Argeos dictos putant à principibus qui cum Hercule Argiuo venerunt Romam,& in Saturnia ſubſederunt: è queis prima eſt ſcripta regio Suburana: ſecunda, Eſquilina: tertia, Collina: quarta, Palatina. In Suburanæ regionis parte princeps eſt Cœlius mons,à
'Cœlio Vibenno Tuſco,duce nobili,qui cum ſua Cœle
manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Sabinum regem. Hi, poſt " Cœlii obitum,quòd ni- Cœlis
mis munita loca tenerent, neque ſine ſuſpicione

eſſent,deducti dicuntur in planum.Ab eis dictus vicus Tuſcus;& ideo ibi Vortumnum ſtare,quòd is deus Etruriæ.Principes de Cœlianeis, qui à ſuſpicione liberi erant, traductos volunt in eum locum qui vocatur Cœliolus. Cum Cœlio coniunctæ Carinæ; ſed inter "eas quem locum Ceroliensem appellatum apparet, quòd primæ regionis quartum ſacrarium ſcriptum ſic eſt. Ceroliensis quarticeps circa Mineruium: qua in Cœlium montem itur,in tabernola eſt. Ceroliensis à carinarũ iũctu dictus Carinæ: poſtea Cerionia,quòd hinc oritur caput ſacræ viæ ab " Streniæ ſacello, quæ pertinet in arcem, qua ſacra " quotquot menſibus feruntur in arcem, & per quam augures ex arce profecti ſolent inaugurare. Huius ſacræ viæ pars hæc ſola volgo nota,quæ eſt à foro eunti proximo cliuo. Eidem regioni attributa Subura,quòd ſub muro terreo Carinarum; in ea eſt Argeorum ſacellum ſextum. Subura, Iunius ſcribit ab eo quòd fuerit ſub antiqua vrbe. cui teſtimonium poteſt eſſe, quòd ſubeſt ei loco qui terreus murus vocatur.Sed ego à pago potius Sucuſano dictam puto Sucuſam. Nunc ſcribitur tertia litera B,non C.Pagus Sucuſanus,quòd ſuccurrit Carineis. Secundæ regionis Eſquilinæ ab Eſquileiis: alii has ſcripſerunt ab excubiis regis dictas; alii ab eo quòd excultæ à rege Tullio eſſent.Huic origini magis " concinunt luci vicini; quòd ibi lucus fagutalis, & lucus Mephitis, & lucus Iunonis Lucinæ: quorum anguſti fines: non mirum. iamdiu enim late auaritia vna eſt. Item lucus Larum,Querquetulanum ſacellum. Eſquiliæ duo montes habiti, quòd pars Ciſpius mons ſuo antiquo nomine etiam nũc in ſacreis appellatur.In ſacreis Argeorũ ſcriptum eſt ſic, Oppius

[Margin notes: eos (beside "iunctæ Carinæ; ſed inter"); Stireniæ (beside "Streniæ"); quot (beside "quotquot"); conueniunt (beside "concinunt")]

mons princeps lucum Eſquilinum, lucum fagutalem ſiniſtra, quæ ſub mœrum eſt. Oppius mōs biceps ſos ſimplex. Oppius mons terciceps ſos lucum Eſquilinum, dexterior via in tabernola eſt. Oppius mons quadriceps ſos lucum Eſquilinum, via dexterior in figlineis eſt. Septimius mons quinticeps ſos lucum "Pœtilium. Eſquilinus ſexticeps ſos. Ciſpius mons ſepticeps ſos apud ædem Iunonis Lucinæ, vbi æditumus habere ſolet. Petillium. Tertiæ regionis colles ab quinque deorum faneis appellati; è queis nobiles duo colles. Viminalis à Ioue Viminio, quòd ibi aræ ſunt eius, aut quòd ibi vimineta fuerunt. Collis Quirinalis, vbi Quirini fanum; qui à Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam, quòd ibi habuerunt caſtra. quod vocabulum cōiunctarum regionum nomina oblitterauit. Dictos enim colles plureis apparet ex Argeorū ſacrificiis; in quibus ſic ſcriptum eſt, Collis Salutaris quarticeps ſos ædem Quirino: collis Salutaris quarticeps ſos aduerſum eſt "pila Naris, ædem Salutis: collis Mutialis quinticeps ſos apud ædem Dei fidii in delubro, vbi æditumus habere ſolet: collis Latiaris ſexticeps ſos in vico Muſtellario ſummo apud Turaculum ædificium ſolum eſt. pila Honoris, Horum deorum aræ, à quibus cognomina habēt, in eius regionis partibus ſunt. Quartæ regionis Palatium, quòd "Palantes cum Euandro venerunt; aut quòd Palatini, qui & Aborigines, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi conſederunt. Palantei Sed hoc alii à Palatia vxore Latini putarunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam. itaque Næuius Balantium appellat. Huic Germalum & Velias coniunxerunt. & in hac regione ſacriportus eſt, & in ea ſic ſcriptum, Germalenſis quinticeps ſos

apud ædem Romuli. Velienſis ſexticepſos in Velia apud ædem deûm penatium. Germalum à germaneis Romulo & Remo, quòd ad ficum ruminalem & hi inuenti, quò aqua hiberna Tiberis eos detulerat in alueolo expoſitos. Veliæ vnde eſſent, plures accepi cauſſas; in queis, quòd ibi paſtores Palatini ex ouibus ante tonſuram inuentam vellere lanam ſint ſoliti: ex quo Vellera dicuntur. Ager Romanus primùm diuiſus in parteis treis, à quo tribus appellatæ Tatienſium, Ramnium, Lucerum. nominatæ, vt ait Ennius, "Tatienſes à Tatio," Rammenſes à Romulo; Luceres, vt ait Iunius, à Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Tuſca, vt Volumnius, qui tragœdias Tuſcas ſcripſit dicebat. Ab hoc quoque quattuor parteis vrbis tribus dicta: & ab loceis Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina, Quinta, quòd ſub Roma Romilia. Sic reliquæ tribus ab iis rebus, de quibus in tribuum libreis ſcripſi.

Taties Ram- nes

QVOD ad loca, quæque iis adiuncta fuerunt, diximus: nunc de iis quæ in loceis eſſe ſolent. Immortalia & mortalia expediam, ita vt prius, quod ad deos pertinet, dicam. Principes dei, cælum & terra: hi dei iidem qui in Ægypto Serapis & Iſis, & " ſte Harpocrates digito ſignificat. qui ſunt Taautes & Aſtarte apud Phœnicas. vt idem principes in Latio Saturnus & Ops. Terra enim & cælum, vt Samothracum initia docent, ſunt dei magni, & hi, quos dixi multeis nominibus. Nam neque, quas Ambracia ante portas ſtatuit duas virileis ſpecies aheneas, dei magni; neque, vt volgus putat, hi Samothraces dii, qui Caſtor & Pollux: ſed hi mas & fœmina; & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic, Diui potes: & ſunt pro illeis qui in Samothrace θεοὶ

ſoe

ἀντάτι. Hæc duo, cælum & terra: quod anima, & corpus; humidum, & frigidum. Oua parire ſolet genus penneis condecoratum; non animas, vt ait Ennius. & poſt, Inde venit diuinitus pulleis inſinuans ſe ipſa anima. ſiue, vt Zenon Citieus, animalium ſemen ignis, qui anima & mens: qui calor è cælo, quod heic innumerabiles & immortales ignes. Itaque Epicharmus Enni de mente humana dicit, Iſtic eſt de ſole ſumptus ignis. Idem ſolem adſerit, Iſque actus mentis eſt, vt humores " frigidæ ſunt humi, vt ſupra oſtendi, quibus iuncti cælum & terra omnia ex ſe genuerunt: quòd per hos natura frigori immiſcet calorē, atque humori aritudinem. Rectè igitur Pacuuius ait, Animam æther adiungat. Et Ennius, Eſſe igitur corpus terram, quæ deperit ipſam, Et capit, & neque iam diſpendei conficit hilum. Animæ & corporis diſceſſus, quòd nateis ſit exitus, inde Exitium; vt cum in vnum ineunt, Initia. Inde omne corpus, vbi nimius ardor aut humor viget, aut interit, aut manet ſterile. cui teſtis æſtas & hiemps: quòd in altero aer ardet, & ſpica aret: & in altero natura ad naſcendum cum himbre & frigore victitare non volt, & potius ver expectat. Igitur cauſſa naſcendi duplex; ignis & aqua. Ideo ea in nuptiis in limine adhibentur, quòd coniungit " hic.& mas ignis, quòd ibi ſemen; aqua femina, quòd fetus ab eius humore, & eorum " iunctione ſumit Venus. Hinc comicus, Victrix Venus vidésne hæc? non quòd vincere velit Venus, ſed quòd vincire, & vinciri ipſa. Victoria ab eo quòd ſuperati vinciuntur. Vtrique teſtis poeſis, quòd & Victoria & Venus dicitur cæligena.

frigi- deſcūt)

hinc &

vin- ctione

Tellus enim, quòd prima vincta cælo, Victoria ex eo. & ideo hæc cum corona, & palma; quòd corona vinculum capitis, & ipſa à vinctura dicitur. Viere; vincire: à quo eſt in Aſoto Ennii, Ibant "malam viere Veneriam corollam. Palmam dicunt quòd ex vtraque parte natura vincta habeat paria folia. Poetæ de cælo ſemen igneum cecidiſſe dicunt in mare; ac natam è ſpumeis Venerem coniunctione ignis & humoris: quam haberet vim ſignificantes. à qua vi nateis dicta Vita; vt illud à Lucilio, Vis eſt vita vides, "quæ nos facere omnia cogit. Quare quòd cælum principium, ab ſatu eſt dictus Saturnus; & quòd ignis Saturnalibus, hoc eſt cerei ſuperioribus mittuntur. Terra, Ops, quòd heic omne opus, & hac opus ad viuẽdum: & ideo dicitur Ops mater, quòd terra nutriat. Hæc enim terreis genteis omneis peperit, & reſumit denuo. quæ dat cibaria, vt ait Ennius: "quæ quòd gerit fruges, Ceres. Antiqueis enim, quod nunc & hi dei cælum & terra, Iuppiter & Iuno. quòd, vt ait Ennius, Iſtic eſt is Iuppiter, quem dico, quem Græci vocãt aera: qui ventus eſt, & nubes, himber poſtea, atque ex himbre frigus: ventus poſt fit, aer denuo. Hæc propter Iuppiter ſunt iſta, quæ dico tibi: qui mortaleis atque vrbeis belluáſque omneis iuuat. quòd hic omneis & ſub hoc. Eũdémque appellans dicit Ennius, Diuúmque hominúmque pater rex. Pater, quòd patefaciat omnia, & ipſum ſemen. nam tum eſt conceptum, & inde cum exit, quod oritur. Hoc idem magis oſtendit antiquum Iouis nomen. Nam olim Diouis & Dieſpiter dictus, hoc eſt aer, & dies pater. à quo dei dicti, qui inde: & dies, & dius, & diuus. Vnde Sub dio, & Dius Fidius. Itaque inde eius perforatum tectum, vt videatur

malacci

vis

quæq; gerit

deatur

deatur diuum, id eſt cælum. Quidam negant ſub tecto per hunc deierare oportere. Ælius Gallus Dius Fidius dicebat Diouis filius, vt Græci Διόσκουρον Caſtorem: & putabant hunc eſſe "Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca. Idem hic Dieſpiter dicitur, infimus aer, qui eſt coniunctus terræ, vbi omnia oriuntur, vbi aboriuntur: quorum quòd finis ortus, Orcus dictus. Quòd Iouis Iuno coniux, & is cælum, hæc terra, quæ eadem tellus: & ea dicta, quòd vna cum Ioue iuuat Iuno: & regina, quòd hæc omnia terreſtria regit. Sol, vel quòd ita Sabini, vel quòd ſolum ita lucet vt ex eo dies ſit. Luna, quòd ſola lucet noctu. itaque ea dicta Noctiluca in Palatio: nam ibi noctu lucet templum. hanc, vt Solem Apollinem, quidam Dianam vocant Apollinis: vocabulum Græcum alterum, Latinum alterum. & hinc quòd in altitudinem & latitudinem ſimul, Diuiana appellata. Hinc Epicharmus Enni Proſerpinam quoque appellat, quòd ſolet eſſe ſub terreis. Proſerpina dicta, quòd hæc vt ſerpens modò in dextram, modò in ſiniſtram partem latè mouetur. Serpere & Proſerpere idem dicebant: vt Plautus, qui ſcribit, Quaſi proſerpens beſtia. Quæ ideo videtur à Latineis Iuno Lucina dicta, vel quòd terra (vt phyſici dicunt) iuuat & lucet, vel quòd ab luce eius, qua quis conceptus eſt, vnà iuuat, donec menſibus acteis produxit in lucem. Facta igitur à iuuando & luce Iuno Lucina: à quo parientes eam inuocant. Luna enim, naſcentium dux, quòd menſes huius. Hoc vidiſſe antiquos apparet, quòd mulieres potiſsimum ſupercilia ſua attribuerunt ei deæ. Heic enim maximè debuit collocari Iuno Lucina, vbi ab dieis lux datur oculeis. Ignis à naſcendo, quòd

" ſangũ

hine *hic naſcitur; & omne quod naſcitur, ignis *ſcin-
gignit dit. Ideo calet, vt qui denaſcitur, ignem amittit
valore ac frigeſcit. Ab ignis iam *maiore vi, ac violen-
víque tia Volcanus dictus. Ab eo quòd ignis per ſplendorem fulget, Fulgor, Fulménq; & Fulgur: quòd fulmine ictus Phaethon contrariis diis. Ab aquæ lapſu lubrico Lympha. Nympha Iuturna, quæ iuuaret. Itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere ſolent. A fontibus, & fluminibus, ac cetereis aqueis, dei: vt Tiberinus à Tiberi: & ab lacu Velino, Velinia: & nymphæ
Commotis *Commotiæ ad lacum Cutiliēſem, à commotu; quòd ibi inſula in aqua commouetur. Neptunus, ꝙ mare terras obnubit, vt nubes cælum: à nuptu, id eſt, opertione, vt antiqui. à quo Nuptiæ, Nuptúſque dictus. Salacia Neptuni ab ſalo. Venilia à veniendo, ac vento illo quem Plautus dicit, Quod ille dixit qui ſecūdo vento vectus eſt tranquillo mari, ventum gaudeo. Bellona à bello nunc, quæ Duellona à duello. Mars ab eo quòd marib⁹ in bello præeſt; aut quòd à Sabineis acceptus, ibi Mamers. Quirinus à Quiritibus. Virtus, vt viri vis, à virilitate. Honos ab honeſto honere. Itaq; Honeſtus dicitur, quòd honeratus; & dictum honus eſt honos, qui ſuſtinet rēpublicam. Caſtoris nomen Græcū, & Pollucis à Græceis in Latineis littereis veteribus nomen, quod eſt, inſcribitur, vt Πολυδεύκης, Polluces, non, vt nunc, Pollux. Concordia à corde congruente. Feronia, Minerua, Nouenſiles à Sabineis. paulò aliter ab eiſdem dicimus Laram, Veſtam, Salutem, Fortem Fortunam, Fidem. Ea re Sabinorū linguam olent, quæ Tatii regis voto ſunt Romæ dedicatæ. Nam vt annales dicunt, vouit Opi, Floræque; Dioui, Saturnóque; Soli, Lunæque; Volcano,

Summanóque: itémque Larūdæ, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianæ, Cloacinǽque. E queis nōnulla nomina in vtraque lingua habēt radices; vt arbores quæ in cōfinio natæ, in vtroq; agro ſerpunt. Poteſt enim eſſe Saturnus heic alia de cauſſa dictus atque in Sabineis, & ſic Diana. de quibus ſuprá. Dictum eſt quod ad immortaleis attinet: deinceps quod ad mortaleis attinet, videamus. & de his animalia in tribus loceis, quòd ſunt in aere, in aqua, in terra: à ſumma parte ad infimā deſcēdā. Primùm *nominē Alites ab aleis Volucres alii à volatu. deīde generatim. De heis pleræq; à ſueis vocibus, vt hæ; Vpupa, Cuculus, Coruus, Hirundo, Vlula, Bubo: itē hæ, Pauo, Anſer, Gallina, Colūba. Sūt quæ alieis de cauſſeis appellatæ; vt Noctua, quòd noctu canit, ac vigilat: *Luſciola, quòd luctuoſè canere exiſtimatur, atq; eſſe ex Attica Progne in luctu facta auis. Sic Galeritus, & Motacilla: alter, ꝙ in capite habet plumā elatam: altera, ꝙ ſemper mouet caudam. Merula, quòd mera, id eſt ſola, volitat: cōtrà ab eo Graculi, quòd gregatim: vt quidā Græci & γέργερα. Ficedulæ, & Miliariæ, à cibo: ꝙ alteræ fico, alteræ milio fiant pingues. Aquatilium vocabula animalium partim ſunt vernacula, partim peregrina. Foris, Muræna, quod μύραινα: Cybium, Thynnus, cuius itē partes Græceis vocabuleis omnes, vt Melandria, atque Vræon. Vocabula piſcium, pleraque tranſlata à terreſtribus: ex aliqua parte ſimilibus rebus: vt Anguilla, *Lingulaca, Sudis: alia à coloribus, vt hæc; Aſellus, Vmbra, Turdus: alia à vi quadam, vt hæc; Lupus, Canicula, Torpedo. Item in conchylieis aliqua ex Græceis: vt Peloris, Oſtrea, Echinus. Vernacula ad ſimilitudinem: vt Surenæ, Pectunculi, Vngues. Sunt etiam

nomi- natim

luſci- nia

nebu- laca

animalia in aqua, quæ interdum in terram exeunt: alia Græceis vocabuleis: vt Polypus, Hippopotamus, Crocodilus: alia Latineis, vt Rana, Anas, Mergus. à quo Græci ea quæ in aqua & terra poſſunt viuere, vocant ἀμφίβια. E queis Rana ab ſua dicta voce: Anas, à nando: Mergus, quòd mergendo in aquam captet eſcam. Item aliæ in hoc genere à Græceis: vt Querquedula, Cerceris, Halcedo, quòd ea Halcyon. Latina, vt Teſtudo, quòd teſta tectum hoc animal: Loligo, quòd ſubuolat, littera commutata, primò Voligo. Vt Ægypti in flumine quadrupes, ſic in Latio nominati Lytra & Fiber. Lytra, quòd ſuccidere dicitur arborum radices in ripa, atque eas diſſoluere; vnde Lytra. Fiber, ab extrema ora fluminis dextra & ſiniſtra maximè quòd ſolet videri: & antiqui Fibrũ dicebant extremum, vnde in ſageis extrema Fimbriæ, & in iecore extremũ Fibra. hinc Fiber dictus. ... Quæ ſunt hominum propria primùm, deinde de pecore, tertiò de fereis ſcribam: incipiam ab honore publico. Conſul nominatus, quòd conſulere populum & ſenatum debet. niſi illinc potius vnde Actius ait in Bruto, Qui rectè "conſulat, conſul fiat. Prætor dictus, qui præiret iure & exercitu. A quo Lucilius, Ergo prætorum eſt ante præire. Cenſor, ad cuius cenſionem, id eſt arbitrium, cenſeretur populus. Ædilis, qui ædes ſacras & priuatas procuraret. Quæſtores, à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ triumuiri capitales nunc cõquirunt; ab heis poſtea qui quæſtionum iudicia exercent, quæſtores dicti. Tribuni militum, quòd terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, " Tatienſium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni plebei, qui ex tribuneis militum

conſat

Tatiũ

primùm tribuni plebei facti, qui plebem defenderent in ſeceſsione Cruſtumerina. Dictator, quòd à conſule dicebatur, cui dicto audientes omnes eſſent. Magiſter equitum, quòd ſumma poteſtas huius in equites, & adcenſos: vt eſt ſumma populi Romani dictator; à quo is quoque magiſter populi appellatus. Reliqui, quòd minores quàm hi magiſtri, dicti Magiſtratus: vt ab albo Albatus. Sacerdotes vniuerſi à ſacreis dicti. Pontifices (vt Q. Scæuola Pontifex Maximus dicebat) à poſſe & facere. pontifices ego à ponte arbitror. nam ab iis ſublicius eſt factus primùm, & reſtitutus ſæpe, " cum ideo ſacra & vls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Curiones dicti à curieis: qui fiunt vt in heis ſacra faciant. Flamines, quòd in Latio capite velato erant ſemper, ac caput cinctum habebant filo, Flamines dicti. Horum ſinguli cognomina habent ab eo deo cui ſacra faciunt: ſed partim ſunt aperta, partim obſcura. Aperta, vt Martialis, Volcanalis; obſcura, Dialis, & Furinalis. cum Dialis à Ioue ſit, qui Diouis eſt: Furinalis à Furina, cuius etiam in faſteis Furinales feriæ ſunt. Sic Flamen Falacer à diuo patre Falacre. Salii à ſaltando, quod facere in comitio in ſacreis quotanneis & ſolent & debent. Luperci, quòd lupercalibus in lupercali ſacra faciunt. Fratres Aruales dicti ſunt qui ſacra publica faciunt propterea vt fruges ferant arua: à ferendo & arueis fratres aruales dicti ſunt: quia fratria dixerunt. Fratria eſt Græcum vocabulum partis hominum; vt" Apollini etiam nunc. Sodales Titii dicti ab Titiis auibus, quas in " auguriis certeis obſeruare ſolent. Feciales, quòd fidei publicæ inter populos præerãt: nam per hos fiebat vt iuſtum cõciperetur bellum, (& inde deſitum,)

quod eo

Neapoli. vel Appuli)

tuguriis

& vt fœdere fides pacis cõſtitueretur. Ex heis mit-
tebãt, antequam cõciperetur, qui res repeterẽt: &
per hos etiam nunc fit foedus, quod fidus ſcribit
Ennius dictum. In re militari Prætor dictus,
qui præiret exercitui. Imperator ab imperio po-
puli, qui eos qui id adtẽtaſſet, oppreſsit hoſteis.
Legati, qui lecti publicè, quorũ opera conſilióq;
vteretur peregrè magiſtratus; quive nuntii ſena-
tus aut populi eſſent. Exercitus, quòd exercitãdo
fit melior. Legio, quòd legũtur milites in delectu.
Cohors, quòd vt in villa ex pluribus tecteis con-
iungitur, ac quiddã fit vnum; ſic hæc ex manipu-
leis copulatur cohors: quæ in villa dicta, quòd
circa eũ locũ pecus coerceretur. Tametſi cohor-
Iphi- tem in villa "Iſicrates dicit eſſe Græcè κȣ́ρθον apud
crates poetas dictam. Manipulos exercitus minimas
manus, quæ vnum ſequuntur ſignum. Centuriæ,
quæ ſub vno Cẽturione ſunt: quorũ centenarius
iuſtus numerus. Milites, quòd trium millium pri-
mò legio fiebat, ac ſingulæ tribus, Tatienſium,
Ramniũ, Lucerum, millia ſingula militũ mitte-
bant. Haſtati dicti qui primi haſteis pugnabant;
Pilani, qui pileis; Principes, qui à principio gla-
diis, & pòſt cõmutata re militari minus illuſtres
ſumũtur. Pilani, Triarii quoq; dicti, quòd in acie
tertio ordine extremeis ſubſidio deponebantur.
Quòd hi ſubſidebãt, ab eo Subſidium dictum. à
quo Plautus, Agite nũc, ſubſidite omnes, quaſi ſo
lẽt triarii. Auxilium appellatur ab auctu, cum ac-
ceſſerant, qui adiumẽto eſſent, alienigenæ. Præ-
ſidium eſt dictũ, quia extra caſtra præſidebant in
loco aliquo, quò tutior regio eſſet. Obſidium di-
ctum ab obſidẽdo, quo minus hoſtis egredi poſ-
ſet inde. item ab abſcidendo; cùm id ideo facerẽt
quo facilius diminuerẽt hoſteis. Duplicarii dicti,

quibus ob virtutem duplicia cibaria vt darentur, inſtitutum. Turma terma eſt, E in V abiit: quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnium, & Lucerũ, fiebãt. Itaque primi ſingularum decuriarum, Decuriones dicti, qui ab eo in ſinguleis turmeis ſunt etiam nunc terni. Quos hi primò adminiſtros ipſi ſibi adoptabãt, Optiones vocari cœpti, quos nũc propter ambitionem tribuni faciunt. Tubicines à tuba & canendo, ſimiliter Liticines, & Claſsicos à claſſe: qui itẽ cornu canunt, vt tum cùm claſſes comitiis ad comitatum vocant. Quæ à fortuna vocabula, in heis quædam minus aperta: vt pauper, diues, miſer, beatus: ſic alia. Pauper à paulola re. Miſer, à minus, cui cũ opus eſt, minus nullo eſt. Diues, à diuo, qui, vt deus, nihil indigere videtur. Beatus, qui multa bona poſsidet: & is Opulentus ab ope, cui eæ opimæ. Ab eadem Inops, qui eius indiget. Ab eodem fonte *Copiæ, & Copioſus. Pecunioſus, à pecunia magna: Pecunia à pecu. à paſtoribus enim horum vocabulorum origo. Artificibus maxima cauſſa ab arte: id eſt, ab arte medicina vt ſit Medicus, à ſutrina Sutor: non à medendo, ac ſuẽdo, quæ omnino vltima. Huic rei earum rerũ radices, vt in proximo libro aperietur. Quare, ꝙ ab arte Artifex dicitur, nec multa in eo obſcura, relinquam. Similis cauſſa, quæ ab ſciẽtia vocãtur aliqua, vt præſtigiator, monitor, nomenclator. Sic etiam à ſpatio quodam dicũtur, curſor, natator, pugil. & in hoc genere, quæ ſunt vocabula, pleraq; aperta: vt Legulus, & Vindemiator: alter ab oleeis, alter ab vueis. Hæc etſi minus aperta; vindemiator, vt veſtigator, & venator: tamen id eſt quod Vindemiator, vel quòd vinum legere dicitur, vel quòd de vite id demit; Veſtigator

*Copis

à veſtigiis ferarũ, quas indagatur: Venator à venatu. [Quod ſequitur verbum aduentũ & inuentum.] Hæc de hominibus. Hinc quod ſequitur, de pecore. Pecus ab eo quòd perpaſcat, à quo "pecora vniuerſa; quòd in pecore pecunia tum cõſiſtebat paſtoribus: & ſtandi fundamẽtum Pes. à quo dicitur in ædificiis area pes magnus; & qui fundamẽtum inſtituit, pedem ponit. A pede Pecudes appellarunt, vt ab eodem Pedicam, Pediſſequum, & "Peculatoriæ oues, aliùdve quid. id enim peculium primum. Hinc Peculatum publicum, primo vt cum pecore diceretur multa, & id eſſet coactũ in publicum, ſi erat auerſum, ex qua fructus maior. Hinc eſt quod Græceis Bos, βȣ̃ς: & Taurus, ταῦρος: item οἶς, ouis. ita enim antiqui dicebant, non vt nunc, πρόβατον. Poſſunt in Latio quoque, vt in Græcia, à ſueis vocibus hæc eadem ficta. Armenta, quòd boues ideo maximè parabantur vt inde eligerent ad arandum; inde Aramenta dicta, poſtea tertia littera extrita. Vitulus quod Græcè antiquitus, ἰτοῦλος: aut quòd plerique vegeteis, vegitulus. Iuuencus, iuuare qui iam ad agrum colendum poſſet. Capra, carpa, à quo ſcriptum "omnicarpæ capræ. Hircus quod Sabini fircus: & quòd illeic fedus in Latio rure hedus: quod in vrbe, vt in multeis, A addito hædus. Porcus, quod Sabini dicunt de aprino porco poridus, inde porcus. niſi à Græceis, quòd Atheneis in libreis ſacrorũ ſcriptum eſt, κάπρῳ καὶ πόρκῳ. Aries, quòd eum dicebant ares veteres, noſtri aruiga: hinc Aruignus. Hæ ſunt quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur. quas & Actius ſcribit, & in põtificalibus libreis videmus in hoſtiis eam aruigem, quæ cornua habet. quoniam is cui oui mari teſticuli dempti; & ideo vt

pecunia

peculatur

omi carpe capre

natura verſa Veruex declinatum. Pecori ouilo quòd agnatus, Agnus. Catulus à ſagaci ſenſu, & acuto. Hinc Canis; niſi quòd tuba, & cornu, ſignum cum dant, canere dicũtur. quod hic item, & nocticulus in cuſtodia, & venando ſignum voce dat, canis dictus. Ferarum vocabula item partim peregrina, vt Pãthera, Leo: vtraque Græca. à quo etiam & rete quoddam Pãther, & Leæna, & muliercula Pantheris. Tigris, qui eſt vt leo varius, qui viuus capi adhuc non potuit; vocabulum è lingua Armenia. nam ibi & ſagitta, & quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris. Vrſi Lucana origo, vel vnde illi, noſtri ab ipſius voce. Camelus ſuo nomine Syriaco in Latium venit; vt Alexandria Camelopardalis nuper adducta, quòd erat figura vt camelus, maculeis vt panthera. Apri ab eo quòd in loceis aſpereis. niſi à Græceis, quòd hi κάπρους. Caprea à ſimilitudine quadam capræ. Cerui, quòd magna cornua gerũt, mutato G in C, vt in multeis; quaſi gerui. Lepus, quòd è Siculeis quidam Græcei dicunt λέπορι. à Roma quòd orti Siculi, vt annales noſtri veteres dicunt, fortaſſe hinc illuc tulerũt, & heic reliquerunt id nomen. Volpes, vt Ælius dicebat, quòd volat pedibus. Proxima animalibus ſunt ea quæ viuere dicuntur, neque habere animam, vt virgulta. Virgultum dicitur à viridi, idque à vi quadam humoris: quæ ſi exaruit, moritur. Vitis, quòd ea vini origo. Malum, quòd Æoles dicunt μᾶλον. " Pinus iuglans; quòd hæc nux Nux) antequam purgetur, ſimilis glandi. Hæc glans optima, & maxima, ab Ioue & glande iuglans eſt appellata. Eadem, Nux, quòd vt nox aerem, ita huius ſuccus facit corpus atrum. Quæ in orteis naſcũtur, alia peregrineis vocabuleis, vt Græceis

Ocymum, Menta, Ruta, quam nunc πήγανον appellant. Item Caulis, Lapathium, Radix. Sic enim antiqui Græci quam nunc Raphanum. Item ex Græceis vocabuleis, ἕρπυλλον, ῥόδον, addita & commutata vna littera, Serpyllum, Roſa. Item Græca, κορίανδρον, μαλάχη, κύμινον. Item Latina, Lilium, ἀπὸ λειρίου, & Malua à μαλάχη, & Suſimbrium ἀπὸ σισυμβρίου. Vernacula Lactuca à lacte, quòd olus id habet lac. Braſſica, vt præſeca: quòd ex huius ſcapo minutatim præſecatur. Aſparagi, quòd ex aſpereis virgulteis naſcuntur, & ipſi ſcapi aſperi ſunt, non leues. Niſi Græcum: illic enim quoque dicitur ἀσπάραγος. Cucumeres dicuntur à curuore, vt curuimeres dicti. Fructus à ferendo res: & hæ, quas fundus; & hæ quæ in fundo feruntur, vt fruamur. Hinc declinatæ Fruges, & Frumentum. Sed hæ è terra, etiam Frumentum, quòd exta loco quo ſolent addi ex mola, id eſt ex ſale, & farre molito. Vuæ ab vuore, Quæ manu facta ſunt dicam, de victu, de veſtitu, de inſtrumento: & ſiquid aliud videbitur heis aptum. De victu antiquiſſima Puls; appellata, vel quòd ita Græci, vel ab eo (vt ſcribit Apollodorus) quòd ita ſonet, cum aqua feruenti* inſipitur. Panis, quòd primò figuras faciebant mulieres in panificio Panis: * poſteáque figuras facere inſtituerunt alias. A pane & faciendo Panificium cœptum dici. Hinc Panarium, vbi id ſeruabant: ſicut Granarium, vbi granum frumenti condebant, vnde id dictum. Niſi ab eo quod Græci κόκκον: à quo Græceis quoque granũ dictum. & in quo eadem conduntur, Horreum ab horrendo. Triticum, quod tritum eſt ſpiceis. Far, à faciendo, quòd in piſtrino fit. Miliũ à Græco. nam id prius μέλιν, poſt μέλιν. Libum, quòd

[margin: inſpergitur]
[margin: poſteaquã ei]

libaretur priuſquam eſſet, vt erat, coctum. Teſtuatium, quòd in *teſtu caldo coquebatur; vt etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ. Circuli, quòd mixta farina caſeo & aqua circuitum æquabiliter fundebant. Hoc quidam, qui magis inconditè faciebant, vocabant Lixulas & Semilixulas, vocabulo Sabino: ídque frequentius Sabini à globo farinæ dilatato. Item in oleo cocti, dicti à globo Globuli. Cruſtulum à cruſta pultis, quoius ea quæ vt corium exuritur, Cruſta dicta. Cetera ferè opera à vocabuleis Græceis ſumpta, vt θρύμμον, καὶ πρύφον, & placenta, quòd edebant cum pulte. Ab eo Pulmentum, vt Plautus: hinc Pulmentarium dictum. Hoc primum * debuit pastoribus Caſeus: à coacto lacte, vt coaxeus dictus. Dein poſteaquā deſierunt eſſe contenti heis quæ ſuapte natura ferebat ſine igne: in quo erant poma, quæ nimis cruda eſſe poterant, decoquebant in olla. Ab olla Olera dicta: quorum à genere cruda olera, è queis ad coquendum, quòd rueret è rure, Ruapa: vnde Rapa. Olea ab elea: olea grādis, Orchitis: quòd ea antiquitus Orchemora. Hinc ad pecudis carnem peruentum eſt. Suilla ſic ab illeis generibus cognominata. Hanc primò aſſam; ſecundò elixam, tertiò è iure vti cœpiſſe natura docet. Dictum Aſſum, quòd ab igne aſſudeſcit. Vuidum eſt quod humidum, & ideo vbi id nō eſt, ſuccus abeſt: & ideo ſudando aſſum diſtillat calore. vt crudum nimium habet humoris; ſic excoctum parum habet ſucci. Elixum, eſt è liquore aquæ deductum; & ex iure, quod iucundum magis conditione eſt. Succidia, ab ſuibus concidendis: nam id pecus primum occidere cœperunt domini, & vt ſeruarent, ſalere. Tergus ſuis, ab eo, quòd eo tegitur. Perna à pede ſuis,

*teſta calda

*fuit

à nomine eius. Offula dicta, vt offa minima in ſue. Inſicia, ab eo quòd inſecta caro, vt in carmine Saliorum eſt: quod in exteis dicitur nũc Profectum. Murtatum à myrto, quòd eo largè fartum inteſtinum craſſum. Lucanicā dicunt, quod milites à Lucaneis didicerunt, qui & Faleriis Faliſcum ventrem. Fundulum, à fundo: quòd non vt reliquæ partes, ſed ex vna parte ſola apertum. ab hoc Græcos puto " τυφλὸν ἔντερον appellaſſe. Ab eadem fartura Farcimina in exteis appellata; à quo, quod in eo tenuiſſimum inteſtinum fartũ, Hila, ab hilo dicta, id eſt minimo; quod ait Ennius, Neque diſpendei facit hilum. Quòd in hoc farcimine ſummo quiddam eminet; ab eo quòd vt in capite apex, Apexabo dicta. Tertiũ fartum eſt Longabo, quod longius quàm duo " hila. Agumentum, quod ex immolata hoſtia deſectũ in iecore imponendo agendei cauſſa. Magmentum, à magis; quod ad religionem magis pertinet. Itaque propter hoc montana fana conſtituta loceis certeis, quo id imponeretur matæ; ab eo quod Græci μάπαι καὶ μάπαι. Item Græci ſigillatim, vt ouum, bulbum. Lana Græcum, vt Polybius & Callimachus ſcribũt. Purpura, à purpuræ maritimæ colore. Pœnicum, quod à Poeneis primùm dicitur adlatum. Stamen, à ſtando, quòd eo ſtat omne in tela velamentum. Subtemen, quòd ſubit ſtamini. Trama, quòd tranat frigus id genus veſtimenti. Denſum, à dentibus pectinis, quibus feritur. Filum, quod minimum eſt hilum. id enim minimum eſt in veſtimento. Pannus, Græcum: Panuelum dictum à panno, & voluendo filo. Tunica, ab tuendo corpore: tunica vt induca. Toga, à tegendo. Cinctus, & Cingulum, à cingendo: alterum vireis, alterum mulie-

[Margin notes: δίπλον (beside "ab hoc Græcos puto"); illa. (beside "eſt Longabo")]

ribus attributum. Arma, ab arcendo, quòd heis arcemus hoſtem. Parma, quòd à medio in omneis parteis par. Conum, quòd cogitur in cacumen verſus. Haſta, quòd ſtans ſolet ferri. Iaculum, quod vt iaciatur, fit. Tragula à traiiciendo. Scutum à ſectura, vt ſecutum; quòd minutè confectum ſit tabelleis. Vmbones, aut à Græco, vel quod ambones. Gladius, C in G commutato, à clade; quòd fit ad hoſtium cladem gladius. ſimiliter ab omine Pilum, quòd hoſtis "feriret, vt perilum. Loricа, à loreis; quòd de corio crudo pectoralia faciebant: poſtea ſuccuderunt Galli è ferro ſub id vocabulum ex anuleis ferream tunicã. Balteum. quòd cingulum è corio habebant bullatum, balteum dictum. Ocrea, quòd opponebatur ob crus. Galea ab galero, quo multi vſi antiqui. Tubæ à tubeis, quos etiam nunc ita appellãt tubicines ſacrorum. Cornua, quòd ea, quæ nunc ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Vallum, vel quòd ea varicare nemo poſſit; vel quòd ſingula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram litteræ v. Cerui à ſimilitudine cornuum cerui. Itẽ reliqua ferè ab ſimilitudine, vt vineæ, teſtudo, aries. Menſam eſcariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, vt etiam nũc in caſtreis eſt. A cibo Cibilla dicta; poſtea rotunda facta. & quod à nobis media, à Græceis μέσα, Menſa dici poteſt. niſi etiam quòd ponebant pleraque in cibo menſa. Trulla à ſimilitudine truæ, quæ quòd magna, & hæc puſilla, vt truula. Hinc Græci τρυβλίον, nos trullam. Truæ, quæ à culina in lauatrinam aquam fundunt. Trua, quòd trauolat ea aqua; ab eodem eſt appellatum Trulleum. ſimile enim figura, niſi quòd latius concipit aquam, & quòd manubrium cauum non eſt, niſi vinaria

periret

trulla acceſſit. Matellio à matula dictus; & dictus poſteaquam longius à figura matulæ diſceſſit & ab aqua Aqualis dictus. Vas aquarium vocant Futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant: quo poſtea acceſſit μάγινος cum Græco nomine; & cum Latino nomine Græca figura barbatus. Peluis, à pedum lauatione, vt pedeluis. Candelabrum à candela. ex heis enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna pòſt inuenta, quæ dicta à luce, aut quòd id vocant Græci λύχνον. Vaſa in menſa eſcaria; vbi pultem aut iurulēti quid ponebant: à capiendo Catinum nominauerunt. niſi quòd Siculi dicunt κάπιον, vbi aſſa ponebant. Magidam aut Langulam, alterum à magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt. Patinas à patulo dixerunt; vt puſillas, quòd heis libarent

cæneis

"cænas patellas." Tryblia, & Caniſtra, quæ pu-

Try-
plia

tant eſſe Latina, ſunt Græca. τρυβλίον καὶ κάνεον, Græca ſunt. Reliqua, quòd aperta ſint; vnde ſint, relinquo. Menſam vinariam rotundam nominabant Cylibathum, vt etiam nunc in caſtreis. id videtur declinatum à Græco, ἀπὸ τοῦ κύ-

Capi-
des

λικος. qui illa capit, & minores "Capulæ à capiendo; quòd anſatæ, vt prehendi poſſint, id eſt capi. Harum figuras in vaſeis ſacreis ligneas & fictiles antiquas etiam nunc videmus. Præterea in poculeis erant Pateræ, eo quòd pateant, Latinè ita dictæ. Heiſce etiam nunc in publico conuiuio, antiquitatis retinendæ cauſſa, cum magiſtri fiunt, potio circumfertur; & in ſacrificando deeis, hoc poculo magiſtratus dat deo vinum. Pocula à potione; vnde Potatio; & etiam Poma, quòd hæc poſcunt potum. ἀπὸ τοῦ πότου Græca origo potionis. Aqua, quòd æqua ſumma. Fons, vnde funditur è terra aqua viua, vt fiſtula

aquæ, fuſus aquæ. Vas vinarium grandius, Sinum, ab ſinu; quòd ſinum maiorem cauationem quàm pocula habebat. Item dicta Depeſta etiam nunc in diebus ſacreis, Sabineis vaſa vinaria in menſa deorum ſunt poſita. Apud antiquos ſcriptores Græcos inueni appellari poculi genus δεπέσκαν. Quare vel inde radices in agrum Sabinum & Romanum ſunt profectæ. Quo vinum dabant, vt minutatim funderent, à gutteis Guttum appellarunt: & quo ſumebant minutatim; à ſumendo, Simpulum nominauere. In huiuſce locum in conuiuiis è Græcia ſucceſſit Epichyſis, & Cyathus; in ſacrificiis remanſit guttum & ſimpulum. Altera vinaria menſa erat lapidea quadrata oblonga vna columella; vocabatur Cartibulum. Hæc in ædibus ad compluuium apud multos me puero ponebatur; & in ea, & cum ea ænea vaſa: à gerendo Gertibulum, vnde cartibulum pòſt dictum. Præterea erat tertium genus menſæ, & quadratæ vaſorum: vocatúrque Vrnarium; quòd vrnas cum aqua poſitas ibi potiſſimum habebant in culina. Ab eo etiam nunc ante balineum locus vbi poni ſolebant vrnæ, Vrnarium vocatur. Vrnæ dictæ quòd vrinant in aqua haurienda, vt Vrinator. Vrinare eſt mergi in aquam. Imburum fictum ab vrbo, quòd ita flexum vt redeat ſurſum verſus: vt in aratro, quod eſt * vrbum. Calix à caldo; quòd in eo calda puls apponebatur; & calidum eo bibebant. Vas, vbi cibum coquebant, ab eo Cacabũ appellarunt. Veru à verſando. Ab ſedẽdo appellantur Sedes, Sedile, *Sedum, Sellæ, Seliquaſtrum. Deinde ab heis Subſellium. vt Subſipere, quod nõ planè ſapit: ſic quod non planè erat ſella, ſubſellium dictum. vbi in eiuſmodi duo, Biſſellium dictum.

bura. Soliũ

Arca, quòd arceantur fures ab ea clauſa. Arma-
armamentũ rium & " Armamentarium ab eadem origine,
ſed declinata aliter. Mundus muliebris di-
ctus à mũditia. Ornatus, quaſi ab ore natus. hinc
enim maximè ſumitur quod eam deceat. Itaque
ob id paratur ſpeculum. Calamiſtri, quòd heis ca-
lefacteis in cinere capillus ornatur. Qui ea mini-
ſtrabat, à cinere Cinerarius eſt appellatus. Diſcer-
niculum, quo diſcernitur capillus. Pecten, quòd
per eum explicatur capillus. Speculum, à ſpeciẽ-
do: quòd ibi ſpectant. Veſtis à veleis: vel ab eo
quòd vellus lana tonſa vniuerſa ouis. id dictum
quòd vellebãt lanam: ex lana facta veſtis. Et quod
retineret capillum " contineret, dictum à rete Reticulum.
Rete ab raritudine. Itẽ Texta, faſciola qua capil-
lum in capite colligarent. Dictum Capital à ca-
pite, quod ſacerdotulæ in capite etiam nunc ſo-
lent habere. Sic Rica à ritu; quòd Romano ritu
ſacrificium feminæ cum faciunt, capita velant.
Mitra, & reliqua ferè in capite, poſtea addita cum
vocabuleis Græceis. Prius de indutu aut a-
mictu quæ ſunt, tangam. Capitium ab eo quòd
capit pectus, id eſt, vt antiqui dicebant, indutu
comprehẽdit: alterum quod ſubtus, à quo Subu-
cula: alterum quod ſupra, à quo Supparus. niſi
quòd id dicunt Oſce. Alterius generis item duo;
vnum quod foris, ac palam, Palla: alterum quod
intus, à quo Intuſium. id quod Plautus dicit, In-
tuſiatam, patagiatam caltulam, ac crocotulam.
Multa pòſt luxuria adtulit: quorum vocabula ap-
parent eſſe Græca, vt ἀσβεστον. Amictus eſt dictum
quo) Amiectũ, id eſt circumiectum; à quo etiã " quod
veſtes ſe inuoluunt, Circumiectum appellant: &
quòd amictui habent purpuram circum, vocant
Circumtextum. Antiquiſſimi amictui Ricinium,
id quod

id quòd eo vtebantur duplici, ab eo quòd dimidiam partem retrorſum iaciebant, ab reiciendo Ricinium dictū. Hinc quòd facta duo ſimplicia paria, Parilia primò dicta: recluſum propter leuitatem παραπηχία, χλαμύς: ſic multa Græca. Læna, quòd de lana multa: duarum enim togarum inſtar. vt antiquiſſimum mulierum, ricinium; ſic hoc duplex, virorum. Inſtrumenta ruſtica, quæ ſerendi aut colendi fructus cauſſa facta. Sarculum à ſerendo ac ſarriendo. Ligo, quòd eo, propter latitudinem, quod ſub terra facilius legitur. Pala à pangendo, G in L mutatum quod fuit. Rutrum vt ruitum, à ruendo. Aratrū, quod "aruit terram. Eius ferrum Vomer, quod vomit eo plus terram. Dens, quòd eo mordetur terra. Supra id regula quæ ſtat, Stiua, à ſtando: & in ea tranſuerſa regula, Manicula, quòd manu bubulci tenetur: qui quaſi eſt temo inter boues. Bura à bubus. alii hoc à curuo Curuum appellāt. Sub iugo medio Couum, quod bura extrema addita "appellatur, vocatur couum à cauo. Iugum & Iumentum à iunctu. Irpices, regula cum pluribus dentibus, quam item vt plauſtrū boues trahunt, vt eruant quæ in terra ſunt: Sirpices poſtea, S detrita, à quibuſdam dicti. Raſtelli, vt Irpices, ſerræ leues; itaque homo in prateis per feniſecia eo feſtucas abradit; quo ab raſu Raſtelli dicti. Raſtri, quibus dentalibus penitus eradūt terram atque eruunt, à quo & Rutabri dicti. Falces à farre, littera commutata. Hæ in Campania Seculæ, à ſecando. à quadam ſimilitudine harum, aliæ: & quod apertum, vnde falces Fenariæ, & "Adoreæ: & quod non apertum, vnde Lumariæ falces, & ſirpiculæ. Lumariæ ſunt, quibus ſecant lumecta, cum in agreis ſerpunt ſpinæ. quas quòd à terra agri-

eruit) oppilatur, arboreæ

colæ ſoluũt,id eſt luunt, Lumecta. Sirpiculæ vocatæ à ſirpando,id eſt ab alligãdo. ſic Sirpata dolia quaſſa cùm alligata dicta. heis vtuntur in vinea alligando faſces, inciſos fuſtes, faculas. has phancillas Cherſoneſicè dicunt faſces. Pilum, quòd eo far pinſunt. id vbi fit, Piſtrinum. L & S inter ſe ſæpe commutant. Indè poſt in vrbe "Lucili piſtrina,& piſtrix. Trapetes molæ oleariæ vocantur. Trapetes à terendo,niſi Græcum. Molæ à molendo: harum enim motu eo coniecta moliuntur. " Vallum à volatu,quòd cùm id iactant, volant inde leuia. Ventilabrum, quo ventilatur in aere frumentum. Quibus comportantur fructus ac neceſſariæ res,de iis Fiſcina à ferendo dicta. Corbes ab eo quòd ſpicas aliúdve quid conruebant. Hinc minores corbulæ dictæ. De heis quæ iumenta ducunt. Tragula ab eo quod trahitur per terram. Sirpea, quæ virgeis ſirpatur,id eſt colligando implicatur, in qua ſtercus aliúdve quid euehitur. Vehiculum, in quo faba aliúdve quid vehitur, quo ex viminibus vterentur, & quod eo vehitur; breuis veha Vehiculum dictũ eſt. Ab aliis etiam dictum Arcera, quæ etiam in duodecim tabuleis appellatur. quòd ex tabuleis vehiculum erat factum vt arca, Arcera dictum. Plauſtrum ab eo quòd non,vt in heis quæ ſuprà dixi, ſed ex omni parte palam eſt. quæ in eo vehuntur,quòd perlucent,lapides, aſſeres,tignum. Ædificia nominata à parte,vt multa: ab ædibus, & faciendo. Maximum ædificium eſt Oppidũ ab ope dictum; quòd munitur opis cauſſa,vbi ſint; & quod opus eſt ad vitam gerendam, vbi habitent tutó; vel oppida,quòd opere munibãt mœnia,quo munitius eſſent. Quòd exaggerabãt, Aggeres dicti, & quòd aggerem contineret murus,

locelli

Vannũ

quòd muniendi cauſſa manu parabatur, quo ſepiebant oppidũ; è quo munere Murus. Eius ſumma, Pinnæ, ab heis quas inſigniti milites habere in galeeis ſolent, & in gladiatoribus Samnites. Turres à torueis, quòd hæ proſpiciũt ante alios. Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, Portas. Oppida condebãt in Latio, Etruſco 'ritu multa, id eſt, iũcteis bubus tauro, & vacca interiore aratro circumagebant ſulcum. Hoc faciebant religionis cauſſa die auſpicato, vt foſſa, & muro eſſent munita. Terram vnde excalpſerant, Foſſam vocabant; & introrſum factum murũ. Poſtea quòd fiebat orbis, Vrbs. Principium, quod erat poſt murum, Pomerium dictum; eiúſque ambitu auſpicia vrbana finiuntur. Cippi pomerii ſtãt, & circum Ardolam Ardeam, & circum Romam. Quare & oppida quæ prius erãt circumducta aratro, ab orbe & vrbo Vrbes: & ideo coloniæ noſtræ omnes in littereis antiqueis ſcribuntur vrbes; quòd item conditæ, vt Roma: & ideo coloniæ; vt vrbes cõduntur quòd intra pomeriũ ponuntur. Oppidum quod primũ cõditum in Latio ſtirpis Romanæ Lauinium. nã ibi dii penates noſtri. Hoc à Latini filia, quæ coniuncta Æneæ, Lauinia appellata. Hinc poſt triginta annos oppidum alterum conditur Alba; id ab ſue alba cognominatum. Hæc è naui Æneæ cùm fugiſſet Lauinium, triginta parit porcos. Ex hoc prodigio pòſt Lauinium cõditum anneis triginta, hæc vrbs facta; propter colorẽ ſuis, & loci naturam, Alba Longa dicta. Hinc mater Romuli Rhea; ex hac Romulus; hinc Roma. In oppido vici à via, quòd ex vtraq; parte viæ ſunt ædificia. Fundulæ à fundo, quòd exitum nõ habet, ac peruium nõ eſt iter. Angiportum, & id anguſtũ,

'vt multa)

ab angendo, & portu. Quò conferrent ſuas controuerſias, & quæ vendere vellent, & quò quæque ferrent, Forum appellarunt. Vbi quid generatim additum, ab eo cognomen; vt boarium forum, forum olitorium. hoc erat antiquum Macellum, vbi olerum copia: ea loca etiam nũc Lacedæmonii vocãt μακελλώτας: ſed Iones oſtia ortorum & caſtelli μακέλλους. Secundum Tiberim ad Iunium forum piſcarium vocãt. Ideo ait Plautus, Apud piſcarium, vbi variæ res. Ad corneta forum cupedinis, à Cupedio: quòd multi forum cupidinis, à cupiditate. Hæc omnia poſtquã contracta in vnum locum, quæ ad victum pertinebant; & ædificatus locus; appellatum Macellum, vt quidam ſcribunt, quòd ibi fuerit ortus: alii, quòd ibi domus fuerit cui cognomen fuit Macellus, quæ ibi publicè diruta: è qua ædificatum hoc, quod vocatur ab eo macellũ. In foro lacum Curtium à Curtio dictum conſtat. de eo triceps hiſtoria. nam & Procilius non idẽ prodidit quod Piſo; nec quod is, C. Ælius Stilo ſecutus. A Procilio relatum, in eo loco dehiſſe terram, & ex ſenatuſconſulto ad haruſpices relatum, eſſe reſpõſum deum Manium Poſtulionem poſtulare, id eſt, ciuem fortiſſimum eodem mitti. tum quendam Curtium, virum fortem, armatum aſcendiſſe in equum, & à Concordiæ verſum, cum equo in eũ præcipitatum. eo facto, locum coiſſe, atque eius corpus diuinitus humaſſe, & reliquiſſe genti ſuæ monumentum. L. Calpurnius Piſo in annalibus ſcribit, Sabino bello, quod fuit Romulo & Tatio, virum fortiſſimum Metium Curtium Sabinum, cùm Romulus cum ſueis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet; Curtium in locum paluſtrẽ, qui tum fuit in foro, ante quàm cloacæ ſint

factæ, seceſſiſſe, atque ſuos in Capitolium recepiſſe. Ab eo lacum inueniſſe nomen. C. Ælius & Q. Lutatius ſcribunt eum locum eſſe fulguratum, & ex ſenatuſconſulto ſeptum eſſe; idque factũ eſſe à Curtio conſule, cui Marcus Genucius fuit collega, Curtium appellatum. Arx ab arcendo, quòd is locus munitiſſimus vrbis; à quo facilimè poſſit hoſtis prohiberi. Carcer à coercendo, quòd exire prohibētur. In hoc pars quæ ſub terra, Tullianum: ideo quòd additum à Tullio rege: quòd Syracuſeis, vbi ſimili de cauſſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiæ, & de latomia tranſlatum, quòd heic quoque lapidicinæ fuerunt. Inde Lauretum, ab eo quòd ibi ſepultus eſt T. Tatius rex, qui à Laurentibus interfectus eſt. ab ſilua laurea, quòd ea ibi exciſa; & ædificatus vicus. vt inter ſacram viam & macellum editum, Corneta à corneis, quæ abſciſſæ loco reliquerunt nomen. vt Eſculetum ab eſculo dictum, & Fagutal à fago: vnde etiam quod ibi ſacellum, Iouis Fagutalis. Armiluſtrum, ab ambitu luſtri locus. item Circus maximus dictus, quòd circum ſpectaculeis ædificatus, vbi ludi fiunt; & quòd ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Itaque dictũ in Cornicula * millies aduentu, quem circumeunt ludētes, Quid ceſſamus ludos facere? Circus noſter ecce adeſt. In circo primo, vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres: Næuius Oppidum appellat. Carceres dicti quòd coercentur equi, ne inde exeant ante quàm magiſtratus miſit: Oppidum, quòd à muri parte pinneis turribúſque carceres olim fuerũt. Scripſit * poeta, Dictator vbi currum inſidit, peruehitur vſque ad oppidum. Intimus circus ad * murtiũ vocatus, vt Procilius aiebat, ab vrceeis; quòd is locus eſſet inter figulos. alii eſſe

milites ad vectim, quem

Ennius

murcis

dicunt à murteto declinatum, quòd ibi id fuerit: cuius veſtigium manet, quòd ibi ſacellum etiam nunc Murtiæ Veneris. Item ſimili de cauſſa circus Flaminius dicitur, qui ædificatus eſt circum Flaminium campum; & quòd ibi quoque ludeis *Tauriceis circum metas currũt. Comitiũ ab eo, quòd coibant eò comitiis curiateis, & litiũ cauſſa. Curiæ duorum generum. nam & vbi curarent ſacerdotes res diuinas; vt curiæ veteres: & vbi ſenatus humanas; vt curia Hoſtilia, quòd primus ædificauit Hoſtilius rex. Ante hanc Roſtra, cuius id vocabulum ex hoſtibus capta fixa ſunt roſtra. Sub dextra huius à comitio locus ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad ſenatum eſſent miſſi. Is Græcoſtaſis appellatur à parte, vt multa. Senaculum ſupra Græcoſtaſin, vbi ædes Concordiæ, & baſilica Opimia. Senaculum vocatum vbi ſenatus, aut vbi ſeniores conſiſterent, dictum vt γερουσία apud Græcos. Lautolæ à lauando, quòd ibi ad Ianum Geminum aquæ calidæ fuerunt. Ab heis palus fuit in minore velabro, à quo, quòd ibi vehebantur lintribus, Velabrum; vt illud maius, de quo ſuprà dictum eſt. Æquimeliũ, quòd æquata Melii domus publicé; quòd regnum occupare voluit is. Locus ad buſta Gallica, quòd Roma recuperata, Gallorum oſſa, qui poſſederunt vrbem, ibi coaceruata ac conſita. Eſt locus qui vocatur Doliola ad cloacam maximã, vbi non licet deſpuere, à dolioleis ſub terra. Eorũ duæ traditæ hiſtoriæ: quòd alii eſſe aiunt oſſa cadauerum: alii Numæ Pompilii religioſa quædam poſt mortem eius infoſſa. Argiletum ſunt qui ſcripſerũt ab Argo, ſeu quòd is huc venit, ibique ſepultus ſit: alii ab argilla, quòd ibi id genus terræ. Cliuus Publicius, ab ædilibus plebei Publi-

*Taureis

cieis,qui eum publicè ædificarũt. Simili de cauſ-ſa Publilius vicus, & Coſconius vicus, quòd ab heis vireis dicuntur ædificati. Cliuus proximus ad florales vſus verſus. Capitoliũ vetus,quòd ibi ſacellum Iouis,Iunonis,Mineruæ: & id antiquius quàm Ædis quæ in capitolio facta. Eſquiliis vicus Africus,quòd ibi obſides ex Africa bello Punico dicuntur eſſe cuſtoditi. Vicus Ciprius à cipro:quòd ibi Sabini ciues additi conſederũt, qui à bono omine id appellarunt. Nã ciprum Sabinè bonum.Prope hũc vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinii Superbi vxore; quòd,ibi cùm iaceret pater occiſus,ſupra eum vt mitteret carpentũ mulio,iuſſit. Et quoniã vicus conſtat ex domibus,nunc earum vocabula videamus.Domus Græcum eſt. & ideo in ædibus ſacreis ante cællam, vbi ſedes dei ſunt, Græci dicunt πρόδομον: quòd poſt,ὀπισθόδομον. Ædeis ab aditu, quòd plano pede adibant. Itaque ex ædibus efferri indictiuo funere præco etiam eos dicit, qui è taberneis efferuntur; & omneis in cẽſu villas inde dicimus Ædes. Cauum ædium dictũ, qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui eſſet ad communem omnium vſum. In hoc locus ſi nullus relictus erat, ſub diuo qui eſſet; dicebatur Teſtudo à teſtudinis ſimilitudine, vt eſt in prætorio in caſtreis. Si relictum erat in medio, vt lucem caperet: deorſum,quò impluebat, Impluuium dictum:& ſurſum,qua compluebat,Cõpluuium;vtrumque à pluuia. Tuſcanicum dictũ à Tuſceis,poſteaquam illorum cauum ædium ſimulare cœperunt. Atrium appellatum ab Atriatibus Tuſceis.illinc enim exemplum ſumptũ. Circum cauum ædium erãt vniuſcuiuſque rei vtilitatis cauſſa parietibus diſſepta:vbi quid cõditum

eſſe volebant; à cælando Cællam appellarunt, Penariam, vbi penus. Vbi cubabant, Cubiculum: vbi cænabant, Cænaculum vocitabant: vt etiam nunc Lanuuii apud ædem Iunonis, & in cetero Latio, ac Faleriis, & Cordubæ dicuntur. Poſteaquam in ſuperiore parte cænitare cœperunt; ſuperioris domus vniuerſa, Cænacula dicta. Poſteaquam *ibi cænabant, plura facere cœperunt, vt in caſtreis ab hieme Hiberna. hibernum domus vocarunt: contra æſtiuum.

vbi

* *Deſunt paginæ tres.* *

religionem *Porcius deſignat, cùm de Ennio ſcribēs dicit eum coluiſſe *Tutilinæ loca. Sequitur porta Næuia, quòd in nemoribus Næuiis. Næuius enim loca vbi ea ſic dicta, coluit. Deinde porta Rauduſcula, quòd ærata fuit. æs Raudus dictum; ex eo in veteribus mancupiis ſcriptū, Rauduſculo libram ferito. Hinc porta Lauernalis ab ara Lauernæ, quòd ibi ara eius deæ. Præterea intra muros video portas dici: in Palatio Mucionis, à mugitu, quòd ea pecus in Bucitatum antiquum oppidum exigebant. Alteram, Romanulā, quæ eſt dicta ab Roma; quæ habet gradus in naualia ad Volupiæ ſacellum. Tertia eſt Ianualis, dicta ab Iano; & ideo ibi poſitum Iani ſignū, & ius inſtitutum à Numa Pompilio, vt ſcribit in annalibus L. Piſo, vt ſit clauſa ſemper, niſi cùm bellum ſit. Nuſquam traditū eſt memoriæ Pompilio rege fuiſſe apertam: & pòſt T. Manlio cōſule, bello Carthaginienſi primo confecto; & eodem anno apertam. Super lectuleis origines, quas aduerti, hæ. Lectica, quòd legebant, vnde eā facerent, ſtramēta atque herbas, vt etiam nunc fit in

potius Tullinæ

caſtreis. lectos, ne eſſent in terra, ſublimes in heis
ponebant. Niſi ab eo quòd Græci antiqui dice-
bant λέκτρον, lectum potius. quam lecticam quòd
inuoluebant, quòd ferè ſtramēta erant è ſegete,
Segeſtriam appellant, vt etiam nunc in caſtreis.
Niſi à Græceis. nam στεγαστροι, vbi lectus mortui
fertur, dicebant. feretrum noſtri, Græci φέρετρον καὶ
φέρετρον. Poſteaquam tranſierunt ad culcitas, quòd
in ea ſagum, aut tomentum, aliúdve quid calca-
bant, ab inculcando Culcita dicta: " ac quidquid hac
inſternebant, à ſternendo Stragulum appella-
bant. Puluinar, vel à plumeis, vel a* pelluleis de- pellibus
clinarunt. Quibus operiebantur, Operimenta, &
pallia, Opercula dixerunt. In heis multa peregri-
na, vt Sagum, Reno Galli, quid gaunacumma e-
ius ſagum, & Amphimalon, Græca: contrà Lati-
num Torale, quod ante torum & Torus à toruo,
quòd is in promptu. ab hac ſimilitudine " Torui- torulus
nus in mulieris capite ornatus. Quia ſimplici
ſcanſione ſcandebant in lectum non altum, Sca-
bellum; in altiorem, Scamnum. Duplicata ſcan-
ſio, Gradus dicitur, quòd geritur ab inferiore in
ſuperiorem. Græca ſunt, Periſtromata & Peripe-
taſmata. ſic aliud aliquid item conuiuii cauſſa ibi.

Multa pecuniæ ſignatæ vocabula ſunt. æris &
argenti hæc. As ab ære. Dupōdius à duobus pon-
deribus, quòd vnum pōdus Aſsipondium dice-
batur. id ideo quòd As erat libræ pondus deinde
ab numero reliquum dictum vſque ad Centuſsis,
vt as ſingulari numero. Ab tribus aſsibus Treſsis,
& ſic proportione vſque ad Nonuſsis. In denario
numero hoc mutat: quod primum eſt, ab decem
aſsibus Decuſsis: ſecundum à duobus decuſsibus viceſſis
*Biceſsis, quod dixi ſolum à duobus decuſsibus viceſſis
*biceſsis. Reliqua conueniunt, vt Triceſsis à tri-

bus,ſic proportione vſq; adCentuſsis;quo maius æris vocabulum non eſt. Nam " ducenti in proportione cùm dicuntur, non magis aſſes, quàm denarii aliæve res ſignificantur. Æris minima pars,Sextula, quòd ſexta pars vnciæ. Semuncia, quòd dimidia pars vnciæ. Se valet dimidiū,vt in Selibra & Semodio. Vncia ab vno. Sextans ab eo quòd ſexta pars aſsis:ſicut Quadrās,quòd quarta; & Triens,tertia pars. Semiſsis,quòd ſemiæs,id eſt dimidium aſsis,vt ſuprà dictum eſt. Septunx à ſeptem & vncia " concluſum. Reliqua obſcuriora, quòd à deminutione:& ea quæ deminuuntur,ita ſunt vt extremas ſyllabas habeant. vt à duodecim vna dempta vncia, Deunx. Dextans dempto ſextante : Dodrans,dempto quadrante. Bes,vt olim des, dempto triente. In argento nummi id à Siculeis. Denarii, quòd denos æris valebant. Quinarii,quòd quinos. Seſtertius,quòd ſemis tertius. Dupondius enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt: & veteris conſuetudinis vt retro æra dicerentur, ita vt ſemis tertius,ſemis quartus pronuntiarent. Seſtertius igitur ab ſemis tertius dictus. Nummi denarii decuma libella,quòd libram pōdo as valebat,& erat ex argento parua. Sembella,quòd ſit libellæ dimidium,quod ſemis aſsis. Teruncius à tribus vnciis,ſembellæ quod valet dimidium: & eſt quarta pars, ſic vt quadrans, aſsis. Eadem pecunia vocabulum mutat. nam poteſt idem dici dos,arrabo,merces,corollarium. Dos erit pecunia, ſi nuptiarū cauſſa data : hæc Græcè δωτίνη,ita enim hoc Siculi:ab eodem " Donum. Nā Græcè vt ipſi δῶρον,vt alii δόμα,& vt Attici δόσις. Arrabo ſic dicta, vt reliquum reddatur. hoc verbum à Græco ἀῤῥαβών. Reliquum, ex eo quòd debitum reliquit. Damnum à demptione, cùm minus re

ducenties

conliſum

demū

factum quàm quanti conſtat. Lucrum, ab luendo, ſi amplius, " quàm exoluerit quanti eſſet ceptum. Detrimentum, à detritu, quòd ea quæ trita, minoris pretii. Ab eadem Intertrimentum; ab eo quòd duo, quæ inter ſe trita & deminuta, à quo etiam Intrigo dicta, & Intertrigo. Multa, à pecunia, quæ à magiſtratu dicta, vt exigi poſsit ob peccatum. quòd ſingulæ dicuntur appellatæ eſſe multæ, quòd olim vnum dicebant multa. Itaque cùm in dolium aut culeum vnum addunt ruſtici, prima vrna addita, dicunt etiam nunc Multa. Pœna, à puniendo: vel à pœnitendo, quod poſt peccatum ſequitur. Pretium, quod æſtimationis, emptioniſve cauſſa conſtituitur, dictum à periteis, quòd hi ſolùm poſſunt facere rectè id. Si quid datũ pro opera aut opere, Merces, à merendo. Quod manu factum erat, & datum pro eo, Manupretium, à manibus & pretio. Corollarium, ſi additum præter quàm quod debitum eius. vocabulum fictum à corolleis: quòd hæ, cùm placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ. Præda eſt ab hoſtibus capta, quòd manu parta, vt parida præda. Præmium à præda, quòd ob rectè quid factum conceſſum. Si datur quod reddatur, Mutuum; quod Siculi μοῖτον. Ita ſcribit Sophron, μοῖτον ἀνταπόδομον. & Munus, quod mutuo animo qui ſunt, dant officii cauſſa. Alterũ munus, quod muniendei cauſſa imperatum; à quo etiam Municipes, qui vnà munus fungi debẽt, dicti. Ea pecunia quæ in iudicium venit in litibus, Sacramẽtum à ſacro. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, vterque " quingentos æris ad pontem deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſsium. Qui iudicio vicerat, ſuum

" ex eo luerit, quàm quãti)

" quinquagenos æris ad põtificẽ dependebãt: de aliis

ſacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat. Tributum dictum à tribubus, quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à ſinguleis pro portione cēſus exigebatur. Ab hoc ea quæ adſignata erat, Adtributum dictum. Ab eo quoque quibus adtributa erat pecunia, vt militi reddant, Tribuni ærarii dicti. 'Id quod adtributum erat, æs militare. hoc eſt quod ait Plautus, Cedit miles, æs petit. Et hinc dicuntur milites ærarii, ab ære, quòd ſtipendia facerent. Hoc ipſum Stipēdium ab ſtipe dictum, quòd æs quoque Stipem dicebant. Nam quòd aſſes libræ pondo erant; qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cælla ſtipabant, id eſt, componebant, quo minus loci occuparet. à ſtipando Stipem dicere cœperunt. Stipare ab στείβειν fortaſſe, Græco vocabulo. Id apparet, quòd vt alias, tum inſtitutum etiam nunc, diis cum theſaureis aſſes dant, ſtipem dicunt: & qui pecuniam alligat, Stipulari & Reſtipulari. " Milites ſtipendiarii ideo quòd eam ſtipem pendebant. Ab eo Ennius ſcribit, Pœni ſtipendia pendunt. Ab eodem ære impēdendo, Diſpenſator, & in tabuleis ſcribimus Expenſum, & inde prima Penſio, & ſic aut ſecunda, aut quæ alia. Et Diſpendium, ideo quòd in diſpendēdo ſolet minus fieri: Compendium, quòd cùm compenditur, vna ſit. A quo vſura, quòd in ſortem accedebat, Impendium appellatum: quæ cùm accederet ad ſortem, ex vſu Vſura dicta, vt Sors quod ſuum fit ſorte. Per trutinam ſolui ſolitum, veſtigium etiam nunc manet in æde Saturni, quòd ea etiam nunc propter penſuram, Trutinam habet poſitam. Ab ære Ærarium appellatum. Ad vocabula, quæ pertinere ſumus rati, ea quæ & loca, & ea quæ in lo-

In quos

Militis)

ceis ſunt,ſatis arbitror dicta: quòd neque parum multa ſunt aperta:neque,ſi amplius velimus,volumen patietur. Quare in proximo (vt in primo libro dixi)quod ſequitur de temporibus dicam.

M. TERENTII VARRONIS DE LINGVA LAtina liber quintus ad M. Tullium Ciceronem.

ORIGINES verborum, quæ ſunt locorum, & quæ in heis, in priore libro ſcripſi. in hoc dicam de vocabuleis temporum, & earum rerum quæ in agendo fiunt aut dicũtur cum tempore aliquo; vt ſedetur,ambulatur,loquitur. Atque ſiqua erũt ex diuerſo genere adiuncta, potius cognationi verborum, quàm auditori calumnianti geremus morem. Huius rei auctor ſatis mihi Chryſippus, & Antipater; & illi in quibus etſi non tantum acuminis, at plus litterarũ; in quo eſt Ariſtophanes,& Apollodorus. qui omnes verba ex verbeis ita declinari ſcribunt, vt verba litteras alia adſumant,alia amittãt, alia commutent: vt fit in turdo,in turdario,in turdelice. Sic declinãtes Græci noſtra nomina, dicunt Lucianum, Λουκιανόν, & Quintiũ,Κοίντιον. Ἀρίσταρχον illi,nos Ariſtarchum, & Δίωνα,Dionem.ſic inquam conſuetudo noſtra multa declinauit, vt à vetere vetuſtum, ab ſolo

ſolum, ab libero liberum, ab laſibus lares. quæ obruta vetuſtate, vt potero eruere conabor. Dicemus primò de temporibus,& quæ per ea fiunt. Sed ita vt ante de natura eorum. ea enim dux fuit ad vocabula imponenda homini. Tempus eſſe dicunt interuallum mundi, & motus. Id diuiſum in parteis aliquot maximè ab ſolis & lunæ curſu. Itaque ab eorum tenore temperato
motore Tempus dictum: vnde Tempeſtiua, & à * motu
dio eorum, qui toto cælo coniunctus mundus * deo,
dio motus caſu venit. à quo tempus id ab hoc * deo dies appellatur. Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui non R in hoc loco dicebant, vt Præneſte inciſum in ſolario vidi, quod Cornelius in baſilica Æmilia & Fuluia inumbrauit. Diei principium Mane, quòd tum manat dies ab Oriente. Niſi potius quòd bonum antiqui dicebant Manum. ad cuiuſmodi religionem Græci quoque, cùm lumen adfertur, ſolent dicere, φῶς
ſuperrimo ἀγαθόν. Suprema, ſummum diei, id à * ſupremo. hoc tempus duodecim tabulæ dicunt Occaſum eſſe ſolis: ſed poſtea lex Prætoria id quoque tempus iubet eſſe ſupremum, quo prætor in comitio ſupremam pronuntiauit populo. Secundum hoc dicitur Crepuſculum, à crepero. id vocabulum ſumpſerunt à Sabineis: vnde veniunt Crepuſci nominati Amiterno, quòd eo tempore e-
Reate rant nati, vt Lucii prima luce * in creatione. Crepuſculum ſignificat dubium; ab eo res dubiæ dictæ Creperæ, quòd crepuſculum, dies etiamnum ſit, an iam nox, multeis dubium. Nox (vt
Catullus * Catulus ait) quòd omnia, niſi interueniat ſol, pruina obriguerint. quòd nocet, nox, niſi quòd Græcè νὺξ, nox. Cùm ſtella prima exorta, Græci vocant ἕσπερον, noſtri Veſperuginem. vt Plautus,

Neque veſperugo, neque vergiliæ occidunt. Exortæ ſtellæ tempus dictum à Græceis ἑσπέρα, Latinè Veſper: vt ante ſolem ortum, quòd eadem ſtella vocabatur Iubar, quòd iubata. Pacuuius dicit, Paſtor exorto iubare, noctis decurſo itinere. Ennius, Aiax lumen iubârve in cælo cerno? Inter veſperuginem & iubar dicta nox. Intempeſta nox, vt in Bruto Caſsius, quod dicebat Lucretia, Nocte intempeſta noſtram deuenit domum. In- aduenit
tempeſtam Ælius dicebat, cùm tempus agendi eſt nullum: quod alii concubium appellarunt, quòd ferè omnes tunc cubarent: alii, ab eo quòd ſileretur, Silentium noctis. Quod idem Plautus tempus Conticinium. ſcribit enim, Videbimus. factum volo: i, redito conticinio. Alter motus ſolis eſt, alter cæli, quod mouetur à bruma ad ſolſtitium. Dicta Bruma, quòd breuiſsimus dies eſt: Solſtitium, quòd ſol eo die ſiſtere videatur; aut quod ſol ad nos verſum, proximum eſt ſolſtitium. Cùm venit in medium ſpatium inter brumam & ſolſtitium, quòd dies æquus ſit ac nox, Æquinoctiũ dictum. Tẽpus à bruma ad brumam dũ ſol redit, vocatur annus; ꝙ vt paruuli circuli annuli, ſic magni dicebantur circites anni: vnde circi
Annus. huius tẽporis pars Hiemps, ꝙ tum multi himbres. hinc Hibernacula, Hibernum: vel ꝙ tũ anima, quæ flatur, omniũ apparet, ab hiatu hiẽps. Tẽpus ſecundum, Ver; quòd tum virere incipiũt virgulta, ac vertere ſe tẽpus anni. niſi quòd Iones dicũt βῆρ. Tertiũ, ab æſtu, Æſtas. hinc Æſtiuum. Niſi forte à Græco αἴθεσθαι. Quartum, Autumnus.

* *Multa deſunt.* *

ab ſole: ſic menſis à lunæ motu dictus, dũ ab ſole

profecta, rurſus redit ad eum luna, quòd Græcè olim dicta μήνη: vnde illorũ μῆνες. ab eo noſtri. A menſibus Intermeſtris dictus; quòd putabant inter prioris menſis ſeneſcentis extremos dies, & nouam lunam, eſſe diem, quem diligentius Attici " ἕνην καὶ νέαν appellarunt: ab eo quòd ea die poteſt videri extrema & prima luna. Luſtrum nominatum tempus quinquennale, à luẽdo, hoc eſt ſoluendo: quòd quinto quoque anno vectigalia & " vltro tributa per cenſores perſoluebantur. "Seculum, ſpatium annorum centum vocarunt: dictum a ſene, quòd longiſsimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt. Æuum ab ætate omnium annorum: hinc Æuiternum, quod factum eſt Æternum. Id ait Chryſippus eſſe αἰῶνα. Ab eo Plautus, Non omnis ætas ad perdiſcendum eſt ſatis. hinc poetæ, Æterna tẽpla cæli.

μηνηκοῖαν

vltra

Sæculum

A cæli naturali diſcrimine ciuilia vocabula dies acceſſerũt. Dicam prius, qui deorum cauſſa, tum qui hominum, ſint inſtituti. Dies Agonales, per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agone; eo quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur. Carmentalia nominantur quòd ſacratum & feriæ Carmentis. Lupercalia dicta quòd in lupercali luperci ſacra faciunt. Rex cùm ferias menſtruas Noneis Februarieis edicit, hunc diem Februatum appellat. Februum Sabini purgamentum, & id in ſacreis noſtreis verbum. Nam & Lupercalia Februatio, vt in antiquitatum libreis demonſtraui. Quirinalia à Quirino, quòd ei deo feriæ, & eorum hominum qui fornacalibus ſueis non fuerunt feriati. Feralia ab infereis, & ferendo. quòd ferunt tum epulas ad ſepulchrum, quibus ius ibi parentare. Terminalia, quòd is dies anni extremus conſtitutus.

Duode-

Duodecimus enim mẽſis fuit Februarius,& cùm intercalatur,inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe.Equiria,ab equorum curſu. Eo enim die currunt equi in campo Martio.Liberalia dicta quòd per totum oppidum eo die ſedent ſacerdotes Liberi,hedera coronatæ anus cum libeis & foculo pro emptore ſacrificãtes.In libreis Saliorum,quorum cognomen Agonẽſium, forſitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. Quinquatrus:hic dies vnus à nominis errore obſeruatur proinde vt ſint" quinque.dictus ab Tuſculaneis poſt diem ſextum Eidus ſimiliter vocatus Sexatrus ; & poſt diem ſeptimum, Septimatrus: ſic hic quòd erat poſt diem quintum Eidus, Quinquatrus.Tubiluſtrũ appellatur, quòd eo die in atrio ſutorio ſacrorũ tubæ luſtrantur.Megaleſia dicta à Græceis , quòd ex libris Sibyllineis accerſita ab Attalo rege Pergami prope murũ Megaleſion,vbi tẽplum eius deæ,vnde aducta Romam.Fordicidia à fordeis bubus.bos Forda,quæ fert in ventre ; quòd ea die publicè immolantur boues prægnãtes in curiis compluréis. A fordeis cædendeis Fordicidia dicta. Palilia dicta à Pale, quòd & feriæ ei deæ fiunt , vt Cerealia à Cerere, Vinalia à vino.Hic dies Iouis,non Veneris.Huius rei cura nõ leuis in Latio.nam aliquot loceis vindemiæ primùm à ſacerdotibus publicè fiebãt, vt Romæ etiamnunc. nam flamen Dialis auſpicatur vindemiam: & vt iuſsit vinũ legere, agna Ioui facit : inter cuius exta cæſa & porrecta flamen prorſus vinum legit. In Tuſculaneis ſacreis eſt, Vinum nouum ne vehatur in vrbem ante quàm vinalia Kalentur. Robigalia dicta ab Robigo. ſecundum ſegetes huic deo ſacrificatur , ne rubigo occupet ſegetes.Dies Veſtalia,vt virgines Veſta-

quar- tus ſiue quint⁹

les Veſtæ ſacrificent. Quinquatrus Minuſculæ dictæ Iuniæ Eidus ab ſimilitudine Maiorum, quòd tibicines tum feriati per vrbem vagantur, & conueniunt ad ædem Mineruæ. Dies Fortis Fortunæ appellatus ab Seruio Tullio rege, quòd is fanum Fortis Fortunæ ſecundum Tiberim extra vrbem Romam dedicauit Iunio menſe. Dies Populi Fugia videtur nominatus, quòd eo die repente tumultu fugerit populus. non multo enim pòſt hic dies quàm deceſſus Gallorum ex vrbe: & qui tum ſub vrbe populi, vt Ficuleates ac Fidenates, & finitimi alii, contra nos coniurarunt. Aliquot huius diei veſtigia fugæ in ſacreis apparent. de quibus rebus antiquitatum libri plura referunt. Nonæ Caprotinæ, quòd eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificant, & ſub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam. Cur toga *Ob hoc toga prætexta data eis: Apollinaribus ludeis docui populum. Neptunalia à Neptuno, eius enim dei feriæ. Furinalia à Furina, quòd ei deæ feriæ publicæ dies is, cuius deæ honos apud antiquos. Nam ei ſacra inſtituta annua, & flamen adtributus: nunc vix nomen notum pauceis. Portumnalia dicta à Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feriæ inſtitutæ. Vinalia Ruſtica dicūtur ante diem duodecimum Kalendas Septembris; quòd tum Veneri dedicata ædis, & orti eius tutelæ adſignantur, ac tum ſunt feriati olitores. Conſualia dicta à Conſo, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius ab ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Volcanalia à Volcano, quòd ei tum feriæ, & quòd eo die populus pro ſe in ignem animalia mittit. Opeconſiua dies ab dea Opeconſiua, cuius in regia ſacrarium; quòd ideo

actum vt eò præter virgines Veſtales, & ſacerdotem publicum, introeat nemo. Is cùm eat, ſuffibulum haud habeat: "ſcriptum id dicitur, vt à ſuffiendo ſubligaculum. Vortumnalia à Vortumno, cuius feriæ Octobri menſe. Meditrinalia dies dictus à medendo; quòd, vt Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum vinum nouum & vetus libari & deguſtari medicamenti cauſſa. Quod facere ſolent etiam nunc multi, cùm dicant; "Nouum vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor. Fontinalia à fonte, quòd is dies feriæ eius. ab eo autem tum, & in fontes coronas iaciunt, & puteos coronant. Armiluſtrium, ab eo quòd in armiluſtrio armati ſacra faciunt. Niſi locus potius dictus ab heis. ſed quod de heis prius. Id ab luendo, aut luſtro, id eſt, quòd circumibant ludentes ancilibus armati. Saturnalia dicta ab Saturno, quòd eo die feriæ eius. vt poſt diem tertium Opalia, Opis. Angeronalia ab Angerona, cui ſacrificium fit in curia. Accalia feriæ publicæ Laurentinæ is dies, quem quidam in ſcribendo Laurentalia appellant; ab Acca Laurentia nominatus, cui ſacerdotes noſtri publicè parentant ſexto die, qui " atra dicitur, & dicũt hunc diem Tarentini Accas Tarentinas. Hoc ſacrificiũ fit in Velabro, qua in nouam viam exitur, vt aiunt quidam, ad ſepulcrum Accæ: vt quod ibi prope faciũt diis manibus ſeruilibus ſacerdotes. qui vterque locus extra vrbem antiquam fuit, non longè à porta Romanula, de qua in priori libro dixi. Dies Septimontiũ nominatus, ab heis ſeptem mõtibus in queis ſita vrbs eſt. Feriæ, nõ populi, ſed mõtanorũ modò, vt Paganalibus, qui ſunt alicuius pagi. De ſtatutis

tritũ id

Nouũ vinum vetus bibo: Vetus vinum nouum bibo; Nouo veteri vino morbo medeor. Fonti-nalia

Accã

diebus dixi,nunc de annalibus dicam. Cōpitalia, dies adtributus laribus, vt alibi: ideo vbi viæ cōpetūt, tum in cōpiteis ſacrificatur; quotanneis is dies cōcipitur. Similiter Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latineis populeis, quibus ex Albano mōte ex ſacreis carnem petere fuit ius cū Romaneis: à quibus Latineis Latinæ dictæ. Sementinæ feriæ, dies is qui à pontificibus dictus; appellatus à ſemente, quòd ſationis cauſſa ſuſceptæ. Paganicæ, eiuſdem agriculturæ cauſſa ſuſceptæ, vt haberet in agreis omnis pagus: vnde paganicæ dictæ ſunt. Præterea feriæ Conceptiuæ, quæ non ſunt annales; vt hæ quæ dicuntur ſine proprio vocabulo, aut cū perſpicuo; vt Nouendialis.

De heis diebus nunc iam, qui hominum cauſſa conſtituti, videamus. Primi dies menſium nominati Kalendæ, ab eo quòd heis diebus Kalentur eius menſis Nonæ à pontificibus, quintanæne an ſeptimanæ ſint futuræ, in Capitolio in curia Kalabra ſic dictæ, Quinque Kalo Iuno Nouella. Septem Kalo Iuno Nouella. Nonæ appellatæ, aut quòd ante diem nonum Eidus ſemper, aut quòd vt nouus annus Kalendæ Ianuariæ ab nouo ſole appellatæ, nouus menſis, noua luna Noneis. Eodem die enim in vrbem ab agreis ad regem conueniebat populus. Harum rerum veſtigia apparent in ſacreis Nonalibus in arce; quòd tunc ferias primas menſtruas, quæ futuræ ſint eo menſe, rex * prædicit populo. Eidus ab eo quod Tuſci Itus, vel potius quod Sabini Eidus dicunt. Dies poſtridie Kalendas, Nonas, Eidus appellati atri; quòd per eos dies noui inciperēt. Dies Faſti, per quos prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari. Comitiales dicti, quòd tū eſſet populus

* edicit

conſtitutus ad ſuffragium ferendum. niſi ſi quæ feriæ conceptæ eſſent, propter quas non liceret: vt Compitalia, & Latinæ. Contrarii horum vocantur dies Nefaſti, per quos dies nefas fari prætorem: Do, dico, addico. Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Quòd ſi tum imprudens id verbum emiſit, aut quem manumiſit, ille nihilominus eſt liber, ſed vitio: vt magiſtratus vitio creatus, nihilo ſecius magiſtratus. Prætor qui tum fatus eſt, ſi imprudens fecit, piaculari hoſtia facta piatur: ſi prudens dixit, Quintus Mucius abnegabat eum expiari, & vt impium non poſſe dicebat. Interciſi dies ſunt, per quos mane & veſperi eſt nefas, medio tempore inter hoſtiam cæſam & exta porrecta fas: à quo quòd fas tum intercedit, interciſi dies, aut quòd tum interciſum, nefas. Dies qui vocatur ſic, Quando rex comitiauit, fas: dictus ab eo quòd eo die rex ſacrificulus dicat ad comitium, Ad quod tẽpus eſt nefas, ab eo fas. Itaque poſt id tempus lege actum ſæpe. Dies qui vocatur, Quando ſtercus delatum, fas: ab eo appellatus, quòd eo die ex æde Veſtæ ſtercus euerritur, & per Capitolinum cliuum in locum defertur certum. Allienſis dies ab Allia fluuio dictus. nam ibi exercitu noſtro fugato, Galli obſederunt Romam. Quod ad ſingulorum dierum vocabula pertineat dixi. Menſium nomina ſunt aperta ferè, ſi à Martio, vt antiqui inſtituerunt, numeres. Nam primus à Marte. Secundus (vt Fuluius Flaccus ſcribit, & Iunius Gracchus) à Venere, quòd ea ſit Ἀφροδίτη. cuius nomen ego, antiqueis littereis quod nuſquam inueni, magis puto dictum, quòd ver omnia aperit, Aprilem. Tertius, à maioribus, Maius. Quartus, à iuniori-

bus,Iunius.Dehinc quintus Quintilis,& ſic deinceps vſque ad Decembrem à numero.Ad hos qui additi; prior à principe Iano Ianuarius appellatus. Poſterior,vt iidem dicunt ſcriptores, ab diis infereis Februarius appellatus,quòd tum heis parentetur. Ego magis arbitror Februarium à die februato, quòd tum Februatur populus,id eſt,luperceis nudeis luſtratur antiquum oppidum Palatium,gregibus cinctum.

QVOD ad temporum vocabula Latina attinet, hactenus ſit ſatis dictum. Nunc quod ad eas res attinet, quæ in tempore aliquo fieri animaduerterim,dicam. vt hæc ſunt; Legiſti currens,ludens. De queis duo prædicere volo, quanta ſit multitudo eorum, & quæ ſint obſcuriora quàm alia. Cùm verborum declinantium genera ſint quattuor: vnum, quod tempora adſignificat, neque habet caſus, vt ab lego, legis: alterum quod caſus habet, neque tempora adſignificat, vt ab lego, lectio, & lector: tertium, quod habet vtrumque, & tempora & caſus, vt ab lego, legens, lecturus: quartum, quod neutrum habet, vt ab lego, lectè, lectiſsimé: horum verborum ſi primigenia ſunt ad mille (vt Coſconius ſcribit) ex eorum declinationibus verborum" diſcrimina quingēta millia eſſe poſſunt: ideo quia ſinguleis verbeis primigeniis circiter quingentæ ſpecies declinationibus fiunt. Primigenia dicuntur verba, vt lego, ſcribo, ſto, ſedeo; & cetera, quæ non ſunt ab aliquo verbo, ſed ſuas habent radices. Contra, verba declinata ſunt, quæ ab aliquo oriuntur, vt ab lego, legis, legit, legam, & ſic itidem hinc permulta. Quare ſiquis primigeniorum verborum origines oſtenderit, ſi ea mille ſunt, quingētûm millium ſimplicium

diſcriminū)

verborum cauſſas aperuit" vna. In" nulleis tamen, vnas.
qui ab heis reliqua orta oſtenderit, ſatis dixerit mul-
de origine verborum; cùm vnde nata ſint prin- teis
cipio erant pauca, quæ inde nata ſunt, innume-
rabilia. A quibus iiſdem principiis, antepoſiteis
præuerbiis pauceis, immanis verborum accedit
numerus, quòd præuerbiis additeis, atque com-
mutateis aliud atque aliud fit. Vt enim ceſsit at-
que receſsit, ſic acceſsit & abſceſsit: item inceſsit
& exceſsit, ſic ſucceſsit, & deceſsit, & conceſsit,
& præceſsit. Quòd ſi hæc decem ſolùm præuer-
bia eſſent, quoniam ab vno verbo declinatione
quingenta diſcrimina fierent, heis decemplica-
teis coniuncto præuerbio, ex vno quinque mil-
lia numero efficerent: ex mille ad quinquagies
centum millia" diſcrimina fieri poſſunt. Demo- diſcri-
critus, ſecuti & item alii, qui infinita principia di- minum
xerunt. quæ vnde ſint, non dicunt, ſed cuiuſmodi
ſint. faciunt tamen magnum quod quæ ex heis
conſtant in mundo, oſtendunt. Quare ſi etymo-
logia principia verborum poſtulet mille, de qui-
bus ratio ab ſe non poſcatur; & reliqua oſtendat,
quod non poſtulat: tamen immanem verborum
expediet numerum. De multitudine, quoniam,
quod ſatis eſſet, admonui, de obſcuritate pauca
dicam. Verborũ quæ tempora adſignificãt; ideo
locus difficilimus eſt ἔτυμα, quòd neque heis ferè
ſocietas cũ Græca lingua, neq; vernacula ea, quo-
rum repertũ memoria adfuerit noſtra. de quibꝰ,
vt dixi, quæ poterimus. incipiam hinc. Primum
quod dicitur ago; Actio ab agitatu facta. Hinc di-
cimus, Agit geſtũ tragœdus, & Agitantur quadri-
gæ. Hinc Agitur pecus paſtum, qua vix agi po-
teſt. Hinc Angiportũ, quia nihil in eo poteſt agi.
Hinc Angulus, quòd in eo locus anguſtiſsimus,

cuius loci is angulus. Actionum trium, primus agitatus mentis; quòd primùm ea quæ ſumus acturi, cogitare debemus; deinde tum dicere; ac poſtremò facere. De heis tribus minimè putat volgus eſſe actionem cogitationem: tertium, in quo quid facimus, id maximum. Sed & cùm hoc "agitamus, quid & in eam rem cogitamus, in mente agimus; & cùm pronuntiamus, agimus. Itaque ab eo orator dicitur agere cauſſam: & augures agere augurium dicuntur, cum in eo plura dicant quàm faciant. Cogitare à cogendo dictum. mens plura in vnum cogit, vnde deligere poſsit. Sic è lacte coacto Caſeus nominatus. ſic ex hominibus Cõcio dicta: ſic Coactio, ſic Compitũ nominatum. A cogitatione Concilium; vnde Conſilium: quòd vt veſtimentum apud fullonem cùm cogitur, *Conſiliari dicitur. Sic Reminiſci, cùm ea quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur, & cogitando repetũtur. Hinc etiam Comminiſci dictum, à con & mẽte; cùm finguntur in mente quæ nõ ſunt: & ab hoc illud quod dicitur Reminiſcor, cùm commentum pronũtiatur. Ab eadem mẽte Meminiſſe dictum: & Amẽs, quod à mẽte ſua diſcedit. Hinc etiã Metuo, mẽtem quodammodo motam amoueo. ſic quòd frigidus timor eſt, Tremuiſti, id eſt, timuiſti. Tremo dictũ à ſimilitudine vocis, quæ tũc cum valde timetur, apparet. tũ etiam in corpore pili, vt ariſta in ſpica hordei Horrent. Curare à cura dictum. Cura, quòd cor vrat. Curioſus, qui hac præter modum vritur. Recordari, rurſus in cor reuocare. Curia vbi ſenatus rẽpublicam curat: illa etiam Curia dicitur vbi cura ſacrorũ publica; ab heis Curiones.

cogitamus

conciliari)

Volo à voluntate dictũ, & à volatu, quòd animus ita eſt vt puncto tẽporis peruolet quò volt.

Libere à labendo dictum, quòd vt lubrica mens prolabitur, vt dicebant olim. A libendo Libido, Libidinoſus; ſic alia, vt Libentina. Metuere à quodam motu animi, cùm id quod malum caſurum putat, refugit mens. Cùm vehementius in mouendo, vt ab ſe abeat, & foras fertur, Formido. Cùm pauet, ab eo Pauor. Meminiſſe, à memoria; cùm id quod remãſit in mente, in id rurſus mouetur: quæ à manando, vt Manimoria poteſt eſſe dicta. Itaque Salii, qui cantant Mamurium Veturium, ſignificãt veterem memoriam. Monere ab eadem, quòd is qui monet, proinde ſit ac memoria. ſic Monimẽta quæ in ſepulcreis. Et ideo ſecundum viam; quo prætereunteis admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortaleis. Ab eo cetera quæ ſcripta ac facta memoriæ cauſſa, Monimenta dicta. Mærere à *marcere, quòd mærore corpus marceſcere videatur. hinc etiã Macri dicti. Lætari ab eo quòd latius gaudium propter magni boni opinionem diffuſum. Itaque *Terentius ait, Gaudia ſua ſi omnes homines cõferant vnum in locum, tamen mea exſuperet lætitia. Sic *cùm ſe habent læta. Narro cùm alterum facio *narrũ: à quo Narratio, per quam cognoſcimus rem geſtam, quæ pars agendi eſt.

marcore

Iuuentius

enim

gnarũ

* *Deſunt quædam.* *

Adiicienda & hæc, quæ aut coniuncta cum tẽporibus, aut ab heis. eorum hoc genus videntur etyma. Fatur is qui primùm homo ſignificabilem ore emittit vocem. Ab eo, ante quàm ita faciant pueri, dicũtur Infantes; cùm id faciunt, iam fari: cum hoc vocabulum à ſimilitudine vocis pueri, ac Fatuus fari id dictum. Ab hoc tempore quod tum puereis conſtituant Parcæ fando, dictum Fatum, & res Fatales. Ad hæc eandẽ vocem

qui facilè ſantur, Facundi dicti: qui futura prædiuinando ſolent fari, Fatidici dicti. iidem Vaticinari, quod veſana mēte faciunt. Sed de hoc poſtea erit vſurpandum, cùm de poeteis dicemus. Hinc Faſti dies, quibus certa verba legitima ſine piaculo prætoribus licet fari. Ab hoc Nefaſti, quibus diebus ea fari ius non eſt: &, ſi fati ſunt, piaculum faciunt. Hinc Effata dicuntur, quòd augures finem auſpiciorum cæleſtium extra vrbem agreis ſunt effati. hinc "effari templa dicuntur ab auguribus: adfatus, qui in heis fines ſunt. Hinc Fana nominata, quòd pontifices in ſacrando fati ſunt finem. hinc Profanum eſt, quod ante fanū, id eſt coniunctum fano: hinc Profanatum, quod in ſacrario pollutum. Atque inde Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam Fanatur, id eſt, vt fani lege ſit, id dicitur. Pollutum, quod à porriciendo eſt fictū. Cùm enim ex mercibus libamēta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt: vt cùm Profanum dicitur, id eſt proinde vt ſit fani factum. Itaque vbi olim fano conſumebatur omne quod profanum erat, vt etiam fit: quod prætor vrbanus quotanneis facit, cùm Herculi immolat publicè iuuēcam. Ab eodem verbo fari, Fabulæ, vt tragœdiæ & comœdiæ, dictæ. Hinc Faſſi, & Confeſſi, qui fati id quod ab heis quæſitum. Hinc Profeſſi; hinc Fama, & Famoſi. Ab eodem Falli, Falſum, & Fallacia: quæ propterea quòd fando quem decipit, ac contra quàm dixit, faciat. Itaque ſi quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, ſed tranſlatione, vt à pede noſtro pes lecti, ac pes betæ. Hinc etiam Famiger, Affabile, & ſic compoſita alia item, vt declinata multa, in quo & Fatuus & Fatué. Loqui ab loco dictum; quòd qui primò dicitur fari,

adfari

& vocabula & reliqua verba dicit, ante quam ſuo *quiſque loco ea dicere poteſt. Hunc Chryſippus negat loqui, ſed vt loqui: quare vt imago hominis non ſit homo; ſic in corueis, cornicibus, puereis primitus incipientibus fari, verba non eſſe verba, quòd nō loquantur. Igitur is loquitur qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit: & iſtum Prolocutum dicimus, cùm animo quod habuit, extulit loquendo. Hinc etiam amplius dicuntur Eloqui ac Reloqui in faneis Sabineis è cælla dei, qui eloquuntur. hinc dictus Loquax, qui nimium loquitur: hinc Eloquens, qui copioſè loquitur; hinc Colloquium, cùm conueniunt in vnum locum loquendi cauſſa. Hinc Adlocutum mulieres ire aiunt, cùm eunt ad *aliquam locutum conſulendi cauſſa. hinc quidā Loquelam dixerunt, verbum quod in loquendo efferimus. Concinnè loqui dictum à concinne, vbi inter ſe conueniunt partes, & inter ſe *reſpondent aliud alii. Pronūtiare dictum & Nuntiare. Pro idē valet quod ante, vt in hoc Proludit. Ideo actores pronuntiare dicuntur, quòd proſcenio pronuntiant poeta cogitante: quòd maximè tum dicitur propriè, nouā fabulam cùm agunt. Nūtius eſt enim ab heis rebus nominatus, quod à Græco verbo νέος videri poteſt declinatum: ab ea quidē Græca voce Neapolis, νέα πόλις, ab antiqueis noſtreis vocitata: à quo etiam extremum Nouiſſimum quoque dici cœptum volgo. quod mea memoria, vt Ælius Gallus, ſic ſenes aliquot, nimium nouum verbū quòd eſſet, vitabāt. Cuius origo, vt à vetere vetuſtius, ac veterrimū; ſic à nouo declinatū nouius, & nouiſſimum: quod extremū. Sic ab eadē origine Nouitas, Nouicius, & Noualis; & ſub noueis, dicta pars in foro ædificiorū. quod vocabulū eius

quídque

aliquē locum conſolandi

cudunt

peruetuſtum, vt nouæ viæ, quæ via iamdiu vetus. Ab eo quoque poteſt dictũ nominare, quòd res nouæ in vſum quomodo additæ erant: quibus ea nouiſſent, nomina ponebant. Ab eo nuncupare, & nuncupatæ res, quòd tum in ciuitatę vota noua ſuſcipiuntur. Nuncupare, nominare valere, apparet in legibus, vbi nuncupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ. Itẽ in choro in quo eſt, Æneaʔ quis eſt qui meum nomen nuncupatʔ Itẽ in Medea, Quis tu es mulier quæ me inſueto nuncupaſti nomineʔ Dico, originem habet Græcam, quòd Græci δικάζω. hinc Ennius, Dico qui hunc dicare ' cupit. hinc Iudicare, quòd tunc ius dicatur: hinc Iudex, quòd ius dicat accepta poteſtate, id eſt, quibuſdam verbeis dicendo finit. Sic enim ædis ſacra à magiſtratu pontifice præeunte dicendo dedicatur. Hinc ab indicando Indicium: hinc illa, Indicit 'illum: indixit funus: " Prodixit diẽ: Addixit iudicium. Hinc appellatum Dictum in mimo, ac Dictioſus. hinc in manipuleis caſtrenſibus Dicta ducibus. Hinc Dictata in ludo: hinc Dictator magiſter populi, quòd is à conſule debet dici: hinc antiqua illa, Dicis immo, & Dicis cauſſa, & Addictus (ſi dico quid ſcienti quod det, quod ignorauit trado) Hinc Doceo declinatum: vel quòd cùm docemus, dicimus; vel quòd qui docentur, inducantur in id quod docentur: ab eo quod ſit ducere, qui eſt Dux, aut Ductor, qui ita inducit, vt doceat. Ab docere Diſciplina, & Diſcere, littereis commutateis pauceis. Ab eodem principio Documẽta, quæ exẽpla docendi cauſſa dicuntur. Diſputatio, & Computatio, cum præpoſitione, à Putando, quod valet purum facere. Ideo antiqui purum Putum appellarunt. Ideo Putator, quòd arbores puras facit. Ideo Ra-

poteſt

bellum

prædixit

tio putari dicitur, in qua ſumma ſit pura. Sic is ſermo, in quo pura diſponuntur verba, ne ſit cõfuſus, atque vt diluceat, dicitur Diſputare. Quod dicimus, Diſſerit parteis, item areas, tranſlatitio æquè ex agreis verbo vtimur. Nam vt olitor diſſerit in areas ſui cuiuſque generis res, ſic in oratione qui facit, Diſertus. Sermo, opinor, eſt à ſerie: vnde Serta, & in veſtimento Sartum, quod comprehenſum. Sermo enim non poteſt in vno homine eſſe ſolo, ſed vbi oratio cum altero coniuncta. Sic Conſerere manum dicimur cum hoſte: ſic ex iure manu cõſertum vocare. Hinc Adſerere manu in libertatem, cùm prehendimus. Sic augures dicunt, Si mihi auctor es verbi. nam manu adſerere dicit.

* *Deſunt quædam.* *

Hinc etiam ipſi Conſortes, ad quos eadẽ ſors. hinc Sortes, quòd in heis iuncta tempora cum hominibus ac rebus. Ab heis Sortilegi. Ad hoc pecunia quæ in fenore, ſors eſt, impendium quod inter ſe iungat. Legere dictum quòd legantur ab oculeis litteræ. Ideo etiam Legati, quòd vt publicè mittantur, leguntur. Item à legendo Leguli, qui oleam aut vuas legunt. Hinc Legumina in frugibus variis: Leges etiam, quæ lectæ, & ad populũ latæ, quas obſeruet. Hinc Legitima; & Collegæ, qui vnà lecti; & qui in eorum locum ſuppoſiti, Sublecti; Additi, Adlecti. & Collecta, quæ ex pluribus loceis in vnum lecta. Ab legendo Ligna quoque, quòd ea caduca legebantur in agro, quibus in focum vterentur. Itidem ab legẽdo Legio, & Diligens, & Delectus. Murmuratur, dictum à ſimilitudine ſonitus. Qui murmurat, ita leuiter loquitur, quòd magis id ſono facere, quàm vt intellegatur, videatur. Hinc etiam

poetæ murmurantia littora. Similiter Fremere, Gemere, Clamare, Crepare ab vocis ſimilitudine & ſonitus dicta. Hinc illa, arma Sonant, Fremor oritur: nil me Increpitando commoues. Vicináq; horũ, Quiritare, Iubilare. Quiritare dicitur is qui Quiritium fidem clamans implorat. Quirites à

Curetibus " Curenſibus, & ab iis qui cum Tatio rege in ſocietatem venerũt, & donati ciuitate. Vt Quiritare, vrbanorum, ſic Iubilare, ruſticorũ. Itaque hos imitatus Apriſſius ait in Bacche, Quis me iubilat? Vicinus tuus antiquus. Sic Triũphare appellatum, quòd cum imperatore milites redeuntes clamitãt per vrbem in Capitoliũ eunti, Io triumphe, io. Idque à θριάμβῳ Græco Liberi patris cognomento poteſt dictũ eſſe. Spondere eſt dicere. Spondeo, à ſponte, nã id valet, & à voluntate. Ideo Lucilius ſcribit de Cretea, Cùm ad ſe cubitũ venerit ſua voluntate, ſponte ipſam ſuapte adductam, vt tunicam & cetera reiiceret. Eandem voluntatem Terentius ſignificat, cum ait, Satius eſſe ſua ſponte rectè facere, quàm alieno metu. Ab eadem ſponte, à qua dictum ſpondere, declinatũ ſpondet, & Reſpondet, Deſpõſor, & Sponſa, item ſic alia. Spondet enim, qui dicit ſua ſponte, ſpondeo. ſpondet etiam ſponſor, qui idem vt faciat obligatur. hinc Spõſus, Conſponſus. hoc Næuius ſignificat cùm ait, Conſponſi. Spondebatur pecunia, aut filia nuptiarum cauſſa: appellabatur & pecunia, & quæ deſponſa erat, Sponſa. quæ pecunia inter ſe cõtra ſponſum rogata erat, dicta Spõſio. cui deſponſa quòd erat, Sponſus. quo die ſpõſum erat, Sponſalis. qui ſpoponderat filiam, Deſpondiſſe dicebatur; quòd de ſpõte eius, id eſt voluntate, exierat Non enim ſi volebat, dabat, quòd ſponſu erat alligatus. Nam in comœdiis vides

dici, Spondén' tuam gnatam filio vxorem meo? quòd tum & prætorium ius ad legem, & cenſorium iudicium ad æquum æſtimabatur. Sic Deſpondiſſe animum quoque dicitur, vt deſpōdiſſe filiam; quòd ſuæ ſpontis ſtatuerat finem. à qua, Sponte dicere, cùm ſpondere quoque dixerunt, cùm à ſponte reſponderetur, id eſt, ad voluntatē rogantis. Itaque qui ad id, quod rogatur, non dicit, non reſpondet: vt non ſpondet ille ſtatim, qui dixit ſpondeo, ſi iocandi cauſſa dixit: neque agi poteſt cum eo ex ſponſu. Ita quiſquis dicit in tragœdia, Meminiſtine te deſpondere mihi gnatam tuam? quod ſine ſpōte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſu. Etiam Spes à ſponte poteſt eſſe declinata, quòd tum ſperat, cùm quod volt, ſic fieri putat. nā quod non volt, ſi putat, metuit, non ſperat. Itaque hic quoque qui dicit in Aſtraba Plauti, Sequere, adſequere Polyba, diſce: meā ſpem cupio conſequi. Sequor Hercule quidem. nam libenter mea ſperata conſequor. Et quod ſine ſponte dicunt: verè neque ille ſperat qui dicit adoleſcens, neque illa ſperata eſt. Sponſor, & præs, & vas; neque idem, neque res à quibus ii, ſed diſſimiles. Itaque Præs, qui à magiſtratu interrogatus, in publicum vt præſtet: à quo & cùm reſpondet, dicitur Præs. Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Conſuetudo erat, cùm reus parum eſſet idoneus, incepteis rebus, vt pro ſe alterum daret; à quo caueri poſtea lege cœptum eſt, ab heis, qui prædia venderent, vades ne darent. ab eo ſcribi cœptum in lege mancipiorum: vadem ne poſceret, nec dabitur. Canere, & canit, & Succinit, & Cantus, & Cantatio, ex camena, permutato N: ab eo quod ſemel canit; ſi ſæpius, cantat. hinc Cantitat,

item alia. nec ſine canendo tibicines dicti. Omnium enim horum quid à canere, etiam Buccinator à vocis ſimilitudine & cantu dictus. Oro ab ore,& Perorat, & Exorat,& Oratio,& Orator, & Oſculum dictum. Inde Omen, & Ornamentum. alterum quod ex ore primum elatum eſt , Oſmen dictum ; alterum cum præpoſitione dicitur nunc ornamentum, olim oſnamenta: vt ſcenici plerique dicunt. Hinc Oſcines dicuntur apud augures , quòd ore faciunt auſpicium. Tertium gradum agendi dicũt,vbi quid faciunt: in eo propter ſimilitudinem agendi, & faciendi, & gerendi , quidam error heis qui putant eſſe vnum.Poteſt enim aliquid facere,& non agere:vt poeta facit fabulam, & non agit: contrà actor agit , & non facit. & ſic à poeta fabula fit , & non agitur; ab actore agitur,& non fit. Contrà imperator qui dicitur res Gerere:in eo neque agit,neque facit, ſed gerit, id eſt ſuſtinet. tranſlatum ab heis qui honera gerunt,quòd ſuſtinent. Proprio nomine dicitur Facere à facie;quòd rei,quam facit,imponit faciem.vt fictor cùm dicit Fingo, figuram imponit:cùm dicit Informo,formam: ſic cùm dicit Facio, faciem imponit: à qua facie diſcernitur , vt dici poſſit aliud eſſe veſtimentum, aliud vas. Sic item quæ fiunt apud fabros , fictores , item apud alios alia. Qui quid adminiſtrat, cuius opus non exſtat, quod ſub ſenſum veniat; ab agitatu, vt dixi,magis agere, quàm facere putatur.ſed quòd heis magis promiſcuè quàm diligenter conſuetudo eſt vſa , tranſlatitiis vtimur verbeis. Nam & quidem Facere verba dicimus, & qui aliquid agit , non eſſe infitientem. Qui adlucet , dicitur Lucere , ab luere : & luce diſſoluuntur tenebræ.ab luce Noctiluca. "Lucere item

Luci

à luce,

à luce, quòd propter lucem cultus inſtitutus. Adquirere eſt ab ad & quærere: ipſũ Quærere, ab eò quòd, quæ res vt recuperaretur, datur opera: à quærẽdo Quæſtio: ab heis "Cõquæſtor. Video, à viſu: quinque enim ſenſuum maximus eſt in oculeis. Nam cum ſenſus nullus, quod abeſt mille paſſus, ſentire poſſit; oculorũ ſenſus viſuſque ad ſtellas peruenit. Hinc Viſenda, Vigilant, Peruigilium, & Inuident. & Actiacũ illud, "Obliuio lauet, quod incidit inuidendum. à quo etiam Violauit virginem, pro vitiauit, dicebant. Æquè eadẽ modeſtia potius Cum muliere fuiſſe, quàm Concubuiſſe, dicebant. Cerno, idem valet. Itaque pro video, vt ait Ennius, Lumẽ iubárve in cælo cerno: C. Annius, Senſumque ineſſe & motum in "membreis cerno. Dictum Cerno à "creo, id eſt à creando: ab eo quod, cùm quid creatum eſt, tunc denique videtur. Hinc fines capillorũ "deſcripti, quòd finis videtur diſcrimen. & qui id in teſtamẽto, id eſt, facito videant te eſſe heredem. Itaq; in cretione adhibere iubent teſtes. Ab eodem eſt quod ait Medea, Ter ſub armeis malim "vitã cernere, quàm ſemel modò parere. Quod vt decernũt de vita eo tempore multorum, videatur vitæ finis. Spectare dictũ ab Specio antiquo: quo etiam Ennius vſus, Vos epulo poſtquam ſpexit. Et quod in auſpiciis diſtributum eſt: qui habeant Spectionem, qui nõ habeant; & quod in auguriis augures dicunt, auem ſpecere. Cõſuetudo autem communis, quæ cùm præuerbiis cõiuncta ſunt, etiam nunc ſeruat: vt Aſpicio, Conſpicio, Reſpicio, Suſpicio, Deſpicio: ſic alia. In quo etiã Exſpecto, quod ſpectare volo. Hinc Specula: hinc Speculũ: quòd in eo ſpecimus imaginem. Specula, de qua proſpicimus. Speculator, quẽ mittimus ante,

[Margin notes: quæſtor. — obuiolauit — tenebreis — κρέω — diſcreti) — multã]

vt reſpiciat quæ volumus. Hinc, quo oculos inun-gimus, quibus ſpecimus, Specillum. Ab auri-bus videntur dicta verba, Audio, & Auſculto. au-dio, ab aueo, quòd auribus auemus diſcere ſem-per. quod Ennius videtur etymon oſtẽdere velle in Alexandro, cùm ait, Iamdudum ab ludeis ani-mus atque aures auent, auidè exſpectantes nun-tium. Propter hãc aurium auiditatem theatra re-plentur. Ab audiendo etiam Auſcultare declina-mus, quòd hi auſcultare dicuntur qui auditeis pa-rent. à quo dictum poetæ, audio, aut auſculto. Litteræ commutatione dicitur Odor, olor. hinc Olet, & Odorari, & odoratur, & Odora res. Sic ab ore, edo, ſorbeo, bibo, poto. Edo à Græco ἔδω. Hinc Eſculentum, & Eſcæ, Edulia: & quod Græcè γεύεσθαι, Latinè Guſto. Sorbere, itẽ Bibere, à vo-cis ſono: vt Feruere aquam ab eius rei ſimili ſoni-tu. Ab eadem lingua πότος vnde Potio, vnde Po-culum: Potatio, Repotatio: itidem Puteus, quòd ſit Græcum antiquum, non vt nunc φρέαρ dictũ. A manu Manupretium: Mancipium, quod manu capitur. Cùm iungit plures manus, Manipulus. vnde Manipularis miles, vnde Manica. Manu-brium, quòd manu teneatur. ª Mantelium quaſi manuterium, vbi manus terguntur. Nunc pri-mùm ponam de cenſoriis tabuleis. Vbi noctu in templum cenſura auſpicatur, atque de cælo nun-tium erit: præconi ſic imperato, vt viros vocet, Quod bonum, fortunatum, felixque ſalutaréque ſiet populo Romano Quiritium, reique publicæ populi Romani Quiritium, mihique, collegǽque meo, fidei, magiſtratuique noſtro. Omnes Quiri-tes, pedites, armatos, priuatóſque, curatores o-mnium tribuum, ſi quis pro ſe ſiue altero dari rationem volet, voca inlicium huc ad me. Præ-

ª Mãtellum

to in templo primùm vocat, poſtea de moereis item vocat. Vbi lucet, cenſor, ſcribæ, magiſtratus murrha, vnguenteis vngũtur. Vbi prætores, tribunique plebei, quique in cõſilium vocati ſunt, venerunt: cenſores inter ſe ſortiuntur, vter luſtrum faciat, vbi templum factum eſt. Poſt autẽ conuentionem habet qui luſtrum cõditurus eſt. In commentariis conſularibus ſcriptum ſic inueni, Qui exercitum imperaturus erit, accẽſo dicit hoc, Calpurni voca inlicium omneis Quirites huc ad me. Accenſus dicit ſic, Omnes Quirites inlicium viſite huc ad iudices. C. Calpurnius dicit, Voca ad conuentionem omneis Quiriteis huc ad me. Accenſus dicit ſic, Omnes Quirites ite ad conuentionem huc ad iudices. Deinde cõſul loquitur ad exercitum, Impero qua conuenit ad comitia centuriata. Quare hîc accenſo, illic præconi dicit, hæc eſt cauſſa. in aliquot rebus idẽ vt præco, accenſus acciebat. à quo Accenſus quoque dictus. Accenſum ſolitum ciere Bœotia oſtendit: quam comœdiam alii eſſe dicunt: hoc verſu, Vbi primùm accenſus clamarit meridiem. Hoc idem Coſconius in actionibus ſcribit, prætorem accẽſum ſolitum tùm eſſe iubere, vbi ei videbatur horam eſſe tertiam, inclamare horam eſſe tertiam, itémque meridiẽ, & horam nonam. Circum aras mitti ſolitum, quom inliceret populum in eum locum vnde vocare poſſet ad cõuentionem vocantis, non ſolùm ad conſulis & cenſoris, ſed etiam quæſtoris, vt commentarium indicat vetus *inquiſitionis M. Sergii Mani filii quæſtoris, qui capitis accuſauit Trogum: in qua ſic eſt, Auſpicio orando ſede in tẽplo auſpicii, dùm aut ad prætorẽ aut ad conſulem mittas auſpiciũ petitum commeatũ. "prætores vocet ad te, & eum de moereis

(anquiſitionis) (præco reum)

vocet: præconi id imperare oportet. cornicinem ad priuati ianuam, & in arcem mittas, vbi canat: collegas T. Trogi, & comitia edicat è roſtreis. argentarii tabernas occludant: patres cenſeant, exquiras & adeſſe iubeas. magiſtratus cẽſeat *ex ara
exire)
conſules, prætores, tribunóſque plebei collegáſq; ſuos, & in tẽplo iubeas adeſſe homineis; ac, cùm mittas, concionem aduoces. In eodem commẽtario anquiſitionis ad extremum ſcriptum caput edicti hoc eſt. Item quod adtingat, qui de cenſoribus claſſicum ad comitia centuriata redemptũ habent, vti curent eo die, quo die comitia erunt, in arce claſſicus canat tum circumque moeros, & ante priuati huiuſce T. Quinctii Trogi ſceleroſi hominis hoſticum canat; & vt in cãpo cum prima luci adſit. Et inter id cùm circum mœros mittitur, & cùm concio aduocatur, intereſſe tẽpus, apparet ex heis quæ interea fieri inlicium ſcriptum eſt. Sed ad comitia tum vocatur populus: ideo quòd alia de cauſſa hic magiſtratus non poteſt exercitum vrbanum conuocare: cenſor, conſul, dictator, interrex poteſt. quòd cẽſor exercitũ centuriato conſtituit quinquennalem cùm luſtraret, & in vrbem ad vexillum ducere debet. dictator, & cõſul in ſingulos annos: quòd hic exercitui imperare poteſt quò eat, id quod propter centuriata comitia imperare ſolent. Quare non eſt dubium, cùm hoc inlicium ſit, cùm circum muros itur, vt populus inliciatur ad magiſtratus conſpectum, quòd conſul vocare poteſt in eum locum, vnde vox ad cõuentionem vocantis exaudiri poſſit. Quare vna origine Inlicio & Inlicius, quòd in choro Proſerpinæ eſt: & Pellexit, quòd in Hermiona eſt, cùm ait Pacuuius, Regni alieni cupiditas pellexit. Sic Elicii Iouis ara in

Auentino, ab eliciendo. Hoc nunc aliter fit atque olim, quòd augur conſuli adeſt tum cùm exercitus imperatur, ac præit quid eum oporteat dicere. Conſul auguri imperare ſolet vt inlicium vocet, nō accenſo, aut præconi. Id inceptum credo, cùm abeſſet accēſus, & nihil intererat cui imperaret; & dicis cauſſa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta ſemper. Hoc ipſum Inliciū ſcriptum inueni in M. Iunii commentariis: quod tamen ibidem eſt quod illicitè illexit. Quæ cum E, & C, cum G, magnam habēt communitatem. Sed quoniam in hoc de pauceis rebus verba feci multa: de pluribus rebus verba faciam pauca, & potiſſimum, quæ in Græca lingua putant Latina. vt Scalpere, σκαλεύειν: Sternere, στορεννύειν: Lingere, λείχεσθαι: Ferre, φέρειν: Prouidere, προϊδεῖν: Errare, ἐρύειν. quæ omnia Græca ſunt. Item ab γίγνομαι, Gigno; & ab eo quod dicunt στραγγαλίζειν, Strangulare: Tingere, θιγγάνειν. Præterea ab eo quod nos Malaxare, illi μαλακίζειν, Potare, πίζειν, Domare, δομᾶν, Mulgere ab ἀμέλγειν. vt Runcinare διο- à runcina, cuius origo Græca ῥύγχος. Quod ad μεῖν originem verborum huius libri pertinet, quoniā ſatis multas arbitror poſitas huius generis, deſiſtam. Et quoniam de heiſce rebus treis libros ad te mittere inſtitui; de oratione ſoluta duos, de poetica vnum: & ex ſoluta oratione ad te miſi duos, priorē de loceis, & quæ in loceis ſunt; hunc de temporibus, & quæ cum heis ſunt coniuncta: deinceps in proximo de poeticeis verborum originibus ſcribere inſtitui.

M. TERENTII VARRONIS DE LINGVA LATINA liber ſextus ad M. Tullium Ciceronem.

TEMPORVM vocabula, & eorum quæ coniuncta ſunt, aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo enuntiantur, priore libro dixi. In hoc dicam de poeticeis vocabuleis, & eorum originibus. In queis multa difficilia. nam verbum, quod conditum eſt, & quibus littereis oportet ſcribi, aperiā. Inde ſi poſt aliqua dempta ſit, obſcurior fit volūtas, in poſteriores non reprehendenda. Igitur in illeis qui in ſcrutando verbo litteras adiiciunt aut demunt, facilius quid ſub ea voce ſubſit, videre poſſint. Etenim facilius obſcuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videāt, ſi extrinſecus admoueāt nigras ſetas. cùm hæc adminicula addas ad eruendam voluntatem impoſitoris: tamē latent multa. Quòd ſi poetice in carminibus ſeruaret multa priſca, quæ eſſent; ſic etiā cur eſſent, poſuiſſet: fecundius poemata ferrent fructū. Sed vt in ſoluta oratione, ſic in poemateis verba omnia quæ habent ἔτυμα, poſſunt dici nec multa. ab eo quòd non erunt in lucubratione litteræ proſecutæ; licet multum legerēt C. Ælii hominis *in primo in littereis Latineis exercitati interpretationem carminum ſaliorum: videbis & exili littera expeditam, & præterita obſcura multa.

in primeis)

Nec mirum, cùm nõ modò Epimenides poſt annos quinquaginta "expeditus à multeis non cognoſcatur; ſed etiã Teucer Liuii poſt annos "duodecim ab ſueis qui ſit ignoratur. At hoc quid ad verborum poeticorum ætatem? quorum ſi Põpilii regnum fons in carminibus ſaliorum, neque ea à ſuperioribus accepta; tamen habent ſeptingentos annos. Quare, cur ſcriptoris induſtriam reprehendas, qui herois tritauum atauúmq; non potuerit reperire, cùm ipſe tui tritaui matrẽ non poſſis dicere? Quod interuallũ multo tanto propius nobis, quàm hinc ad initium ſaliorum, quo Romanorum prima verba poetica dicuntur Latinã. Igitur de originibus verborum qui multa dixerit commodè, potius boni conſulendum, quàm qui aliquid nequiuerit, reprehendendum. præſertim cùm dicat etymologice, nõ omnium verborũ poſſe dici cauſſas: vt quia quare ad medendũ medicina. neque ſi non norim radices arboris, non poſſem dicere pirum eſſe ex ramo, ramum ex arbore, eã ex radicibus quas non video. Quare qui oſtendit equitatum eſſe ab equitibus, equites ab "equite, equitẽ ab equo; neque equus vnde ſit dicit; tamen hic docet plura, & ſatisfacit gratè. Quem imitari poſſumus, vt ipſe liber erit indicio. Dicã iſto libro de verbeis quæ à poeteis ſunt poſita. Primùm de loceis; deinde de iis quæ in loceis ſunt; tertio de tẽporibus; tùm quæ cum tẽporibus ſunt cõiuncta, vtq; cum heis ſunt coniuncta, adiungã. & ſiquid excidit ex hac quadripartitione, tamẽ in ea vt cõprehendã, incipiã hinc. Vnus erit quẽ tu tolles in cærula cæli tẽpla. Tẽplũ tribus modeis dicitur, ab natura, ab auſpicio, ab ſimilitudine. Natura in cælo; ab auſpiciis, in terra; ab ſimilitudine, ſub terra. In cælo

exper-
rectus

decem

equito

equito
ab

templum dicitur:vt in Hecuba,O magna templa cæli tum commixta ſtelleis ſplendideis. In terra, vt in Peribœa,Scrupea ſaxa Bacchi templa prope adgreditur. Sub terra,vt in Andromacha, Acheruſia templa alta Orci ſaluete infera. " quam,quia initium erat oculi,à tuendo primò templum dictum. quocirca cælum qua tuimur,dictum templum. Sic,Contremuit templum magnum Iouis altitonãtis.id eſt(vt ait Næuius in Hemiſphærio) vbi terra cærulo ſeptum ſtat. Eius templi partes quattuor:ſiniſtra ab oriẽte,dextra ab occaſu: antica ad meridiem , poſtica ad ſeptentrionem. In terreis dictum tẽplum locus augurii aut auſpicii cauſſa quibuſdam concepteis verbeis finitus.Cõcipitur verbeis non iiſdem vſquequaque.In arce *item, Teſtáque meta ſunto, quoad ego eas relinquam, nuncúpauero. Olla ver arbor , quidquid eſt quam me ſentio dixiſſe,templum tectúmque; ferto in ſiniſtrum. Olla ver arbor , quidquid eſt quod me ſentio dixiſſe,templum tectúmque:ferto in dextrum. Interea concretione , conſpicione,cortumione,vtique ea rectiſſimè ſenſi. In hoc templo faciundo arbores conſtitui fines apparet,& intra eas regiones qua oculi conſpicient, id eſt tuimur : à quo templum dictum , & Contemplare. vt apud Ennium in Medea , Contempla,& templum Cereris ad læuam aſpice. Contẽplare & Conſpicare idem eſſe apparet.ideo dicere cùm templum faciant augures Conſpicione, qua oculorum cõſpectum finiant: quod cùm dicunt conſpicionem,addunt Cortumionem,quæ dicitur à cordis viſu.Cor enim,cortumionis origo. Quod addit tẽpla vt ſint dextra; aiunt ſancta eſſe , qui gloſſas ſcripſerunt. Id eſt falſum. nam curia Hoſtilia templum eſt, & ſanctum non eſt.

quaqua intuerant oculi,

ita)

ſed hoc vt putarent ædem ſacram eſſe templum & ſanctum eſſe; quòd in vrbe Roma pleræque ædes ſacræ ſunt templa, eadem ſancta: & quòd loca quædam agreſtia, quòd alicuius dei ſunt, dicuntur Teſca. Nam apud Actium in Philoctete, Lemnia quis tu es mortalis, qui indeſerta & teſca te apportes loca? Loca enim, quæ ſunt, deſignat cũ dicit Lemnia. "Præſtolare," & celſa Cabirum delubra tenes, myſteriáque priſtina caſteis cõcepta ſacreis. Deinde Volcania templa ſub ipſeis collibus: in quos delatus locos dicitur, alto ab limine cæli. Et Næuius, Expirante vapore vides vnde ignes cluet mortalibus "diueis. Quare heic qui teſca dixit, non errauit. neque ideo quòd ſancta, ſed quòd ibi myſteria fiunt, ac tuentur, Tueſca dicta, pòſt teſca. Tueri duo ſignificat, vnum ab aſpectu, vt dixi: vnde eſt illud, Tueor te ſenex proh Iuppiter? Et, Quis pater aut cognatus volet nos contra tueri? Alterum à curando ac tutela: vt cùm dicimus, "Bellum tueor, & tueri villam. à quo etiam quidam dicunt illum qui curat ædeis ſacras, Æditumum, non Æditumum. Sed tamen hoc ipſum ab eadem profectum eſt origine, quòd quem volumus domum curare, dicimus, Tu domi videbis. vt Plautus, cũ ait, Intus para, cura, vide "quod oppus fiat. Sic dicta Veſtiſpica, quæ veſtem ſpiceret, id eſt, videret veſtem ac tueretur. Quare à tuendo & templa & teſca dicta, cum diſcrimine eo quod dixi. Etiam inde idem, Illud enim extemplo acceptum me negato & filium. Extemplo, eſt continuò: quòd omne templum debet circum ſeptum, nec plus quàm vnum introitum habere. Quod eſt apud Actium, Peruade polum, ſplendida mundi ſidera bigeis cõtinueis ſecepit ſpoliis. Polus, Græcum: id ſignificat cir-

Præſto littora iara excelſa

diuus.

velle tueri villam

quid opus fiet

cuitum cæli. Quare quod eſt Peruade polum, vade per polum. Signa dicuntur eadem & ſidera. Signa, quòd aliquid ſignificent, vt libra, æquinoctium. Sidera, quæ inſidunt: atque ita ſignificant aliquid in terreis perurendo, aliúdve. Quare & ſignum "candens in Hectore. Quod eſt terrarum amfracta reuiſam. Amfractum eſt ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu, & frangendo. ab eo leges iubent in directo pedum octo eſſe, in amfracto ſexdecim: id eſt, in flexu. Ennius, Vt tibi Titanis Triuia dederit ſtirpem liberûm. Titanis Triuia Diana eſt, ab eo dicta Triuia quòd in triuio ponitur ferè in oppideis Græceis. vel quòd luna dicitur eſſe, quæ in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem & latitudinem & longitudinem. Titanis dicta, quòd eam genuit Titani filia Latona, vt ſcribit "Manilius, Creta Titano. vt idem ſcribit, Latona parit caſto complexu Iouis Deli deos geminos. id eſt, Apollinem & Dianam. Idem de eodem, O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obtines. Vmbilicum dictum aiunt ab vmbilico noſtro; quòd is medius locus ſit terrarum, vt vmbilicus in nobis. Quod vtrumque eſt falſum. neque hic locus eſt terrarum medius; neque noſter vmbilicus, eſt hominis medius. Itaque pingitur qui vocatur ἰχθὺν à Pythagora; vt media cæli ac terræ linea ducatur infra vmbilicum, per id quo diſcernitur homo, mas an femina ſit: vbi ortus humanus ſimilis vt in mundo. "Vbi enim omnia naſcuntur in medio, quòd terra mundi media. Præterea ſi quod medium, id eſt vmbilicus, vt pila terræ: nõ Delphis medium & terræ medium non hoc; ſed quod vocant Delphis in æde foramen. adlatum eſt quiddam, vt theſauri ſpeciem, quod Græci

cadens in pectore

Mãlius

Ibi

ὀμφαλὸν, vmbilicum, dixerunt. Pacuuius, Calydonia altrix terra exuberantium virum. Vt ager Tuſculanus, ſic Calydonius, ager eſt, non terra; ſed lege poetica, quòd terra Ætolia, in qua Calydon, à parte totam accipi Ætoliam voluit. Actius, Myſtica ad dextram per vada vecti, Myſtica à myſteriis, quæ ibi in propinqueis loceis nobilia ſunt. Ennius, Areopagitæ quid dedere aliud quàm "pedam? Areopagitæ ab Areopago, is locus Athenis. Muſæ quæ pedibus magnum pulſatis olympum. Cælum dicūt Græci olympum, montem eum in Macedonia omnes; à quo potius puto dictas muſas Olympiadas. Ita enim ab terreſtribus loceis cognominatæ Libethrides, Pipleides, Pimpliades, Theſpiades, Heliconiades. Quaſi Helleſpontum, & clauſtra: quòd Xerxes quondam eum locum clauſit. Nam, vt ait Ennius, Iſque Helleſponto pontem contendit in alto. Niſi ab eo quòd Aſiam & Europam ibi "concludit mare, & inter anguſtias facit Propontidis fauces. Pacuuius, Liqui in Ægeo freto. Dictum Fretum à ſimilitudine feruētis aquæ: quòd in fretum ſæpe cōcurrat æſtus, atque efferueſcat. Ægeum dictum ab inſuleis, quòd in eo mari ſic ſcopuli vocantur, à ſimilitudine caprarum, αἶγες.

peram

cōlidit

Pacuuius. (Æges) ferme aderant æquore in alto ratibus repētibus. Æquor mare appellatum, quòd æquatum, commotum vento non eſt. Ratis nauis longa "dicitur: vt Ennius, cùm ait, Conferre aut ratem æratam qui "perit, & qui dum mare ſudantes eunt, atque ſedentes. Ratis dicta nauis longa propter remos, quod hi cùm per aquam ſublati ſunt dextra & ſiniſtra, duas parteis efficere videntur. ratis enim, vnde hoc tranſlatū, illic vbi plures mali aut aſſeres.

dixit Næui

periret

* *Deeſt pagina.* *

Agreſtis ab agro. Infulas dictas apparet in hoſtieis, quòd velamenta è lana quæ adduntur, Infulæ, intra hoſtiarum cornua velamenta erant. itaque cùm ad ſepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, ſed velatas frōdenteis comas. Cornuatam vmbram iaci. Dicere apparet cornuatam à cornibus. Cornua à curuore dicta, quòd pleraque curuamus. At quas memorat noſſe vos eſſe Caſmenas. Caſmenarum priſcum vocabulum, ita natum atque ſcriptum eſt: alibi Carmenæ. ab eadem origine ſunt declinatæ. vt in multeis verbeis, in quo antiqui dicebant S, poſtea dicūt R. vt in carmine ſaliorum ſunt hæc, Coſauli, Doloſi, Eſo. Omina verò adpatula" coemiſſe. Iam Cuſiatii, Muſes, Ruſe, dúmque Ianus venet: pòſt Melios, Melior: Fœdeſum, Fœderum: Pluſima, Plurima: Aſena, Arena: Ianitos, Ianitor. Quare, Caſmena, Carmena: inde carmina. R poſtea extrito camena factum. Ab eadem voce canite, pro quo in ſaliari carmine ſcriptum eſt Cante, hoc verſu, Diuum exta cante, diuum deo ſupplice cante. In carmine Priami apud Actium, quod eſt, Veteres caſmenas caſcas res volo profari. Et primùm Caſcum ſignificat vetus, eius origo Sabina, quæ vſque radices in Oſcam linguam egit. Caſcum, vetus eſſe ſignificat Ennius, cū ait, Quam primum caſci populi genuere Latini. Eo magis " Manilius quod ait, Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt, quoniam canoras conficiebant nuptias. Item oſtendit " Papinii epigrammation, quod in adoleſcentem fecerat Caſcam,

conueniſſe

Mālius

Pōponii

Ridiculum eſt cùm te Caſcam tua dicit amica
Caſca Philotonis, ipſa ſenex puerum.

Dic tu illam puſam:ſic fiet mutua muli.
Nam verè puſus tu,tua amica ſenexſt.
Item oſtendit quod oppidũ vocatur " Caſsinum. Caſci-
Hoc enim à Sabineis orti Samnites tenuerunt, num
& nunc noſtri;vnde & " Caſsinum forum vetus. Caſci-
Item ſignificant in Atellaneis aliquot pupum ſe- num
nem,quod Oſci Caſnar appellant. Apud Lu-
cilium,Quid tibi ego ambages Ambiui ſcribere
coner? Profectum à verbo " Ambe, quod eſt in a mbi
ambitu & ambitioſo. Apud Valerium Sora-
num,Vetus adagio eſt, ô P. Scipio. Quod verbũ
vſque eò euanuit,vt Græcum παροιμία, pro eo po
ſitum,magis ſit apertum.nam idem quod vocãt
Græci παροιμίαι. vt, Auribus lupum teneo; Canis
caninam non eſt. Adagio, & littera commutata
Abagio,dicta ab eo quòd ambit orationem; ne-
que in aliqua vna re conſiſtit ſola. Ambagio di-
cta vt Ambuſtum, quod circum vſtum eſt. vt
Ambiegna bos apud augures,quam circum aliæ
hoſtiæ conſtituuntur. Cùm tria ſint coniun-
cta in origine verborum, quæ ſint animaduer-
tenda,à quo ſit impoſitum,& in quo,& quid;ſæ-
pe non minus de tertio quàm de primo dubita-
tur,vt in hoc: vtrum primùm vna Canis,an Ca-
nes ſit appellata.dicta enim apud veteres,vna ca-
nes. Itaque Ennius ſcribit, Tantidem quaſi feta
canes ſine dentibus latrat. Lucilius, Nequam &
magnus homo,laniorum immanis canes vt. Im-
poſitio vnius debuit eſſe canis, plurium canes.
Sed neque Ennius cõſuetudinem illam ſequens,
eſt reprehendendus:neque is qui nunc dicit, Ca-
nis caninam non eſt. Canes, quòd latratu ſigna
dant,vt ſigna canant,canes appellatæ: & quòd ea
voce indicant quæ noctu latent, Latratus appel-
latus. Sic dictum à quibuſdam vt vna canes, vna

trabes remeis roſtrata per altum. Ennius; Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Cæſa adcidiſſet abiegna ad terram trabes. Cuius verbi ſingularis caſus rectè correptus, ac facta trabs. In Medo Ennius, Cælitum Camilla expectata aduenis, ſalue hoſpita. Camilla: qui gloſſemata interpretati, dixerunt adminiſtram; addi oportet, in heis quæ occultiora. Igitur dicitur in nuptiis Caſmillus, qui cummerum fert, in quo quid ſit in miniſterio plerique extrinſecus nectunt. hinc Caſmillus nominatur in Samothraces myſteriis Dius quidam adminiſter diis magneis. Verbum Græcum arbitror, quod apud Callimachum in poemateis eius inueni. Apud Ennium, Subulo finitimas propter aſtabat aquas: Subulo dictus, quòd ita dicunt tibicines Tuſci. quocirca radices eius in Etruria nō Latio quærendum eſt. Verſus quos olim Fauni vatéſque canebant. Fauni, dei Latinorū, ita vt Faunus & Fauna ſint in verſibus quos vocant Saturnios; in ſilueſtribus loceis traditum eſt ſolitos fari. à quo fando Faunos dictos. Antiquos poetas Vates appellabant à verſibus viendeis, vt in poemateis cùm ſcribam, oſtendam. Corpore Tartarino prognata paluda virago. Tartarino, à Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus, apud inferos quæ ſint, in heis vnum Tartarum appellat: quare Tartari origo Græca. Paluda à paludamenteis. Sunt hæc inſignia & ornamenta militaria. Ideo ad bellum cùm exit imperator, ac lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerūt; Paludatus dicitur proficiſci: quæ, propterea quòd conſpiciuntur qui ea habēt, ac fiunt palàm, Paludamenta dicta. Plautus, Epeum fumificum cocum: ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam feciſſe equū Troianum Argiueis,

& aptè cibum curaſſe.ideo ait Epeum fumificum qui legioni noſtræ habet coctum cibum. Apud Ennium, Atque prius pariet locuſta lucam bouem. Luca bos, elephas. cur ita ſit dicta, duobus modeis inueni ſcriptum. Nam & in C. Ælii commentario erat, à Libyceis Lucas: & in " Verginii commentario, ab Lucaneis Lucas: ab eo quòd noſtri cùm maximam quadrupedem, quam ipſi haberēt, vocarent bouem: & in Lucaneis Pyrrhi bello primùm vidiſſent apud hoſteis elephantos, " id eſt quadrupedes " cornutas (nam quos dentes multi dicunt, ſunt cornua) lucam bouem appellaſſe. Si à Libya dictæ eſſent lucæ; pantheræ & leones, non Africanæ beſtiæ dicerentur, ſed lucæ. Si ab Lucaneis dictæ; vrſi cur potius Lucani quàm Luci dicti? Quare ego arbitror potius Lucas ab luce, quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres. Ennius, Orator ſine pace redit, regique refert rem. Orator ab oratione dictus. qui enim verba haberet orationum publicè aduerſus eum quo legebatur; ab oratione Orator dictus: cùm res maiore ratione legebantur potiſsimum, qui cauſſam commodiſsimè orare poterant. Itaque Ennius ait, Oratores doctiloqui. Apud Ennium, Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriai. Olli valet dictum illi, ab olla, & ollus. quod alterum comitiis cum recitatur, à præcone dicitur olla centuria; non illa: alterum apparet in funeribus indictiueis, quom dicitur, Ollus leto datus eſt. quod Græcus dicit λήθῃ, id eſt obliuioni. Apud Ennium, " Menſas conſtituit, idémque ancilia. Ancilia dicta ab anciſu, quòd ea arma ab vtraque parte, vt peltæ Thracum, inciſa.

Vergilii

identidem

quadr. cornuatas.

Mēſes

Itē alibi, Lib. "Saturnio in carmine, Libáque, fictores, Argeos,& tutulatos. Liba, quòd libandi cauſſa fiunt: Fictores dicti à fingendeis libeis: Argei ab Argis. Argei fiunt è ſcirpeeis virgulteis, ſimulacra ſunt hominum "triginta: ea quotanneis à ponte ſublicio à ſacerdotibus publicè iaci ſolēt in Tiberim. Tutulati dicti hi qui in ſacreis in capitibus habere ſolent, vt metam. id Tutulus appellatur, ab eo quòd matres familias crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent vti velatos, dicunt Tutulos: ſiue ab eo quòd tuendi cauſſa capilli fiebant: ſiue ab eo quòd altiſsimum in Vrbe quod eſt, ea res tutiſsima, Tutulus vocatur. Eundem Pompilium Numam ait feciſſe flamines, qui cùm omnes ſint à ſinguleis deeis cognominati; in quibuſdam apparent etyma. vt cur ſit Martialis, Quirinalis. Sunt in quibus flaminum cognominibus latēt origines; vt qui ſunt in verſibus plerique, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis: obſcura eſt eorum origo. Volturnus, Palatua Furina, Flora, Falacer, Pomona pomorum patrona. Apud Ennium, Iam cata ſigna feræ ſonitum dare voce parabant. Cata, acuta. hoc enim verbo Sabini dicunt: quare Catus Ælius Sextus; non (vt aiunt) ſapiens, ſed acutus, & quod eſt, tunc cœpit memorari. Simul cata dicta, accipienda acuta dicta. Apud Lucilium, Thynno capto coruum excludunt foras; occidúntque lupos aperdite, & iura ſiluri. Sume rete atque amiam. Piſcium nomina ſunt, eorúmque in Græcia origo. Apud Ennium, Quæque cæruleo freto orta nare cœpta.

vigin- ti quat tuor.

* *Deſunt quædam.* *

Caua cortina dicta, quòd eſt inter terram & cælum ad ſimilitudinem cortinæ Apollinis: ea à

corde,

corde, quòd inde ſortes primùm æſtimatæ. Apud Ennium, Quin inde inuicteis ſumpſerunt perduellibus. Perduelles ſunt hoſtes. vt perficit, ſic Perduellum, Duellum: id poſteà bellum. Ab eadem cauſſa facta Duellona, Bellona. Apud Plautum, Neque iugula, neque veſperugo, neque vergiliæ occidunt. Iugula ſignum eſt quod Actius appellat Oriona, cùm ait, Citius Orion patefit. huius ſigni caput dicitur è ſtelleis *quattuor, *tribus*
quas infra duæ claræ, quas appellant humeros. inter quas quod videtur iugulum: vnde Iugula dicta. Veſperugo, ſtella quæ veſpere oritur, à quo etiam Opilius ſcribit veſperum. itaque dicitur, Alter veſper adeſt, quem dicunt Græci δίεσπερον.

Næuius patrem ſuum optimũ, appellat ſupremum. Supremũ à ſuperrimo dictũ. itaq; in duodecim tabuleis, Solis occaſu diei ſuprema tempeſtas eſto. Libri augurũ pro tempore Tẽpeſtatem dicunt, id eſt, ſupremum augurii tempus. In Cornicula, Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebãt ferrum: quos poſtea à ſtipatione Stipatores appellarunt, & qui conducebantur mercede. Ea enim Merces dicitur Græcè λάτρον, καὶ σάτρον. Ab eo veteres poetæ nonnunquam milites appellãt latrones, quòd item vti milites cum ferro, aut quòd latent ad inſidias faciendas. Apud Næuium, Riſi egomet caſſabundum ire ebrium. Caſſabundum, à cadendo. Item, Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco. Vtrumque vocabulum Græcum. In Menæhmeis Plauti, Inter ancillas ſedere iubeas, lanam carere. Idem eſt hoc verbum in *Coſmotria Næuii. Carere à *AEmi…*
carendo, quòd eam tum purgant ac deducunt, vt *tha…*

careat ſpurcitia. Ex quo Carminari dicitur tum lana,cùm caret eo quod in ea eſt nequam.Eſt lana quam in Romulo Næuius appellat Oſcam, ab Oſceis. In Perſa, Iam pol ille hîc aderit credo congerro meus. Congerro à gerra, & Græcum eſt, & in Latina cratis. In Menæchmeis,Idem iſtuç alieis adſcriptiueis fieri ad legionem ſolet. Adſcriptiui dicti, quòd olim adſcribebātur inermes;qui ſuccederent armateis militibus; id eſt,ſi quis eorum deperiſſet. In Trinummo, Nam illum tibi ferentarium.à ferendo,id eſt,inanem, ac ſine fructu: aut quòd Ferētarii equites hi dicti, qui ea modò habebant arma quæ ferrentur, vt iaculum.Huiuſcemodi equites pictos vidi in Æſculapii æde vetere,& ferentarios adſcriptos. In Friuolaria, Vbi rorarii eſtis? en ſunt. vbi ſunt accenſi? ecce. Rorarii dicti à rore:qui bellum committebāt ante. ideo quòd ante rorat quàm pluit. Accēſos,miniſtratores Cato eſſe ſcribit.poteſt id ab arbitrio;nam inde ad arbitriū eius, cuius miniſter. (Pacuuius deum triportenta in Mercatore ponit) Idem in Mercatore, Non tibi iſtuc magis diuidia eſt quàm mihi hodie fuit. hæc eadem in Corollaria Næuii. Diuidia à diuidendo dicta,quòd Diuiſio diſtractio eſt doloris. Itaq; in Curculione ait, Sed quid tibi eſt? lienes necāt,renes dolent,pulmones diſtrahuntur. In Phagone,Honos ſynceraſto perit. Synceraſtū eſt omne edulium antiquo vocabulo Græco. In Paraſito pigro,Domū ire cœpi tramite dextra via. Trames à tranſuerſo dictus. In Fugitiueis, Age, euge, ſpecta,vide vibices quātas.Iā inſpexi quid eſſent. Vibices, alii excitatum verberibus corpus. In Ciſtellaria, Non quaſi vt hæc ſunt heic, limaces liuidæ. Limax,à limo,quòd ibi viuit. Diobola-

Neruolaria

res,ſcæniculæ,miraculæ. Diobolares, à bineis o-boleis: Scæniculæ, ab ſcæno nugario vnguento. Miraculæ,à mireis, id eſt mōſtreis. à quo Actius ait, Perſonas diſtortas orib⁹ deformeis,miriones. Ibidem,Scrantiæ,ſcrupedæ, ſtritabillæ,Tantalæ. Ab ſcrēdo Scrantiæ ſic adſignificat. Scrupedam Aurelius ſcribit Auſcaripedam.Iuuētius comicus dicebat à vermiculo piloſo,qui ſolet eſſe in frōde cum multeis pedibus. Valerius,à pede ac ſcrupea. Ex eo ab Actio poſitum, Incurioſa itaque es Menalippe? Reiicis abs te religionem? ſcrupeam imponas.Stritabillas,à ſtritilando.Stritare ab eo qui ſiſtit ægré. In Aſtraba,Actioſa annonam è vili concinna vireis. Ideo in Sitelitergo idem ait, Mulieres vxorculauit:ego noui ſcio actioſas.quas ſic Claudius ſcribit actioſas demonſtrari ſuſpicatrices, ab agendo actioſas. Vt ab vna faciendo, Factioſæ; ſic ab vna agendo, Actioſæ dictæ. In Ceſtione, Ceraſtibola, vt de lumbo obcænabis. Ceraſtibola Opilius ſcribit circum coxendices ſunt nobis : id Græcum eſt ab huius loci verſura.

In Neruolaria, Scobinam ego illam actutum adraſi. Scobinam,à ſcobe. lima enim materia fabrilis eſt. In Pœnulo, Vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu.Grallator à gradu magno dictus. In Truculento, Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica. Præfica, vt Aurelius ſcribit,mulier ab luctu,quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes eius caneret. Hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit in libro qui inſcribitur, Nomina Barbarica. quibus teſtimoniū eſt quod Fretum eſt Næuii, Hæc quidem hercle opinor præfica eſt. nam mortuos cōlaudat. Claudius ſcribit," dicta, quæ præficeretur ancilleis, ea quemadmodum lamentarētur, præfica eſt dicta.

præfe-ctione Vtrumque oſtendit à " præfatione Præficam dictam. Apud Ennium, Decem coclites, quos montibus ſummeis ripeis ſedere. Ab oculo Cocles quaſi ocles dictus, qui vnũ haberet oculum. quocirca in Curculione eſt, De coclitum proſapia te eſſe arbitror. nam hi ſunt vnoculi.

NVNC de temporibus dicam. Quod eſt apud Caſsium, Nocte intempeſta noſtram deuenit domum. Intempeſta nox dicta ab tempeſtate. Tempeſtas ab tempore: intempeſta nox, quo tempore nil agitur. Quid noctis videtur? in altiſsimo cæli clypeo temo ſuperat ſtellas ſublime cogēs etiam atque etiam noctis iter. Hic multam noctem oſtendere vult à temonis motu. Sed temo vnde & cur dicatur latet. Arbitror antiquos ruſticos primùm notaſſe quædã in cælo ſigna, quæ præter alia erant inſignia, atque ad aliquem vſum culturæ tempus deſignandum conuenire aduertebantur. E queis ſigna ſunt, quòd has ſeptem ſtellas Græci, vt Homerus vocat ἅμαξαν, & propinquum eius ſignum, βοώτην: noſtri eas ſeptem ſtellas, boues, & triones, & prope eas axem. Triones enim, & boues appellãtur à bubulceis etiam nunc, maximè cùm arant terram: è queis vt dicti valentes, Glebarii, qui facilè proſcindunt glebas; ſic omnes qui terram arabant, à terra Teriones; è de-trito. vnde Triones, vt dicerentur " à detritu. Temo dictus à tenendo: is enim continet iugum. & plauſtrum appellatum, à parte totum, vt multa. Poſſunt triones dici ſeptem, quòd ita ſitæ ſtellæ vt terna trigona faciant. Aliquod lumen iubárve in cælo cerno? Iubar dicitur ſtella lucifer, quæ in ſummo habet diffuſum lumen, vt leo in capite iubam. Huius ortus ſignificat circiter eſſe extremam noctem. Itaque ait Pacuuius, Exorto iubare,

noctis decurſo itinere. Apud Plautum in Paraſito Pigro, Inde hic bene potus primo crepuſculo. Crepuſculum dictum à Sabineis, & id dubium tempus, noctis an diei ſit. Itaque in Condalio eſt, Tam crepuſculo ferè vt ament lampadas accendere. Ideo dubiæ res, Creperæ dictæ. In Trinummo, Concubium ſit noctis prius, quàm ad poſtremum perueneris. Concubium à concubitu, dormiendi cauſſa dictum. In Aſinaria, Videbitur, factum volo. " at redito conticinio. i, Conticiniũ puto à conticeſcẽdo dictum, ſiue (vt Opilius ſcribit) ab eo quòd cõticuerũt homines.

NVNC de heis rebus quæ adſignificant aliquod tẽpus, cùm dicuntur aut fiunt, dicam. Apud Actium, Reciproca tendens neruo equino concita tela. Reciproca eſt, cùm vnde quid profectũ, redit eó; quod ab recipere Reciprocare fictum; aut quod poſcere Procare dictum. Apud Plautum, Vt tranſuerſus non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet. Dicitur ab eo qui in id quod eſt verſus. & ideo qui exit in veſtibulum, quod eſt ante domum, Prodire & Procedere dicitur. quod cũ leno non faceret, ſed ſecundum parietem tranſuerſus iret; dixit: Vt tranſuerſus cedit, quaſi cancer; non prouerſus, vt homo. Apud Ennium, Andromachæ nomen qui indidit, rectè indidit. Item; Quapropter Parim paſtores nunc Alexandrum vocant. Imitari dum voluit Euripidem, & ponere etymon, eſt lapſus. Nam Euripides quòd Græca poſuit, etyma ſunt aperta. Ille ait ideo nomen additum Andromachæ quòd ἀνδρὶ μάχεται. hoc Ennii quis poteſt intelligere in verſu ſignificare; Andromachæ nomen qui indidit, rectè indidit? Aut Alexãdrum ab eo appellatum in Græcia, qui Paris fuiſſet? A quo Herculem quoque

cognominatum ἀλεξίκακον, ab eo quòd defenſor eſſet hominum. Apud Actium, Iámq; auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante ſolis ortum, ab eo quòd ab igne ſolis tum aureo aer aureſcit. Quod addit Rutilare, eſt ab eodem colore. Aurei enim Rutili: & inde etiam mulieres valde rufæ Rutilæ dictæ. Apud Terentium, Scortatur, potat, olet vnguentum de meo. Scortari, eſt ſæpius meretriculam ducere; quæ dicta à pelle. Id enim non ſolùm antiqui dicebant Scortum, ſed etiamnũc dicimus Scortea ea quæ ex corio & pellibus ſunt facta. Inde in aliquot ſacreis ac ſacelleis ſcriptum habemus, Ne quid ſcorteũ adhibeatur, ideo ne morticiniũ quid adſit. In Atellaneis licet animaduertere ruſticos dicere ſe adduxiſſe pro
ſcorteo "ſcorto pelliculam. Apud Actium, Multeis nomen veſtrũ numénq; ciendo. Numen dicũt eſſe
omina imperium, dictum ab nutu. "omnia ſunt eius, cuius imperiũ maximũ eſſe videatur. Itaq; in Ioue hoc, & Homerus, & aliquotiens Liuius. Apud Plautũ, Si vnum epityrũ edam apud illũ eſuriens inſanè bene. Epityrũ vocabulum eſt cibi, quo frequẽtius Sicilia quàm Italia vſa. Idem vehementer cùm vellet dicere, dicit Inſanè: quòd inſani faciũt omnia vehementer. Apud Pacuuiũ, Flexanima tãquam lymphata. Dicitur à lympha Nympha: vt apud Græcos Thetis. Apud Enniũ, Ea Thetis illi mater. In Græcia cõmota mẽte, quos λυμφολήπτους appellãt; ab eo Lymphatos dixerunt noſtri. Bacchus Liber, cuius comites Bacchæ: & vinũ in Hiſpania Baccha. origo in heis omnibus Græca. A-
peruolans feror.) pud Pacuuiũ, Halcyonis ritu littus "peruolgãs furor. Hæc enim auis nũc Græcè dicitur ἀλκυών, à noſtreis Halcedo: hæc hieme quòd pullos dicitur trãquillo mari facere, eos dies Halcyonios appel-

lant. Quod eſt in verſu, Halcyonis ritu: id eſt, eius inſtituto. vt cùm Haruſpex præcipit vt ſuo quiſque ritu ſacrificiũ faciat: & nos dicimus "duodecim viros Græco ritu ſacra, nõ Romano, facere. quindecim
Quod enim fit rite, id ratũ ac rectũ: ab eo Actius: "rectè perfecteis ſacreis vult accipi. Apud Enniũ, rite
Si voles aduortere animũ, comiter mõſtrabitur. Comiter, hilarè ac lubenter; cuius origo Græcè κῶμος: inde Latina comiſſatio dicta, & a Græceis (vt quidam dicunt) Comœdia. Apud Atilium: Cape, cæde Lyde, come, cõde. Cape, vnde Accipe. ſed hoc in proximo libro retractandum. Apud Pacuuium, Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt, neque reficere. Cicurare, manſuefacere. quod enim à fero diſcretum, id dicitur Cicur: & ideo dictũ, Cicur ingenium obtineo, manſuetum. à quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurini. Id natum à cico. Cicum dicebant mẽbranam tenuem quæ eſt in malo Punico diſcrimen. à quo etiam Plautus dicit, Quod volet dẽſum cicum nõ interduo. Apud Næuiũ, "Eccum venire video ferme iniuria. circum
Ferme dicitur quod nunc ferè. vtrumque dictũ à ferendo, quòd id quod fertur, eſt in motu, atque aduentat. Apud Plautum, Euax iurgio vxorem tãdem abegi ab ianua. Euax verbum nihil ſignificat, ſed "effutitium naturaliter eſt. effutitum
vt apud Enniũ, Hehe ipſe clypeus cecidit. Apud Næuiũ, Eheu mea puella ſpe quidem is ſuccenſet tibi. Apud Pompilium, Heu qua me cauſſa fortuna infeſta premis? Quod ait Iurgio, id eſt litibus. Itaque quibus res erat in cõtrouerſia, ea vocabatur Lis: ideo in actionibus videmus dici, Quam rem ſiue litem dicere oportet. Ex quo licet videre Iurgare ab iure dictũ: cùm quis iure litigaret. à quo Obiurgat is qui id facit

iniuſté. Apud Lucretium, Atque aliquos ibi ab reb9 clepſere foro. Qui clepſere dixit, vnde etiam alii Clepere: id eſt corripere; quorũ origo à clam, vt ſit dictum clapere, & ex E, A commutato, vt multa, eſt factum clepere. Poteſt & à Græco dictum, κλέπτειν. Apud "Matium, Corpora Graiorum mærebar mandier igni. Dictum Mandier à mandendo, vnde manducari. à quo in Atellaneis obſonium vocant Manducum. Apud 'Matium, Obſcæni interpres, funeſtique ominis auctor. Obſcænum dictum ab ſcæna. ea vt Græci. vt Actius ſcribit, ſcena. In pluribus verbeis A ante E alii ponunt, alii non. vt quod partim dicunt Scæptrum, partim dicunt Sceptrum; alii Fænus, alii Fenus; ſic Fæniſicia, & Feniſicia. à quo ruſtici pappum Mæſum, nõ meſum. A quo Lucilius ſcribit, Cæcilius ne ruſticus fiat. Quare turpe, id obſcænũ; quòd niſi in ſcæna palã dici nõ debet. Poteſt vel ab eo ꝙ puereis turpicula res in collo quædã ſuſpenditur, nequid obſit bonæ ſcæuæ cauſſa. inde Scæuola appellatus. Ea dicta ab ſcæua, id eſt ſiniſtra: quòd quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. A quo dicuntur comitia, aliudve quid ſit, dici aue ſiniſtra, quæ nunc eſt. id à Græco eſt, quòd hi ſiniſtram vocant σκαιάν. quare quod dixi ſcæuum, bonũ omen eſt: obſcænum verò, turpe. quod inde dicitur obſcæne, quod exotericum. Apud Plautum, Quia ego antehac te amaui; & mihi amicam eſſe creui. valet, conſtitui. Itaq; heres, cùm cõſtituit ſe heredẽ eſſe, dicitur Cernere, & cùm id fecit, creuiſſe. Apud eundem, ' Quo de ſinu frequentem operam dediſtis. valet adſiduam. Itaque qui adeſt, adſiduus: ferre quem quæ oportet, is frequẽs. opponi ſolet itaq;. Illud quod eædem mulierculæ dicũt, Pol iſtoc quidem nos

[Margin notes: Marciũ vatem — Marciũ vatem — quod eſt: mihi]

pretio " tanti eſt frequentare: ita in prandio nos lepidè ac nitidè accepiſti. " Apparet dicere facile eſt, curare vt adſimus, cùm tā bene nos accipias. Apud Ennium, Decretum eſt foſſare corpora teleis. hoc verbum Ennii, dictum à fodiendo: à quo Foſſa. Apud Ennium, Vocibus concide: fac ſiet obrutus.

facile apparatum dicit facilē, eſt curare

* *Deſunt quædam.* *

Muſſare dictum, quòd muti nō amplius quàm μῦ dicunt. à quo idem dicit, Quod minimum eſt, neque vt aiunt, μῦ facere audet. Apud Pacuuium, Dii " monerint meliora, atque amentiam auerruncaſſint. A vertēdo Auerruncare; vt deus, qui iis rebus præeſt, Auerruncus. Itaque ab eo precari ſolent vt pericula auertat. In Aulularia, Pipulo te differam ante ædeis. id eſt conuicio, declinatum à pipatu pullorum. Multa ab animaliū vocibus tranſlata in homines: partim quæ ſunt aperta, partim obſcura. Perſpicua, vt Ennii, Animus cum pectore latrat. Plauti, Gannit odioſus omni totæ familiæ. Cæcilii, Tantam rem dibalare, vt pro nihilo habuerit. Lucilii, Hæc inquā rudet ex roſtreis, atque hinnilitabat. Eiuſdem, Quantum hinnitum atque equitatum. Cùm minus "aperiant: Porcii ab lupo, volutare vlulantis. Ennii à vitulo, Tibicina maximo labore mugit. Eiuſdem à boue, Clamore bouantes. Eiuſdem à leone, Pauſam fecere fremendi. Eiuſdem ab hædo, Clamor ad cælum voluendus per æthera vagit. Et à frendice, Frunde "frutimi ſuauiter. M. Actius in Caſina à fringuilla, Quid fringutis? quid iſtuc tam cupidè cupis? ſues auoluerat. Ita trude neque "in re, neque in iudicium Æſopi, nec theatrales. In Colace, Nexū. Manilius ſcribit, omne quod per libram & æs geritur, in quo ſint man-

munera dent

aperta)

Erutimi)

in iure)

cipi:Mucius Scæuola,quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius eſſe, ipſum verbum oſtendit, de quo quæritur.Nam idem quod obligatur per libram,neque ſuum ſit;inde Nexũ dictum. Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam "debeat,dum ſolueret, Nexus vocatur,vt ab ære Obæratus. Hoc"C.Popilio rogãte Sylla dictatore ſublatum ne fieret; & omneis qui bonam copiam iurarent,ne eſſent nexi,diſſoluti. In Caſina,Sine amet,ſine,quod lubet,id faciat:quando tibi nil domi deliquium eſt. Deliquium dictum ab eo quòd deliquatur:vt turbida quæ ſunt,deliquantur, vt liquida fiant. Aurelius ſcribit deliquiũ eſſe à liquido: Claudius,ab eliquato. Si quis alterutrum ſequi malit, habebit auctorem Cæcilium, Per lætitiam liquitur animus. Aliquando liquitur fictum. Multa apud poetas reliqua eſſe verba,quorum origines poſſunt dici, non dubito;vt apud Næuium in Eſiona. Enimuero gladii lingula à lingua. In Claſtidio, Vitulantes,à vitula.In Duloreſte,Caperata fronte.à capræ fronte. In Demetrio, Perſibus aperite. Itaque ſub hoc gloſſema callidè ſubſcribunt.In Lãpadione,Protinam à protinus continuitatem ſignificans. In Agidone, Candacus ſuauis tametſi, à magiſtreis accepimus manſuetum.In Romulo, Sponſus cõtra ſponſum rogatus.In Stigmatia,Præbia à præbendo, vt ſit tutum: quòd ſint remedia in collo puereis.In Therimo,Cõfictitant,à confictò conuenire dictum.In Tarentilla Pacuuii,Ab luce Inluſtre.In Tunicularia,Exbolas quaſſant,eiiciunt, à Græco verbo ἐκβολή dictum.In Bello Punico, Nec ſatis "reſarrire,ab ſerra dictum,id eſt aperire. Hinc etiã Seræ, quibus remoteis fores pandũtur,

debeat, dat

C.Pœtelio Viſolo)

reſerare

Sed vereor ne plures ſint futuri qui de hoc genere me, quòd nimium multa ſcripſerim, reprehendant; quàm quòd reliquerim quædam, accuſent. ideo potius iam reprimendum quàm "producendum puto eſſe volumen. Nemo reprehenſus qui è ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipulam. Quare inſtituteis ſex libreis, quemadmodum rebus Latina nomina eſſent impoſita ad vſum noſtrum, è queis treis ſcripſi P. Septimio, qui mihi fuit quæſtor; treis tibi, quorum hic eſt tertius; priores de diſciplina originis verborum; poſteriores de verborum originibus: in illeis qui ante ſunt, in primo volumine eſt, quæ dicantur, cur etymologice neque ſit neque ea vtilis ſit: in ſecundo, quæ ſit, & cur ea ſit, & in illeis ſit: in tertio, quæ forma etymologiæ. In ſecundeis tribus quos ad te miſi, item generatim diſcreteis; primum, in quo ſunt origines verborum locorum, & earum rerum quæ in locis eſſe ſolent: ſecundum, quibus vocabuleis tempora ſint notata, & hæ res quæ in temporibus fiunt. Tertius hic, in quo à poeteis itẽ ſumpta vtilia, quæ dixi in duobus libreis ſoluta oratione. Quocirca, quoniam omnis operis de lingua Latina treis feci partes; prima, quemadmodum vocabula impoſita eſſent rebus; ſecunda, quemadmodum ea in caſus declinantur; tertia, quemadmodum coniungerentur: prima parte perpetrata, vt ſecundam ordiri poſſimus, huic libro faciam finem.

procudẽdum

M. TERENTII VARRONIS DE LINGVA LAtina liber ſeptimus.

QVOM oratio natura tripartita eſſet, vt ſuperioribus libreis oſtendi, " eius prima pars, quemadmodum vocabula rebus eſſent impoſita; ſecunda, quo pacto de heis declinata in diſcrimina ierunt; tertia, vt ea inter ſe ratione coniuncta ſententiam efferant; prima parte expoſita, de ſecunda incipiã hinc. Vt propago omnis natura ſecunda; quod prius illud rectum, vnde ea ſit declinata. Itaque declinatur in verbeis rectum Homo: obliquum Hominis, quod declinatum à recto. De huiuſce multiplici natura diſcriminum oræ ſunt hæ: cur, & in quo, & quemadmodum in loquendo declinata ſunt verba. De quibus duo prima duabus cauſſeis percurram breuiter: quòd & tum cùm de copia verborum ſcribam, erit retractandum; & quòd de tribus tertium quod eſt, habet ſuas permultas ac magnas parteis. Declinatio inducta in ſermones non ſolùm Latinos, ſed omnium hominum, vtili & neceſſaria de cauſſa. Niſi enim ita eſſet factum, neque dicere tantum numerum verborum poſſemus. infinitæ enim ſunt naturæ, in quas ea declinantur: neque quæ didiciſſemus ex heis, quæ inter ſe rerum "cognatio eſſet, appareret. At nunc ideo videmus, quòd ſimile eſt quod propagatum. legi, vt declinatum eſt à

cuius

agnatio

lego:duo ſimul apparent quodammodo; eadem dici,& non eodem tempore factum. Vt ſi verbi gratia alterum horum diceretur Priamus, alterũ Hecuba; nullam vnitatem adſignificaret,quæ apparet in Lego & legi,& in Priamus Priami. Vt in hominibus quædam ſunt " cognationes, & gentilitates; ſic in verbeis. Vt enim ab Aimilio homines orti Aimilii,ac gentiles; ſic ab Aimilii nomine declinatæ voces in gentilitate nominali. Ab eo enim quod eſt impoſitum recto caſu Aimilius,orta, Aimilii, Aimilium, Aimilios, Aimiliorum; & ſic reliqua, eiuſdem quæ ſunt ſtirpis. Duo igitur omnino verborum principia, impoſititiorum & declinatorum: alterum, vt fons,alterum vt riuus. Impoſititia nomina eſſe voluerũt quampauciſſima,quo citius ediſcere poſſent: declinata quamplurima,quæ iſtoc opere facilius omnes, quibus opus eſſent, diſcerent. Ad illud genus quod prius, hiſtoria opus eſt. niſi deſcendendo enim,aliter id non peruenit ad nos:ad reliquum genus,quod poſterius,ars;ad quam opus eſt pauceis præcepteis, quæ ſunt breuia. Quæ enim rectè in vno vocabulo declinare didiceris; in infinito numero nominum vti poſſis. Itaque noueis nominibus adlateis in conſuetudinem, ſine dubitatione eorũ declinatus ſtatim omnis dicit populus. etiam nouitii ſerui empti in magna familia, citò omnium conſeruorum "omnis recto caſu accepto in reliquos obliquos declināt. Qui ſi nonnumquam offendunt, nõ eſt mirum: etenim illi qui primi nomina impoſuerunt rebus,forſitan in quibuſdam ſunt lapſi. Voluiſſe enim putant ſingulareis res notare, vt ex iis in multitudine declinarẽtur; vt eſt ab Homine Homines; ſic mares liberos voluiſſe notari, vt ex

agnationes

nomina)

heis feminæ declinarentur:vt eſt à Terentio Terentia:ſic in recto caſu,quas imponerēt voces,vt illinc eſſent futuræ quæ declinarētur:ſed hæc in omnibus tenere nequiſſe. quòd & vna dicuntur ſcopæ,& mas & femina aquila;& recto & obliquo vocabulo vis.Cur hæc non tā ſint in culpa,quàm putant plerique; ſoluere non difficile, ſed nunc non neceſſe. non enim quod non potuerunt adſequi,ſed quod voluerūt,ad hoc quod propoſitū refert.Quod nihilo minus declinari poteſt ab eo quod impoſuerunt ſcopæ,ſcopa; quàm ſi impoſuiſſent ſcopa,ab eo ſcopæ.ſic alia.Cauſſam quare ab impoſiteis nominibus declinarint,oſtendi. Sequitur,in queis voluerint declinare aut noluerint; generatim ac ſummatim; item in formeis. Duo enim genera verborum:vnum fecundum, quod declinãdo multas ex ſe parit diſparileis formas, vt eſt lego,legis,legam,ſic alia:alterū genus ſterile, quod ex ſe parit nihil. vt eſt etiā,vix,magis,cras,cur. Quarum rerū vſus erat ſimplex; ibi etiam vocabuli declinatus.vt in qua domo vnus ſeruus,vni ſeruolo poſt nomē; in qua multi,pluribus.Igitur "& in heis rebus,quorum ſunt nomina,quòd diſcrimina vocis plura,propagines plures. In heis rebus quæ copulæ ſunt, ac heis iunguntur verba,quòd nō opus fuit declinari in plura, ferè ſingula ſunt. Vno enim loro colligare poſſis vel hominem,vel equum, vel aliud quod, quidquid eſt quod cum altero poteſt colligari. Sic quod dicimus in loquendo, Conſul fuit Tullius & Antonius:eodē illo & omneis binos cōſules colligare poſſumus. Vel dicā amplius,omnia nomina,atq; ideo etiā omnia verba;(cū fiunt tūc ex vna ſyllaba,illud & maneat vnum.)Quare duce natura,ſi quæ impoſita eſſent vocabula rebus:

ea in

* *Multa deſunt.* *

Ne ab omnibus heis"declinatus putarēt;quorum generum declinationes oriuntur. Partes orationis ſunt duæ, ſi item vt Dion, in treis diuiſerimus partes res quæ verbeis adſignificantur. vna,quæ adſignificat caſus:altera, quæ tempora: tertia,quæ neutrū. De heis Ariſtoteles duas partes orationis eſſe dicit; vocabula & verba; vt homo & equus, & legit & currit. Vtriuſque generis & vocabuli & verbi, quædam priora, quædam poſteriora.priora,vt homo ſcribit; poſteriora,vt doctus & docté. dicitur enim Homo doctus, & Scribit docté. Hæc ſequitur & locus & tempus; quòd neque homo,neque ſcribit, poteſt ſine loco & tempore eſſe:ita vt magis ſit locus homini coniunctus, tempus ſcriptioni, cùm de heis nomen ſit primum. Prius enim nomen eſt quàm verbū temporale : & reliqua poſterius quàm nomen & verbum. Prima igitur nomina.Quare de eorum declinatione quàm de verborum, ante dicam. Nomina declinantur,aut in earum rerum diſcrimina quarum nomina ſunt,vt à Terētius, Terentii: aut in eas res extrinſecus, quarum ea nomina nō ſunt:vt ab equo, Equito. In ſua diſcrimina declinantur,aut propter ipſius rei naturam de quo dicuntur,aut propter illius qui dicit. Propter ipſius rei diſcrimina,aut à toto,aut à parte. A toto, vt ab homine Homunculus, à capite Capitulum : propter multitudinē, vt ab homine Homines; ab eo, quod alii dicunt Ceruices, & id Hortenſius in poemateis ceruix. Quæ à parte declinata,aut à corpore,vt à mamma Mammoſa, à manu Manubiæ:alia ab animo,vt à prudētia Prudēs,ab ingenio Ingenioſus. hæc ſine agitationibus: aut vbi motus maiores. Itē ab animo, vt ab

declinandas

ſtrenuitate & nobilitate, Strenui & Nobiles. Sic à pugnando, & currendo, Pugiles & Curſores. Vt aliæ declinationes ab animo, aliæ à corpore: ſic aliæ quæ extra hominem: vt Pecunioſi, Agrarii; quòd foris pecunia & ager propter eorũ, *quam dicuntur. Sunt declinati caſus, vt is qui de altero diceret, diſtinguere poſſet cùm vocaret, cùm daret, cùm accuſaret: ſic alia quidẽ diſcrimina, quæ nos & Græcos ad declinandum duxerunt. Sine controuerſia ſunt hi quinque. Quis vocetur, vt Hercules; Quemadmodum vocetur, vt Hercules; Quò vocetur, vt ad Herculem; Cui vocetur, vt Herculi; Cuius vocetur, vt Herculis. Propter ea verba, quæ erant proinde ac cognominata, vt prudens, candidus, ſtrenuus; quòd in heis præterea ſunt diſcrimina propter incrementũ, quod maius vel minus in heis eſſe poteſt: adceſſit declinationum genus, vt à cãdido, candidius, candidiſſimum: ſic à longo, diuite, id genus aliis, vt fieret. Quæ in eas res quæ extrinſecus declinantur, ſunt, ab equo Equile, ab ouibus Ouile: ſic alia. hæc contraria illeis quæ ſuprà dicta, vt à pecunia Pecunioſus, ab vrbe Vrbanus, ab atro Atratus. Vt nonnumquam ab homine locus, ab eo loco homo: vt à Romulo Roma, à Roma Romanus. Aliquot modeis declinata ea quæ foris. nam aliter qui à maioribus ſueis Latonius & Priamides: aliter quæ à facto, vt à prædando Præda, à merendo Merces. Sic alia ſunt quæ circum ire non difficile: ſed genus iam videtur, & alia vrgent: omitto. In verborum genere, quæ tempora adſignificant, quòd ea erãt tria, præteritum, præſens, futurum; declinatio facienda fuit triplex, vt ſaluto, ſalutabam, ſalutabo. Cùm item perſonarum natura triplex eſſet, qui loqueretur, de quo, ad

qui

ad quem; hæc ab eodem verbo declinata, quæ in
copia verborum explicabuntur. Quoniam di-
ctum de duabus declinationibus, cur & in qua ſit
forma; tertium quod relinquitur, quemadmodũ,
nunc dicetur. Declinationum genera ſunt duo;
Voluntarium, & Naturale: voluntarium eſt, quo;
vt cuiuſque tulit voluntas, declinauit. Sic tres cũ
emerunt Epheſi ſingulos ſeruos; nonnumquam
alius declinat nomen ab eo qui vendit: Artemi-
dorus, atque Artemam appellat: alius aut ab re-
gione, quòd ibi emit, ab Ionia, "Ionã; aut ab vr- Ionem
be Epheſo, Epheſium: ſic alius ab aliqua alia re, vt
viſum eſt. Contrà naturalẽ declinationem dico;
"quòd non à ſingulorum oritur voluntate, ſed à quæ
communi cõſenſu. Itaque omnes impoſiteis no-
minibus, eorum item declinant caſus: atque eo-
dem modo dicunt huius "Artemidori, & huius Artemæ
"Ionæ, & huius Epheſii, ſic in aliis caſibus. Cùm Ionis
vtrumque nonnumquam accidat: & vt in volun-
taria declinatione animaduertatur natura, & in
naturali voluntas: quæ cuiuſmodi ſint, aperietur
infra. Quòd vtraque declinatione alia fiunt
ſimilia, alia diſſimilia, de eo Græci Latinique li-
bros fecerunt multos; partim cùm alii putarent
in loquendo ea verba ſequi oportere quæ à ſimi
libus ſimiliter eſſent declinata, quas appellarunt
ἀναλογίας: alii cùm id neglegendum putarent, ac
potius ſequẽdam συνήθειαν; diſſimilitudinémque
quæ in conſuetudine eſt: quam etiam vocant
ἀνομαλίαν: cùm, vt ego arbitror, vtrumque ſit no-
bis ſequendum. quòd in declinatione voluntaria
ſit ἀνομαλία, in naturali magis analogia. De qui-
bus vtriuſque generis declinationibus libros fa-
ciam bis ternos: prioreis treis de earum declina-
tionũ diſciplina: poſterioreis, ex eius diſciplinæ

propaginibus. De prioribus primus erit hic: quæ contra ſimilitudinem declinationum dicantur. Secundus, quæ contra diſſimilitudinem. Tertius de ſimilitudinum forma. De quibus quæ "expe- expe-dierint riero, ſinguleis tribus; tum de altereis totidem ſcribere ac diuidere incipimus.

INCIPIAM, quod huiuſce libri eſt, dicere cōtra eos qui ſimilitudinem ſequuntur; quæ eſt, vt in ætate puer ad ſenem, puella ad anū; in verbeis, vt eſt ſcribo, ſcribam: dico, dicam. prius cōtra vniuerſam analogiam; tum de ſinguleis partibus à natura ſermonis incipiam. Omnis oratio cùm debeat dirigi ad vtilitatem; ad quam tum denique peruenit, ſi eſt aperta & breuis; quæ petimus; quòd obſcurus & lōgus orator eſt odio; & cùm efficiat aperta, vt intellegatur; breuis, vt citò intellegatur; & apertam conſuetudo, breuem temperantia loquentis: & vtrumque fieri poſſit ſine analogia: nihil ea opus eſt. Neque enim vtrū Herculi an Herculis clauam dici oporteat, ſi doceat analogia, cùm vtrumque ſit in cōſuetudine, non neglegendum; quòd æquè ſunt & breuia & aperta. Præterea "quod is vtilitatis cauſſa quæq; quom vtil. res ſit inuenta; ſi ex ea quis id ſit conſecutus, amplius eam ſcrutari non debet, cùm ſit nimium otioſi. & cùm vtilitatis cauſſa verba ideo ſint impoſita rebus, vt ea ſignificent; ſi id conſequimur vna conſuetudine, nihil prodeſt analogia. Accedit, quòd quæcumque vſus cauſſa ad vitam ſint adſumpta, in heis vtilitatem "quærere, non ſimi- quærimus litudinē. itaque in veſtitu, cùm diſſimilima ſit virilis toga tunicæ muliebri, ſtola pallio; tamē inæqualitatem hanc ſequimur nihilo minus. In ædificiis, "quod non videmus habere atrium περίστυλον ſimilitudinem, & cubiculum ad æquale; cùm quid

tamen propter vtilitatem in heis diſſimilitudines potius quàm ſimilitudines ſequamur. itaque & hiberna triclinia & æſtiua, non item valuata & feneſtrata facimus. Quare cùm in veſtitu, ædificiis, ſic in ſupellectile, cibo, cetereis omnibus quæ vſu ad vitam ſunt adſumpta, dominetur inæqualitas; in ſermone quoque, qui eſt vſus cauſſa conſtitutus, ea non repudianda. Quòd ſi quis duplicem putat eſſe ſummam, ad quas metas naturæ ſit perueniendum in vſu, vtilitatis & elegantiæ: quòd non ſolùm veſtiti eſſe volumus vt vitemus frigus, ſed etiam vt videamur veſtiti eſſe honeſtè: non domum habere, vt ſimus in tecto & tuto ſolùm, quod neceſſitas contruſerit; ſed etiam vbi voluptas retineri poſſit: non ſolùm vaſa ad victum habilia, ſed & figura bella, atque ab artifice: quòd aliud homini, aliud humanitati ſatis eſt. Quoduis ſitienti poculum homini idoneum; humanitati niſi bellum, parum. ſed cùm diſceſſum eſt ab vtilitate ad voluptatem, tamen in eo ex diſſimilitudine plus voluptatis quàm ex ſimilitudine ſæpe capitur. quo nomine & gemina conclauia diſſimiliter pollent, & lectos non omneis pareis magnitudine ac figura faciũt. Quòd ſi eſſet analogia petenda in ſupellectile, omnes lectos haberemus domi ad vnam formam, & aut cum fulcro aut ſine eo, nec tum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem: neque potius delectaremur ſupellectile, diſtincta quæ eſſet ex ebore, aliiſque rebus diſparibúſque figureis, quàm grabateis analogeis, cùm ad ſimilem formam plerumque eadem materia fiunt. Quare aut negandum nobis diſparia eſſe iucunda; aut quoniam eſſe neceſſe eſt confiteri, dicendum, verborum diſſimilitudinem, quæ ſit in conſuetudine,

non eſſe vitandam. Quòd ſi analogia nobis ſequenda eſt: aut ea nobis obſeruãda eſt quæ eſt in conſuetudine; aut quæ non eſt. ſi ea quæ eſt, ſequenda eſt; præcepteis nihil opus eſt; quòd cùm cõſuetudinem ſequemur, ea nos ſequetur. ſi, quæ non eſt in conſuetudine, ſequemur; vt quiſque duo verba in quattuor formeis finxerunt ſimiliter, quamuis hæc nollemus, tamen erunt ſequenda: vt, Iuppiter, Marſpiter: quas ſiquis ſeruet analogias, pro inſano ſit reprehendendus. non ergo eſt ea ſequenda. Quòd ſi oportet vt à ſimilibus ſimiliter omnia declinentur verba, ſequitur vt ab heis ſimilibus ſimilia debeant fingi. quod nõ fit: nam & à ſimilibus alia fiunt ſimilia, alia diſſimilia: & à diſſimilibus partim ſimilia, partim diſſimilia. A ſimilibus ſimilia, vt à bono ac malo, bonum, malũ. A ſimilibus diſſimilia, vt à lupus, lepus; lupo, lepori. Contrà à diſſimilibus diſſimilia, vt Priamus Paris, Priamo Pari. A diſſimilibus ſimilia, vt Iuppiter Iouis, & Iouis Iouis. Eo etiam magis ἀναλογικῶς diſſimilia finguntur, ſed etiam ab iiſdẽ vocabuleis diſſimilia: neque à diſſimilibus ſimilia, ſed etiam eadem. Ab iiſdem vocabuleis diſſimilia fingi apparet, quòd cùm duæ ſint Albæ, ab vna dicuntur Albani, ab altera Albenſes: cùm trinæ fuerint Athenæ, ab vna dicti Athenæi, ab altera Athenienſes, à tertia Athenæopolitæ. Si ex diuerſeis verbeis multa facta, in declinando inueniuntur eadem: vt cùm dico à luo, luam, & abluo, abluam. Omnia ferè noſtra liberalia & muliebria multitudinis, cum recto caſu fiunt diſſimilia, cum dãdei caſu, ſimilia. vt mares Terentii, feminæ Terentiæ: eadem in dãdei, vireis Terentiis, & mulieribus Terentiis. Diſſimilia, Plautus & Plautius: & communia, huius

Plauti,& huius Plautii. Denique ſi eſt analogia, quod in multeis verbeis eſt ſimilitudo verborũ: ſequitur quòd in pluribus eſt diſſimilitudo: vt non ſit in ſermone ſequenda analogia. Poſtremò,ſi eſt in oratione,aut in omnibus eius partibus eſt,aut in aliqua:& in omnibus nõ eſt: in aliqua eſſe parum eſt: vt album eſſe Æthiopem,nõ ſatis eſt quòd habet candidos dentes. non eſt ergo analogia. Cùm à ſimilibus verbeis quæ declinantur, ſimilia fore pollicentur qui analogias eſſe dicunt, & cùm ſimile tum denique dicentes ſe oſtendere ex verbo verbum, quod ex eodẽ ſit genere,eadem figura tranſitum de caſu in caſum ſimiliter oſtendi poſſit. Qui hæc dicunt, vtrumque ignorant, & in quo loco ſimilitudo debeat eſſe, & quemadmodum ſpectari ſoleat, ſimile ſit nécne. quæ cùm ignorant,ſequitur,vt cùm analogiam dicere nõ poſſint,ſequi debeamus. Quæro enim, verbum vtrum dicant vocem quæ ex ſyllabeis eſt ficta, eam quam audimus; an quod eam ſignificat quam intellegimus; an vtrũque. ſi vox voci eſſe debet ſimilis, nihil refert, quod ſignificat,mas an femina ſit:& vtrum nomen,an vocabulum ſit. quod illi intereſſe dicunt. Sin illud quod ſignificatur,debet eſſe ſimile, Diona & Theona, quos dicunt eſſe ipſi pene geminos,inueniuntur eſſe diſſimiles: ſi alter erit puer, alter ſenex, aut vnus [a] albus, alter Æthiops: item aliqua re alia diſſimiles.Sin ex vtraque parte debeat verbum eſſe ſimile:non citò inuenietur quin in alterutra re claudicet. nec Perperna & Alphena erit ſimile:quòd alterum nomen virum,alterum mulierẽ ſignificat. Quare quoniã vbi ſimilitudo eſſe debeat,nequeunt oſtendere:impudẽtes ſunt qui dicunt eſſe analogias. Alterum illud,quod

[a] Gallus

dixi, quemadmodũ ſimile exſpectari oporteret, ignorare apparet ex eorũ præcepto, quòd dicũt, cùm tranſierit è nominãdei caſibus in eos quos appellant vocãdei, tum denique poſſe dici rectos eſſe ſimileis aut diſſimileis. eſſet enim, vt ſiquis Menæchmos geminos cùm videat, dicat ſe nõ poſſe iudicare diſſimiléſne ſint, niſi qui ex heis ſint nati, conſiderarit: nunc diſcrepant inter ſe. nihil inquam quo magis minúſve ſit ſimile, quod cõferas cum altero, ad iudicandum extrinſecus oportet ſumi. Quare cùm ignorent quemadmodũ ſimilitudo debeat ſumi, de analogia dicere non poſſunt. Hæc apertius dixiſſem, niſi breuius eo quòd nũc mallem; "quæ infra ſunt, planius vſurpanda. Quare quod ad vniuerſam verborum naturã attinet, hæc attigiſſe modò ſatis eſt. Quod ad parteis ſingulas orationis, deinceps dicam. quarum vis, quoniam ſunt diuiſiones plures, nũc ponam ſecãda potiſſimum in quæ diuiditur. Oratio "ſeruanda, vt natura, in quattuor parteis: vnam, quæ habet caſus; alteram, quæ habet tẽpora; & tertiam, quæ habet neutrum; & quartam, in qua eſt vtrumque. Has vocant quidam, appellandei, dicendei, adminiculandei, iungendei. Appellandei dicitur, vt homo, & Neſtor: dicendei, vt ſcribo, & lego: iungẽdei, vt atque: adminiculandei, vt doctè, & commodé. Appellandei partes ſunt quattuor: è queis dicta à quibuſdã prouocabula, quæ ſunt vt quiſque: vocabula, vt ſcutũ, gladius: nomina, vt Romulus, Remus: pronomina, vt hic, hæc. Duo media dicuntur nomina; prima & extrema, articuli. Primum genus eſt infinitũ: ſecundum, vt infinitum; tertium, vt effinitũ: quartum, finitum. Hæc ſigillatim triplicia eſſe debent; quoad ſexũ, multitudinem, caſum. Sexum, vtrum virile, an mu-

liebre, an neutrum ſit: vt doctus, docta, doctum. Multitudinem, vnum, an plura ſignificet: vt hic, hi, hæ. Caſum, vtrum recto ſit, vt Marcus; an obliquo, vt Marco; an communi, vt Iouis. Heis "diſcreteis partibus, ſingulas proſpice, quo facilius nuſquam eſſe analogias, quas ſequi debeamus, videas. — diſcreteis

Nempe eſſe oportebat vocis formas ternas, vt in hoc, humanus, humana, humanum. ſed habent quædam binas, vt ceruus, cerua: quædam ſingulas, vt aper, & ſic multa. non ergo eſt in huiuſcemodi generibus analogia. Et in multitudine, vt vnũ ſignificat pater, plures, patres: ſic omnia debuerunt eſſe bina. Sed & ſingularia ſolùm ſunt multa, vt cicer, ſiſer (nemo enim dicit cicera, ſiſera) & multitudinis, vt ſalinæ. non enim ab heis ſingulari ſpecie dicitur ſalina, & balnea. Neq; ab eo quod dicunt balneum, habet multitudinem conſuetudo. nam quòd eſt, vt prædium, balneũ: debuerũt eſſe plura, vt prædia, balnea: quod non eſt. non eſt ergo in heis quoque analogia. Alia caſus habent, & rectos & obliquos: alia rectos ſolùm: alia modò obliquos. Habent vtroſque, vt Iuno, Iunonis: rectos modò, vt Iuppiter, Marſpiter: obliquos ſolùm, vt Iouis Iouem. nõ ergo in heis eſt analogia. Nunc videamus in illa quadripartita. Primùm ſi eſſet analogia, vt in heis tribus articuleis, vt eſt quis, quem, "cuius: ſic diceretur, quæ, quam, " cuius. Et vt eſt quis, " cui, ſic dicetur qua, "quæ: nam eſt proportione ſimile. vt deæ bonæ, quæ ſit: dea bona, quæ eſt. & vt eſt quem, quis: ſic quos, ques. Quare quod nunc dicitur, qui homines, dici oportuit ques. Præterea, vt eſt ab is, ei, ſic ab ea, eæ diceretur, quod nunc dicitur ei: & pronũtiaretur, vt in ieis vireis, ſic eeis mulieribus, & vt eſt in recteis, is, eæ — quoius, quaius, quoi, quai

debuit eſſe ibus, eeis : ſed id eſt in obliqueis ieis, nunc non modò in virili, ſicut in muliebri, dicitur eius: ſed etiã in neutreis articuleis, vt, eius viri, eius mulieris, eius pabuli: cùm diſcriminentur in recteis caſibus, is, ea, id. De hoc genere parcius tetigi, quòd librarios hæc ſpinoſiora indulgentius laturos putaui. De nominatiueis, quæ accidunt proximè ad finitam naturam articulorũ, atque appellantur vocabula, vt homo, & equus: eorum declinationum genera ſunt quattuor. vnum, nominãdei, vt ab equo, equile: alterum, caſuale, vt ab equo, equum: tertium, augendei, vt ab albo albius: quartum, minuendei, vt à ciſta ciſtula. Primum genus (vt dixi) id eſt, cùm aliqua parte orationis declinata ſunt recto caſu vocabula: vt à balneeis balneator. hoc ferè triplices habet radices: quod & à vocabulo oritur, vt à venatore venabulum: & à nomine, vt à Tibure Tiburs: & à verbo, vt à currendo curſor. In nullo horum analogiã ſeruare videbis. Primùm cùm dicatur, vt ab oue & à ſue, Ouile & Suile, ſic à boue dicitur Bubile, non bouile. Et cùm ſimile ſit auis, & ouis: neque dicitur, vt ab aue Auiariũ, ab oue ouile, ab aue auile nõ eſt, neque ab oue ouiarium. Et cùm debuerit eſſe, vt à cubatione Cubiculũ, ſic à ſeſſione ſediculum non eſt. Quoniam taberna, vbi venit vinũ, à vino Vinaria, à creta Cretaria, ab vnguento Vnguentaria dicitur: ἀναλογικῶς ſi eſſent vocabula, vbi caro venit, carnaria: vbi pelles, pellaria: vbi calcei, calcearia dicerentur : non laniena, pelleſuina, ſutrina. Et ſic, vt eſt ab vno Vni, à tribus Trini, à quattuor Quatrini, ſic à duobus duini, nõ Bini dicerentur. nec non vt quadrigæ, trigæ, ſic potius duigæ quàm Bigæ. Permulta ſunt huiuſce generis: quæ, quoniam admonitus

perſpicere poteſt,omitto. Vocabula quæ à nominibus oriũtur, ſi à ſimilibus nominibus ſimilia eſſe debent,dicemus, quoniam gemina ſunt, Parma, Alba,Roma; Parmenſes:aut quoniam ſimilis eſt Roma, Nola, Parma; dicemus, vt Romani, Nolani, ſic Parmani. & à Pergamo, ab Ilio ſimiliter, vt Pergamenus, ſic Ilienus. aut vt Ilius mas & Ilia femina,ſic Pergamus & Pergama. Et quoniam ſimilia nomina ſunt Aſia,Libya;dicemus vt Aſiaticos, ſic Libyaticos homines.

Quæ vocabula ducuntur à verbeis; fiunt, vt à ſcribendo Scriptor, à legendo Lector. hæc quoque, non ſeruare ſimilitudinem licet videre ex heis. cùm ſimiliter dicatur, vt ab amando Amator, à ſalutando Salutator, à cantando Cantator: & cùm dicatur,Laſſus ſum metendo,ferendo: ex heis vocabula non reddunt proportionem:quòd non ſit, vt Meſſor,Fertor.Multa ſunt item in hac ſpecie, in quibus potius cõſuetudinem ſequimur quàm rationem verborum. Præterea,cùm ſint ab eadem origine verborum vocabula diſsimilia ſuperiorum;quòd ſimul habeant caſus & tempora,quæ vocantur participia;& multa ſint contraria ,vt amor amo, ſeror ſero: ab amo & eiuſmodi omnibus verbeis oriuntur præſens & futurum, vt amans & amaturus: & ab eis verbeis tertium, quod debet fingi præteriti, in lingua Latina reperiri non poteſt. non ergo eſt analogia.Sic amabor,"legor, & eiuſmodi verbi,eſt vocabulum eius generis præteriti temporis," fit, vt ſic 'amatus eram,ſum,ero:neque præſentis & futuri ab heis fit. non eſt ergo analogia. præſertim cùm tantus numerus vocabulorum in eo genere interierit;quòd dicimus in heis verbeis,& in ieis verbeis quæ contraria non habent, loquor, ve-

legar
ſic
amaturus

nor: tamen dicimus loquens, venans: locuturus, venaturus. quod ſecundum analogias non eſt. quoniam dicimus loquor, & venor. Vnde illa quæ erant ſuperiora, minus ſeruãtur. "quòd cum heis, quæ contraria verba habent, alia efficiunt terna, vt ea quæ dixi: alia, bina, vt ea quæ dicam, currens, ambulans: curſurus, ambulaturus. tertia enim præteriti non ſunt: vt curſus ſum, ambulatus ſum. Neque in heis quidem quæ ſæpius quid fieri oſtendunt, ſeruant analogiam: vt eſt à cantando cantitans, ab amando amitans non eſt, & ſic multa. Vt in heis ſingularibus, ſic in multitudinis: ſicut enim cantitantes, ſeditantes non dicuntur. Quoniam eſt vocabulorum genus quod appellant compoſitum, & negant conferri id oportere cum ſimplicibus, de quibus adhuc dixi: de compoſiteis ſeparatim dicam. Cùm à tibiis & canendo tibicen dicitur: quærunt, ſi analogias ſequi oporteat, cur non à cithara & pſalterio, & pandura, dicamus citharicen, & ſic alia. Si ab æde & tuẽdo Æditūus eſt; cur ab atrio & tuendo non atrituus ſit potius quàm Atrienſis? Si ab auibus capiẽdeis Auceps dicatur, debuiſſe aiunt ex piſcibus capiendeis piſciceps, vt aucupem, ſic piſcicupem dici. & vbi lauetur æs, ærarias, nõ Ærelauinas nominari. & vbi fodiatur argẽtum, Argentifodinas dici: neque vbi fodiatur ferrum, Ferrifodinas. Qui lapides cædunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici. neque vt aurificem, ſic argentificem. non doctum dici indoctum, non ſalſum inſulſum. Sic & ab hoc quoque fonte quæ profluant, animaduertere eſt facile. Relinquitur de caſibus, in quo Ariſtarchei ſuos intendunt neruos. Primùm ſi in heis eſſet analogia, dicunt debuiſſe omneis nominatiuos & articulos ha-

quid

bere totidem caſus: nunc alios habere vnum ſolū,vt litteras ſingulas omnes: alios,treis, vt prædium, prædii, prædio; alios, quattuor, vt mel, mellis,melli, melle: alios, quinque, vt quintus, quinti,quinto,quintum,quinte: alios, ſex, vt vnus,vnius,vni,vnum,vne,vno. Non eſſe ergo in caſibus analogias. Secundò,quòd Crates dicebat, cur quæ ſingulos habent caſus, vt litteræ Græcæ,non dicantur alpha alphatos? Si idem mihi reſpondebitur quod Crateti,nō eſſe vocabula noſtra, ſed penitus barbara: quæram cur iidem noſtra nomina, & Perſarum & ceterorum quos vocant barbaros,cum caſibus dicant. quare,ſi eſſet analogia,aut,vt Pœnicorum & Ægyptiorum vocabula,ſinguleis caſibus dicerentur: aut pluribus, vt Gallorum & ceterorum. Nam dicunt "ab alaco alacus,& ſic alias." In quod ſcribent,dicēt, quod Pœnicum ſit,ſinguleis caſibus: ideo eas litteras Græcas nominari: ſic Græci noſtra ſeneis caſibus nō quineis dicere debebāt. quod cùm non faciunt,nō eſt analogia. Quæ ſi eſſet,negant vllū caſum duobus modeis debuiſſe dici: quod fit cōtra. Nam ſine reprehenſione vulgo alii dicunt in ſingulari, hac oui & aui: alii, hac oue & aue. In multitudinis, hæ puppeis, reſteis, & hæ puppes, reſtes. Item, quod in "patrico caſu hoc genus diſpariliter dicatur ciuitatū,parentum: ciuitatiū,parentium: in accuſandei hos monteis,fonteis, hos mōtes,fontes. Item cùm ſi ſit analogia, debent à ſimilib⁹ verbeis ſimiliter declinateis ſimilia fieri, & id nō fieri oſtendi poſsit: deſpiciēdam eſſe eam rationem. Atqui oſtenditur. nā quid poteſt ſimilius eſſe quàm mēs,dens,gēs? cùm horū caſus "patricus,& accuſandei, in multitudine ſint diſpariles. nam à primo fit gentium,& genteis, vtrobiq;

à lauda, alaudus Id quod

patrio

patrius

vt ſit I: à ſecundo mentium,& mẽtes, vt in priore ſolo ſit I:à tertio dentum,& dentes, vt in neutro ſit I. Sic item,quoniam ſimile eſt recto caſu ſurus,lupus,lepus; rogant cur non dicant proportione item ſuro, lupo, lepo. Si reſpondent ſimilia non eſſe, quòd ea vocemus diſsimiliter, ſure,lupe, lepus: ſic enim reſpondere voluit Ariſtarchus Crateti.nam cùm ſcripſiſſet ſimilia eſſe, Philomedes,Heraclides, Melicertes; dixit nõ eſſe ſimilia. in vocando enim cum E breui dici Philomede,cum E longo Heraclide, & cum E breui Melicerte.In hoc dicunt Ariſtarchum non intellexiſſe quod quæreretur, cûm ſic ſoluerit. Sic enim, vt quidquid in obliqueis caſibus diſcrepauit,dicere potuit, propterea rectos caſus non eſſe ſimileis: cùm quæratur duo inter ſe ſimilia ſint nécne,non debere extrinſecus adſumi, cur ſimilia ſunt. Item,ſi eſſet analogia,ſimiliter aues,oues,ſues dicerent:item vt ouium,auium,ſic ſuiũ. Si analogia eſt, inquit, cur populus dicit dii Penates, dii Conſentes? cùm ſit, vt hic reus, ferus, deus:ſic hi rei,feri,dei? Item quærunt,ſi ſit analogia, cur appellant omnes ædem deum Conſentum, & non deorum Conſentium? Item cur dicatur mille denarium, non mille denariorum? eſt enim hoc vocabulum ea figura, vt Vatinius, Manlius, denarius. debet igitur dici, vt Vatiniorum,Manliorum,ſic denariorum. & non equum publicum mille aſſariũ eſſe, ſed mille aſſariorum. ab vno enim aſſario multi aſſarii, ab eo aſſariorũ. Item ſecundum illorum rationem debemus ſecundeis ſyllabeis longeis dicere Hectorem, Neſtorem.eſt enim vt quæſtor,prætor,Neſtor, Hector.Et non debuit dici,quibus das,ſed queis das. eſt enim vt eeis, heis,queis. At ſi eſt quibuſcum,

non ibus & hibuſcum dicatur? Da patri familias, dicere non debuerunt, ſi analogias ſequi vellent: quod eſt vt Atiniæ, Scatiniæ, familiæ : ſic vna Atinia, Scatinia, familia. Item plures patresfamilias dicere non debuerunt, ſed, vt Siſenna ſcribit, patresfamiliarum. Neque oportebat conſuetudinem notare : alios dicere boum greges, alios bouerum : vt ſtruum, ſic Iouum, & Iouerum : cùm eſſet vt Iouis, bouis, ſtruis, Iouem, bouē, ſtruem, Ioui, boui, ſtrui. Nec cùm hæc conuenirent in obliqueis caſibus, dubitare debuerunt in recteis propinquioribus: nunc in conſuetudine aliter dicere pro Iouis, Iuppiter : pro bouis & bus, bos: pro ſtruis, ſtrues.

DEINCEPS dicam de altero genere vocabulorum, in quo contentiones ſunt : vt album, albius, albiſsimum. in quo eam analogiam non ſeruari apparet. nam cùm ſit ſimile, ſalſum : caldum : & dicatur ab heis, ſalſius, ſalſiſsimum, caldius, caldiſsimum debuit dici. quoniam ſimile eſt bonum, malum: ab heis bonius & malius, boniſsimum & maliſsimum : nónne dicimus, bonum, melius, optimum? malū, peius, peſsimum? In aliis verbeis nihil deeſt: vt dulcis, dulcior, dulciſsimus. in aliis primum, vt peius, peſsimum: in aliis medium, vt cæſius, cæſiſsimus : in aliis bina ſunt quæ ſint ab eadem voce declinata : & ea ita vt aliâs deſint ſecundum & tertium, vt in hoc, mane, manius, maniſsimé: aliâs, vt duo prima abſint, vt optimum: aliâs, vt primum & tertium deſit, vt melius. Præterea ſi dicerent ſimiliter declinari, cum ſimilia eſſent macer, ſacer, tener: & & macerrimus, ſacerrimus, tenerrimus : non diſcreparent in heis, macrior, & magis ſacer, & tenerior : neque alia triſyllaba fierent. &, ſi in heis

dominaretur ſimilitudo, diceremus, vt candidiſſimus, candidiſsima, pauperrimus, pauperrima: vt candidus, candida, pauper, paupera. & vt dicimus doctus, docta, doctiſsimus, doctiſsima: ſic diceremus, frugaliſsimus, frugaliſsima, frugus & fruga. Ea ſi proportione eſſent verba, vt vno vocabulo dicimus virum & mulierem ſapientem, & diligentem, & ſapientiorem, & diligentiorem: ſic diceremus item cùm perueniremus ad ſummum. quod facimus aliter: nam virum dicimus ſapientiſsimum & diligentiſsimum: feminam, ſapientiſsimam & diligentiſsimam. Quod ad vocabulorum huius generis exempla pertinet, multa ſunt reliqua. ſed eadem quæ dicta, ad iudicandum ſatis ſunt, quòd analogias in collatione verborum ſequi non debemus. Magnitudinis vocabula cùm poſsint eſſe terna; vt ciſta, ciſtula, ciſtella: in mediis non ſunt: vt in heis, macer, macricolus, macellus: niger, nigricolus, nigellus. Item minima in quibuſdam non ſunt, vt auis, auicula, auicella: caput, capitulum, capitellum. In hoc genere vocabulorum quòd multa deſunt, dicendum eſt non eſſe in eo, ſed potius ſequendam conſuetudinem quàm rationem. Quod ad vocabulorum genera quattuor pertinet, vt in hoc potius conſuetudinem quàm analogiam dominari facilè animaduerti poſsit, dictum eſt.

Sequitur de nominibus, quæ differunt à vocabuleis, ideo quòd ſunt infinita, ac res communeis deſignent: vt vir, mulier: cùm nomina ſint finita, ac ſignificent res proprias, vt Paris, Helena. è quibus ſunt alia nomina à nominibus, vt Ilium, ab Ilo, & Ilia, ab Ilio: alia à vocabulo, vt ab albo, albius, & ab atro, atrius: in neutreis ſeruata

eſt analogia. Nam & cùm ſit à Romulo Roma, proportione non eſt, quòd debuit eſſe Perperni filia, non Perpernæ. Perperna mulieris nomen eſſe debuit, & nata à Perperno: quòd eſt, vt Arbernus, Perpernus: Arberna, Perperna. Quòd ſi Marcus Perperna virile eſt nomen, & analogia ſequenda: Lucius Ælia, & Quinctus Mucia, virilia nomina eſſe debebunt. Item quæ habẽt ab Rhodo, Andro, Cyzico, Rhodius, Andrius, Cyzicenus: ſimiliter Cyzicius ciuis diceretur vnuſquiſque. Nam vt ab Atheneis Athenæus dicitur rhetor nomine, etſi non ſit Athenienſis; in hoc ipſo analogia non eſt: quòd alii nomina habent ab oppideis; alii aut non habẽt, aut non, vt debent, habent. habent plerique libertini à municipio manumiſsi. in quo, vt ſocietatum & fanorum ſerui, non ſeruarunt proportionem & rationem, & Romanorum liberti debuerunt dici, vt à Fauentia Fauentinus, à Reate Reatinus: ſic à Roma Romanus. vt nominantur à libertineis orti publici ſerui, Romani, qui manumiſsi ante quàm ſub magiſtratus nomina, qui eos liberarunt, ſuccedere cœperunt. hinc quoque illa nomina " Leſas, Vfenas, Carinas, Mæcenas: quæ cùm eſſent à loco, vt Vrbinas, & tamen Vrbinus, ab heis debuerunt dici ad noſtrorum nominum ſimilitudinem. Læna's

* *Deeſt pagina.* *

M. TERENTII VARRONIS DE LINGVA LATINA LIBER OCTAUUS.

* *Deſunt quædam.* *

tam neſciunt docere quàm diſcere quæ ignorãt: in quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui fretus Chryſippo homine acutiſsimo, qui reliquit ſex libros περὶ τῆς ἀνωμαλίας: heis libreis contra analogiam atque Ariſtarchum eſt nixus: ſed ita vt ſcripta indicant eius, vt neutrius videatur peruidiſſe voluntatem. quòd & Chryſippus, de inæqualitate cùm ſcribit ſermones, propoſitum habet oſtendere ſimiles res diſsimilibus verbeis, & ſimilibus diſsimiles eſſe vocabuleis notatas. id quidem eſt verum: & cùm Ariſtarchus de æqualitate conſcribit, & de verborum ſimilitudine; quorundam inclinationes ſequi iubet, quoad patiatur conſuetudo. Sed hi qui in loquendo partim ſequi iubent nos conſuetudinem, partim rationem, non tam diſcrepant: quòd conſuetudo & analogia coniunctiores ſunt inter ſe quàm hi credunt. quòd eſt nata ex quadam conſuetudine analogia: & ex hac conſuetudo ex diſsimilibus & ſimilibus verbeis eorum, quod declinationibus conſtat. neque anomalia neque analogia eſt repudianda. niſi ſi non eſt homo ex anima, quòd eſt homo ex corpore & anima. Sed ea quæ dicam, quo facilius peruideri poſsint, prius de trineis copuleis differendum: nam conſuſim ex vtraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam

aliam referri debent ſummam. Primùm de copuleis naturæ & ſueis. hæc enim duo ſunt quæ exigunt diuerſa: ꝙ aliud eſt, dicere verborũ analogias, aliud, dicere vti oportere analogiis. Secũdum de copuleis multitudinis, ac finis: vtrúmque omnium verborum dicatur eſſe analogia, an vſus, an maioris partis. Tertium, de copuleis perſonarum, qui eis debẽt vti, quæ ſunt plures. Alia enim populi vniuerſi, alia ſingulorúm: & de heis non eadem oratores & poetæ: quòd eorum non idẽ ius. Itaque populus vniuerſus debet in omnibus verbeis vti analogia: &, ſi perperam eſt conſuetus, corrigere ſe ipſe; cùm orator non debeat in omnibus vti: quod ſine offenſione non poteſt facere, cùm poetæ tranſilire lineas impunè poſſint. Populus enim in ſua poteſtate, ſinguli in illius. Itaque vt ſuam quiſque conſuetudinem, ſi mala eſt, corrigere debeat, ſic populus ſuam. Ego populi cõſuetudinis non ſum, vt dominus: at ille meæ eſt. Vt rationi obtemperare debet gubernator, gubernatori vnuſquiſque in naui; ſic populus rationi, nos ſinguli populo. Quare ad quamcunque ſummam in dicendo referam, ſi animaduertes, intelliges vtrum dicatur analogia eſſe, an, vti oporteret, redigere; dici id in populum aliter, ac inde omnibus dici in eum qui ſit in populo.

NVNC iam primùm dicam pro vniuerſa analogia, cur non modò videatur eſſe reprehendenda, ſed etiam cur in vſu quodãmodo ſequenda. Secundò, de ſinguleis criminibus, quibus rebus poſsint quæ dicta ſunt cõtra, ſolui. dicam ita vt generatim comprehẽdam & ea quæ in priori libro ſunt dicta, & ea quæ poſſunt dici, atque illic præterii. Primùm, quod aiunt, qui bene loqui velit, cõſuetudinem nõ rationem ſimilitudinum

ſequi oportere:quòd alterum ſi neglegat,ſine offenſione facere non poſsit; alterum ſi ſequatur, quòd ſine reprehenſione non ſit futurum; errant:quòd qui in loquendo conſuetudinem, qua oportet vti, ſequitur, non ſine ea ratione. Nam vocabula ac verba quæ declinamus, ſimiliter ea in conſuetudine eſſe videmus, & ad eam referimus: & ſi quid eſt erratum, non ſine ea corrigimus. Nam vt qui triclinium conſtrarunt,ſi quem lectum de tribus vnum imparem poſuerunt,aut de paribus nimium, aut parum produxerunt; vnà corrigimus,& ad conſuetudinem cõmunem, & ad aliorum tricliniorum analogias. Sic ſi quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba vt dicat diſparia;quod peccat,redigere debemus ad ceterorum ſimilium verborum rationem. Cùm duo peccati genera ſint declinationum; vnum, quod in conſuetudinem perperam receptum eſt; alterum, quod nondum eſt, & perperam dicatur: vnum dant,non oportere dici quod ſit in conſuetudine; alterum non conceditur, quin ita dicatur, vt ſit ſimile. cùm id faciat, ac ſi quis puerorum per delicias pedes malè ponere, atque imitari vacias cœperit,hos corrigi oportere, ſi concedant: contra ſi quis in conſuetudine ambulãdei iam factus ſit vacia,aut compernis, ſi eũ corrigi non concedant.non ſequitur vt ſtultè faciant qui puereis in geniculeis alligẽt ſerperaſtra, vt eorum deprauata corrigant crura. cũ culpandus non ſit medicus qui è longinqua mala cõſuetudine ægrum in meliorem traducit:quare reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem propter malam conſuetudinem traducit in meliorem? Pictores, Apelles, Protogenes,ſic alii artifices egregii nõ reprehendendi,quòd conſue-

tudinem Myconis, Dioris, Arimnæ & aliorũ ſuperiorum non ſunt ſecuti: Ariſtophanes improbãdus, qui potius in quibuſdam veritatem quàm conſuetudinem ſecutus? Quid ſi viri ſapiẽtiſsimi, & in re militari & in aliis rebus multeis contra veterem conſuetudinem cùm eſſent vſi, laudati; deſpiciẽdi ſunt qui potiorem dicũt oportere eſſe conſuetudinem ratione? An cùm quis perperam cõſueuerit quid facere in ciuitate, non modò nõ patiemur, ſed etiã pœna adficiemus? item ſi quis perperam cõſueuerit dicere verbum, non corrigemus, cùm id fiat ſine pœna? & hi qui pueros in ludum mittunt vt diſcant quæ neſciunt verba, quẽadmodum ſcribãt: itidem barbaros qui ignorabunt verba, quemadmodum oportuit dici, nõ docebimus, vt ſciant qua ratione conueniat dici? ſed vt nutrix pueros à lacte non ſubitò euellit à conſuetudine, cùm à cibo priſtino in meliorem traducit: ſic in maioribus loquendo, à minus cõmodeis verbeis ad ea quæ ſunt cum ratione, modicè traducere oportet. cùm ſint in cõſuetudine cõtra rationẽ alia verba, ita vt ea facilè tolli poſſint: alia vt videãtur eſſe fixa, quæ leuiter hærent ac ſine offenſione cõmutari poſsint. Si enim ad rationem corrigi oportet quæ non ad rationem ſunt, ita vt in præſentia corrigere nequeas: quin ita dicas, heis oportet, ſi poſsis, non vti. ſic enim obſoleſcent, ac poſtea iã oblitterata facilius corrigi poterũt. Quas nouas verbi declinationes ratione introductas reſpuet forum, iis boni poetæ, maximè ſcænici, cõſuetudine ſubigere aureis populi debẽt. ꝙ poetæ multum poſsint in hoc, propter eos quædam verba in declinatione melius, quædã deterius dicũtur. Conſuetudo loquẽdi eſt in motu. itaque ſolet fieri ex meliore deterior.

meliora verba perperam dicta apud antiquos aliquos, propter poetas non modò nunc dicuntur rectè, ſed etiam quæ ratione dicta ſunt tum, nūc perperam dicuntur. Quare qui ad cōſuetudinem nos vocant, ſi ad rectam, ſequamur. in eo enim quoque eſt analogia; ſi ad eam inuitent quæ eſt deprauata, nihilo magis ſequemur. niſi cùm erit neceſſe, ſequar in cetereis rebus mala exempla. nam ea quoque, cùm aliqua vis vrget, inuiti ſequimur. Neque enim Lyſippus artificū priorum potius eſt vitioſa ſequutus quàm artem: ſic populus facere debet, etiā ſinguli ſine offenſione quod fiat populi, qui amiſſa modò quærant, ſed etiam quod indicium dent: iidem, ex ſermone ſi quid deperiit, non modò nihil impendunt vt requirāt, ſed etiam contra indices repugnant, ne reſtituatur verbum nouum & ratione introductum, quo minus vt recipiamus, vitare non debemus. Nam ad vſum in veſtimēteis, ædificiis, ſupellectili, nouitati nō impedit vetus cōſuetudo. Quem enim amor adſuetudinis potius in pāneis poſſeſſorem retinet, quàm ad noua veſtimenta traducit? An non ſæpe veteres leges abrogatæ noueis cedunt? nónne inuſitateis formeis vaſorum recentibus à Græcia adlatis oblitteratæ antiquæ conſuetudinis ſinorum & capidarum ſpecies? Heis formeis vocabulorū contaminati vti nollēt, quæ docuerit ratio propter cōſuetudinem veterem? Et tantum inter duos ſenſus intereſſe volūt, vt oculeis ſemper aliquas figuras ſupellectilis nouas cōquirant, contrà aureis expertes velint eſſe? Quotus quiſq; iam ſeruos habet priſceis nominibus? quæ mulier ſuum inſtrumentum atque vaſa auri, veteribus vocabuleis appellat? * Inducteis non tam iraſcendum, quàm huiuſce prauitatis patroneis.

Indo-ctcis)

Si enim vſquequaque non eſſet analogia, tum ſequebatur vt in verbeis quoque non eſſet; non cùm eſſet vſquequaque (vt eſt) non eſſe in verbeis. Quæ enim eſt pars mundi quæ non innumerabiles habeat analogias? Cælum, an mare, an terra, an aer, & cætera quæ ſunt in heis? nónne in cælo, vt ab æquinoctiali circulo ad ſolſtitialem, & hinc ad ſeptētrionalem diuiſum? ſic cōtra paribus partibus item à bruma verſum contraria parte? non, quātum polo ſuperior, abeſt inferior ab eo quem ἀνταρκτικὸν vocant aſtrologi, & is ad brumalem? non, quemadmodum quodque ſignum exortum hoc anno, quotquotanneis eodem modo exoritur? Num aliter ſola bruma venit ad æquinoctium? an contrà cùm ad ſolſtitium, venit ad æquinoctialem circulum, & inde ad brumam? Nónne luna, vt à ſole diſcedit ad aquilonem, & inde redit in eandem viam; ſic inde fertur ad auſtrum & regreditur inde? Sed quid plura de aſtreis, vbi difficilius reperitur quid ſit, aut fiat in motibus diſsimiliter? At in mari, credo, motus non habent diſsimilitudines geminas, qui in viginti quattuor horeis lunaribus cottidie quater ſe mutant? At cùm ſex horeis æſtus creuerunt, totidem decreuerunt rurſum " iidem. Item ab heis, an hanc analogiam ad diem ſeruant, ad menſem non item alios motus? Sic item cùm habeant alios inter ſe conuenientes, de quibus in libro, quem de æſtuariis feci, ſcripſi. identidem alieis

Non in terra in ſationibus ſeruata analogia? nec cuiuſmodi in præterito tempore fructuum genera reddidit, ſimilia in præſenti reddat: & cuiuſmodi à tritico iacto reddit ſegetes, ſic ordeo ſato proportione reddit parileis? Nónne vt Europa habet flumina, lacus, monteis, cāpos; ſic ha-

bet Aſia? Non in volucribus generatim ſeruatur analogia? nō ex aquileis aquilæ, atque ex turdeis,qui procreātur, turdi: ſic ex reliqueis ſui cuiuſque generis? An aliter hoc fit quàm in aere,in aqua? non hîc conchæ inter ſe generatim innumerabili numero ſimiles? non piſces? ſanè muræna fit lupus, aut merula? Non bos ad bouem conlatus,ſimilis? & qui ex heis progenerātur inter ſe vituli?etiam vbi diſsimilis fetus,vt ex equa & aſino mulus:tamen ibi analogia. quòd ex quocumque aſino & equa naſcitur item mulus, aut mula,vt ex equo & aſina hinnuli. Non ſic ex viro & muliere omnis ſimilis partus? quid pueri &

num puellæ? "non horum ita inter ſe non omnia ſimilia membra, vt ſeparatim in ſuo vtroque genere ſimilitudines ſint pariles? Non homines omneis cùm ſint ex anima & corpore,partes quoque horum proportione ſimiles? Quid ergo cùm omnes animæ hominum ſint diuiſæ in octonas parteis,inter ſe nō proportione ſimiles?quinque, quibus ſentimus: ſexta,qua cogitamus: ſeptima, qua progeneramus:octaua,qua voces mittimus? Igitur, quoniam qua loquimur voce orationem, hāc quoque neceſſe eſt natura habere analogias. itaque habet,annon? Vides vt Græci habeāt eam

quadri plicatā "quadripartitam? vnam,in qua ſit caſus: alteram, in qua tempora: tertiam,in qua neutrum: quartam, in qua vtrumque: ſic nos habere? Et quid, verba neſcis, vt apud illos ſint alia finita, alia nō: ſic vtraque eſſe apud nos equidem non dubito. Qui animaduerterunt item in eam innumerabilem ſimilitudinem numerum: vt trium temporum verba, vt trium perſonarum. quis enim poteſt nō animaduertiſſe in omni oratione eſſe, vt legebam, lego,legam: ſic lego, legis,legit: cùm

hæc eadem dicantur alias vt ſingula, alias vt plura ſignificent? Quis eſt enim tam tardus qui illas quoque non animaduertit ſimilitudines, quibus vtimur imperando, quibus in optando, quibus in interrogãdo, quibus in infecteis rebus, quibus in perfecteis, ſic in aliis diſcriminibus? Quare qui negat eſſe rationem analogiæ, nõ videt naturam non ſolùm orationis, ſed etiam mũdi: qui autem vident & ſequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogiam: & pugnant volſelleis, non gladio: cùm pauca excepta verba ex pelago ſermonis puri, minus trita efferãt; cùm dicant propterea analogias non eſſe. ſimiliter vt ſi quis viderit mutilũ bouem, aut luſcũ hominem, claudicãtem equũ, neget in cornibus boum, hominum & equorum, naturam ſimilitudinis proportione cõſtare. Qui autem, cùm duo genera eſſe dicunt analogiæ: vnũ naturale, quòd, vt ex lentibus nateis naſcũtur lentes, ſic ex lupineis lupinum: alterum volũtarium, vt in fabrica, cùm vidẽt ſcænam, vt dexteriore parte ſint oſtia, ſic eſſe in ſiniſteriore ſimili ratione facta: de heis duob⁹ generibus naturalẽ eſſe analogiam: vt ſit in motibus cæli: volũtariam vero eſſe, quòd vt cuique fabro libitum ſit, poſsit facere partem ſcænæ; ſic in hominũ partibus eſſe analogias: quòd eas natura fecit; in verbeis nõ eſſe, quòd & homines ad ſuam quiſque voluntatem fingunt. itaque de eiſdem rebus alia verba habere Græcos, alia Syros, alia Latinos. Ego declinatus verborũ & voluntarios & naturales eſſe puto. voluntarios, quibus homines vocabula impoſuerint rebus quædã, vt à Romulo Roma, à Tibure Tiburtes: naturales, vt ab impoſiteis vocabuleis, quæ inclinantur in tempora aut in caſus: vt ab Romulus, Romuli,

Romulo, Romulũ, & à Dico, dicebam, dixeram. Itaque in voluntariis declinationibus inconſtantia eſt; in naturalibus conſtantia: quas vtraſque, quoniam id non debeāt negare eſſe in oratione quod in mundi partibus omnibus ſit, & declinationes verborum innumerabiles, dicendum eſt eſſe in iis analogiam. Neque ideo ſtatim ea in omnibus verbeis eſt ſequenda. nam ſiqua perperam declinauit verba conſuetudo, vt ea aliter efferri nō poſsint ſine offenſione multorum; hinc orationem verborum non prætermittendam oſtendit loquēdi ratio. Quod ad vniuerſalem pertinet cauſſam, cur ſimilitudo & ſit in oratione & debeat obſeruari, & quam ad finem quoque, ſatis dictum. Quare, quod ſequitur, de partibus ſinguleis deinceps expediemus; ac ſingula crimina quæ dicunt in analogias, ſoluemus. In quo animaduerto, natura quadruplicem eſſe formam, ad quam in declinando accomodari debeant verba: quòd debeat ſubeſſe res quæ deſignetur; & vt ſit ea res in vſu: & vt vocis natura ea ſit quæ ſignificauit, vt declinari poſsit, & ſimilitudo. Figura verbi, vt ſit ea quæ ex ſe declinata genus prodere certũ poſſunt. quo neque à terra terrus vt diceretur, poſtulandũ eſt, quòd natura non ſubeſt. vt in hoc alterum, maris, alterum feminæ debeat eſſe. Sic neque propter vſum, vt Terentius ſignificat vnum, plures, Terentii, poſtulādum eſt vt ſic dicamus faba & fabæ. non enim in ſimilibus vtrũque. neque vt dicimus Terentius Terentium, ſic poſtulandum vt inclinemus A & B: quòd non omnis vox natura habet declinatus. neque enim forma cōlata quærendũ ſolùm quid habeat in figura ſimile, ſed etiā nonnumquam in eo, quē habeat effectum. Sic enim lana Galliçana & Appula

videtur imperito ſimilis propter ſpeciem; cùm peritus Appulā emat pluris, quòd in vſu firmior ſit. Hæc nunc ſtrictim dicta, apertiora fient infra. incipiam hinc. Quod rogant ex qua parte oporteat ſimile eſſe verbum, ab voce an à ſignificatione: reſpondeamus à voce. ſed tamen nonnumquam quærimus, genere ſimiliáne ſint, quæ ſignificantur; ac nomen virile cum virili conferimus, feminæ cum muliebri. nō quòd " id, quod heic ſignificant voces, commoueat; ſed quòd nonnumquam in re diſſimilis figuræ, formas vocum indiſſimiles ponunt diſpariles. vt calcei, muliebres ſint an viriles, dicimus ad ſimilitudinem figuræ; cùm tamen ſciamus nonnumquam & mulierem habere calceos viriles, & virum muliebreis. Sic dici virum Perpernam, & M. Læcam muliebri forma. & contra; parietem, vt abietem, eſſe forma ſimilem; cùm alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre; & vtrumque natura neutrum. Sic itaque ea virilia dicimus, non quæ virum ſignificant, ſed quibus proponimus hic & hi. & ſic muliebria, in quibus dicere poſſumus hæc & hæ. Quare nihil eſt quod dicunt Theona & Diona non eſſe ſimileis; ſi alter eſt Æthiops, alter Gallus: ſi analogia rerum diſſimilitudines adſumat & ad diſcernendum vocis verbeis figuras. Quod dicunt, ſimile ſit nécne, nomen nomini, imprudenter Ariſtarchum præcipere, oportere ſpectare non ſolùm ex recto, ſed etiam ex eorum vocandei caſu: eſſet enim ridiculum, ſi ſimiles inter ſe parentes ſint, de filiis iudicare. Qui errant, quòd non ab obliqueis caſibus fit, vt recti ſimili facie oſtendantur: ſed propter eos facilius proſpici ſimilitudo poteſt eorū, quam vim habeat. vt lucerna in tenebreis adlata

non facit,quæ ibi ſunt poſita, ſimilia ſint; ſed vt videantur quæ ſint quæve deſint. Quid ſimilius videtur quàm in heis eſt extrema littera, crux, frux? quas qui audit voces,auribus diſcernere poteſt nemo: cùm eaſdem non eſſe ſimiles ex aliis verbeis intelligamus. quòd cùm ſint cruces, & fruges, & de heis extremeis ſyllabeis exemptum ſit C ex altero ſic; vt ex C & S crux,ex G & S frux. quod item apparet cùm eſt demptum S. nam fit vnum,cruci,alterum,frugi. Quod aiunt, cùm in maiore parte orationis non ſit ſimilitudo,non eſſe analogiam: dupliciter ſtultè dicunt, quòd & in maiore parte eſt,& in minore parte eſt:&,ſi in minore non ſit, tamen ſit in maiore. Niſi etiam nos calceos negabunt habere, quòd in maiore parte corporis calceos non habeamus. Quod dicunt,nos ſequi diſſimilitudinem:itaque in veſtitu,in ſupellectile delectari varietate:non paribus ſubuculeis vxoris: reſpondeo, ſi varietas eſt iucunda;magis varium eſſe, in quo alia ſunt ſimilia,alia non ſunt. Itaque ſic, vt abacum argento ornari videmus,vt alia paria ſint, alia diſparia:ſic in oratione. Rogant, ſi ſimilitudo ſit ſequenda,cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex teſtudine, ſic item genere aliquo alio. ad quæ dico non diſſimilitudines quoque ſequi.ſæpe itaque ex eadem ſupellectili licet videre. nam nemo facit triclinii lectos, niſi pareis & materia, & altitudine, & figura. Quis facit mappas triclinarias non ſimileis inter ſe? quis puluinos? quis denique cetera quæ vnius generis ſint plura? Cùm (inquit) vtilitatis cauſſa introducta ſit oratio, ſequendum nõ quæ habebit ſimilitudinem, ſed quæ vtilitatem. Ego quidem vtilitatis cauſſa orationem factam eſſe cõcedo, ſed vt veſtimen-

ta.quare vt hic ſimilitudines ſequemur: vt virilis tunica ſit virili ſimilis, item toga togæ: ſic mulierum ſtola ſtolæ, proportione, & pallium pallio ſimile: ſic cùm ſint nomina vtilitatis cauſſa, tamen virilia inter ſe ſimilia: item muliebria inter ſe ſequi debemus. Quod aiunt, vt perſedit, & perſtitit, ſic percubuit, & percupiuit: quoniam non ſit, non eſſe analogiã. & in hoc errant: quòd duo poſteriora ex prioribus declinata non ſunt: cùm analogia polliceatur ex duobus ſimilibus ſimiliter declinateis ſimilia fore. Qui dicunt, quòd ſit à Romulo Roma, & non Romula; neque vt ab oue Ouilia, ſic à boue Bouilia, eſſe analogias: errant, quòd nemo pollicetur è vocabulo vocabulum declinari recto caſu ſingulari in rectum ſingularem; ſed ex duobus vocabuleis ſimilibus caſus ſimiliter declinatos ſimiles fieri. Quod dicunt, quòd vocabula litterarum Latinarũ non declinentur in caſus, non eſſe analogias; hi ea quæ natura declinari non poſſunt, eorum declinatus requirunt. proinde vt non ea dicatur eſſe analogia, quæ à ſimilibus verbeis ſimiliter declinateis ſimilia declinat. Quare non ſolùm in vocabuleis litterarum non hæc requirẽda analogia; ſed ne in ſyllaba quidẽ vlla. quod dicimus hoc ab, huius ab: ſic alia. Quòd ſi quis in hoc quoque velit dicere eſſe analogias rerũ; tenere poteſt: vt enim dicunt ipſi alia nomina, quòd quinque habent figuras, habere quinque caſus, alia quattuor, ſic minus alia; dicere poterunt eſſe litteras ac ſyllabas in voce, quæ ſingulos habẽt caſus. In rebus plurimeis, quemadmodũ inter ſe conferrent ea, quæ quaternos habebunt vocabuleis caſus; itẽ ea inter ſe quaternos; ſic, quæ ſingulos habebũt, vt cõferãt inter ſe: dicẽtes, vt ſit hoc A, huius A, eſſe

hoc E, huius E, huic E. Quod dicunt, eſſe quædam verba quæ habeant declinatus, vt caput: quorum pars reperiri quòd non poſſit, non eſſe analogias: reſpondendum ſine dubio, ſi, quod eſt ſingulare verbum, id non habere analogias: minimùm duo eſſe verba debent, in quibus ſit ſimilitudo. quare in hoc tollunt eſſe analogias: ſed initio vocabulũ recto caſu apparet in hoc, Quod dedit ira caput, nec diſpendi facit hilum. Quod valet, neque diſpendii facit quidquam. Idem hoc obliquo apud Plautum, Video enim te nihili pendere præ Philolache omnes homines. Quod ex ne & hili: quare dictus eſt Nihili, qui non hili. habet caſus tum cùm commutatur, de quo dicitur. De homine. dicimus enim, hic homo nihili eſt, & huius hominis nihili, & hunc hominem nihili. Si in illo commutaremus; diceremus, vt hoc linum, & limum, ſic nihilum, non hic nihili, & huic lino & limo: ſic nihilo, non huic nihili. Poteſt dici patricus caſus, vt ei præponũtur pronomina plura: vt hic caſus Terentii, hunc caſum Terentii; hic miles legionis, huius militis legionis, hunc militem legionis. Negant, cùm omnis natura ſit aut mas, aut femina, aut neutrũ; debuiſſe ex ſinguleis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri, vt albus, alba, album: nunc fieri in multeis rebus binas, vt Metellus, Metella: nõnulla ſingula, vt tragœdia, comœdia. ſic eſſe Marcum, Numerium: at Marcam, & Numeriam non: dici coruum, turdum, non dici coruam, turdam. contrà dici pantheram, merulam, non dici pantherum, merulum. Nullius noſtrum filium, & filiam, non aptè diſcerni marem ac feminam; vt Terentium & Terentiam. contrà deorum liberos, & ſeruorum non itidem: vt Iouis filium &

filiam, non Iouem & Iouam. item magnum numerum vocabulorum in hoc genere non ſeruare analogias. Ad hæc dicimus, omnis orationis, quamuis res natura ſubſit, tamen ſi ea in vſum non peruenerit, eò non peruenire verba: ideo equus dicitur & equa. in vſu enim horum diſcrimina: coruus & corua nõ. quòd ſine vſu id, quòd diſſimilis natura. Itaque quædam aliter olim, & nunc: tum omnes mares & feminæ dicebantur columbæ, quòd non erant in eo vſu domeſtico quo nunc. contra propter domeſticos vſus quòd internouimus, appellatur mas, colũbus: femina, columba. Nam cùm in tria genera trãſit, & idem eſt in vſu diſcriminare, totúmque denique apparet, vt eſt in doctus, docta, doctum. doctrina enim per hæc tria tranſire poteſt, & vſus docuit diſcriminare doctas res ab hominibus, & in heis marem ac feminam in mare, & femina, & neutro. Neque natura mas tranſit, neque femina, neque neutra: & ideo non dicitur feminus femina feminum: ſic reliqua. Itaque ſingularibus & ſecreteis vocabuleis appellati ſunt: quare in quibus rebus non ſubeſt ſimilis natura, aut vſus, in heis vocabuleis huiuſcemodi ratio quæri nõ debet. Ergo dicitur, vt ſurdus vir, ſurda mulier, ſic ſurdum theatrum; quòd omnes tres ad auditum ſunt comparatæ. Contrà nemo dicit cubiculum ſurdum, ad ſilentium, non ad auditum. at ſi feneſtram non habet, dicitur cæcum, vt cæcus & cæca. quod omnia habent lumen, habere debent mas ac femina. Habent inter ſe natura quandam ſocietatem neutra cum heis, quòd ſunt diuerſa nõ inter ſe; quódque de heis perpauca ſunt quæ habeant quandam communitatem. dei & ſerui nomina, quod non itẽ vt libera noſtra trãſeunt,

eadem ex cauſſa, quod ad vſum attinet, inſtitui opus fuit de libereis, de reliqueis nihil attinuit: quòd in ſerueis gentilitia natura non ſubeſt in vſu: in noſtreis nominibus, qui ſumus in Latio, & liberi, neceſſaria. Itaque ibi apparet analogia: ac dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentiũ genus: in prænominibus ideo non fit item, quòd hæc inſtituta ad vſum ſingularia, quibus diſcernerentur nomina gentilitia: vt à numero Prima, Secunda, Tertia, Quarta. In vireis, vt Quinctus, Sextus, Decimus. ſic ab aliis rebus, cũ eſſent duo Terentii, aut plures, diſcernẽdei cauſſa, vt aliquid ſingulare haberent, notabant. forſitan ab eo qui mane natus diceretur, vt is Manius eſſet; qui luci, Lucius; qui poſt patris mortem, Poſtumus. E quibus, quæ, cùm item accidiſſet femineis, prôportione appellata. declarãt prænomina mulierum antiqua, Mania, Lucia, Poſtuma. Videmus enim Maniam, matrem larum, & Luciam Volumniam, ſaliorum carminibus appellari. Poſtumã à multeis poſt patris mortem etiam nunc appellari. Quare quocumque progreſſa eſt natura, cum vſu vocabuli ſimilis, proportione propagata eſt analogia. Cùm in quibus declinationibus voluntariis maris, & feminæ, & neutri, quæ voluntaria ſunt, non debent ſimiliter declinari: ſed in quibus naturales ſint declinatus, hi qui eſſe reperiuntur. Quocirca in tribus generibus nominum inique tollunt analogias. Qui autem eas reprehendunt quòd alia vocabula ſingularia ſunt ſolùm, vt cicer: alia multitudinis ſolùm, vt ſcalæ; cùm debuerint eſſe omnia duplicia, vt equus equei: analogiæ fundamentum eſſe obliuiſcuntur naturam. nam & vſu ſingulare eſt quod natura vnũ ſignificat, vt equus: aut quod coniuncta

quodammodo ad vnum vſum, vt bigæ. itaque dicimus vna muſa, ſic dicimus vnæ bigæ. Multitudinis vocabula ſunt, vnum, infinitum, vt muſæ: alterum, finitum, vt duo, tres, quattuor. dicimus enim, vt hæ muſæ, ſic vnæ bigæ, & binæ, & trinæ bigæ: ſic deinceps. Quare tam vnei & vnæ & vna quodammodo ſingularia ſunt, quàm vnus, & vna & vnum. hoc modo mutat, quòd altera in ſingularibus, altera in coniuncteis rebus, & vt duo, tria, ſunt multitudinis, ſic bina, trina. Eſt tertium quoque genus ſingulare, vt in multitudine, vter: in quo multitudinis, vt vter, vtrei: vter poeta ſingularis, vtrei poetæ multitudinis eſt. Qua explicata natura, apparet non debere omnia vocabula multitudinis habere par ſingulare. omnes enim numeri à duobus ſurſum verſus multitudinis ſunt; neque eorum quiſquam habere poteſt ſingulare compar. Iniuria igitur poſtulant, ſiqua ſint ſingularia, oportere habere multitudineis. Item qui reprehendunt quòd non dicatur, vt vnguentum vnguenta, vinum vina; ſic acetum aceta, garum gara: faciunt imperitè, qui ibi deſiderant multitudinis vocabulum, quæ ſub menſuram ac pondera potius quàm ſub numerum ſuccedant. nam in plumbo, oleo, argento, cùm incrementum acceſſit, dicimus, multum oleum, multum plumbum, argentum: non multa olea, plumba, argenta: cùm quæ ex heiſce fiant, dicamus plumbea, & argentea. aliud enim cùm ex argento: nam id tum cùm iam vas argenteum, aut pocillum, aut quid item: quòd pocilla argentea multa, non quòd argentum multum. ea natura, in quibus eſt menſura, non numerus, ſi genera in ſe habent plura, & in vſum venerunt, & genere multo. ſic vina,

vnguenta dicta. alius enim generis vinum, quod Chio, alius quòd Lesbo. Sic ex regionibus, quæ ipſa dicuntur, nunc melius vnguenta, cui nunc genera aliquot. Si item diſcrimina magna eſſent olei & aceti, & ſic ceterarum rerum huiuſcemodi in vſu communi, dicerentur ſic olea vt vina. Quare in vtraque denique re, ſcindere conantur analogiam: & cùm in diſſimili vſu ſimilia vocabula quærunt; & cùm item ea quæ metimur, atque ea quæ numeramus, dici putant oportere.

Itē reprehendunt analogias, quòd dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ, non balinea. contrà quòd priuati dicunt vnū balineum, quòd plura balineas dicant. Quibus reſponderi poteſt, non eſſe reprehendendum quòd ſcalæ, & aquæ calidæ, pleraque, quæ cùm multitudinis vocabuleis ſint appellata, neque eorum ſingularia in vſum venerint. Idémque, item contra primum balineum nouum, & Græcum introiit in vrbem, publicè ibi conſedit vbi bina eſſent coniuncta ædificia lauandei cauſſa; vnum vbi viri, alterum vbi mulieres lauarentur: ab eadem ratione domi ſuæ quiſque vbi lauatur, balineum dixerit. & quòd non erant duo balinea, dicere non conſueuerunt: cùm hoc antiqui non balineum, ſed Lauatrinam appellare conſueuiſſent. Sic aquæ calidæ à loco, & quæ vbi ſcaterent, cùm vt colerentur, & veniſſent in vſum noſtreis, cùm aliæ ad alium morbum idoneæ eſſent. Hæ cùm plures eſſent, vt Puteoleis, & in Tuſceis, quibus vtebātur, multitudinis potius quam ſingulari vocabulo appellarunt. Sic ſcalas, quòd a ſcandendo dicantur, & ſingulos gradus ſcanderent: magis erat quærendum ſi appellaſſent ſingulari vocabulo ſcalam, cùm origo nominatus oſtenderet

contra.

contra. Itē reprehendunt de caſibus; quòd quidam nominatus habēt rectos, quidam obliquos: quòd dicunt vtroſque in vocibus oportere. Quibus idem reſpōderi poteſt: in quibus vſus & natura non ſubſit, ibi non eſſe analogiam. ſed ne in heis vocabuleis quæ declinantur, ſi tranſeunt è recto caſu in rectum caſum. quæ tamen ferè non diſcedūt à ratione ſine iuſta cauſſa. vt hi qui gladiatores dicunt Fauſtinios. nam quòd plerique dicūtur, vt treis extremas ſyllabas habeāt eaſdem; Caſceliani, Aquiliani, Cæciliani: animaduertant vnde oriuntur nomina diſſimilia: Caſcelius, Cæcilius, Aquilius, Fauſtius: rectè diceret Fauſtianos potius quàm Fauſtinios. ſic à Scipione quidam malè dicunt Scipionios. nam cōtrà eſt Scipionarios. Sed, vt dixi, quòd ab huiuſcemodi cognominibus raro declinantur cognomina, neque in vſum etiam perducta notant quædam. Item dicunt, cùm ſit ſimile ſtultus, luſcus: & dicatur, ſtultus, ſtultior, ſtultiſſimus: non dici, luſcus, luſcior, luſciſſimus. ſic in hoc genere multa. Ad quæ dico ideo fieri, quòd natura nemo luſco magis ſit luſcus: cùm ſtultior fieri videatur. Quod rogant, cur nō dicamus, mane, manius, maniſſime: item de veſpertino tempore: verè magis & minus eſſe non poteſt; ante & poſt poteſt. itaque prius eſt hora prima quàm ſecunda, non magis hora. ſed magis mane ſurgere tā dicitur qui primo mane ſurgit, quàm qui non prior. Vt enim dies non poteſt eſſe magis quàm mane; itaque ipſum hoc quod dicitur magis, ſibi non conſtat: quòd magis mane ſignificat primum mane, magis veſpere, nouiſſimū veſper. Itē ab huiuſcemodi ſimilitudinibus analogia, quòd cùm ſit anus, cadus ſimile; & ſit ab anu Anicula, Anicella, à cado duo

reliqua; quòd non ſint propagata: ſic nõ dicatur à piſcina, piſcinula, piſcinella. ad huiuſcemodi vocabula analogias eſſe, vt dixi, vbi magnitudo animaduertẽda ſit in vnoquoque gradu, & quæ ſit in vſu communi, vt eſt ciſta, ciſtula, ciſtella; & canis, catulus, catellus; quod in pecoris vſu nõ eſt. Itaq; conſuetudo frequentius res in binas diuidit parteis, vt maius & minus; vt lectus & lectulus, arca & arcula, ſic alia. Quod dicunt; caſus alia non habere rectos, alia obliquos, & ideo nõ eſſe analogias, falſum eſt. Negant habere rectos, vt in hoc, frugis, frugẽ, item roris, rorem; obliquos nõ habere, vt in hoc, Dieſpiter, Marſpiter. Ad hoc reſpondeo, & priora habere nominandei, & poſteriora obliquos. Nam & frugi rectus eſt natura frux: ac ſi ſecundum conſuetudinem dicimus, vt hæc auis, hæc ouis, ſic hæc frugis. Sic ſecundũ naturam nominandei eſt caſus roris, ſecundum cõſuetudinẽ ros; cùm vtrumque conueniat ad analogiam; quòd & id quod in conſuetudine nõ eſt, cuiuſmodi debeat eſſe, apparet; & quod eſt in cõſuetudine nunc in recto caſu, eadem eſt analogia ad pleraque, quæ ex multitudine cùm tranſeunt in ſingulare, difficulter efferuntur ore. ſic cùm tranſiretur ex eo quod dicebatur hæ oues, vna non eſt dicta oues, ſed additum I, ac factum ambiguum verbum, nominãdei an "patrici ſit caſus, vt ouis, & auis. Sic in obliqueis caſibus cur negãt eſſe Marſpitris, Dieſpitris, non video: niſi quòd minus eſt tritum in conſuetudine quàm Dieſpiter: quod in nihil argumentũ eſt. nam tam caſus, qui non tritus eſt, quàm qui eſt. Sed in caſuum ſerie alia vocabula non habent nominandei, alia de obliqueis aliquem. Nihil enim video quo minus "ſi ratio percellere poterat hoc crimen. Nã vt

patrii

ſit

ſigna quæ non habent caput, aut aliquam aliam partem, nihilominus in reliqueis membreis eorũ eſſe poſſunt analogiæ, ſic in vocabuleis caſuum. Poſſunt item fieri, ac reponi quod aberit, vbi patietur natura & conſuetudo; quod nõnumquam apud poetas inuenimus factum. vt in hoc apud Næuium in Claſtidio, Vita inſepulta lætus in patriam redux it. Item reprehendunt quòd dicatur hæc ſtrues, hic Hercules, hic homo: debuiſſent enim dici (ſi eſſet analogia) hic Hercul, hæc ſtrus, hic homon. hæc oſtendunt non analogiam non eſſe, ſed obliquos caſus non habere caput ex ſua analogia. nam vt in Alexandri ſtatua ſi impoſueris caput Philippi, membra conueniunt ad rationẽ; ſic & ad Alexandri membrorum ſimulachrũ caput, quod reſpondeat, ita fit. Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſteis claueis, altera lateis: vtraque pars in ſuo genere caret analogia. Itẽ negant eſſe analogias, quòd alii dicunt cupreſſus, alii cupreſſei. item de ficeis, plataneis, & plereiſque arboribus; de quibus alii extremum V S, alii E I faciunt. Id eſt falſum. nam debent dici hei & hæ ficei: quòd eſt vt nummei, ficei, vt nummorum, ficorum. ſi eſſent plures ficus, vt manus, diceremus vt manibus, ſic ficibus; & vt manuũ, ſic ficuum. neque has ficos diceremus, ſed ficus, vt non manos, ſed manus. Sed neq; cõſuetudo diceret ſingulareis obliquos caſus huius fici, neque ab hac fico: vt nõ dicit huius mani, ſed huius manus, & ab hac mano, ſed manu. Et illud putant eſſe cauſſæ cur non ſit analogia; quòd Lucilius ſcribit, Decuis, ſiue decuſſis eſt. qui errant; quòd Lucilius nõ debuit dubitare, quod vtrumque: nam in ære vſque ab aſſe ad centuſſis numerus æs adſignificat, & eius nu-

mero finiti caſus omnes à dupondio ſunt. quod dicitur à multeis duobus modeis, hic dupōdius, & hoc dupondium:vt hoc gladiū, & hic gladius. à treſſibus virilia multitudinis hei treſſes & heis treſſibus: cùm ſit ſingulare hoc treſſis ab eo, ſic deinceps ad centuſſis. Deinde numerus æs nō ſignificat. numeri qui æs non ſignificant, vſque à quattuor ad cētum, tripliceis habēt formas; quòd dicuntur hei quattuor, hæ quattuor, hæc quattuor; cùm peruentū eſt ad mille, quartū adſumit ſingulare neutrum:quòd dicitur hoc mille denariū, à quo multitudinis fit millia "denaria. Quare quom ad analogias quod pertineat, nō eſt vt omnia ſimilia dicantur. ſed vt in ſuo quæque genere ſimiliter declinentur; ſtultè quærunt cur as & dupondius & treſſis non dicantur proportione: cùm as ſit ſimplex, dupondius " fictus, quòd duo aſſes pendebat, treſſis ex tribus æris, quòd ſic pro aſſibus nōnumquam æs dicebant antiqui. à quo dicimus aſſem tenentes, Hoc ab ære, æneáque libra:& mille æris legaſſe. quare, quòd à treſſis vſq; ad centuſſis numeri eiuſmodi ſunt compoſiti: eiuſmodi habēt ſimilitudinem : dupondius, quòd diſſimilis eſt, vt debuit, diſſimilē habet rationē. Sic as, quoniam ſimplex eſt ac principium, & vnum ſignificat, & multitudinis habet ſuū infinitum. dicimus enim aſſes:quos cùm finimus, dicimus dupōdius & treſſis, & ſic porro. Videtur mihi, quoniā finitum & infinitū habeat, ſimilitudinē non habere, vtrumque itē dici:eo magis quòd in ipſeis vocabuleis vbi additur certus numerus, aliter atque in reliqueis dicitur. Nā ſic loquūtur, hoc mille denariū, non hoc mille denarii:&, hæc duo millia denariū, non duo millia denarii. Si eſſet denarii in secto caſu, atque infinitā multitu-

dena-rium

dictus

dinem ſignificaret, tũc in patrico denariorũ dici oportebat. & non ſolùm in denariis, victoriateis, drachmeis, nummeis, ſed etiã in vireis idem ſeruari oportere, cùm dicimus iudiciũ fuiſſe triumuirum, decemuirum, nõ triumuirorum, decemuirorum. Numeri antiqui habẽt analogias, quòd omnibus eſt vna nouenaria regula, duo actus, tres gradus, ſex decuriæ; quæ omnia ſimiliter inter ſe reſpondẽt. regulæ eſt numerus nouenarius, quod ab vno nouẽ cùm peruenimus, rurſus redimus ad vnũ, & hinc vnum & nongenta ab vna ſunt natura nouenaria. ſic ab octonaria & deorſum verſus ad ſingularia perueniunt. Actus primus eſt ab vno ad nongenta: ſecundus, à mille ad nongenta millia; quod idem valebat vnũ, & mille: vtrumque ſingulari numero appellant. Nã vt dicitur hoc vnum, hæc duo millia, & ſic deinceps multitudineis: in duobus actibus reliqui omnes item numeri. Gradus ſingularis eſt in vtroq; actu ab vno ad nouem: denarius gradus à decẽ ad nonaginta: centenarius ad nongenta. ita tribus gradibus ſex decuriæ fiunt, tres milliariæ, & tres minores. antiqui heis numereis fuerunt cõtenti. Ad hos tertium & quartum actum à deciens minora impoſuerunt vocabula, neque ratione: ſed tamen non cõtra eſt eam de qua ſcribimus analogiam. Nam vt deciens cùm dicatur, hoc deciẽs, vt hoc mille, huius mille, vt ſit vtrumq; ſine caſibus vocis, dicemus vt hoc mille, huius mille, ſic hoc deciens, huius deciẽs: nec eo minus in altero, quod eſt mille, præponemus hei mille, horum mille. Quoniam in eo eſt nomen cõmune, quam vocãt ὁμωνυμίαν obliqui caſus; ab eodẽ capite vbi erit ὁμωνυμία, quo minus diſſimiles fiãt, analogia nõ prohibet. Itaque dicimus hic Argus, cùm hominẽ

dicimus; cùm oppidum, Græcanicè hoc Argos, Latinè hei Argei, item faciemus. eadem vox nomen & verbum ſignificabit, vt in caſus & in tempora diſpariliter declinetur, vt faciamus à Meto, quod nomẽ eſt, Metonis, Metonem: quod verbũ eſt, meto, metis, metam, metebam. Reprehendunt, cùm ab eadẽ voce plura ſunt vocabula declinata, & ſunt quas *συνωνυμίας* appellant, vt Sappho, & Alcæus, & Alcæo, ſic Geryon, & Geryones, & Geryonas: in hoc genere, quòd caſus perperam permutant quidã; non reprehendunt analogiam, ſed qui eis vtitur imperité. quod quiſque caput pertenderit, ſequi debet eius cõſequentias caſus in declinando; ac non facere, cùm dixerit recto caſu Alcæus, in obliqueis dicere Alcæoni & Alcæonẽ: quòd ſi inſtiterit, & non ſecutus erit analogias. "Reprehendendum Ariſtarchum, quòd hæc nomina Melicertes & Philomedes ſimilia neget eſſe, quòd vocandei caſus habet alter Melicerta, alter Philomede. Sic qui dicat lepus & lupus, non eſſe ſimile, quòd alterius vocandei caſus ſit lupe, alterius, lepus. Sic ſocer, macer, quòd in tranſitu fiat ab altero triſyllabũ ſoceri, ab altero biſyllabum macri. De hoc etſi ſupra reſpõſum eſt cùm dixi de " lana, heic quoque amplius adiiciam; ſimilia non ſolùm à facie dici, ſed etiam ab aliqua cõiuncta vi & poteſtate, quæ & oculeis & auribus latere ſoleat. itaq; ſa pe gemina facie mala negamus eſſe ſimilia, ſi ſapore ſunt alio. Sic equos eadem facie nonnullos negamus eſſe ſimileis in nationes ex procreante diſſimileis. Itaque in hominibus emendeis, ſi natione alter eſt melior, emimus pluris. atque in heiſce omnibus ſimilitudines non ſumimus tantũ à figura, ſed etiã aliunde, vt in equeis ætas, vt in heis cuiuſmodi

Repre hendunt)

lucerna)

faciãt pullos: vt in pomeis, quo ſint ſucco. ſi igitur idem ſequitur in ſimilitudine verborũ quis, reprehendendus non eſt. quare diſſimilitudinum diſcernendarum cauſſa nõnumquam vt pronomen adſumitur, ſic caſum aliquem adſumi, vt in heis nemus, lepus, hic lepus, hoc nemus. Itaque *differunt, ac dicuntur hei lepores, hæc nemora, ſic aliud ſiquid adſumptum erit extrinſecus, quo ſimilitudo penitus perſpici poſſit. non enim erit remotũ à natura. neque enim magnetes lapides duo inter ſe ſimiles ſint nécne, perſpicere poſſis, niſi minutum extrinſecus prope appoſueris ferrum; quod ſimiles lapides ſimiliter ducunt, diſſimiliter diſſimiles Quod ad nominationum analogiam pertinet, ita declinatum arbitror vt omnia quæ dicuntur contra, ad reſpondendum ab heis ſumi fontibus poſſit. Quod ad verborum rationem attinet, cùm partes ſint quattuor, temporum, perſonarum, generum, diuiſionum; ex omni parte quoniam reprehendunt, ad ſingula reſpondebo. Primùm quod aiunt analogias non ſeruari in temporibus, cùm dicant, lego, legi, legam, & ſic "ſimile alia; nam quæ ſunt vt "legeram, perfectum ſignificare, duo reliqua, legam & lego, inchoatum; iniuria reprehendunt. Nam ex eodem genere & diuiſione idem verbum, quod ſumptum eſt, per tempora traduci poteſt: vt diſcebam, diſco, diſcam: & eadem perfecti, ſic, didiceram, didici, didicero; ex quo licet ſcire verborum rationem conſtare. Sed eos qui trium temporũ verba pronuntiare velint, ſcienter id facere ſcire licet. Item illos qui reprehendunt quòd dicimus, amor, amabor, amatus ſum. non enim debuiſſe in vna ſerie vnum verbum eſſe duplex, cùm duo ſimplicia eſſent.

diſcedũt, ac didicerũtur

mille)

legi

Neque ex diuiſione vniuſmodi pæne verba diſcrepant inter ſe. nā infecta omnia ſimplicia ſimilia ſunt, & perfecta duplicia inter ſe paria in omnibus verbeis: vt heic, amabar, amor, amabor, amatus ero. quare item malè dicunt, ferio, feriā, percuſſi; quòd eſt ordo, feriā, ferio, feriebam: & item percuſſi, percutio, percutiā. ſic deinceps in reliqueis temporibus reprehendenti reſponderi poteſt. Similiter errant qui dicunt ex vtraque parte verba omnia cōmutare ſyllabas oportere, vt in heis, pungo, pūgam, pupugi: tundo, tundā, tutudi. diſſimilia enim conferunt, verba infecta cum perfecteis. Quòd ſi infecta modò conferrēt, omnia verbi principia incommutabilia viderentur: vt in heis, pungebā, pungo, pungam. Et contrà ex vtraque parte cōmutabilia, ſi perfecta ponerent, vt pupugerā, pupugi, pupugero. Item malè conferunt, fui, ſum, ero: quòd fui eſt perfectū: cuius ſeries ſibi, vt debet, in omnibus perſoneis & formeis conſtat: quod eſt, fueram, fui, fuero, de infecteis. ſum, quod nunc dicitur, "dicebatur Eſum: & in omnibus perſoneis cōſtabat, quòd dicebatur, eſum, es, eſt: eram, eras, erat: ero, eris, erit. ſic huiuſmodi cetera ſeruare analogiā videbis. Etiam hoc reprehendunt, quòd quædā verba neque perſonas habēt ternas, neque tempora terna. Id imperitè reprehendunt, vt ſi quis reprehendat naturam quòd non vniuſmodi finxerit "animaleis omneis. Si enim natura non omnes formæ verborū terna habeant tempora, ternas perſonas: non habent totidē verborū diuiſiones: quare cùm imperamus naturæ, quòd infecta ſolū habet: cùm & præſenti & abſenti imperamus, fiūt terna, vt lege, legito, legat. perfectū enim imperat nemo. contra quæ ſunt fatēdei, vt, lego, legis,

olim dicebatur

animā teis)

legit, nouena fiunt verba infecti, nouena perfecti. Quocirca non ſi genus cum genere diſcrepat, ſed in ſuo quiſque genere ſi quid deeſt, requirendum: ad hæc addita ſi erunt ea quæ de nominatiueis ſupra ſunt dicta, facilius omnia ſoluentur. Nam vt illeic extremum caput rectos caſus, ſic heic in forma eſt perſona eius qui loquitur, & tempus præſens: vt ſcribo, lego. quare vt illeic ſit, ſic heic item acciderit in formula, vt aut caput nō ſit, aut ex alieno genere ſint proportione eadem que illeic dicimus, cur nihilominus ſeruetur analogia: item ſicut illeic caput ſuum habebit, & in obliqueis caſibus trāſitio erit in aliquam formulam, qua adſumpta reliqua facilius poſſunt videri verba vnde ſint declinata. Fit enim vt rectus nōnumquam ſit ambiguus: vt in hoc verbo Volo, quòd id duo ſignificat: vnum à voluntate, alterum à volando. Itaque à Volo intellegimus & volare & velle. Quidam reprehendunt quòd Pluit & Luit dicamus in præterito & præſenti tempore, cùm analogiæ ſui cuiuſque temporis verba debeant diſcriminare. Falluntur: nam eſt, ac putant, aliter: quòd in præteriteis V dicimus longum luit, pluit: in præſenti breue luit, pluit. Ideóque in venditionis lege fundi ruta cæſa ita dicimus vt V producamus. Item reprehendunt quidam quòd putant idem eſſe ſacrifico & ſacrificor, & lauat, & lauatur. quod ſit annon, nihil cōmouet analogiam; dum ſacrificat, qui dicat, ſeruet ſacrificabo, & ſic per totam formam. nec dicat ſacrificandus, aut ſacrificatus ſum. hæc enim inter ſe non conueniunt. Apud Plautum cùm dicit, Piſceis ego credo, qui vſque dum viuunt, adlauant, diu minus lauari quàm hæc lauat Phroneſium. Adlauant lauari non conuenit; vt T ſit po-

ſtremum, ſed R, vt lauantur. analogia adlauari reddit,quod Plauti aut librarii mendũ fuit. ſi eſt, nõ ideo analogia,ſed qui ſcripſit,eſt reprehẽdendus.omnino & lauant & lauantur dicitur ſeparatim rectè in rebus certeis: quòd puerũ nutrix lauat,puer à nutrice lauatur:nos in balineis & lauamus & lauamur. Sed cõſuetudo alterutrum cùm ſatis haberet, in toto corpore potius vtimur Lauamur,in partibus Lauamus,quòd dicimus lauo manus,ſic pedes,& cetera.Quare & in balineis nõ rectè dicunt Laui,laui manus rectè. ſed quoniam in balineis lauor,lauatus ſum,ſequitur,vt contrà, quoniam eſt ſoleo,oportet dici Solui,vt Cato & Ennius ſcribũt,non,vt dicit volgus,Solitus ſum, debere dici. neque propter hæc,quòd hæc quoq; diſcrepant in ſermone pauca,minus eſt analogia, vt ſupra dictum eſt. Item cur non ſit analogia, adferũt,quòd à ſimilibus ſimilia non declinãtur, vt ab dolo,& colo,ab altero enim dicitur dolaui, ab altero colui.In quib⁹ adſumi ſolet aliquid,quo facilius reliqua dicãtur, vt in Myrmecidis operibus minuteis ſolet fieri. Igitur in verbeis tẽporalibus quom ſimilitudo ſæpe ſit cõfuſa,vt diſcerni nequeat niſi tranſieris in aliam perſonam aut in tempus, quæ præpoſita ſunt,noſſe, ſimilia intelleguntur, cùm tranſitum eſt in aliam perſonam: quòd alterum eſt,dolas,alterum colis. Itaque in reliqua forma verborum ſuam vterque ſequitur formam,vtrum in ſecunda forma verborũ temporale habeat in extrema ſyllaba AS, acſi ad diſcernẽdas diſsimilitudines intereſt:quocirca quare ibi potius index analogiæ, quàm in prima? quòd ibi abſtruſa eſt diſsimilitudo, vt apparet in heis,meo,neo, veho. ab heis enim diſsimilia fiũt tranſitu.quod ſic dicuntur,meas,nes,vehis:quo-

rum vnumquodque ſuas conſeruat ſimilitudinis formas. Analogiam item de heis quæ appellantur participia, reprehendunt multa iniuria. Nam non debent duci terna à ſinguleis verbeis, amaturus, amans, amatus: quòd eſt ab amo, amans, & amaturus: ab amor, amatus. Illud analogia quod præſtare debet, in ſuo quidque genere habet caſus, vt amatus, amato, amati: & ſic in mulieribus, amata, amatæ: item amaturus eiuſmodi habet declinationes. amans paulo aliter, quòd hoc genus omnia ſunt in ſuo genere ſimilia proportione. ſic virilia & muliebria ſunt eadem. De eo quod in priore libro extremum eſt, ideo non eſt analogia: quòd qui de ea ſcripſerint, aut inter ſe non conueniant, aut in quibus conueniant, ea cũ conſuetudinis diſcrepant verbeis vtcumque. Sic enim omneis repudiandum eſt arteis: quòd in medicina & in muſica & in aliis multeis diſcrepant ſcriptores. item in quibus conueniunt, vt ſcripteis, ſic etiam re"repudiãt." nam quod ita dicitur, non ſit ars, ſed artifex reprehendendus, qui debet in ſcribendo non vidiſſe verum: non ideo nõ poſſe ſcribi verum. qui dicit hoc monti, & hoc fonti, cùm alii dicant hoc monte & hoc fonte: ſic alia quæ duobus modeis dicuntur, cùm alterum ſit verum, alterum, falſum: non vter peccat, tollit analogias: ſed vter rectè dicit, cõfirmat: & quemadmodum is qui cùm peccat in heis verbeis, vbi duobus modeis dicũtur, nõ tollit rationem cùm ſequitur falſum: ſic etiam in heis quæ nõ duobus dicũtur, ſiquis aliter putat dici oportere atque oportet, nõ ſcientiã tollit orationis, ſed ſuã inſcitiã nudat. Quibus rebus ſolui arbitraremur poſſe quæ dicta ſunt priore libro cõtra analogiã, vt potui, breui percurri. Ex quib' ſi id cõfeciſſent quod

pugnãt natura

volunt,vt in lingua Latina eſſet anomalia; tamen nihil egiſſent: ideo quod in omnibus partibus mundi vtraque natura ineſt; quòd alia inter ſe, alia ſunt ſicut in animalibus diſsimilia: vt equus, bos, ouis, homo, item alia in vnoquoque horum genere inter ſe ſimilia innumerabilia. Item in piſcibus, diſsimilis muræna lupo, heis ſoleæ, hæ murænæ, & muſtellæ, ſic aliis. vt maior ille numerus ſit ſimilitudinum earum quæ ſunt ſeparatim in muræneis, ſeparatim in aſelleis, ſic in generibus aliis. Quare cùm in inclinationibus verborum numerus ſit magnus à diſsimilibus verbeis ortus, quòd etiam vel maior eſt in quibus ſimilitudines reperiuntur, confitendum eſt eſſe analogias. Itémque cùm ea non multo minus quàm in omnibus verbeis patiatur vti conſuetudo communis; fatendum illud, quodammodo analogiam ſequi nos debere vniuerſos, ſingulos autem, præterquam in quibus verbeis offenſura ſit conſuetudo communis. quòd, vt dixi, aliud debet præſtare populus, aliud è populo ſinguli homines. Neque id mirum eſt, cùm ſinguli quoque non ſint eodem iure. nam liberius poteſt poeta quàm orator ſequi analogias. Quare, cùm hic liber id quod pollicitus eſt demonſtraturum abſoluerit, faciam finem. proximo deinceps de declinatorum verborum forma ſcribam.

M. TERENTII VARRO-
NIS DE LINGVA LA-
tina liber nonus.

IN VERBORVM declinationibus diſciplina loquendei diſsimilitudinē an ſimilitudinem ſequi deberet, multi quærunt. Cùm ab heis ratio quæ à ſimilitudine oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia: de qua re primo libro, quæ dicerentur, cur diſsimilitudinem ducem habere oporteret, dixi. Secundo cōtra quæ dicerentur, cur potius ſimilitudinem conueniret præponi. quarum rerum quòd nec fundamenta, vt debuit, poſita ab vllo, neq; ordo ac natura, vt res poſtulat, explicata, ipſe eius rei formam expo nam. Dicam de quattuor rebus quæ continentur declinationibus verborum: quid ſit ſimile ac diſsimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid proportio, quod dicunt ἀνάλογον, quid conſuetudo. quæ explicatæ declarabūt analogiam & anomaliam, vnde ſit, quid ſit, cuiuſmodi ſit. De ſimilitudine & diſsimilitudine ideo primùm dicendum, quòd ea res eſt fundamentum omnium declinationum, ac continet rationes verborum. Simile eſt, quod res pleraſque videtur habere eaſdem, quas illud cuiuſq; ſimile. Diſsimile eſt quod videtur eſſe cōtrarium. huius minimum ex duobus cōſtat omne ſimile, item diſsimile. quòd nihil poteſt eſſe ſimile quin alicuius ſit ſimile: item

nihil dicitur diſsimile,quin addatur quoius id ſit diſsimile.Sic dicitur ſimilis homo homini,equus equo:& diſsimilis homo equo: nã ſimilis eſt homo homini,ideo quòd eaſdem figuras membrorum habent, quæ eos diuidunt ab reliquorũ animaliũ ſpecie:in ipſeis hominibus ſimili de cauſſa vir viro ſimilior quàm vir mulieri, quòd plures habent eaſdem partes: & ſic ſenior ſeni ſimilior quàm puero. Eo porro ſimiliores ſunt qui facie quoque pæne eadem,habitu corporis ſimili. Itaque qui plura habent eadem, dicũtur ſimiliores: qui proximè accedunt ad id vt omnia habeãt eadem, vocãtur gemini,ſimilimi. Sũt qui treis naturas rerũ putent eſſe,ſimile,diſsimile,neutrum, quod aliâs vocetur nõ ſimile,aliâs non diſsimile. Sed quamuis tria ſint,ſimile,diſsimile,neutrum, tamen poteſt diuidi etiam in duas parteis: ſic, quodcumque cõferas,aut ſimile eſſe,aut nõ eſſe. ſimile eſſe & diſsimile, ſi videatur eſſe, vt dixi: neutrũ,ſi in neutram partem præponderet:vt ſi duæ res quæ conferuntur,vicenas habẽt parteis, & in heis denas habeãt eaſdem, denas alias ad ſimilitudinem & diſsimilitudinem æquè animaduertendas.hanc naturam plerique ſubiiciunt ſub diſsimilitudinis nomen. Quare quoniam fit vt potius de vocabulo quàm de re controuerſia eſſe videatur:illud eſt potius aduertendũ,cùm ſimile eſſe dicitur quid, cui parti ſimile dicatur eſſe. in hoc enim ſolet eſſe error,quòd poteſt fieri vt homo homini ſimile ſit,& non ſit,vt multas partes habeat ſimileis:& ideo dici poſsit ſimileis habere oculos,manus,pedes,ſic alias res ſeparatim,&vnà plures. Itaque, quod diligenter videndum eſt in verbeis, quas parteis & quot modeis oporteat vt ſimileis dicantur,vt infrà apparebit:is locus ma-

ximè lubricus eſt. Quid enim ſimilius poteſt videri indiligēti, quàm duo verba hæc, ſuis, & ſuis? quæ nō ſunt: quòd alterum ſignificat ſuere, alterum ſuem. Itaque ſimilia eſſe vocibus ac ſyllabeis confitemur, diſsimilia eſſe partibus orationis videmus: quòd alterum habet tempora, alterum caſus. quæ duæ res vel maximè diſcernūt analogias. Item, propinquiora genere inter ſe verba ſimilem ſæpe pariūt errorem, vt in hoc, quòd nemus & lepus vidētur eſſe ſimile, quod vtrumque habuerit eundem caſum rectum: ſed non eſt ſimile, quòd eis certæ ſimilitudines opus ſunt, in quo eſt, vt in genere nominum ſint eodem. quod in heis nō eſt: nam in virili genere eſt lepus, & neutro nemus: dicitur enim hic lepus, & hoc nemus. Si eiuſdem generis eſſent, vtrique præponeretur idem, ac diceretur aut hic lepus, & hic nemus: aut hoc lepus, & hoc nemus. quare, quæ & cuiuſmodi ſunt genera ſimilitudinum ad hanc rem, perſpiciēdum ei qui declinationes verborū proportione ſintne, quæret. Locum hunc, quòd eſt difficilis, qui de heis rebus ſcripſerunt, aut vitauerunt, aut inceperūt, neque adſequi potuerunt. itaque in eo diſſenſio, neque ea vniuſmodi, apparet. nam alii de omnibus vniuerſeis diſcriminibus poſuerūt numerum: vt Dionyſius Sidonius, qui ſcripſit eas eſſe ſeptuaginta vnam: alii, partes eius, quæ habent caſus: cuius eadem hic cum dicat eſſe diſcrimina quadraginta ſeptem, Ariſtoteles rettulit in litteras quattuordecim, Neſtocles Parmeniſius in litteras octo: ſic alii pauciora, aut plura. quarum ſimilitudinum ſi eſſet origo rectè capta, & inde orſa ratio, minus erraret in declinationibus verborum. quarū ego principia prima duorum generum ſola arbitror eſſe, ad quæ

ſimilitudines exigi oporteat:è queis vnum poſitũ in verborũ materia, alterum vt in materiæ figura, quæ ex declinatione ſit. Nam debet eſſe vnũ, vt verbũ verbo, vnde declinetur, ſit ſimile: alterum, vt è verbo in verbum declinatio, ad quam conferatur, eiuſdem modi ſit. aliàs enim à ſimilibus verbeis ſimiliter declinantur, vt ab herus ferus, hero, fero: aliàs diſsimiliter herus ferus, heri ferum. Cùm vtrũque & verbum verbo erit ſimile, & declinatio declinationi; tum denique dicam eſſe ſimilem, ac duplicem & perfectam ſimilitudinem habere: id quod poſtulat analogia. Sed nè aſtutius videar poſuiſſe duo genera eſſe ſimilitudinum ſola, cùm vtriuſque inferiores ſpecies ſint plures; ſi de heis reticuero, vt mihi relinquam latebras, repetam ab origine ſimilitudineis, quæ cõferendeis verbeis & inclinãdeis ſequendæ aut vitandæ ſint. Prima diuiſio in oratione, quòd alia verba nuſquam declinãtur, vt hæc, vix, mox: alia declinãtur, vt à limo, limabo: à fero, ferebam: & cùm niſi in heis verbeis quæ declinantur, non poſsit eſſe analogia, qui dicit ſimile eſſe mox & nox, errat: quòd non eſt eiuſdem generis vtrumque verbũ, cùm nox ſuccedere debeat ſub caſuũ ratione, mox neque debeat neque poſsit. Secũda diuiſio eſt de heis verbeis quæ declinari poſſunt: quòd alia ſunt à volũtate, alia à natura. Voluntatem appello, cùm vnuſquiſq; à nomine alio imponit nomen, vt Romulus, Roma. Naturam dico, cùm vniuerſi acceptum nomen ab eo qui imponit non requirimus quemadmodũ id velit declinari: ſed ipſi declinamus, vt huius Romæ, hanc Romam. De heis duabus partibus, volũtaria declinatio refertur ad conſuetudinem, naturalis ad rationem. Quare proinde ac ſimile, conferri non

oportet,

oportet, ac dicere, vt ſit à Roma Romanus, ſic ex Capua dici oportere Capuanus. quod in conſuetudine vehementer "nutat: quòd declinantes im peritè rebus nomina imponũt, à quibus cùm accepit conſuetudo, turbulenta neceſſe eſt dicere. itaque neque Ariſtarchus neque alii in analogiis defendendam eius ſuſceperunt cauſſam. Sed, vt dixi, hoc genere declinatio in communi conſuetudine verborum ægrotat & langueſcit: quòd oritur è populi multiplici imperio. itaque in hoc genere in loquendo magis anomalia quàm analogia. Tertia diuiſio eſt, quæ verba declinat à natura. ea diuiditur in parteis quattuor. in vnam primam, videlicet, quæ habet caſus, neque tẽpora habet: vt docilis, facilis: in alteram, quæ tempora habet, neque caſus: vt docet, facit: in tertiã, quæ vtraque habet, vt docens, faciẽs: in quartam, quæ neutrum: vt doctè. Ex hac diuiſione ſinguleis partibus tres reliquere diſsimiles. Quare niſi in ſua parte inter ſe collata erũt verba, ſi nõ conueniunt, nõ erit ita ſimile vt debeat facere idem. In articuleis vix adumbrata eſt analogia: & magis vocũ quàm rerum: in nominib⁹ magis expreſſa: ac plus etiam in vocib⁹ ac ſimilitudinibus, quàm in rebus, ſuam obtinet rationem. Etiam illud accedit, in articuleis, habere analogias, oſtẽdere ſit difficile, quòd ſingula ſint verba: heic contra facile, quòd magna ſit copia ſimilium "nominum. Quare non tam hanc partem ab illa diuidẽdum, quàm illud videndum, vt ſatis ſit verecundi, etiam illam in eandem harenam vocare pugnatum. Vt in articuleis duæ partes, finitæ & infinitæ: ſic in vocabuleis duæ, vocabulum & nomen. non enim idem, oppidum, & Roma: cùm oppidum, ſit vocabulum, Roma, nomen. quorum

ægrotat

nominatiuum

diſcrimen in heis reddendeis rationibus alii diſcernunt,alii non.nos,ſicubi opus fuerit,quid ſit, & cur,adſcribimus vniuſcuiuſq; partes.quoniam ſpecies plures,de ſinguleis dicam.Prima pars caſualis diuiditur in parteis duas, in nominatiuum ſcilicet: quod finitum & infinitum eſt, vt hic & quis.de heis generibus duobus vtrum ſumpſeris, cum reliquo non cōferendum,quòd inter ſe diſſimiles habeant analogias nominatus. Vt ſimilis ſit nominatus, habere debet vt ſit eodem genere,ſpecie eadem,ſic caſu,exitu. Genere,vt, ſi nomen eſt,quod conferas ſit nomen.Specie ſimile, vt non ſolum,ſed vtrumque ſit virile. Caſu ſimile, vt ſi alterum ſit dandei, item alterum ſit dandei,quocum conferas. Exitu,vt quas vnū habeat extremas litteras,eaſdem alterum habeat.Ad hūc quadruplicem fontem ordines diriguntur bini: vni,tranſuerſi;alteri,directi: vt in tabula ſolet in qua latrunculeis ludunt.Tranſuerſi ſunt qui à recto caſu obliqui declinantur, vt albus,albi, albo: directi ſunt,qui à recto caſu in rectos declinātur, vt albus,alba,album: vtriq; ſunt partibus ſeneis. Tranſuerſorum ordinum partes appellantur caſus.directorum genera: vtreiſque inter ſe implicateis,forma.Dicam prius de trāſuerſeis. Caſuum vocabula alius alio modo appellauit. nos dicemus,qui nominādei cauſſa dicitur,nominandei, vel nominatiuum.

* *Deſunt paginæ tres.* *

& ſcopæ dicitur vna ſcopa. aliter enim natura, quòd priora ſimplicibus, poſteriora coniuncteis rebus vocabula ponūtur. ſic bigæ, ſic quadrigæ, à coniunctu dictæ. itaque nō dicitur,vt hæc vna, lata,& alba: ſic vna biga,ſed vnæ bigæ: neque vt dicitur,vt hæ duæ,latæ,albæ,ſic hæ duæ bigæ,&

quadrigæ.Itē figura verbi qualis ſit refert, quòd in figura vocis aliàs cōmutatio ſit in vno verbo in medio, vt curſo, curſito : aliàs in extremo, vt doceo, docui : aliàs cōmunis, vt lego, legi. Refert igitur, ex quibus littereis quodque verbum conſtet, maximè extrema, quòd ea in plereiſque cōmutantur. quare in heis quoque partibus ſimilitudines ab aliis malè, ab aliis bene. quòd ſolent ſumi in caſibus conferendeis, rectè an perperam videndum.ſed vbicumque commouētur litteræ, non ſolùm hæ ſunt animaduertendæ, ſed etiam quæ proximæ ſunt, neque mouentur. hæc enim vicinitas aliquantum poteſt in verborum declinationibus. In queis figureis non ea ſimilia dicemus quæ ſimileis res ſignificant : ſed quæ ea forma ſint vt eiuſmodi res ſimilia ex inſtituto ſignificare plerumque ſoleant. vt tunicam virilem & muliebrem, dicimus non eam quam habet vir aut mulier, ſed quam habere ex inſtituto debet. poteſt enim muliebrem vir, virilem mulier habere (vt in ſcæna ab actorib⁹ haberi videmus) ſed eam dicimus muliebrem, quæ de eo genere eſt, quo indutu mulieres, vt vterētur, eſt inſtitutum. vt actor ſtolā muliebrē, ſic Perperna, & Cæcina, & Purpurina figura muliebria dicūtur habere nomina, nō mulierum. Flexuræ quoque ſimilitudo vidēda, ideo ꝙ alia verba quam vim habeant, ex heis verbeis vnde declinātur, apparet, vt quēadmodū oporteat, vt à prætor, cōſul; prætori, conſuli. Alia ex tranſitu intellegūtur, vt, ſocer, macer: quòd alterū fit ſocerum, alterum, macrū: quorum vtrūque in reliqueis à tranſitu ſuam viam ſequitur & in ſingularibus, & in multitudinis declinationibus. hoc fit ideo quòd naturarū genera ſunt duo, quæ inter ſe conferri poſſunt. vnum, quod

(Spurina)

per ſe videri poteſt, vt homo & equus: alterũ ſine adſumpta aliqua re extrinſecus perſpici nõ poſsit, vt Eques, & Equito. vtrumque enim dicitur ab equo: quare hominem homini ſimilem eſſe, aut non eſſe, ſi cõtuleris ex heis ipſeis homini animaduerſeis ſcies. Ac duo inter ſe ſimiliterne ſint lõgiores quàm ſint eorũ fratres, dicere non poſſis, ſi illeis breuiores, cum quibus conferuntur, quàm longi ſint ignorentur. ſic latiorum atque altiorũ, item cetera eiuſdem generis, ſine adſumpto extrinſecus aliquo perſpici ſimilitudines nõ poſſunt. Sic igitur quidam caſus, quòd ex hoc genere ſunt, non facile eſt dicere ſimiles eſſe, ſi eorũ ſingulorum ſolùm animaduertas voces: niſi adſumpſeris alterũ, quo flectitur in tranſeũdo vox.

Quod ad nominatuum ſimilitudines animaduertendas arbitratus ſum ſatis eſſe " augere, hæc ſunt. Relinquitur de articuleis. in quibus quædam eadem, quædam alia. De quinque enim generibus duo prima habẽt eadem, quòd ſunt & virilia & muliebria & neutra; & quòd alia ſunt, vt ſignificent vnum, alia vt plura; & de caſibus, quos habent quinos. nam vocandei voce notatus non eſt. Proprium illud habẽt, quòd partim ſint finita, vt hic & hæc; partim infinita, vt quis & quæ; quorum quòd adumbrata & tenuis analogia; in hoc libro plura dicere non neceſſe eſt. Secundum genus, quæ verba tẽpora habent, neque caſus, ſed habẽt perſonas, eorum declinatuum ſpecies ſunt ſex. Vna, quæ dicitur tẽporalis, vt legebam, gemebam; lego, gemo. Altera, perſonarum, vt ſero, meto; ſeris, metis. Tertia, rogãdei, vt ſcribóne, legóne; ſcribiſne, legíſne? Quarta, reſpõdendei, vt fingo, pingo; fingis, pingis. Quinta, optandei, vt dicerem, facerem; dicam, faciam. Sexta, im-

tangere

perandei, vt cape, rape; capito,rapito. Item ſunt declinatuũ ſpecies quattuor,quæ tempora habẽt ſine perſoneis,in rogãdo:vt foditúrne?ſeritúrne? &,fodietúrne?ſeretúrne? Ab reſpondendei ſpecie eædem figuræ fiunt extremeis ſyllabeis dẽpteis. Optãdei ſpecies,vt viuatur, ametur; viueretur,amaretur.Imperãdei declinatus ſintne, habet dubitationem:& earũ ſitne hæc ratio, paretur, pugnetur;parari,& pugnari. Accedũt ad has ſpecies à copuleis diuiſionũ quadrineis;ab infecti,& perfecti,emo,edo;emi,edi:à ſemel & ſæpius,vt lego, ſcribo·lectitaui,ſcriptitaui:faciẽdei,&patiẽdei,vt vro,vngo;vror,vngor. A ſingulari & multitudinis,vt laudo, culpo; laudamus,culpamus. Huius generis verborum , cuius ſpecies expoſui, quàm latè quidque pateat,& cuiuſmodi efficiat figuras, in libreis qui de formuleis verborum erunt,diligentius expedietur. Tertii generis quæ declinantur cum tẽporibus & caſibus,ac vocantur à multeis ideo participalia, hoc eſt gerundi.

* *Deſunt paginæ tres.* *

quemadmodũ declinamus,quærimus caſus eius, etiamſi is qui finxit poeta aliquod vocabulũ,& ab eo caſu ipſe aliquem perperam declinauit,potius eum reprehẽdimus quàm ſequimur. Igitur ratio, quam dico , vtrobique eſt & in heis verbeis quæ imponũtur,& in heis quæ declinantur:neque nõ etiam tertia illa quæ ex vtroque miſcetur genere. Quarũ vnaquæque ratio conlata cũ altera,aut ſimilis,aut diſsimilis, aut ſæpe verba alia, ratio eadem;& nõnumquam ratio alia,verba eadẽ.Quæ ratio in amor amori, eadem in dolor dolori; neque eadẽ in Dolor dolorem:& cũ eadẽ ratio quæ eſt in amor & amoris , ſit in amores & amorum, tamen ea,quòd non in ea quæ oportet confertur

materia, per ſe ſolùm efficere non poteſt analogias, propter diſparilitatem vocis figurarũ. quòd verbũ copulatum ſingulare cum multitudine, ita cũ eſt proportionę, vt eandem habeat rationem: tũ denique ea ratio cõficit id quod poſtulat analogia: de qua deinceps dicam. Sequitur tertius locus, quæ ſit ratio & proportio, quæ à Græceis vocatur ἀνάλογον: hinc dicta analogia. Ex eodem genere, quæ res inter ſe aliqua parte diſsimiles rationem habent aliquam, ſi ad eas duas alteræ res duæ cõlatæ ſunt, quæ rationem habeãt eandem: quòd ea verba bina habẽt eundem λόγον, dicitur vtrũque ſeparatim analogon: ſimul cõlata quattuor, analoga. Nam vt in gemineis, cùm ſimile dicimus eſſe Menæchmũ Menæchmo, de vno dicimus, cùm ſimilitudinem eſſe in heis, de vtroque videatur: ſic cùm dicimus eandem rationem habere aſſem ad ſemiſſem, quam habet in argento libella ad ſembellam, quid ſit analogon, oſtendimus: cùm vtrobique dicimus & in ære & argẽto eſſe eãdem rationem: cùm dicimus de analogia, vt ſodalis & ſodalitas, ciuis & ciuitas, non eſt idẽ: ſed vtrũque ab eodem, ac coniunctum. ſic analogon & analogia idem nõ eſt, ſed "item eſt congeneratum. Quare, ſi homines ſubſtuleris, ſodales ſubſtuleris: ſi ſodales, ſodalitatem. Sic item ſi ſubſtuleris λόγον, ſubſtuleris analogon: ſi id, analogiam. quæ cùm inter ſe tãta ſint cognatione, debebit ſubtilius audiri quàm dici expectare. id eſt, cùm dixero quid de vtroque, & erit cõmune, expectes dum ego in ſcribendo transferam in reliquum. Sed vt potius tu perſequare animo, hæc fiũt in diſsimilibus rebus. vt in numereis, ſi contuleris cum vno duo, ſic cũ decem viginti. Nam quam rationẽ duo ad vnum habẽt, eandẽ habẽt

idem

viginti ad decem. In nūmeis in ſimilibus, ſic eſt ad vnū victoriatū denarius,ſicut ad alterū victoriatum alter denarius.Sic itē in aliis rebus omnibus proportione dicūtur,in quo eſt: ſic quadruplex natura, vt in progenie, vt eſt filius ad patrē, ſic eſt filia ad matrem : & vt eſt in tēporibus meridies ad diē,ſic media nox ad noctem. Hoc poetæ genere in ſimilitudinibus vtuntur.multū hoc acutiſsimè geometræ. hoc in oratione diligētius quàm alii ab Ariſtarcho grāmatici:vt cùm dicūt proportione ſimilia eſſe, amorē amori,dolorem dolori.Cùm itē diſsimile eſſe videant amorē dolori,quòd eſt alio caſu, item dolorem dolori. ſed dicunt quod à ſimilibus nonnumquam rationes habent implicatas duas, vt ſit vna directa , altera trāſuerſa.Quod dico,apertius ſic fiet.Eſto ſic expoſitos eſſe numeros, vt in primo verſu ſit vnū, duo,quattuor: in ſecūdo,decem,viginti,quadraginta:in tertio,cētum,ducenta,quadringenta. In hac formula numerorum duo inerunt quos dixi λόγυς,qui diuerſas faciūt analogias: vnus,duplex, qui eſt in obliqueis verſibus, quod eſt vnus ad duo ſic duo ad quattuor : alter,decemplex,in directeis ordinibus : quod eſt vnus ad decem , ſic decem ad centum.Similiter in verborū declinationibus eſt biuiū,quod ab recto caſu in recto:ita vt formulam ſimiliter efficiant : quòd ſit primo verſu hic albus,huic albo,huius albi. ſecūdo,hæc alba, huic albæ, huius albæ. tertio, hoc album, huic albo,huius albi. Itaque fiūt per obliquas declinationes ex heis analogiæ hoc genus.

* *Deſunt quædam.* *

albius, atrius ; albio , atrio : per directas declinationes, albius, atrius ; albia , atria : quæ ſcilicet erit particula ex illa duçenaria tria , quæ ſcilicet

centenaria formula analogiarũ, de qua ſupra dixi. Analogia quæ dicitur, eius genera ſunt duo. Vnũ diiunctum ſic eſt, vt vnum ad duo, ſic decem ad viginti: alterum cõiunctum, ſicut eſt vnũ ad duo, ſic duo ad quattuor: in hoc quòd duo bis dicũtur; & tum cõferimus ad vnum, & tũ cum quattuor. Hoc quoque, natura dicitur quadruplex. ſic à ſeptem chordeis citharæ, tamen duo dicuntur habere tetrachorda; quòd quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, ſic quarta ad ſeptimam reſpõdet: media eſt alterius prima, alterius extrema. Medici, in ægroteis ſeptimos dies qui obſeruant quarto die, ideo diligẽtius ſigna morbi aduertunt, quòd quam rationem habuit primus dies ad quartum, eandem præſagit habiturum qui eſt futurus ab eo quartus, & qui eſt ſeptimus à primo. Quadruplices deiunctæ ſunt in caſibus vocabulorum, vt rex regi: coniúnctæ ſunt triplices in verborum tribus temporibus, vt legebam, lego, legam. quòd quam rationẽ habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. In hoc ferè omnes homines peccant, ꝙ perperam tribus temporibus hæc adiiciunt, cùm proportione volunt pronũtiari. Nam cũ ſint verba alia, infecta, vt lego & legis: alia, perfecta, vt legi & legiſti: & debeant ſui cuiuſque generis in cõiungendo copulari: & cùm rectè ſit ideo lego ad legebam, nõ rectè eſt lego ad legi: quòd legi ſignificat quid perfectum, vt hoc, tutudi, pupugi; tũdo, pungo: tundam, pũgam. item necatus ſum, verberatus ſum; necabor, verberabor. Iniuria reprehendũt, ꝙ infecti inter ſe ſimilia ſunt, & perfecti inter ſe, vt tundebã, tundo, tũdam: & tuuderã, tutudi, tutudero. Sic amabar, amor, amabor: & amatus eram, amatus ſum, amatus ero. Itaq; reprehẽdunt, qui cõtra

analogias dicunt,cur diſpariliter in tribus tēporibus dicantur quædā verba natura, cùm quadruplex ſit natura analogia. Id nonnumquā,vt dixi, pauciores videtur habere partes, ſic etiā alias plureis:vt cùm eſt,quemadmodū ad tria vnū& duo, ſic ad ſex duo & quattuor.quæ tamen quadripartita cōprehenditur forma, quòd bina ad ſingula conferuntur. quod in oratione quoque nōnumquam reperietur. Sicut Diomedes cōfertur Diomedibus,ſic dicitur ab Hercules Herculibus.& vt hæ heic ab vno capite à recto caſu in duos obliquos deſcendunt caſus; ſic cōtrà multa à duobus capitibus recti caſuū cōfluunt in obliquum vnū. Nam vt ab heis recteis,hei Bœbiei, hæ Bœbiæ,fit heis Bœbieis:ſic eſt ab heis,hei Cœliei,hæ Cœliæ, heis Cœlieis. A duobus ſimilibus ſimiliter declinantur:vt fit in heis,nemus,olus; nemora,olera. Alia à diſſimilibus ſimiliter declinantur:vt in articuleis ab hic,iſte; hunc,iſtum. Analogia fundamenta habet aut à voluntate hominum, aut à natura verborū,aut re vtraque. Voluntatē dico, impoſitionē vocabulorum; naturā,declinationē vocabulorum,quò decurritur ſine doctrina. Qui impoſitionē ſequetur,dicet:ſi ſimile in recto caſu dolus & malus; fore in obliquo,dolo & malo: ſi naturā ſequetur, ſi ſit ſimile in obliqueis Marco, Quincto,fore vt ſit Marcū,Quinctum. Qui vtrumque ſequetur,dicet,ſi ſit ſimilis tranſitus,vt eſt in ſeruus ſerue, fore vt ſit itē in ceruus cerue. Cōmune omnium eſt,vt quattuor "figuras vocis habeat proportione declinatus. Primum genus eſt ortū ab ſimilitudine in recteis caſibus:ſecundum ab ſimilitudine quæ eſt in obliqueis: tertiū à ſimilitudine quæ eſt in tranſitibus de caſu in caſum. Primo genere ab impoſito ad naturā profi-

figura

ciſcũtur:in ſecundo,cõtra: in tertio,ab vtroque. Quocirca etiam hoc tertiũ poteſt bifariam diuiſum eſſe:tertium & quartum dici, quòd in eo vt proſas,& roſas poteſt dici.qui initia faciet analogiæ, impoſitiones ab heis obliquas figuras declinare habebit:qui naturam,cõtra.qui ab vtraque, reliquas declinationes ab huiuſmodi tranſitibus. Impoſitio eſt in noſtro dominatu; nos in natura.quemadmodum enim quiſque vult, imponit nomen;at declinat quemadmodum vult natura. Sed quoniã duobus modeis imponitur vocabulum,aut re ſingulari,aut multitudine : ſingulari, vt cicer; multitudinis,vt ſcalæ. Nec dubium eſt quin ordo declinatuũ,in quo res ſingulares declinantur,ſolæ ab ſingulari aliquo caſu proficiſcantur,vt cicer, ciceri, ciceris: item cõtra in eo ordine qui multitudinis erit ſolùm, quin à multitudinis aliquo caſu ordiri cõueniat,vt ſcalæ,ſcaleis, ſcalas. Aliud videndũ eſt,cùm duplex natura copulata, ac declinatuum bini fiant ordines, vt eſt Mars,Martis. Vnde autem ratio analogiæ debuit ordiri, vtrum ab ſingulari re in multitudinẽ, an contra:neque enim ſi natura ab vno ad duo peruenit;idcirco non poteſt amplius eſſe in docẽdo poſterius,vt inde incipias,vt quod ſit prius oſtẽdas.Itaque illi qui de omni natura diſputant,atq; ideo vocantur phyſici, tamẽ ex heis ab vniuerſa natura profecti,retróque eſſe principia mundi oſtendunt. Oratio cùm ex littereis conſtat,* tamẽ eam grammatici littereis oſtenderunt. quare in demõſtrando, quoniam potius profeciſſe oportet ab eo quod apertius eſt, quàm ab eo quod prius eſt,& potius ab incorrupto principio,ab natura rerum,quàm ab libidine hominum. Et hæc tria quæ ſequenda magis ſunt,minus ſunt in ſin-

ãc ea

gularibus quàm in multitudine,commodius poteſt ordiri. quòd in heis principiis minus orationis verbeis fingendeis, verborum forma,facilius ſingularia videri poſſe quàm ex ſingularibus multitudinis:hæc oſtendunt,trabes,trabs;duces, dux. Videmus enim ex heis verbeis, trabes, duces,de extrema ſyllaba E litterã excluſam,& ideo in ſingulari factum eſſe trabs,dux. Contrà ex ſingularibus nõ tam videmus quemadmodum facta ſint ex B & S trabs,ex C & S dux. Si ſimilitudinis rectus caſus forte figura corrupta erit (id quod accidit rarò) prius id corrigemus quàm inde ordiemur. obliqueis adſumere oportere figuras eas quæ non erunt ambiguæ, ſiue ſingulares, ſiue multitudinis; ex quibus id cuiuſmodi debent eſſe, perſpici poſſint. Nam numquam alterum ex altero videtur: vt Chryſippus ſcribit, quemadmodum pater ex filio, & filius ex patre. neque minus in fornicibus propter ſiniſtram dextra ſtat, quàm propter dextram ſiniſtra. Quapropter, vt ex recteis caſibus obliqui, & ex obliqueis recti,& ex ſingularibus multitudines, & ex multitudinis ſingulares nonnumquam *recuperari poſſunt:principium id potiſſimum ſequi debemus, vt in eo fundamentũ ſit in natura, quòd in declinationibus ibi facilior ratio. Facile enim eſt animaduertere peccatum magis cadere poſſe in impoſitiones eas quæ fiunt plerumque in recteis caſibus ſingularibus: quòd homines imperiti & diſperſi vocabula rebus imponunt, quocumq; eos libido inuitauit.natura incorrupta eſt plerumque ſuapte ſpõte, niſi qui eam vſu inſcio deprauauit. Quare ſiquis principiũ analogiæ potius poſuerit in naturalib⁹ caſibus quàm in impoſitiueis,nõ multa in cõſuetudine occurrẽt.& vt à

* repu-tari

natura libido humana corrigitur, nō ab libidine natura; quòd, qui impoſitionem ſequi voluerint, facient cōtra. ſin à ſingulari quis potius proficiſci volet, id illum facere oportebit ab ſexto caſu, qui eſt proprius. Latineis enim nō eſt caſus alius. Heis litterarū diſcriminibus facilius reliquorū varietatem diſcere poterit; quòd ii habēt exitus aut in A, vt ab hac terra: aut in E, vt ab hac lance: aut in I, vt ab hoc leui: aut in O, vt ab hoc cælo: aut in V, vt ab hoc verſu. Igitur ad demonſtrandas declinationes biceps vna hæc. Sed quoniam vbi analogia, tria: vnū, quod in rebus, alterum, quod in vocibus: tertium, quod in vtroque: duo priora ſimplicia, tertium duplex: animaduertendū hæc quam inter ſe habeāt rationem. Primùm ea quæ ſunt diſcrimina in rebus, partim ſunt quæ ad orationē non attineant, partim quæ pertineant. Nō pertinent, vt ea quæ obſeruant in ædificiis & ſigneis faciendeis ceteriſq; rebus artifices: è queis vocantur aliæ, harmonicæ; ſic item aliæ nominibus aliis: ſed nulla harū fit loquendo pars ad orationem. Quæ pertinent res, eæ ſunt quæ verbeis dicuntur proportione, neq; à ſimilitudine quoq; vocum declinatus habent. vt Iuppiter, Marſpiter; Ioui, Marti. Hæc enim genera nominū & numero & caſibus ſimilia ſunt, proportione. ſimilia inter ſe, quòd vtraque nomina ſunt, & virilia ſunt, & ſingularia, & caſu nominandei & dandei. Alterū genus vocale eſt, in quo voces modò ſunt proportione ſimiles, non res: vt biga, bigæ; nuptia, nuptiæ. Neque enim in heis res ſingularis ſubeſt vna, cùm dicitur biga, quadriga. neque ab heis vocibus quæ declinata ſunt, multitudinis, ſignificant quidquā. Ideo quòd omnia multitudinis quæ declinātur ab vno: vt à merula merulæ,

ſunt eiuſmodi vt ſingulari ſubiungantur:ſic merulæ duæ , caculæ tres , faculæ quattuor. Quare cùm idem nō poſſit ſubiungi: cùm dicimus vnæ bigæ,quadrigæ duæ,nuptiæ tres;ſed pro eo vnæ bigæ,binæ quadrigæ,trinæ nuptiæ;apparet non eſſe biga,& quadriga;& bigæ,& quadrigæ:ſed vt eſt huius ordinis vna,duæ,tres,principiū vna:ſic in hoc ordine altero,vnæ,binæ,trinæ,principiū eſt vnæ. Tertium genus,eſt illud duplex quod dixi, in quo & res & voces ſimiliter proportione dicuntur:vt bonus,malus:boni,mali.de quorum analogia & Ariſtophanes & alii ſcripſerūt.Etenim hæc deniq; perfecta,vt in oratione illæ duæ ſimplices inchoatæ analogiæ,de quibus tamen ſeparatim dicā,quòd heis quoque vtimur in loquendo. Sed prius de perfecta, in qua & res & voces quadā ſimilitudine cōtinentur.cuius genera ſunt tria: vnum,vernaculum ac domi natum: alterū, aduentitium: tertium,nothū, ex peregrino heic natum.Vernaculum eſt,vt ſutor,& piſtor;ſutori, & piſtori. Aduentitiū eſt,vt Hectores,Neſtores; Hectoras,Neſtoras.Tertium illud nothum,vt Achilles,& Peleus. "de genere multi vtuntur, non eo gen. modò poetæ, ſed etiā pleriq;. hæc primò omnes qui ſoluta oratione loquuntur,dicebant,vt quæſtorem,prætorem,ſic Hectorē,Neſtorem.Itaque Ennius ait , Hectoris natū de muro Troiano iactari. Actius hoc in tragœdiis largius à priſca cōſuetudine mouere cœpit,& ad formas Græcas verborum magis reuocare. & à quo Valerius ait, Actius Hectorē nollet facere,Hectora mallet.quòd aduentitia pleraque habemus Græca,ſecutum,vt de notheis Græcanicos quoque nominatos plurimum haberemus. Itaq; vt heic alia Græca , alia Græcanica, ſic analogiæ. è quibus quæ ſic nothæ

fiunt declinationes, de heis aliæ ſunt priſcæ, vt Bacchides, Chryſides: aliæ, minores, vt Chryſideis, Bacchideis:aliæ, recentes, vt Chryſidas, Bacchidas:cùm heis omnibus tribus vtantur noſtri, maximè qui ſequuntur media in loquendo; offendunt minimum, quòd prima parum ſimilia videntur eſſe Græceis, vnde ſint tranſlata: tertia parum ſimilia noſtreis. Omnis analogiæ fundamentum ſimilitudo quædam, vt dixi. quæ ſolet eſſe in rebus, in vocibus, & in vtroque: in qua harum parte cumque ſit in ferendo, & cuiuſmodi, videndum. Nam, vt dixi, neque rerum, neque vocis ſimilitudo ad has dupliceis, quæ in loquẽdo quærimus, ſeparatim ſatis eſt, quòd vtraque parte opus eſt ſimili, analogias verborum exprimendas: quas ad loquendum vt perducas, accedere debet vſus. Alia enim ratio qua facias veſtimentum, alia, quemadmodum vtare veſtimẽto. Vſui ſpecies videntur eſſe tres: vna, cõſuetudinis veteris; altera, cõſuetudinis huius; tertia autem, neutra. Vetera, vt caſcus furus, caſci furi. Huius conſuetudinis, vt albus, caldus; albo, caldo. Neutra, vt ſcala, falera; ſcalam, faleram. Ad quas accedere poteſt quarta, quæ eſt mixta, vt amicitia, inimicitia; amicitiam, inimicitiã. Prima eſt, qua vſi antiqui, & nos reliquimus: ſecunda, qua nunc vtimur: tertia, qua vtuntur poetæ. Analogia nõ item ea definiẽda quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa quæ ad vſum loquendei. Nam prior definienda ſic, Analogia eſt verborũ ſimiliũ declinatio ſimilis. Poſterior ſic, Analogia eſt verborum ſimilium declinatio ſimilis, non repugnante conſuetudine communi. Ad quam harũ duarum ad extremum additum erit hoc; ex quadam parte; poetica analogia erit definita. harum

primam ſequi debet populus, ſecundam omnes ſinguli è populo; tertiam poetæ. Hæc diligentius quam apertius dicta eſſe arbitror. ſed nō obſcurius quam de re ſimili definitiones grammaticorum ſunt, vt ^a Aruſini, Ariſtodemi, Ariſtoclis, itē aliorum. quorum obſcuritates eo minus reprehendendæ, quòd pleræque definitiones re incognita propter ſummā breuitatem, non facile perſpiciuntur, niſi articulatim ſit explicata. Quare magis apparebit ſi erit apertè de ſinguleis partibus: quid dicatur verbum, quid ſimilitudo verbi, quid declinatio, quid ſimilitudo declinationis, nō repugnante conſuetudine communi, quid ex quadam parte. Verbum dico, orationis vocalis partem, quæ ſit indiuiſa & minima, ſi declinationem naturalē habeat. Similem, verbū verbo, tum quom & res, quam ſignificat, & vocē, qua ſignificatur, & in figura tranſitū declinationis parilē. Declinatio eſt cùm ex verbo in verbum, aut ex verbi diſcrimine, vt tranſeat mens, vocis cōmutatio fit aliqua. Similitudo declinationis, cùm itē ex aliqua figura in figurā tranſit, vt id trāſit cum quo confertur. Adiectū eſt, non repugnante cōſuetudine cōmuni: ꝙ quædam verba cōtra vſum veterem declinata patietur, vt paſſa Hortenſium dicere pro has ceruices, ceruix; quædam nō, vt ſi dicas pro fauces, faux. Vbi additur, ex quadā parte, ſignificat non eſſe in cōſuetudine in heis verbeis omneis parteis: vt declinatum amo, iuuo; amor, iuuor. Quid videretur analogia in oratione, & quas haberet ſpecies, & quæ de heis ſequēda viderentur, vt breui potui, informaui. Nūc in quibus non debeat eſſe, ac proinde ac debeat, ſoleat quæri, dicam. Ea ferè ſunt quattuor genera: primùm in id genus verbeis quæ nō declinātur,

a Ariſtæ)

analogia nõ debet quæri, vt in heis, nequã, mox, vix. De heis magis in alio quàm in alio erratur verbo. dicunt enim nõ habere caſus mox & vix, nequam habere: quòd dicamus, hic nequam, huius nequam, huic nequam: cùm intellegimus, aut hominis eius quem volumus oſtendere eſſe nequã, dicimus caſus, & ei præponimus non, cuius putamus nequitiam. Quod vocabulum factũ, vt ex nõ & volo, Nolo; ſic ex ne & quidquam, item media extrita ſyllaba, coactũ eſt Nequam. Itaque vt eum quem putamus eſſe nõ hili, dicimus Nihili; ſic in quo putamus eſſe nequidquã, dicimus nequam. Secundò, ſi vnum ſolum habent caſum in voce, quòd nõ declinentur, vt litteræ omnes. Tertiò, ſi ſingularis eſt vocabuli ſeries, neque habet cum qua comparari poſſit, vt eſſe putant caput, capitis, capite. Quartùm, ſi ea vocabula quæ conferuntur inter ſe, rationem habent quam oportet, vt ſocer, ſocrus; ſocerum, ſocrum. Contrà in quibus debeat quæri analogia, ferè totidem gradus debent eſſe cõiuncti. Primum, vt ſint res: ſecundum, vt earum ſit vſus: tertium, vti hæ res vocabula habeant: quartũ, vt habeant declinatus naturaleis. De primo gradu quod natura ſubeſt & multitudinis & ſingularis: dicimus hei aſſes, hoſce aſſes, hic as, hunc aſſem: contra quòd in numereis finiteis multitudinis natura ſingularis nõ eſt, dicimus hei duo, & hei tres: heis duobus, heis tribus. Secũdo gradu ſi eſt natura, neque eſt vſus, id genus vt ſit diſcriminandum, vt fit in faba, & id genus. Non enim opus fuit, quæ vt in ſerueis, item ex parte & vniuerſa nominamus.

* *Deſunt quædam.* *

SCRIPTORVM ET LIBRORVM NOMINA QVAE A Varrone referuntur.

A

L. Attius. 6,24,65,73,75,81,83,85,86,87,88,157
In Bruto. 20
In Philoctete. 73
In carmine Priami. 76
In tragœdiis. 157
M. Attius Plautus. 22,78,87,89
In Amphitruone. 47,81
In Aſinaria. 85,47
In Aſtraba. 63,85
In Aulularia. 89,4,44
In Caſina. 89,90
In Ciſtellaria. 18,82,88,89
In Curculione. 82,84,36
In Epidico. 32
In Menæchmis. 81,82,87,73
In Mercatore. 82
In Milite glorioſo. 86,27
In Moſtellaria. 124
In Paraſito pigro. 82,85
In Perſa. 82
In Pœnulo. 17,83
In Pſeudolo. 85
In Sticho. 17
In Trinummo. 82,85
In Truculento. 83,137,48
Plauti aut librarii mendū. 138
AElius. 5,6,9,25,47
L. AElius Gallus. 5,6,59
C. AElius Stilo. 36,37,79
Interpres carminis Saliorū. 70
M. Afranius. 9
Allius in Bœotia. 67
C. Annius. 65
Antipater. 45
Apollodorus. 26,45
Apriſsius in Bacche. 62
Ariſtarchus. 108,121,134,145,151
Pro analogia ſcripſit. 112
Ariſtarchei. 106
Ariſtas. 159
Ariſtocles. 159
Ariſtodemus. 159
Ariſtophanes. 45,115,157
Eius lucerna. 3
Ariſtoteles. 95,143
In libro Nomina Barbarica inſcripto. 83
Aruſinus. 159
M. Attilius. 87
Aurelius. 83,89
Aurelius Opilius. 81,83,85

C

Cæcilius. 88,89,90
Callimachus. 28,78
L. Calpurnius Piſo. 36
In Annalibus. 36,40
Caſsius. 84
In Bruto. 47
Chryſippus. 45,48,59,155
Chryſippus, homo acutiſsimus, reliquit ſex libros περὶ τῆς ἀνομαλίας. 112
Claudius. 83,90
Cleanthis lucerna. 3
Coſconius. 54
In actionibus. 67
Crates. 107,108
Crates nobilis grāmaticus contra analogiam ſcripſit. 112

D

Democritus. 55
Dionyſius Sidonius. 143

E

Q. Ennius. 4,5,6,11,14,15,16,21,28,37,40,47,60,65,74,75,76,77,78,79,80,81,84,85,87,89,138,157
In Alexandro. 66

In Aſoto. 16
In Epicharmo. 15,17
In Medea. 72
In Medo. 78
Euripides. 85
F
Fuluius Flaccus flamen Martialis. 50,53
H
Heſiodus. 5
Homerus. 84,86
Q. Hortenſius in poematis. 95, 159
I
Iphicrates, vel Iſicrates. 22
Iunius. 11,12,14,54
M. Iunius in commentarius. 69
M. Iunius Brutus. 2
Iunius Gracchus. 54
Iuuentius Comicus. 57,83
L
L. Liuius Andronicus. 71,86
Lucillius. 8,11,16,21,62,77,80, 88,89,131
Lucilli vrbs. 34
Lucretius. 88
Libri xxi Lucretii. 5
Q. Lutatius Catulus. 37,46
M
Manlius vel Manilius. 10,74, 76,110
CN. Matius vel Marcius vates. 88
Mucius Scæuola. 2,88,90
Q. Mucius Scæuola Pont. Max. 21,53
N
CN. Næuius. 11,13,37,40,62, 73,75,81
In AEmathia. 81
In Agidone. 90
In Claſtidio. 90,131
In Corollaria. 82
In Coſmotria. 81
In Demetrio. 90
In Dulorеſte. 90
In Eſiona. 110
In Freto. 85
In Hemiſphærio. 72
In Lampadione. 91
In Romulo. 82,90
In Stigmatia. 90
In Therimo. 90
P
Neſtocles Parmeniſius. 143
M. Pacuuius. 6,5,9,15,47,74, 75,84,86,87,89
In Bello Punico. 90
In Hermiona. 68
In Mercatore. 82
In Tarentilla. 90
In Tunicularia. 90
Papinii epigrammation, vel Pomponii. 76
Plato libro quarto. 78
Polybius. 28
Porcius. 40,89
M. Porcius Cato. 82,138
Procilius. 36,37
Pythagoras Samius. 40,74
S
Siſenna. 109
Sophron. 43
Ser. Sulpicius Rufus. 8
T
T. Tatii votum. 18
P. Terentius Afer. 57,62,86
M. Terentius Varro in libro De æſtuariis. 117
In libris Antiquitatum. 49, 50
In libris Tribuum. 14
Oratio Varronis. 50
Librorum de lingua Latina ordo. 91
Libri de declinationibus. 97
V
Valerius. 83,157
Q. Valerius Soranus. 77
Verginii vel Vergilii Commentarius. 79
Volumnius Tuſcus tragicus. 14
Z
Zenon Citieus. 35

INCERTORVM.

Actiones. 87
Annales. 18,25
Atellanæ. 77,86,88
Augurum libri. 6,81
Cenſoriæ tabulæ. 66
Commentaria Conſularia. 67
Commentarium vetus Anquiſitionis. 67,68
Lex duodecim tabularum. 6,34,46,81
Lex Prætoria, vel Plætoria. 46
Sacrorum libri Athenis. 24
Saliorum carmen Numæ tempore. 28,49,71,76
Prima verba poetica Latina Saliorum. 71
Saturnium carmen. 78,80
Sibyllini libri. 50
Bœotia. 67. Plauti.
Ceſtio. 83. Plauti.
Colax. 89. Næuii & Plauti.
Condalium. 85. Plauti.
Cornicula. 37,81. Plauti.
Friuolaria. 82. Plauti.
Fugitiui. 82. Plauti.
Neruolaria. 82,83. Plauti.
Peribœa. 72. Pacuuii.
Phagon. 82. Plauti.
Proſerpinæ chorus. 68
Sitelitergus. 83. Plauti.

DEORVM ATQVE HOMINVM NOMINA.

A
Acca Laurentia. 51
Accæ ſepulchrum. 51
Achilles. 157
L. AElius. 111
Sex. AElius Catus. 80
AEneas. 35,60
AEſopus. 89
Agamemnon. 5
Aimilii ab Aimilio orti. 93
Albius. 111
Alcæo, Alcæoni, Alcæonē. 134
Alcæus. 134
Alexander Paris. 85
Alphena mulier. 145
Ambiuius. 77
Andromacha. 5,72,85
Angerona dea. 51
Apelles pictor. 114
Ἀφροδίτη. 53
Apollo. 21,74
Apollo ſol. 17
Latonius. 96
Apollinis cortina. 81
Aquilius. 129
Aquiliani gladiatores. 129
Hic Argus. 133
Arimnas pictor. 115
Ariſtarchus. 46
Artemas ab Artemidoro. 97
Aſtarte dea. 14
Atinia familia. 109
Atrius. 111
Attalus rex Pergami. 49
Auentinus rex Albanus. 11
Auerruncus deus. 89

B
Bacchus Liber. 103
Bacchi comites Bacchæ. 86
Bacchi templa. 72
Bacchides, Bacchideis, Bacchidas. 158
Bellona. 18,81
Bœbiei, Bœbiæ, Bœbieis. 153
Βοώτης. 84

C
Cæcilius. 129
Cæciliani gladiatores. 129
Cæcina. 147
C. Calpurnius Cos. 67
Calpurnius accenſus. 67

Carinas. 111
Carmens. 48
Caſcelius. 129
Caſceliani gladiatores. 129
Caſtor. 14,18
Ceres. 16,49
Chryſides,Chryſideis,Chryſidas. 158
Cereris templum. 72
Cœliei,Cœliæ,Cœlieis. 153
Cœles vel Cœlius Vibennus Tuſcus. 11
Cœliani. 12
Comitiæ vel commotis nymphæ. 12
Concordia. 18
Concordiæ ædes. 36,38
A Concordiæ. 36
Dii Conſentes,non dei. 108
Deum Conſentum ædes, non deorum. 108
Conſus deus. 50
Cornelius. 46
P.Cornelius Scipio. 77
Scipionarii gladiatores, non Scipionii. 129
Crepuſci. 46
Cretea. 62
Cupedius. 36
Curtius Conſul. 37
Cuſiatii. 76

D

Decimus prænomen. 126
Dehebris rex Veientum,& Tiberis. 10
Demetrius rex. 81
Dei Fidii ædes. 13
Diana. 19
Diana Apollinis. 17. Titanis Triuia. 74
Dianæ templum. 11
Diuiana. 17
Dieſpiter. 16.ſine obliquis.130, Dieſpitris minus tritum. 130
Diouis. 16,18,21
Diomedes,Diomedibus. 153
Dion. 95
Δίωνα. 45
Diona. 101,127
Dionem. 45
Diores Pictor. 115
Διόσκουρος. 17
Dius Fidius. 16,17
Duellona,Bellona. 18,81
Δυνατοὶ θεοί. 14

E

Egeria Egeriai. 79
Epeus. 79
Epimenides poſt annos quinquaginta experrectus. 71
Eſculapii ædes. 82
Euander Arcas. 6
Europa Tarentina. 10

F

Falacer. 80
Diuus Pater Falacer. 21
Fauni Latinorum dei. 78
Faunus & Fauna. 78
Fauſtius. 129
Fauſtiani. 129
Fauſtinii gladiatores. 129
Feronia. 18
Fides dea. 18
Flora. 18,80
Fortuna. 23
Fors Fortuna. 18
Eius dies. 50. Fanum. ibid.
Furina. 21,50,89

G

M.Genucius Cos. 37
Geryon,Geryones, Geryonas. 134

H

Harpocrates. 14
Hector,Hectore. 74
Hectorem,vt prætorē non dici. 108,157
Hectores,Hectoras. 157
Hectoris natus. 157
Hectora media breui. 157
Hecuba. 72,93
Heraclides Heraclide cū e longo in vocandi caſu. 108

Hercules. 131
Hercules Argiuus. 11
Sanctus.17. Ἀλεξίκακος. 86
Hercules defenſor hominũ. 86
Herculis ara. 58. Sacrificium. ibid. Decuma. ibid.
Herculi iuuẽcam immolat prætor. 58
Fanatur Herculi. 58
Herculis & Herculi claua. 98
Hercules Herculibus. 153
Honos deus. 18
Honoris pila. 13
Tullus Hoſtilius rex. 38

I

Ianus Geminus. 38
Princeps. 54
Iani ſignum. 40
Iapetus. 10
Ilus. 110
Ad Iunium. 36
Iuno Caprotina. 50
Lucina. 17
Iunonis Lucinæ lucus. 14
AEdes. 13
Lucinam parientes inuocant 17
Iuno nouella.52. Regina. 17
Iuno eſt terra. 17
Iunonis ædes Lanuuii. 40
Iunonis ſacellum. 39
Iuppiter quid ſit. 16
Iouis altitonantis. 72
Iouis Capitolini ædes. 10,39
Iouis Elicii ara in Auentino. 69
Iouis Fagutalis ſacellum. 37
Iuppiter Vimineus. 13
Iouis Vinalia. 49
Iouis ſacellum. 39
Iuppiter caret obliquis. 103
Iouis Iouem caret recto. 103
Iuppiter non Iouis. 100,109
Iouis Iouis. 100,103
Iuppiter Iouis Ioui. 100,156
Iouum & Iouerum non dicitur. 109
Iouis Filium & Filiam, non Iouem & Iouam dici. 125
Ioui agna facere. 49
Iuturna. 18
Iuturnæ aqua. 18

K

Κοίντιος. 45

L

M. Porcius Læca. 121
Popillius Lænas. 111
Lares vel Laſes. 19,46
Lara dea. 18
Larunda. 18
Latona Titani filia. 74. Apollinis & Dianæ mater. 74
Lauernæ ara. 40
Lauinia Latini filia. 35
Leſas. 111
Libentina. 57
Liber pater Thriambus cognomento. 62
Liberi ſacerdotes. 49
Liberi fanum. 5
Lucia Volumnia in Saliorum carminibus. 126
Lucii. 46,152
Lucianus. 45
Lucretia. 47
Lucumonis tribus. 14
Lunæ templum. 17
Luna triuia. 74
Noctiluca. 17,65
Lunæ ſupercilia. 17
Lyſippus artificum priorum vitioſa non eſt ſecutus, ſed artem. 116

M

Macellus. 36
Mæcenas. 111
Magnæ matris templum. 49
Dii magni. 14
Mamers. 18,78
Mamurius Veturius. 57
Manes dii ſeruiles. 51
Mania mater Larum. 126
Manius. 126
Manius Poſtulio. 36
Manlius Manliorum. 108

T. Manlius Cos. 40
Marcus, non Marca. 124
Mars Martis. 18,154
Marſpiter caret obliquis. 103, 130
Marſpiter. 100
Marſpitris minùs tritum. 130
Medea. 17,65
Melicertes, Melicerte, cum e breui vocandi caſu. 108,134
Sp. Melii domus. 38
Menæchmi gemini. 102,150
Menalippe. 83
Metellus, Metella, non Metellum. 124
Metius Curtius Sabinus. 36
Meto, Metonis. 134
Minerua. 18
Mineruæ ædes. 50
Sacellum. 39
Q. Mucius. 111
Mycon pictor. 115
Myrmecidis opera ex ebore minuta. 70,138

N

Neptunus. 18,50
Neptuni Salacia. 18
Neſtorem ſecunda longa non dici. 118,158
Neſtores, Neſtoras. 157
Nouenſiles. 18
Numerius non Numeria. 124

O

Opeconſiua dea. 50. Dies. ibid. eius ſacrarium. 50
Ops. 14,18,51
Ops terra & mater. 16
Orcus. 17
Orci templa. 72
Orion, Oriona. 81

P

Palatia Latini vxor. 13
Palatua. 8
Pale. 49
Pan. 26
Pantheris. 25
Parcæ. 57
Paris. 85
Peleus. 157
Dii Penates, non dei. 108
Penates. 35
Deum Penatium ædes. 14
M. Perperna non Perpernus. 101,111,121,147
Phaëthon. 18
Philippi ſtatua. 131
Philolaches. 124
Philomedes, Philomede cum e breui in vocandi caſu. 108, 134
Philoptois. 76
Plautus, Plauti: Plautius, Plautii. 100,101
C. Pœtelius Viſolus Dictator. 90
Pol. 88
Pollux. 14,18
Polluces. 18
Πολυδεύκης. 18
Pomona, pomorum patrona. 80
Numa Pompilius. 38,40,87
Flamines fecit. 80
A Varrone ad Pompilium ſeptingenti anni. 71
C. Popillius. 90
Portumni ædes. 50
Poſtuma prænomen. 126
Poſtumus. 126
Diui Potes. 14
Priamus. 93
Priamides. 96
Prima prænomen. 126
Principes dei. 14
Progne Attica. 19
Prometheus. 10
Proſerpina. 17
Protogenes pictor. 114
Publicii AEdiles plebei. 38
Purpurina. 147
Pyrrhi bellum. 79
Pythagoras pictor. 10

Q

Quarta prænomen. 126
T. Quinctius Trogus capitis

accuſatur. 67,68
Quinctus prænomen. 126,153
Quirinus. 18,19
Quirini fanum.13.AEdes. ibid.

R

Rhea Romuli mater. 35
Robigus deus. 49
Romulus. 11,36
Romulus & Remus vbi inuēti. 14
Romuli ædes. 14

S

Salacia Neptuni. 18
Salus dea. 18
Salutis ædes. 13
Sanctus deus. 17
Sangus. 17
Sappho. 134
Saturnus. 14,16,18
Saturni ædes. 11,44
Fanum. 11
Scatinia familia. 109
Secunda prænomen. 126
P. Septimius Quæſtor Varronis. 91
Serapis. 14
M. Sergius Manii filius Quæſtor. 67
Sextus prænomen. 126
Spurina. 147
Streniæ vel Steriniæ ſacellū. 12
Summanus deus. 18

T

Taautes deus. 14
Tarpeia virgo Veſtalis. 10
T. Tatius Rex. 13,36,37,62
Terentius, Terentii. 95
Terentius vir, Terētia femina, Terentium genus. 126
Terentii filius & filia, Terētius & Terentia. 124
Terentii, Terentiis; Terentiæ, Terentiis. 100
Terentius, Terentii. 120
Termen pro termino. 6
Terminus. 6,18
Tertia prænomen. 126
Theon, Theona. 101,121
Thetis. 86
Tiberinus deus. 10,18
Tiberinus rex. 10
Tiberius rex. 10
Tullia Superbi vxor. 39
Ser. Tullius rex. 12,50
Tullius & Antonius Cos. 94
Tutelina dea. 40

V

Vatinius, Vatiniorum. 118
Velinia. 18
Venilia. 18
Venus. 15,53
Venus Cæligena. 15. Cloacina. 19. Libentina. 57. Murtia. 38. Victrix. 15
Veneris ædes. 50
Veneris Murtiæ ſacellum. 38
Venus nata è ſpumis. 16
Veneri tutela ortorum. 50
Veneria corolla. 16
Veſta. 18
Veſtæ ædes. 53
Veturii Cicurini. 87
Vfenas. 111
Victoria. 15
Victoria Cæligena. 15
Victoria cum corona & palma. 16
Virtus dea. 18
Volcanus. 18
Volcania templa. 73
Volturnus deus. 80
Volupiæ ſacellum. 40
Vortumnus. 19,51
Etruriæ deus. 12

SACERDOTVM ET MAGISTRATVVM ET EORVM miniſtrorum nomina.

A

Accenſus vel Adcenſus. 21,82
Accenſus Conſulis. 67
Accenſus acciebat. 67
AEdilis. 20
AEdilis Plebei Publicii. 38
AEditumus. 13,73
AEdituus. 73
AEdituus ab æde & tuẽdo. 106
Agonenſes Salii. 49
Aruales fratres. 21
Augures. 58,64,65,77
Augur Conſuli adeſt. 69
Præit. 69
Augurum verba. 61

C

Camilla. 78
Cælitum Camilla. 78
Caſmillus in nuptiis. 78
Cenſores. 20,48
Cenſor poteſt conuocare populum. 68
Cenſores inter ſe ſortiuntur, vter luſtrum faciat. 67
Cenſorum templum. 66
Claſsicum redemptum de Cẽſoribus. 68
Cenſorium iudicium ad æquum æſtimatur. 63
Cenſura auſpicatur noctu. 66
Conſul. 20,68
Conſules bini. 94
Conſules Iudices appellati. 67
Conſul auguri imperat. 69
Exercitui imperat. 68
Ad Conſulem mittere auſpiciũ petitum. 67
Curatores omniũ tribuum. 66
Curiones. 20,56

D

Decemuirum iudicium. 133
Decuriones. 23
Dialis Flamen. 21
Dialis auſpicatur vindemiã. 49
Dictator. 21,60,68
Magiſter populi Dictator. 21, 60
Dictator & Cõſul poſſunt exercitui imperare. 68

E

Epulo. 65

F

Fanorum ſeruis nomina impoſita ſine ratione. 111
Feciales. 21
Flamines. 21
Flaminum cognomina. 80
Dialis. 21,49
Falacer. 21,80
Floralis. 80
Furinalis. 21,50,80
Martialis. 21,80
Palatualis. 80
Pomonalis. 80
Quirinalis. 80
Volcanalis. 21
Volturnalis. 80
Fratres aruales. 21

H

Haruſpex. 86,88

I

Interrex poteſt conuocare populum. 68
Iudices pro Conſulibus. 67
Lictores mutant veſtem. 78
Luperci. 21,48
Luperci nudi. 54

M

Magiſtri. 21,30
Magiſter equitum. 21
Magiſter populi Dictator. 21,60

Magiſtratus. 20,22,30
Magiſtratus vitio creatus. 53
Magiſtratus mittit equos ludis. 37
Ad Magiſtratus conſpectum. 68
Magiſtratus nomina ſerui publici manumiſsi accipiebant. 111
Martialis Flamen. 21,80,16
P
Palatualis Flamen. 80
Pomonalis Flamen. 80
Pontifices. 21
Pōtifices in ſacrando fana fantur finem. 58
Pontifice præeunte. 60
Prætor. 20,22
Prætor vrbanus. 58
Prætores fantur. 52,53
Prætores fantur verba legitima. 58
Ad Prætorem mittere auſpicium petitum. 67
Prætor pronuntiat ſupremam. 46
Prætor iubet accenſo inclamare horam eſſe tertiam. 67
Prætores ad Cenſores eunt. 67
Q
Quæſtores. 20,65
Quæſtor pro Quæſitore. 67
Quindecemuiri. 87
Quirinalis Flamen. 80
R
Rex ſacrificulus. 53
Rex ferias edicit. 48,52
Rex in regia immolat. 48
Ad Regem conueniebat populus Nonis. 52
S
Sacerdos publicus. 51
Sacerdotes. 21
Sacerdotulæ. 32
Salii. 21
Agonenſes Salii. 49
Salii cantant Mamurium. 57
Serui publici à libertinis orti, Romani nominantur. 111
Serui publici manumiſsi accipiebant magiſtratus nomina. 111
Sodales Titii. 21
T
Tribuni AErarii. 44
Militum. 20,23
Plebei. 20,67,68
Triumuiri capitales. 20
Triumuirûm iudicium. 133
V
Veſtales virgines. 49,51
Volcanalis Flamen. 21
Volturnalis Flamen. 80

ANIMALIVM NOMINA.

A
Agnus. 25
Alites. 19
Amia piſcis. 80
Anas. 20
Anguilla. 19
Animales. 136
Animalia. 19
Animantes. 136
Animalium voces. 89
Animalia in ignem mittere. 50
Aper mas & femina. 103
Apri. 103
Aprinus porcus. 24
Aquatilia. 19
Aquila mas & femina. 94
Aquilæ. 118
Ares pro Aries. 24
Aries. 24.29
Armenta. 24
Aruiga. 24
Aruignus. 24

Aſellus piſcis. 19,140
Aues,auium. 18
Hac aui & aue. 107
Auis, auicula, non auicella. 110

B

Beſtia proſerpens. 17
Bos. 23
Bos,non bus & bouis. 109
Βοῦς. 24
Boum & bouerum greges. 109
Bubus iunctis. 55
Bos ambiegna. 77
Bos mutilus. 119
Bos forda. 49
Bubo. 49

C

Camelus. 25
Camelopardalis. 25
Cancer. 85
Canis. 25
Canis & canes vna. 77
Canes feta. 77
Canis,catulus,catellus. 130
Canis caninam non eſt. 77
Canicula piſcis. 19
Capra. 24,25
Caprea. 25
Κάπρος. 25
Κάπρον καὶ πόρκον. 24
Catulus. 25,130
Cerceris. 20
Cerui. 25.29
Ceruus & cerua. 103
Ceruus,cerue. 153
Columba. 19
Colūbæ mares & feminæ olim. 125
Columbus mas, columba femina. 125
Conchylia. 19
Cornices non loquuntur, ſed fantur. 59
Coruus auis. 59
Coruus,non corua. 124,125
Corui nō loquuntur,ſed fantur. 59
Coruus piſcis. 80
Crocodilus. 20
Cuculus. 19
Cybium. 19

E

Echinus. 19
Elephantorum turres ornatæ. 79
Elephantos. 79
Elephas. 79
Equus. 71
Equus & equa. 125
Equus claudicans. 119
Equi natio. 134
Equorum curſus. 49
Equorum pulli. 135
Equi eadem facie. 134
In equum aſcendere. 36
Equus publicus mille aſſariûm, non aſſariorum. 108

F

Fedus,pro hedus. 24
Ferarum vocabula. 25
Fiber. 20
Ficedulæ. 19
Fircus,pro hircus. 24
Frendix. 89
Fringuilla. 89

G

Galeritus. 19
Gallina. 19
Γέργερα. 19
Gracculi. 19

H

Hædus & hedus. 24
Halcedo. 20,86
Halcyon. 20,86
Ἀλκυών. 86
Halcyonii dies. 86
Hinnulus ex equo & aſina. 118
Hippopotamus. 20
Hircus. 24
Hirundo. 19
Homo & homon. 131
Homunculus. 95
Hominum propria. 12
Hominis medium non eſt vm-

bilicus. 74

I

Ἰταλος. 24
Iumentum. 35
Iuuencus. 24

L

Leo. 25
Iuba leonis. 85
Fremere eſt leonis. 89
Leæna. 25
Lepus. 25
Hic lepus. 7
Lingulaca. 19
Locuſta prius pariet lucam bouem. 79
Loligo. 20
Luca bos. 79
Lupum auribus teneo. 77
Lupus piſcis. 19,80,118,140
Luſcinia, vel luſciola. 19
Lytra. 20

M

Melandria. 19
Mergus. 20
Merula. 19, 156, 157. non merulus. 124
Merula piſcis. 118
Miliariæ. 19
Motacilla. 19
Mulus & mula, ex equa & aſino. 143
Mutua muli. 77
Muræna. 19,118,140
Μύραινα. 19
Muſes, pro mures. 76
Muſtella piſcis. 140

N

Nebulaca. 19
Nocticulus. 25
Noctua. 19

O

Oſtrea. 19
Ouis. 24
Ouis ouis. 130
Ouis, mas. 24
Hac oui & oue. 107
Oues, ouium. 118

P

Panthera. 25,79,124
Pantheris. 25
Pauo. 19
Pectunculi piſces. 19
Pecus. 5,24,25
Pecudes. 24
Pecus ſus. 27
Pecus ouilum. 25
Pecudis caro. 27
Pecus agitur paſtum. 55
Peloris. 55
Piſces adlauant. 137
Piſcium vocabula. 19
Polypus. 20
Porcus. 24
Πόρκος. 24
Porcus aprinus. 24
Porci triginta. 35
Πρόβατον. 24
Pulli equorum. 135
Pullorum pipatus. 89
Pullos facere. 86

Q

Quadrupes. 7
Quadrupes maxima. 79
Querquedula. 20

R

Rana. 20

S

Sciurus vel ſurus. 108
Serpens. 17
Silurus piſcis. 80
Sirenæ, vel ſurenæ piſces. 19
Solea piſcis. 140
Sudis piſcis. 19
Sus pecus. 27
Sus alba. 35
Sues, ſuium non dicitur. 108
Suis tergus. 27

T

Taurus. 24
Taurus & vacca. 35
Teſtudo. 20,29,39
Thynnus. 19,80
Torpedo piſcis. 19
Turdus, non turda. 124

Turdi. 118
Turdus piſcis. 19

V

Vacca. 35
Vermiculus piloſus. 83
Veruex. 25
Vitulus. 24,118
Vlula. 19
Vmbra piſcis. 19
Vngues piſces. 19
Volpes. 25
Volucres. 19
Volucrum analogia. 118
Vpupa. 19
Vræon. 19
Vrſi. 25

ARBORVM, HERBARVM ET FRVCTVVM NOMINA.

A

Abies vocabulum muliebre. 121
Adoreæ falces. 33
Arbores fines conſtitui. 72
Aſparagi. 26
Ἀσπάραγος. 26

B

Betæ pes. 58
Braſsica. 26
Bulbum. 40,10

C

Caprificus. 28
Cicer, non cicera. 103,126,154
Corni abſciſſæ. 37
Cucumeres. 26
Cupreſſus & cupreſsi. 131

E

Elea. 27
Ἕρπυλλον. 26
Eſculus. 37

F

Faba, non fabæ dicitur. 120,160
Faba vehitur. 34
Fagus. 37
Far. 26,33,34
Far molitum. 26
Far & ſal. 26
Ficus, fici, fico. 131
Ficus & fici. 127
Hei & hæ ficei. 131
Ficei ficorum. 131
Has ficos, non ficus. 131
Ficus, ficuum, ficibus, nõ dicitur. 131
Fructuum genera. 117
Fruges. 26.61
Frumentum. 26

G

Glans optima & maxima. 25

H

Hedera coronatæ anus. 49

I

Iuglans. 25
Iunci. 34

K

Κόκκον. 26
Κορίανδρον. 26
Κύμινον. 26

L

Lactuca. 26
Lapathium. 26
Laurea ſilua. 37
Legumina. 61
Lentes. 119
Lilium. 26
Lupinum. 119

M

Μᾶλον. 25
Malna. 26
Malum Punicum. 87
Mala gemina facie ſimilia negamus, ſi ſapore ſunt alio. 134
Μέδις καὶ μέλις. 26
Menta. 26
Milium. 26

Murtetum. 38
Myrtus, 28
N
Nux iuglans. 25
Nucis ſuccus. 25
Nuces purgare. 25
O
Olea. 23,27,61,127
Ocymum. 26
Olus lactuca. 26
Olera. 27
Olerum copia. 36
Orchemora. 27
Orchitis. 27
Ordeum ſatum. 117
P
Palma. 15
Πήγανον. 26
Pinus iuglans. 25
Pirum ex ramo, ramus ex arbore, arbor ex radicibus. 71
Platanus & platani. 138
Poma. 27,30
Pomorum ſuccus. 135
R
Rapa. 27
Raphanus radix. 26
Roſa. 26
S
Serpyllum. 26
Siſer, non ſiſera. 103
Suſimbrium. 26
V
Vimina. 38
Vimineta. 13
Virga è caprifico. 50
Virgultum. 25
Virgulta. 47
Virgulta aſpera. 26
Vitis. 8
Vuæ. 26
Vuas legere. 61

LOCA VRBIS ROMÆ.

A
Accæ ſepulcrum. 51
AEdes Concordiæ. 36,38
Dei Fidii. 13
Eius tectum perforatum. 16
Deum Conſentum. 108
Deum Penatium. 14
Eſculapii. 82
Iouis Capitolini. 10,39
Iunonis Lucinæ. 13
Mineruæ. 50
Quirini. 13
Romuli. 14
Salutis. 13
Saturni. 44,11
Veneris. 50
Veſtæ. 53
AEquimelium. 38
AErarium. 44
Africus vicus. 39
Antiqua vrbs. 12,51
Ara Conſi. 50
Herculis. 58
Iouis Elicii. 69
Lauernæ. 40
Argeorum ſacraria. 11
Argiletum. 38
Armiluſtrum. 37,51
Arx vrbis. 12
In arce ſacra. 52. Templum. 72
In arce canit cornicen. 68
Atrium ſutorium. 49
Auentinus mons. 11
B
Balantium, pro Palatio oppidum. 13
Baſilica Opimia. 38
Boarium forum. 36
Buſta Gallica. 38
C
Calabra curia in Capitolio. 42, 52
Campus Flaminius. 38
Martius. 9,49
In Cāpo centuriata comitia. 68
Capitolium. 10,37,62

Capitolium vetus. 39
Capitolinus cliuus. 53
Carcer. 37
Carceres. 37
Oppidum carceres appellati, 37
Carinæ. 12. Olim Cerionia. 13
Carinarum murus terreus. 12
Ceroliensis. 12
Cippi pomerii. 35
Ciprius vicus. 39
Circus. 39
Circus Flaminius. 38
Maximus. 37
Intimus. 37
In circo ara Consi. 50
Cis Tiberim. 21
Cispius mons. 12.13
Cliuus Capitolinus. 53
Proximus. 12,39
Publicius. 38
Cloacæ in foro. 36
Cloaca maxima. 38
Cœlius mons. 11
Cœliolus mons. 12
Collina tertia regio. 11,12
Collina tribus. 14
Collis Latiaris. 13
Mutialis. 13
Quirinalis. 13
Salutaris. 13
Viminalis. 13
Comitium. 38,46,53
In comitio saltare. 21
Corneta. 36,37
Cosconius vicus. 39
Cupedinis vel Cupidinis forū. 36
Curia. 51,56
Curiæ. 21,38,49
Curia Calabra. 4,52
Hostilia. 38,72
Curiæ veteres. 38

D

Doliola. 38

E

Esculetum. 37
Esquiliæ. 9,12,39
Esquilina secunda regio. 11,12
Esquilina tribus. 14
Esquilinus mons. 13
Esquilinus lucus. 14
Extra vrbem Romam fanum Fortis Fortunæ. 50

F

Fagutal. 37
Fagutalis lucus. 12,13
Fanum Fortis Fortunæ. 50
Quirini. 13
Saturni. 11
Fana montana. 28
Ficus Ruminalis. 14
Figlinæ. 13
Flaminius campus. 38
Circus. 38
Forum. 36
In foro cloacæ. 36
Lacus Curtius. 36
Sub nouis. 59
Forum boarium. 36
Cupedinis, vel Cupidinis. 36
Olitorium. 36
Piscarium. 36

G

Germalum. 13,14
Germalensis. 13
Græcostasis. 38

H

Honoris pila. 13
Hostilia curia. 38,72

I

Ianualis porta. 40
Ianus Geminus. 38
Ad Iunium. 36

L

Lacus Curtius. 36
Larum lucus, & sacellum. 11,12
Latiaris collis. 13
Lauernalis porta. 40
Lauretum vicus. 37
Lautolæ. 38

Lucerum tribus. 20,22,23
Lucus Eſquilinus. 13,7
Fagutalis, 12,13
Iunonis Lucinæ. 12
Larum. 11,12
Mephitis. 12
Petillius, vel Poetilius. 13
Lupercal. 21,48

M

Macellum. 36,37
Martius campus. 9,49
Mephitis lucus. 12
Mineruium. 12
Moerus, pro murus. 13
Moeri, pro muri. 67,68
Montes vrbis ſeptem. 8,10,51
Mons Auentinus. 11
Ciſpius. 12,13
Cœlius. 11
Cœliolus. 12
Eſquilinus. 13
Oppius. 12
Saturnius. 11
Septimius. 13
Tarpeius. 10
Montana fana. 28
Mucionis porta. 40
Ad Murtium. 37
Murus terreus carinarum. 12
Muri poſtici. 11
Muſtellarius vicus. 13
Mutialis collis. 13

N

Næuia porta. 40
Næuia nemora. 40
Naualia. 40
Noua via. 11,51,60
Sub noueis. 59

O

Olitorium forum. 36
Opimia baſilica. 38
Oppidum Roma. 49
Oppidum carceres. 16,37
Oppius mons. 12

P

Pagus ſucuſanus. 12
Palatium. 6,17
Antiquum oppidum Palatium. 54. Antea Balantium. 17
In Palatio Lunæ templum. 17
In Palatio portæ. 40
Palatium quarta regio. 13
Palatina regio. 11
Palatina tribus. 14
Petillius vel Poetilius lucus. 13
Pila Naris, vel Honoris. 13
Piſcarium forum. 36
Pomerium. 35
Pomerii Cippi. 35
Pons Sublicius. 21,80
Portæ intra muros. 40
Porta Ianualis. 40
Porta Iani clauſa & aperta. 40
Porta Lauernalis. 40
Mucionis. 40
Næuia. 40
Pandana, quæ & Saturnia. 11
Rauduſcula. 40
Romanula. 40,51
Poſtici muri. 11
Proximus cliuus. 12,39
Publicius cliuus. 38
Publilius vicus. 39
Puticulæ. 9

Q

Quirinalis collis. 13
Querquetulanum ſacellum. 12

R

Ramnium tribus. 20,22,23
Rauduſcula porta. 40
In Regia Rex immolat. 48
In Regia Opeconſiuæ ſacrariū. 50
Regiones vrbis, Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina. 11
Roma ſeptem montium. 8
Romanula porta. 40,51
Romilia tribus. 14
Romuli tribus Ramnes. 14
Roſtra. 38

De roſtris comitia edicere. 68
Ex roſtris rudere. 89
Ruma. 11
Ruminalis ficus. 14
S
Sacellum Iouis, Iunonis, Mineruæ in Capitolio veteri. 39
Iouis Fagutalis. 37
Larum. 11
Querquetulanum. 12
Sterinæ vel Streniæ. 12
Veneris Murtiæ. 38
Volupiæ. 40
Sacra via. 12,37
Eius caput. 12
Sacrarium Opeconſiuæ. 50
Sacraria Argeorum. 11
Sacriportus. 13
Salutaris collis. 13
Saturnia oppidũ in monte Tarpeio. 11
Saturnia porta, quæ Pandana. 11
Saturnius mons, qui Tarpeius, vel Capitolium. 11
Saxum Tarpeium. 10
Sceleratus vicus. 39
Senaculum. 38
Septimius mons. 13
Septimontium. 51
Sublicius pons. 21,80
Sub nouis. 59
Subura. 12
Suburana, prima regio. 11
Suburana tribus. 14
Sucuſa. 12
Sutorium atrium. 49
T
Tarpeius mons. 10
Tarpeium ſaxum. 10
Templum Dianæ. 11
Lunæ. 17
Tribus vnde. 14
Tribus tres. 20,22,23
Romuli, Tatii & Lucumonis tribus. 14
Ramnenſium vel Ramnium tribus. 20,22,23
Tatienſium vel Tatium tribus. 20,22,23
Lucerum tribus. 20,22,23
Tribus multiplicatæ. 7
Tribus quattuor partes vrbis. 14
Suburana, Eſquilina, Collina, & Palatina tribus. 14
Romilia tribus quinta. 14
Tullianum. 37
Turaculum. 13
Tuſcus vicus. 12
V
Velabrum. 11,51
Maius & minus. 38
Velia. 14
Veliæ. 13,14
Velienſis. 14
Veteres curiæ. 38
Via noua. 11,51,60
Sacra. 12,37
Eius caput. 12
Vicus Africus. 39
Ciprius. 39
Coſconius. 39
Lauretum. 37
Muſtellarius. 13
Publilius. 39
Sceleratus. 39
Tuſcus. 12
Viminalis collis. 13
Vls Tiberim. 21
Vrbs. 35
Vrbis partes. 11. Regiones. ibid.
Tribus. 14
In vrbe Roma pleræque ædes ſacræ templa. 73

POPVLORVM, GENTIVM, LOCORVM, AQVARVM NOMINA.

A
Aborigenes. 13
Acheruſia templa. 72
AEgeum fretum. 75
AEgyptus. 20
AEgyptii dei. 14
AEgyptiorum vocabula ſingulis caſibus. 107
AEmilia baſilica Prænefte. 46
AEoles. 9,25
AEthiops. 121
AEthiops albus, quòd habet candidos dentes. 101
AEtolia terra. 75
Ex Africa obſides. 39
Africanæ beſtiæ. 79
Alacus, vel Alaudus: & Alaca, vel Alauda. 107
Alba. 35,105
Alba longa. 35
Albæ duæ, quarũ ciues Albani & Albenſes. 100
Albanus rex Auentinus. 11
Albanus mons. 52
Albula Tiberis. 10
Alexandria. 25
Allia fluuius. 53
Ambracia. 14
Amiternum. 46
Amiternini. 9
Andrius ab Andro. 111
Antemnæ oppidum. 9
Appulia. 6
Appuli. 21
Appula lana pluris emitur quã Gallicana, quia firmior. 121
Aquæ calidæ. 38,128
Ardea. 35
Ardola. 35
Areopagus. 75
Areopagita. 75
Argiui. 78
Argus. 38
Hoc Argos. 134
Hei Argei. 134
Argi. 80
Argei. 11,80
Argeorum ſacra, ſacraria, & ſacella. 11,12
Aricinus, ab Aricia. 7
Armenia lingua. 25
Aruernus, Aruerna. 111
Aſia. 10
Aſia duplex. 5
Aſiæ flumina, lacus, montes, campi. 118
Aſiaticus, ab Aſia. 105
Aternus amnis. 9
Athenæ. 75
Athenæ trinæ: Athenæi, Atheniẽſes, Athenæpolitæ ciues. 100
Athenæus rhetor, & Athenienſis ciuis ab Athenis. 111
Atticorum verba. 42,48
Atriates Tuſci. 39
B
Barbari Romani & Perſæ Græcis. 107
Bucitatum oppidum. 40
C
Cabyrum delubra. 73
Calydon. 75
Calydonia terra. 75
Calydonius ager. 75
Campanus, nõ Capuanus à Capua. 145
Campana verba. 33
Carthaginiẽſe bellum primum confectum. 40
Caſcinum, vel Caſsinum. 77
Caſcinũ, vel Caſsinũ forum. 77
Cherſoneſice. 34
Chio vinũ alius generis, quàm Leſbo. 128
Cilicia. 5

Corduba. 40
Creta. 104
Cruſtumerina ſeceſsio. 21
Curenſes. 62
Curetes. 13,62
Cutilienſis lacus. 18
Cyzicenus à Cyzico, non Cyzicius. 111

D

Deli nati Apollo & Diana. 74
Delphi vmbilicus terrarum. 74
Delphis in æde foramen vmbilicus. 74

E

Epheſus in Ionia. 97
Epheſius ab Epheſo. 97
Etruria. 78
Etruriæ deus Vortumnus. 12
Etruſcus ritus. 35
Europa. 10
Europæ flumina, lacus, montes, campi. 117

F

Falerii oppidum. 28,40
Faliſcus venter. 28
Fauentinus libertus, à Fauentia. 111
Ficuleates. 50
Fidenates. 50
Fuluia baſilica Præneſte. 46

G

Gabii oppidum. 7
Gabinus ager. 7
Gallus & AEthiops. 101,121
Galli obſederunt Romam. 53
Galli poſſederunt vrbem. 38
Gallorum deceſſus ex vrbe. 50
Gallorum lorica. 29
Gallorũ vocabula pluribus caſibus. 107
Gallicana lana. 120
Græca pleraque aduentitia. 157
Græcorum conuiuia. 31
Græcæ formæ verborum. 157
Græcæ literæ habent ſingulos caſus, quia peregrinæ. 107
Græci barbara nomina cum caſibus dicunt. 107
Græci Latina nomina quinis, non ſenis caſibus dicunt. 107
Græcorum & Latinorum comparatio. 118
Græcanica & Græca. 157
Græcanicé. 134
Græcanici. 157
Græco ritu. 87

H

Heliconiades muſæ. 75
Helleſpontus. 75
Vinum in Hiſpania Baccha. 86

I

Ilium, ab Ilo. 110
Ilius & Ilia, non Ilienus ab Ilio. 105,110
Interamna oppidum. 9
Ion, Ionis. 97
Iones. 36,47
Ionas. 97
Ionia. 5
Epheſus in Ionia. 97

L

Lacedæmonii. 36
Lanuuium. 40
Latini populi. 52
Latini calci. 76
Latinorum dei. 14,78
Latinorum commune templum Dianæ in Auentino. 11
Latinarum litterarum vocabula non declinantur. 123
Latinis eſt proprius ſextus caſus. 156
Latium. 6,48,50,78
In Latio. 126
In cetero Latio. 40
Latii verba. 6
Latii oppida. 35
Lauinium. 35
Laurentes. 37
Lemnia. 73
Leſbo vinum. 128
Libethrides muſæ. 75
Libya. 79
Libycus elephas. 79. Non Li-

byaticus. 105
Lucani. 6,28
In Lucanis. 79
Lucani boues. 79
Vrſi. ibid.
Lucana lingua. 25
Luceres. 14
Lydus. 87
M
In Macedonia Olympus. 75
Megaleſion. 49
N
Nar. 13
Neapolis. 21,59
Nolani,à Nola. 105
O
Olympus in Macedonia. 75
Olympiades muſæ. 75
P
Palantei. 13
Palatini Aborigenes. 13
Palatini paſtores. 14
Parma. 105
Permenſes,non Parmani. 105
Pelium nemus. 78
Pergamenus, à Pergamo, non Pergamus & Pergama. 105
Phœnicii dei. 14
Pimpliades muſæ. 75
Pipleides muſæ. 75
Pœni. 28
Pœnicum. 28
Pœnicorum vocabula ſingulis caſibus. 107
Præneſte. 46
AEmilia & Fuluia baſilica Præneſte. 46
Præneſtinus. 7
Propontidis fauces. 75
Puteoli oppidum. 9
Puteolis aquæ calidæ. 128
Q
Quirites. 62
Populus Romanus Quiritum. 66
R
Ramnes. 14
Reate. 46,111
Reatinus ager. 13
Libertus. 111
Renogalli. 41
Rhodius,à Rhodo. 111
Roma, Parma, Alba, gemina vocabula. 105
Roma nomen eſt. 145
Roma. 7,35
Roma,à Romulo. 96,111,119, 123
Romanus,à Roma. 96
Roma recuperata. 38
Romanus ager. 7,14
Romanorum liberti non dicebantur Romani. 111
Populus Romanus Quiritiũ. 66
Romanæ ſtirpis. 35
Romani nominantur ſerui publici à libertinis orti. 111
Q
Quirites. 18
S
Sabini. 6
Sabinus rex. 11
Sabini ciues additi. 39
Sabinorum vaſa. 31
Sabinæ raptæ. 50
Sabina fana. 59
Sabinum bellum. 36
Sabinè Ciprum bonum. 39
Sabina lingua. 17,18,24
Sabinorum verba. 18,27,46,52, 76,80,85
Samnites à Sabinis orti. 77
Samnites gladiatores. 35
Samothrace. 14,78
Samothracum initia. 14
Samothraces dei. 14
Saturnia oppidum. 11
Saturnia terra. 11
Sicilia. 86
Siculi Roma orti. 25
Siculorum lingua. 25
Siculorum verba. 30,42,43
Syracuſæ. 37
Syria. 5

Syriacum nomen. 20
Syrorum verba. 119
T
Tarentini. 51
Tarentina Europa. 10
Accæ Tarentinæ. 51
Tartarus. 78
Tartarino corpore. 78
Taties & Tatienſes. 13
Theſpiades muſæ. 75
Thracum peltæ. 79
Tiberis amnis. 9,10,80
Secundum Tiberim. 36,50
Tiberinus portus. 50
Tiburs, à Tibure. 114,119
Tigris. 25. Sagittam ſignificat. ibid.
Troianus equus Argiuorum. 78
Tuſcia. 6
Tuſcanicum. 39
Tuſcorum cauum ædium. 39
Atriates Tuſci. 39
In Tuſcis aquæ calidæ. 128
Tuſcæ tragœdiæ. 14
Tuſca vocabula. 14
Tuſcorum verba. 52,78
Tuſculani. 49
Tuſculanus ager. 75
Tuſculana ſacra. 49
V
Veientum rex Dehebris. 10
Velinus lacus. 18
Volturnus fluuius. 10
Volturnum colonia. 10
Oppidum. ibid.
Vrbinas. 111

DIERVM, LVDORVM, ET SACRORVM NOMINA.

A
Accalia. 51
Agonales dies. 48
Agonia. 49
Allienſis dies. 53
Angeronalia. 51
Annales dies. 52
Annales feriæ. 52
Apollinares ludi. 50
Aprilis. 53
Armiluſtrium. 51
Atri dies. 52
C
Caprotinæ Nonæ. 50
Carmentalia. 48
Cerialia. 49
Circenſes ludi. 37
Comitiales dies. 52
Compitalia. 52,53
Conceptiuæ feriæ. 52
Conceptiuus dies. 52
Conſualia. 50
D
December. 54
E
Eidus. 52
Equiria. 49
Ἔνη καὶ νέα. 48
F
Faſti dies. 21,52,58
Februarius, duodecimus mēſis. 49, 54
Feralia. 48
Fontinalia. 51
Fordicidia. 49
Fornacalia. 49
Furinalia. 50
Furinales feriæ. 21
I
Ianuarius. 54
Interciſi dies. 53
K
Kalendæ. 52
L
Latinæ feriæ. 52,53
Laurentalia. 51
Laurentinæ feriæ. 51
Liberalia. 49,100

Lupercalia. 21,48
Luſtri ambitus. 37

M

Martius, primus menſis. 53
Matralia. 27
Meditrinalia. 51
Megaleſia. 49
Μηνῶες. 48
Μηνηκοῖα. 48
Montanorum feriæ. 51

N

Nefaſti dies. 53,58
Neptunalia. 50
Nonæ. 52
Nonæ quītanæ & ſeptimanæ. 52
Nonis Februariis feriæ edicuntur. 48

O

Opalia. 51
Opeconſiua dies. 50

P

Paganalia. 51
Paganicæ feriæ. 52
Palilia, vel Parilia. 33,49
Populifugia. 50
Portumnalia. 50

Q

Quando rex comitiauit, fas. 53
Quando ſtercus delatum, fas. 53
Quinquatrus maiores. 50
Minores. 50
Quinquatrus. 49
Quintilis. 54
Quirinalia. 48

R

Robigalia. 49

S

Saturnalia. 16,51
Sementinæ feriæ. 52
Septimatrus. 49
Sexatrus. 49

T

Taurici ludi. 38
Terminalia. 48
Tubiluſtrum. 49

V

Veſtalia. 49
Vinalia. 49
Kalare vinalia. 49
Vinalia ruſtica. 50
Volcanalia. 50
Vortumnalia. 51

GRÆCORVM VERBORVM INDEX.

A

Ἀγρός. 7
Αἶγες. 75
Αἰθήρ. æther. 5,15
Αἴθεσθαι. 47
Αἰών. 48
Ἄλσεα. 8
Ἄλφα. alpha, alphatos, non dicitur. 107
Ἄμαξα. 84
Ἀμέλγειν. 69
Ἀμφίβια. amphibia. 20
Ἀμφίμαλλος. amphimallon. 41
Ἀναλογία. 97. Analogia. ibid. 150. AEqualitas. 112. Ratio ſimilitudinum. 113
Analogia eſt ratio quæ à ſimilitudine oritur. 141
Analogiæ diffinitio. 158
Analogia perfecta. 157
Analogia ex cōſuetudine nata. 112
Analogiæ fundamentum eſt natura. 126
Similitudo. 158
Analogiæ duo genera; naturale, & voluntarium. 119
Analogiæ fundamēta aut à voluntate hominū, aut à natura verborū, aut re vtraque. 153
Analogia & anomalia ſequēda: illa, in naturali, hæc, in volūtaria declinatione. 97
Analogia pollicetur ex duobus

ſimilibus ſimiliter declinatis ſimilia fore. 118,123
Analogiam ſequi debemus vniuerſi: ſinguli autem, ſi cõſuetudo patiatur. 140
Analogia & anomalia in omnibus mundi partibus. 140
Analogia in rebus, in vocibus, in vtroque. 156,158
Contra analogiam, & ſimilitudinem argumenta. 12
Ἀνάλογον. analogon. 99,150. Proportio.140.Ratio & proportio. 150
Si λόγον ſuſtuleris, & analogon; ſi id, analogiam. 150
Analogia ab analogo. 150
Analogon quid ſit. 150
Ἀναλογικῶς. 100,104
Ἀντίθημον. 43
Ἀνδρὶ μάχεται. 85
Ἀνωμαλία. 97. Anomalia.140, 141. Inæqualitas. 112
Ἀνταρκτικός. 117
Ἁρμονικός.harmonicus. 156
Ἀρραβών. 42
Ἄσβεστον. 32

B

Βῆρ. 47

Γ

Γερουσία. 32
Γέῤῥα.gerrha. 82
Γὼ ἐσθαι. 66
Γεωμέτρης.geometra. 151
Γίγνομαι. 69
Γλῶσσαι.gloſſæ. 72
Γλώσσημα.gloſſema. 78,90
Γραμματική.grammatica antiqua. 3
Γραμματικός.grammaticus.151

Δ

Δεπέσκα. 31
Διαβάθρα.diabathra in pedib⁹. 81
Διέπτερος. 81. Διχάζω. 60
Δόμα. 42. Δομᾶν. 69
Δόσις. 42
Δραχμή.drachma. 133
Δύπλον ἔντερον. 28
Δῶρον. 42
Δωτίνη. 42

E

Ἐ ψιλόν. E breue. 108
Ἔδω. 66
Ἐκβολή. 90
Ἔντερον τυφλὸν, vel δύπλον. 28
Ἐξωτερικόν.exotericum. 88
Ἐπίκροκος.epicrocus. 81
Ἐπίτυρον.epityrum. 86
Ἐπίχυσις.epichyſis. 31
Ἐρύθν. 69
Ἑσπέρα. 47. Ἕσπερος. 46
Ἔτυμον.etymon. 85
Ἔτυμα.70. Etyma. 57,85
Ἐτυμολογία. 1
Ἐτυμολογική. 1. Etymologice. 71,91
Etymologiæ forma. 91

H

Ἦτα. E longum. 108
Ἥρως.heros. 71

Θ

Θέατρον.theatrum ſurdum. 125
Theatrales. 89
Θησαυρός.theſauri deorum. 44
Θιγανεῖν. 69
Θρίαμβος.triumphus. 62
Θρύλλος. 27

I

Ἱστορία.hiſtoria. 93
Ἰχθύν. 74

K

Καλεῖν.kalare. 52
Κάνεον. 30
Κάπιον. 30
Κιθάρα.citharæ ſeptẽ chordæ. 152
Κλέπτειν. 88. Κέρδος. 22
Κρέας. 65
Κύαθος.cyathus. 31
Κύλιξ. 30
Κυλίβαθον.cylibathum. 30
Κῶμος. 87
Κωμῳδία. comœdia. 87

A

Λαμπάδες.lampades accēdere. 85

Λατομία.latomia. 37

Λάτρον. 81. Λέκτρον. 41

Λήθη. 79

Λείχεσθαι. 69

Λόγος.150,151. Ratio. 140

M

Μάγνος. 30

Μακέλλοι.36. Μακελλώται. 36

Μελάχη. 26

Μαλακίζειν.malaxare. 69

Μάπαι καὶ μάπαι.matæ. 28

Μέσα.29. Μλών. 48

Μίτρα.mitra. 32

Μοῖτον. 43

Μῦ. 89

Μυστήρια.myſteria. 75

Myſteria priſtina. 73

Μυστικός.myſtica vada. 75

N

Νέος. 59

Νομαί. 8

Νύμφη.nympha. 17,86

Νυμφόληπτος. 86

Νύξ. 46

O

Ὀμφαλός. 75

Ὁμωνυμία. 133

Ὀπισθόδομον. 39

Π

Πανδοῦρα.pandura. 106

Πανθήρ.panther rete. 25

Παραπληκεία. 33

Παροιμία. 77

Περιπετάσματα. peripetaſmata. 41

Περιστρώματα.periſtromata. 41

Περίστυλον. 98

Ποιήματα.poemata. 70

Poemateis. 70,78

Ποιητική. poetice. 70

Πόλος. polus. 73,117. Polus brumalis. 117

Πόπω. 9

Ποταμός. 9

Ποτίζειν. 69

Πότος. 30

Πότω. 66

Πρό.ante. 59

Πρόδομον. 39

Προειδεῖν. 69

Προσκήνιον.proſcenium. 59

Πύθιος. 9

P

Ῥύγχος. 69

Σ

Σημαινόμενα. 1

Σκιά. 88

Σκαλεύειν. 69

Σταμνὸν vel στεγνόν. 9

Στέγαστρον. 41 Στιβεῖν. 44

Στορεννύειν. 69

Στραγγαλίζειν. 69

Συγκεραστόν.ſynceraſton. 82

Συλλαβή. ſyllaba nō declinatur. 123

Συνήθεια. 97

Συνωνυμία. 134

T

Τάπινα. 55

Τέρμα. 6

Τετράχορδα. tetrachorda. 152

Τραγῳδός.tragœdus. 55

Τρίγωνα.trigona terna. 84

Τρισύλλαβον.triſyllabum. 134

Τρυβλίον. 29,30

Τρύφον. 27

Φ

Φακίλλαι.phancillæ. 34

Φέρειν. 59

Φέρτρον καὶ φέρετρον. 41

Φρατρεία. fratria. 21

Φρέαρ. 66

Φυσικοί.phyſici. 17,154

Φῶς ἀγαθόν. 46

X

Χάος.chaos. 5,6

Χλαμύς.chlamys. 3,33

Χορδή.chorda. 152

Χορός.chorus. 60

Ψ

Ψαλτήριον. pſalterium. 106

LATINORVM VERBORVM AC SENTENTIARVM INDEX.

A

Hoc A,huius A. 123
A,& B,non inclinatur. 120
Abacus argento ornatur,vt alia paria ſint,alia diſparia. 122
Abagio. 77
Ab artifice. 160
Ab eadem ratione. 128
Abeo. 63
Abeſt mille paſſus. 65
Ab hoc. 56
Abiecta gleba. 6
Abiegna trabes. 78
Abigere. 87
Abire ab ſe. 57
Ab luctu. 83
Abluo,abluam. 100
Aboriuntur. 17
Abnegare. 53
Abradere. 33
Abſceſsit. 55
Abſcindere. 22
Abſoluere. 140
Abſtruſus. 138
Acceſsit. 51
Accipere. 88
Accommodare verba. 120
Accuſandi caſus. 107
Accuſare capitis. 67
Acetum,aceta non dicitur. 127
Acierum ordo. 22
Acti menſes. 16
Actio. 4,55
Actiones tres: cogitare,dicere, facere. 56
Actioſa. 83
Actores. 43,147
Actor pronuntiat. 59. agit fabulam. 64
Actus. 7,133
Actus primus ab vno ad nōgenta : ſecundus à mille ad nongenta millia. 133
Actus tertius & quartus. 133
Actutum. 83
Acutiſsimé. 151
Adæquale cubiculum. 98
Adagio. 77
Ad arbitrium. 82
Adcidiſſet. 78
Ad dextram. 75
Addico,verbum prætoris. 53
Addicere iudicium. 60
Addictus. 60
Adducere pelliculam. 86
Adeſſe iubere. 68
Ad extremum. 68
Adfari templa. 58
Adfatus fines. 58
Ad hoc reſpondeo. 130
Adire. 39
Aditus. 39
Adiumento eſſe. 22
Adiunctus,a,um. 45
Adiungere. 71
Ad latera habere ferrum. 81
Adlauant. 137
Adlecti. 61
Ad legionem. 82
Adlocutum ire. 59
Ad mille. 54
Adminicula. 70
Adminiculandi pars orationis. 102
Adminiſter. 78
Adminiſtra. 78
Adminiſtrare. 64
Adminiſtri. 23
Adoptare adminiſtros. 23
Adpatula. 76
Adquirere. 65
Adradere. 83
Adſcribere inermes. 82
Adſcriptiui. 82
Adſequere. 63
Adſerere manu in liberta-

tem. 61
Adſiduus. 88
Adſignare. 50
Adſignata pecunia. 43
Adſignificare. 54,83,93,131
Adſimilem formam. 99
Adſuetudo. 116
Adſumpta ad vitam. 98,99
Adſumptus,a,um. 148
Adtentare imperium. 21
Adtingere. 68
Adtributa pecunia. 44
Adtributum. 29,44
Adtributus. 50,52
Aduectus. 11
Aduehi ratibus. 11
Aduentare. 87
Aduentitium. 157
Aduerbiũ adminiculandi pars. 102
Adumbratus,a,um. 145,148
Ad vnam formam. 99
Aduocare concionem. 68
Aduortere animum. 87
AEdes. 39
ædes ſacra,nón templum. 73
ædes ſacræ,& priuatæ. 20
AEdificare publicé. 39
AEdificia. 34
AEdificia bina coniuncta in balneo. 34
AEdis ſacra. 60
AEgrè ſiſtit. 83
AEgrotat conſuetudo. 145
AEnea libra. 132
ænea vaſa. 31
AEquabiliter. 27
AEquatus,a,um. 75
AEquata domus publicé. 38
AEqué. 65,98,142
Ab æquinoctiali circulo ad ſolſtitialem, hinc ad ſeptẽtrionalem cælum diuiſum. 117
AEquinoctialis circulus. 117
AEquinoctium. 47,117
AEquor. 74
AEquus,a,um. 47
Aer aureſcit. 86
Aera. 42
Aera,pro Aerem. 16
Aerata ratis. 75
AErariæ,non ærelauinæ. 106
AErarii milites. 44
AEratus,a,um. 40
AErea cornua. 29
AErifodinæ. 3
AEs,pro aſsibus. 132
Mille æris legaſſe. 132
AEs militare. 44
Hoc ab ære, æneáque libra. 132
AEſtas. 15,47
AEſtimatio. 43
AEſtiua in caſtris. 40
AEſtiuum. 47
AEſtiuum cœnaculum. 40
AEſtus. 75
AEſtus creſcunt ſex horis, ſex decreſcunt. 117
AEtas omnis. 48
AEuiternum. 48
Affabile. 58
Agendi tempus. 47
Ager. 7
ager cultus. 7
ager hoſticus. 7
ager incertus. 7
ager inconſitus. 7
Incultus. ibid.
ager peregrinus. 7
ager reſtibilis. 8
Agere. 64
agere augurium. 56
agere cauſſam. 56
agere ex ſponſu. 63
agere geſtum. 55
agere in ſacris. 28
agere lege. 53
in agendo fit aut dicitur. 45
in agendo fieri. 70
agitur pecus paſtum. 55
agit fabulam actor, poeta fa-

cit. 64
Agit geſtum tragœdus. 72
Aggeres. 34
Agitari. 4
Agitatio. 95
Agitatus. 4,55,84
Agitatus mentis. 56
Agnatio rerum. 93
Agnationes. 93
Agnatus pecori. 25
Ago. 55
Agone? 48
Agrarii. 96
Agreſtia loca. 73
Agreſtis. 76
Agricola. 4
Agricultura. 52
Agreis. 58
Agrorum genera. 7
Agroſus. 4
Agumentum. 28
Albatus. 20
Albus,alba,album. 146
Albus,albi,albo. 146
Album , albius , albiſsimum. 109
Alia de cauſſa. 68
Alia vrgent. 96
Alias tum. 44
Alienigenæ. 22
Aliquantum poteſt. 147
Aliquid ſingulare habere. 126
Aliter ac. 137
Aliter atque. 69
Aliter olim,& nunc. 125
Aliud atque aliud. 55
Aliunde. 134
Alius generis. 128
Alligare. 34
Alligare pecuniam. 44
Alligatus ſponſu. 62
Alteri totidem. 98
Altiores. 148
Altiſonus. 6
Altitudo. 123
Altrix terra. 75
Altum. 78
Alueolus. 14
Alumen. 9
Amans,& amaturus, caret tertio,qui amauit. 105
Amare. 85
Amator ab amando. 105
Amatus eram,ſum,ero. 105
Amaturus,amans,amatus. 139
Ambages. 77
Ambagio. 77
Ambe. 77
Ambiegna bos. 77
Ambiguus. 130,137
Ambio. 77
Ambire. 9
Ambitioſus. 77
Ambitus. 6,9,74,77
Ambitus muri. 35
Ambones. 29
Ambulatus ſum non dicitur. 106
Ambuſtum. 77
Amens. 56
Amentia. 89
Amfracta. 74
In amfracto. 74
Amictus. 32
Amictui habere. 32
Amiectum. 32
Amiſſa quærere. 116
Amitans ab amando non dicitur. 106
Amnis. 9
Amor , amabor , amatus ſum. 135
Amouere mentem. 56
Amplius. 134
Ancilia. 79
Ancilibus armati. 51
Anciſus. 79
Angendo. 36
Angiportum. 35,55
Anguli laborant. 9
Angulus. 55
Anima. 15,25

INDEX.

Anima diuiſa in octo partes, quinque ſenſus, & cogitandi, progenerandi, ac voces mittendi. 118
Anima & corpus. 15
Anima flatur. 47
Animaduerſus, a, um. 148
Animo efferre. 59
Annulus. 47
Annuli loricæ. 29
Annus. 47
A nominibus. 105
An ſatus. 30
Antica ad meridiem. 73
Antiqua verba. 3, 32
Antiqui inſtituerunt. 53
Antiqui noſtri. 59
Antiquum oppidum. 40
Antiquus ſeſtertius. 49
Anus, anicula, anicella. 129
A parte. 34, 38
A parte tota. 75
A parte totum. 84
Aperdite. 80
Aperta. 89
Apertus. 77
Apexabo. 28
Apex eminet in capite. 28
Apparet vox. 56
Appellãdi partes quatuor: prouocabula, vocabula, nomina, pronomina. 102
Appellandi partes ſingulæ triplices ſunt, quo ad ſexum, multitudinem, caſum. 103
Apponere. 135
A principio. 24
Aptè cibum curare. 79
Aqua. 30
Aqua & ignis. 15
Aqua feruens. 26
Aqua hiberna. 14
Aqua viua. 30
Aqua lymphata. 86
Aquam concipere. 29
Aquam haurire. 30
Aqualis. 30
Aquæ fiſtula. 31
Aquarium vas. 30
Aquilo. 117
Ara pura. 8
Ara deum. 8
Circum aras mittere. 67
Arationes. 8
Aratrum. 33
Aratri dens. 33
Aratro circumagere ſulcum. 35
Aratro circumducta. 35
Arbitrium. 82
Arboreæ falces. 33
Arca. 32, 34
Arca, arcula. 159
Arca nummorum. 44
Arcera. 34
Arcere. 37
Arcere hoſtes. 29
Ardor. 8, 15
Area. 8
Area pes magnus. 24
Areas differere. 61
Are facere. 8
Areſcere. 9
Argenta non dicitur. 127
Argentarii tabernas occludant. 68
Argenteus. 127
Ex argento. 127
Argentifex non dicitur. 106
Argentifodinæ. 106
Argento abacus ornatur. 122
Argilla. 38
Argutus. 83
Ariſta in ſpica horret. 56
Aritudo. 15
Arma. 29
Armamentarium. 32
Armamentum. 32
Armarium. 32
Armati ancilibus. 51
Armati priuati qui. 66
Arrabo pecunia. 42

Ars. 23,93
Artatio. 2
Articulatim. 159
Articuli. 103,107,145
Articuli finiti, vt hic, hæc: infiniti, vt quis, quæ. 148
Articuli ſuut prouocabula, & pronomina. 102
Articulorum ſimilitudines. 148
Articulorum duæ partes: finita, & infinita. 145
Ab artifice. 160
Artifices. 23
Artifices egregii. 114
Aruum. 8,22
Arx. 37
As. 41
As, & Aſſes. 132,160
As libræ pondus. 41,44
As ad ſemiſſem, vt libella ad ſembellam. 150
As ſimplex. 132
Aſſem tenentes. 132
Ab aſſe ad cẽtuſsis numerus æs adſignificat. 131
Aſsis dimidium. 42
Aſsibus ſtipata cælla. 44
Aſena. 76
Aſpicio. 65
Aſſa. 27,30
Aſſarius. 108
Aſſeres. 34,75
Aſsipondium. 41
Aſſudeſcere. 27
Aſſus, a, um. 27
Aſtra. 117
Aſtrorum motus. 117
Aſtutius. 144
Atabat pro aſtabat. 78
Atauus. 71
Atqui. 107
Atratus ab atro. 96
Atreſsis vſque ad centuſsis numeri eiuſmodi. 132
Atrienſis, non atrituus. 106
Atrium. 39,98
Atrum corpus. 25
Attingere. 102
Auaritia vna. 12
Auceps ab auibus capiendis. 107
Auctor. 45,90
Auctor verbi. 61
Auctus, us. 22
Aucupari ſcientiam. 3
Audio. 66
Audientes dicto. 21
Auditis parere. 66
Auditor pro lectore. 45
Auditus. 125
Aue ſiniſtra comitia. 88
Auem ſpecere eſt augurum. 65
A verbis. 88
Auere. 66
Auerruncare. 89
Auerſum. 24
Auertere periculum. 89
Auguria. 21
Augurii aut auſpicii locus, templum. 72
Augurii tempus ſupremum. 8
Augurium agere. 56
Auiarium ab aue, non auile. 104
Auidé. 66
Auiditas. 66
Auram exhalare. 9
Aures auent auidé. 66
Aureſcit aer. 86
Aureus ignis ſolis. 86
Aurifex. 106
Aurora. 86
Aurora humida. 9
Auſcaripeda. 83
Auſculto. 66
Auſpicato die. 35
Auſpicatur cenſura noctu. 66
Dialis flamen auſpicatur vindemiam. 49
Auſpicia cæleſtia. 58
Auſpicia vrbana. 35
Auſpicia ferri. 7. Finiri. 35

Auſpicia. 65
Auſpicia ſingularia. 7
Auſpicia ſiniſtra. 87
Auſpicio orādo ſede in templo auſpicii. 67
Auſpiciorum fines augures effantur. 58
Auſpiciorum templum. 71
Auſpicium facere ore. 64
Auſpicium petitum mittere ad prætorem aut ad conſulem. 67
Auſter. 117
Autumnus. 47
Auxilium. 22
Axis. 84

B

B non inclinatur. 120
Bacilla. 29
Balineæ publicæ, non balinea. 128
Balineum. 31
Balineum nouum, & Græcum primum. 128
Balneator à balneis. 104
In balneo bina coniuncta ædificia, vbi viri, & vbi mulieres lauarentur. 128
Balneum, non balnea. 103
Balteum. 29
Barbari docendi, quemadmodum oporteat dicere verba. 115
Barbatus. 30
Beatus. 23
Bellum. 81
Bellum concipere. 22
Bellum indicere. 60
Bellum poculum. 99
Bene potus. 85
Bes. 42
Bibere. 66
Bibere calidum. 31
Biceps. 156
Bicepſos. 13
Bicesſis. 41
Bifariam. 154
Biga. 156. Non dicitur. 159
Bigæ. 127
Bigæ, non duigæ. 104
Bigæ. 146. Non biga. ibid.
Bigæ duæ non dicitur. 146
Bigæ vnæ, duæ, tres, non dicitur, ſed vnæ, binæ, trinæ. 157
Bini, non duini. 104
Bipartita diuiſio. 5
Biſſellium. 31
Bis terni. 97
Biſyllabum. 134
Biuium. 151
Boni conſulendum. 71
Bonum magnum. 57
Bonum, melius, optimum. 109
Bonum, bonius, boniſsimum, nō dicitur. 109
Bouantes. 89
Breui. 139
Breuiores. 148
Breuiter. 92
Bruma. 47, 117
Brumalis polus. 117
Bubile à boue, non bouile. 104
Bubilia, non bouilia, à boue. 123
Bubulcus. 33
Bubulci. 84
Bubulum cornu. 29
Buccinator. 64
Bullatum cingulum. 29
Bura. 31, 33

C

C in G. 29
Cacabum. 31
Cacula. 157
Cacumen. 29
Cadauera proiecta. 9
Caduca. 61
Cadus: cadiculus, cadicellus nō dicitur. 129
Cæcum cubiculum. 125
Cæcus, cæca, cæcum. 125
Cælare. 5
Cæleſtia auſpicia. 58
Cæli analogiæ. 117

Cæli caua. 5
Cæli clypeus. 5,84
Cæli templa. 71,72
Cælla. 40
Cælla ædis ſacræ. 39
Cælla dei. 59
Cælla penaria. 40
Cælla ſtipata aſsibus. 44
Ab hoc cælo. 156
Cælum. 5,10
Cælum cauum. 5
Cælum & Terra dei. 14,15
Cælum principium. 16
Cælum vnde. 5
Cæli diſcrimen naturale. 48
Cænacula. 40
Cæli fornices. 50
Cænaculum. 40
Cænitare. 40
Cærula cæli templa. 71
Cæruleum fretum. 80
Cærulo ſeptum. 72
Cæſius, cæſiſsimus, caret medio comparandi. 109
Cæſa & porrecta exta. 49, 53
Ruta cæſa. 117
Calamiſtri. 32
Calatio. 40
Calcare. 41
Calcei. 104
Calcei muliebres & viriles. 121
Calceos habemus, & ſi in maiore parte corporis non habeamus. 122
Caldum, caldius, caldiſsimum non dicitur. 109
Caldus, a, um. 27,31,159
Calefactus. 32
Calidum bibere. 31
Calix. 31
Calor è cælo. 15
Caltula. 32
Calumnians. 45
Camena. 63
Campus. 7
Candacus. 90
Candela. 30
Candelabrum. 30
Candens ſignum. 73
Candidatus. 18
Candidiſsimus, candidiſsima. 110
Candidum, candidius, candidiſſimum. 96
Canere. 25,63,68
Canere claſsicum. 68
Hoſticum. 68
Canere cornu. 23
Canere ſigna. 77
Caniſtra. 30
Canoræ nuptiæ. 76
Cantare. 63
Cantatio. 63
Cantator à cantando non dicitur. 105
Cante pro canite. 76
Cantitans à cantando. 106
Cantitantes. 106
Cantitare. 63
Cantus. 63
Cape. 87
Cape, capito. 149
Caperata fronte. 90
Capida. 106
Capides. 30
Capillus. 32
Capillum explicare. 32
Capillorum fines diſcreti. 65
Capital. 32
Capitis accuſare. 67
Capitium. 32
Capitulum. 95,110
Caprotinæ nonæ. 66
Captare. 2
Capulæ. 30
Caput par non habet in declinando. 124,160
Caput, quod quiſque pertenderit. 134
Caput, capitulum: non capitellum. 110
Caput edicti. 68

Carere lanam. 81
Carmenæ. 76
Carmina. 76
Carminari laſta dicitur. 82
Caro. 104
Caro inſecta. 28
Carnem petere ex ſacris. 52
Carpentum mittere. 39
Cartibulum. 31
Caſcæ res. 76
Caſcus,a,um. 76,158
Caſeus. 56
Caſeus,farina,aqua in circulis. 27
Caſeus primum paſtorum pulmentarium. 27
De caſibus. 106
Caſmenæ. 76
Caſnar. 77
Caſſabundus. 81
Caſtelli. 36
In caſtris hiberna, & æſtiua. 40
In caſtris lectica. 41
Caſtrorum menſa. 29,30
Intra caſtra præſidium. 22
Caſuale. 18
Caſualis diuiditur in nominatiuum finitum, & infinitum. 146
Caſus. 54,146
Caſus cur declinati. 96
Caſus quinque. 96,123
Caſus,tempora,neutrum verba ſignificant. 95
Caſus quini. 148
Caſus rectus,obliquus,communis. 103
Cata dicta. 80
Cata ſigna. 80
Catinum. 30
Caua cæli. 5
Caua cortina. 80
Cauatio. 5,31
Cauea. 6
Cauere. 63
Cauere cautione. 5
Cauile. 5
Caulis. 26
Cauſſam agere. 56
Cauſſam orare. 79
Cauſſæ non omnium verborum poſſunt dici. 71
Cautione cauere. 6
Cauum. 6,33
Cauum ædium. 39
Cauum cælum. 5. Manubrium. 29
Cedit pro incedit. 85
Cenſeant patres. 68
Cenſio. 20
Cenſus. 39,44
Centenaria formula. 152
Centenarius. 22,133
Centuria. 7
Centuriæ. 22
Centuriata comitia. 67,68
Centuriatus exercitus. 68
Centurio. 22
Centuſsis. 41,132
Ceraſtibola. 83
Cerei mittuntur. 16
Cernit heres. 88
Cerno. 65
Certa verba. 58
Certus locus. 53
Ceruı in re militari. 29
Ceruices. 95,159
Ceruix Hortenſius dixit. 95,159
Ceſsit,receſsit,acceſsit,abſceſſit,inceſsit,exceſsit,ſucceſsit, deceſsit, conceſsit,præceſsit. 55
Chorda media. 154
Cibaria. 16
Cibaria duplicia. 23
Cibilla. 29
Cibum aptè curare. 79
Cibus. 99
Cibus coctus. 79
Cibus priſtinus. 115
Cicum. 87
Cicur. 87
Cicurare. 87

Ciendo. 86
Ciere. 67
Cinctum gregibus oppidum. 54
Cinctus. 28
Cinerarius. 32
Cingulum. 28
Cingulum bullatum. 29
Circi. 47
Circiter. 54,84
Circites. 47
Circuitus. 27
Circuli. 27
Circulus æquinoctialis. 117
Solſtitialis, ſeptentrionalis. 117
Circumagere. 35
Circum aras mittere. 67
Circumducta aratro. 35
Circumiectum. 32
Circum ire. 96
Circum latera regis. 81
Circum metas. 38
Circum muros ire. 68
Circumſeptum templum. 73
Circumtextum. 32
Quam circum. 77
Ciſta, ciſtula, ciſtella. 109,130
Ciſtula à ciſta. 104
Citharicen à cithara non dicitur. 106
Ciuilia vocabula. 48
Ciuis & ciuitas. 150
Ciuitas. 111
Ciuitate donati. 62
Ciuitatium & ciuitatum. 107
Clades. 29
Clamare. 62
Clamitare. 62
Claſſes. 23
Claſsici. 23
Claſsicum canere. 68
Claſsicum redemptum de cenſoribus. 68
Claudicare. 100
Claui lati, atque anguſti tunicæ. 131
Clauſtra. 75
Clepere. 88
Clepſere. 88
Cluet ignes. 73
Clupeat brachium. 2
Clypeus cæli. 5,84
Clypei inaurati. 79
Coactio. 56
Coactum lac. 56
Coaleſcere. 7
Coclites. 84
Cocti in oleo. 27
Coctum libum. 27
Coctus cibus. 79
Cocus fumificus. 78
Coemiſſe. 76
Coercere. 37
Cogere. 56
Cogere in publicum. 24
Cogitandi pars animæ. 118
Cogitare. 56
Cogitatio eſt actio. 56
Cognatio rerum. 92
Cognatio tanta. 150
Cognatio verborum. 45
Cognationes. 93
Cognomina. 129
Cognominatus. 8
Cohors. 22
Coiſſe locum. 36
Colendi fructus cauſſa. 33
Collatio verborum. 110
Collecta. 61
Collega. 66
Collegæ. 61
Collegæ rei vocantur. 61
Colles. 8
Colligare capillum. 32
Colloquium. 59
Colo colui. 138
Colo colis. 138
Coloni. 6
Coloniæ. 35
Columella. 31
Comæ. 76
Come. 87
Comicus. 15

Comiſ-

Comiſſatio. 87
Comitatus pro comitiis. 23
Comiter. 87
Comitia centuriata. 67,68
Curiata comitia. 38
Comitia dicta aue ſiniſtra. 87, 88
Ad comitia vocatur populus. 68
Comitia edicere de roſtris. 68
Comitiis cornu canere. 23
Comitiis cùm recitatur. 79
Comitiare. 53
Commeatum petere. 67
Commentum. 56
Comminiſci. 56
Commixta ſtellis ſplendidis. 72
Commodé. 71
Commodiſsimé. 79
Commota mente. 86
Commotus,us. 18
Commouere. 137
Communis caſus. 103
Communitas. 69
Commutabilia. 136
Commutare. 34,124
Commutatá res militaris. 22
Commutationes literarum. 22
In comœdiis. 63
Compar. 127
Compendi. 44
Compendium. 44
Compernis. 114
Competunt viæ. 52
Compita. 52
Compitum. 56
Complexu continere. 5
Compluere. 5
Compluuium. 31,39
Comportare fructus. 34
Compoſita. 58
Compoſita vocabula. 106
Computatio. 60
Concepta myſteria. 73
Concepta verba. 72
Conceptæ feriæ. 53
Conceptus. 17
Conceſsit. 55
Conchæ. 118
Concide. 89
Concidere. 27
Conciliari. 56
Concilium. 56
Concinere. 12
Concinna. 83
Concinnè loqui. 59
Concio. 56
Concionem aduocare. 68
Concipere aquam. 29
Concipere bellum. 21
Concipitur dies. 51
Concipitur templum verbis. 72
Conclauia gemina. 99
Concluſum. 42
Concretione. 71
Concubitus. 128
Concubium. 47,85
Concubuiſſe. 85
Condecoratus. 15
Condere luſtrum. 67
Condere oppida. 35
Conditio. 27
Conditus,a,um. 70
Conditus pro cælato. 39
Conduci mercede. 81
Conferre controuerſias. 36
Confeſſus. 58
Confictitare. 90
Confingere. 3
Confinium. 19
Confiteri. 99
Confluere. 153
Confuſim. 112
Congeneratus,a,um. 150
Congerro. 82
Congruens. 18
Conjecta. 34
Coniunctio. 16
Coniunctus. 146
Coniurare. 50
Conlata forma. 120
Conliſum. 42

Conlocare. 4
Conquirere. 21
Conruere ſpicas. 34
Conſat. 20
Conſectum. 29
Conſequentias caſus ſequi. 134
Conſerere manum. 61
Conſidere. 128
Conſilium. 56
in Conſilium vocati. 67
Conſiſtere pretium. 5
Conſolari. 59
Conſortes. 61
Conſpectus. 68
Conſpectus oculorum. 72
Conſpicare. 72
Conſpicere. 72
Conſpicio. 65,72
Conſpicione. 71
Conſponſus. 62
Conſponſi. 62
Conſtantia in naturalibus. 120
Conſtare. 55
Conſtat ſibi. 129,136
Conſternere. 113
Conſtitui fines arbores. 72
Conſuere. 131
Conſuetudinem qui ſequitur, ſequitur rationem. 114
ſuam Conſuetudinem ſi mala eſt corrigere quiſque debet. 113
ad Conſuetudinem communem corrigere. 114
Conſuetudo declinationum nata ex analogia. 112
Conſuetudo loquẽdi eſt in motu. 115
Conſuetudo communis. 2
Conſuetudo præceptis nõ eget. 100
Conſuetudo priſca. 157
deprauata Conſuetudo non ſequenda, niſi cùm fuerit neceſſe. 116
Conſulere. 59
Conſulere populum,& populo. 20
Contaminatus. 116
Contemplare. 72
Contendit pontem. 75
Conticeſcendo. 85
Conticinium. 47,85
Continere capillum. 32
Continere complexu. 5
Contineri. 141
Continuè. 9
Continuitas. 90
Continuò. 73
Contra. 54
Contra quàm. 58
Contra tueri. 73
Contracta in vnum locum. 36
Contremere. 72
Controuerſia. 87
Controuerſias conferre. 36
Contrudere. 99
Conuallis. 5,6
Conuehere. 7
Conuenire inter ſe partes. 60
Conuenire in vnum locum. 59
Conuentio pro concione. 67
ad Conuentionem vocans. 68
Conuentionem habere. 67
ad Conuentionem vocare. 67
Ire. ibid.
Conuitium. 89
Conuiuii cauſſa. 41
Conuiuium publicum. 30
Conum. 29
Conuocare exercitum. 68
Conuoluti crines. 89
Copia verborum. 92
bonam Copiam iurare. 90
Copiæ. 23
Copioſè loqui. 58
Copioſus. 23
Copis. 23
Copula. 93
Copulæ naturæ,& ſuæ, 113
Multitudinis ac finis. ibid.

Perſonarum. ibid.
Copulæ trinæ. 112
Copulæ diuiſionum quadrinæ. 149
Corbes. 34
Corbulæ. 34
Corium. 86
Corium crudum. 23
Corium cruſta. 27
è Corio balteum. 29
Cornicen ad priuati ianuam, & in arce canit. 68
Cornu bubulum. 29
Cornu canere comitiis. 23
Cornua. 29,76
Cornua ærea. 29
Cornua dentes. 79
Cornuata vmbra. 76
Cornuatas. 79
Cornuta quadrupes. 79
Corollæ. 43
Corollarium. 42,43
Corona. 16
Coronas iacere in fontes. 51
Coronare puteos. 51
Corpus. 4
Corpus atrum. 25
Correptus. 78
Corrigere conſuetudinem. 113
Corrigere ad conſuetudinem communem. 114
Corrigimus errata, non ſine conſuetudine & ratione. 114
Corripere. 83
Corrupta figura. 155
Cortina caua. 80
Cortumio. 72
Cortumione. 72
Cofuali. 76
Couum. 33
Coxendices. 83
Craſſum inteſtinum. 27
Cratis. 82
Creare. 65
Creatio. 46
Credo. 117
Crepare. 62,126
Vt crepat prima ad quartam, ſic quarta ad ſeptimam. 152
Creperæ res. 46,85
Creperum. 46
Crepuſculum. 46,85
Creta pro creata. 74
Cretaria taberna. 104
Cretio. 65
Creui. 88
Crimina. 113
Crimina ſoluere. 113,120
Crines conuoluti ad verticem. 80
Crocotula. 32
Cruda olera. 27
Cruda poma. 27
Crudum. 27
Crudum corium. 29
Crus. 29
Cruſta pultis. 27
Cruſtulum. 27
Crux, crucis, ex c & s. 122
Cubatio. 104
Cubicularis gradus. 99
Cubiculum. 40
Cubiculum à cubatione. 104
Cubiculum adæquale. 98
Cubiculum cæcum. 125
Cubiculum ſurdum nõ dicitur. 125
Cubitum venire. 62
Cudere. 59
Cuiuſmodi. 46
Culcitæ. 41
Culeus. 43
Culina. 29,31
Culmen. 8
Culmi. 8
in Culpa eſſe. 94
Culpandus. 114
Culpo. 149
Cultura. 84
Cultus ager. 7
Cùm inquit. 122
Cummerus. 78

Cum muliere fuiſſe. 65
Cum prima luce. 65
Cupiditas. 36
Cura. 56
Curare. 56
Curare cibum. 79
Curare res diuinas. 38
Humanas. ibid.
Curiata comitia. 38
Curioſus. 56
Currum inſidere. 37
Curſio. 40
Curſito à curſo. 147
Curſor. 4,23
Curſores,à currendo. 95,103
Curſus ſum,non dicitur. 106
Curuor. 26,76
Curuum. 33
Cuſtoditi obſides. 39

D

Damnum. 42
Dandi caſus. 100,146
Dare. 114
Alia de cauſſa. 68
Decemplicatus. 55
Decernere. 65
Deceſsit. 55
Deciens. 133
Declinabilis. 120
Declinare. 41
Declinare in caſus. 91
Declinare verba. 3
Declinari verba ex verbis. 45
Quod quiſque caput pertenderit, ſequi debet eius conſequentias caſusin declinando. 134
Declinat,quemadmodum vult, natura. 154
Quadruplex forma ad quam in declinando accõmodari debent verba. 120
Declinantia verba. 54
Declinata. 58
Declinata natura diuiduntur in partes quatuor:caſus,tẽpora, vtraque neutrum habentes. 145
Declinata verba. 54,93
Declinatæ voces. 93
Declinatio. 92
Declinatio quid ſit. 159
Declinatio à natura verborum. 153
Declinatio nominũ duplex. vt Terentius,Terẽtii: & equus, equito. 95
Declinationis ſimilitudo quid ſit. 159
Declinationes. 112
Declinationes nothæ, priſcæ, minores,recentes. 157,158
Declinationibus. 54
Declinationibus verborũ quatuor res continentur. ſimile & diſsimile,ratio,proportio, conſuetudo. 141
Declinationum conſuetudo ex analogia. 112
Declinationum genera duo:voluntarium,& naturale. 97
Cur, in quo,& quemadmodum ſit declinatum. 92
Declinatus,us. 93,94,123,124
Declinatus verborum voluntarii,& naturales. 119
Declinatus quatuor. 153
Declinatus non omnis vox natura habet. 120
Declinatuum ſpecies quatuor. 149
Declinatuum bini ordines. 154
Declinatus,a,um. 26
Declinatus naturales. 160
Decoquere. 2
Decreſcere. 117
Decuis,ſiue decuſsis. 131
Decuma. 42
Decuriæ. 23
Decuriæ ſex numerorum. 133
Decuriones. 23

Decurrere. 153
Decurſo itinere. 85
Decuſsis. 41
Dedicare fanum. 50
Dedicatur à magiſtratu. 60
Deductus. 12
Definitiones re incognita propter ſummam breuitatem nõ facilè perſpiciuntur. 159
Deformes oribus. 83
Deguſtare. 51
Dehiſſe terram. 36
Dei. 14,16
Deierare pro iurare. 17
Deinceps. 54,136
Deiunctus,a,um. 152
Deiectus. 22
Deligere. 56
Deliquare. 90
Deliquium. 90
De meo. 86
Demere. 49
Deminutio. 42
Deminutus,a,um. 43
Demiſsior. 8
In demonſtrando potiùs ab eo quod apertius eſt, quàm quod prius eſt. 154
Demptio. 2,42
Denarii. 42
Denarii, victoriati, nummi. 133
Sic eſt ad vnũ victoriatum denarius, ſicut ad alterum victoriatum alter denarius. 151
Duo millia denariûm non denarii. 132
Mille denariûm non denariorum. 108
Denarius numerus. 41
Denaſci. 18
Denique. 101
Poſtremo. ibid.
Dens aratri. 33
Denſum. 28
Denſum cicum. 87
Dentalia. 33
Dentes cornua. 79
Dentes regulæ. 33
Dentibus ferire. 28
Dentum & dentes. 117
Deo dare vinum. 30
Deorſum. 39
Deorſum verſus. 132
Deorum liberi. 124
Deorum menſa. 32
Deperire. 15,116
Depeſta. 31
Deponi. 22
Deprauare. 2
Deprauata conſuetudo. 116
Deprauata crura. 114
Deridiculum. 121
Deſectum. 28
Deſignare. 84,110
Deſiſtere. 69
Deſpiciendus. 107,115
Deſpicio. 83
Deſpondere. 62
Deſpondere animum. 63
Deſponſa. 62
Deſponſor. 62
De ſponte exire. 62
Deſpuere non licet. 38
Deterior. 115
Deterius. 115
De tribus vnus. 114
De tribus tertium. 92
Detrimentum. 43
Detritus,us. 43
Deuenire. 47,84
Deunx. 42
Dextans. 42
Dexterior pars. 119
Ad dextram. 75
Dextra & ſiniſtra. 75
Dextra ab occaſu. 72
Dextra templa. 72
Dextra via. 82
Ferto in dextrum. 72
Dibalare. 89
Dicare. 60
Dicẽdi pars orationis verbum. 102

Dicere diſparia. 114
Dicere multam. 45
Dici, aut fieri cum tempore. 45
Dicis cauſſa. 60
Dicis cauſſa facere. 69
Dicis immo. 60
Dico. 60
Dico,dicebam,dixeram. 120
Dico,verbum prætoris. 53
Dicta cata. 101
Dicta ducum. 60
Dictata in ludo. 60
Dictioſus. 60
Dicto audientes. 21
Dictum in mimo. 60
Didiceram, didici, didicero, perfecti ſunt. 135
Diduci. 135
Die auſpicato. 35
Dies. 16,46
Dies concipitur. 52
Dies ex ſole. 17
Dies anni extremus. 48
Diffuſum latiús. 57
Diffuſum lumen. 85
Digitus Harpocratis. 14
Dii manes ſeruiles. 51
Dii meliora. 89
Dilatatus globus. 27
Dilectus. 61
Diligens. 61
Diligens,diligẽtior, vir & mulier. 110
Diligentiùs. 149
Diligentiùs,quàm apertiùs dicta. 159
Dilucere. 61
Dimidia pars. 33
Dimidium aſsis. 42
Diminuere hoſtes. 22
Sub dio. 16
Sub diuo. 39
Diobolares. 82,83
Directæ declinationes. 151
Directi ordines. 146,151
In directo. 74
Dirigere. 146
Diſcedere à mente. 56
Diſcere. 60,135
Diſcernendarum ſimilitudinum cauſſa. 135
Diſcernere. 32,146
Diſcerniculum. 32
cùm Diſceſſum eſt. 99
Diſciplina. 60
Diſciplina originis verborum. 91
Diſcluſus. 11
Diſcrepare. 108
Diſcreti fines capillorum. 65
Diſcretus. 87,103
Diſcrimen. 65
Diſcrimina. 92,125
Diſcrimina vocis. 94
Diſcrimina in rebus, partim ad orationem non attinent, partim pertinent. 156
In ſua diſcrimina declinatio multiplex. 95
Diſcriminare. 125,137
Diſcriminari. 104
Diſertus. 61
Diſpares figuræ. 99
Diſparia & paria. 122
Diſparia iucunda. 99
Diſparia dicere. 114
Diſpariles. 121
Diſpariles formæ. 94
Diſparilis. 107
Diſparilitas. 150
Diſpariliter. 134,153
Diſpendei. 28,124
Diſpendendo. 44
Diſpendium. 15,44
Diſpenſator. 44
Diſperſus. 155
Diſponere. 61
Diſputare. 61
Diſputatio. 60
Diſſenſio. 143
Diſſeptus,a,um. 39
Diſſerendum. 112
Diſſerere in areas. 61

Differere partes. 61
Areas. ibid.
Diſsimile quid ſit. 141
ex duobus conſtat omne ſimile, item Diſsimile. 141
ex duobus vocabulis ſimilibus caſus ſimiliter declinatos ſimiles fieri. 123
Diſsimiles res ſimilibus verbis notantur. 112
Ab iiſdem vocabulis Diſsimilia fiunt, & à diſsimilibus eadẽ. 100
à ſimilibus alia. fiunt ſimilia, alia diſsimilia: item à diſsimilibus. 100
Diſsimiliter. 99,135
Diſsimilitudo. 99
Diſsimilitudo in pluribus. 101
ex Diſsimilitudine plus voluptatis. 99
Diſsimilitudines. 121
Diſſoluere. 20
Diſſoluere tenebras. 64
Diſſoluti nexi. 90
Diſtillare. 27
Diſtortæ perſonæ. 83
Diſtractio. 82
Diſtrahuntur pulmones. 82
Diſtributa auſpicia. 65
Diu minus. 137
Diuerſus,a,um. 45,151
Diuidere. 142
Diues. 23
Diuinas res curare. 38
Diuinitus. 56
Diuiſio prima, alia verba non declinantur, alia declinãtur. 144
Diuiſio ſecunda, quæ declinantur, aut à voluntate, aut à natura. 144
Diuiſio tertia. 145
Dius. 16,46,78
Diuus. 16,23
Do,dico,addico: verba prætorum. 53
Doceo. 60
Docilis. 145
Doctiloqui. 79
Doctrina. 125
Documenta. 60
Dodrans. 42
Dolium. 43
Dolia quaſſa. 34
Dolo,dolaui. 138
Dolo,dolas. 138
Doloſi. 76
Dolus malus. 153
Domare. 69
Domeſticus vſus. 125
Domi ſuæ. 128
Dominari. 99,100
Dominatus,us. 154
Domi natum ac vernaculum. 157
Domus. 39
Domus æquata. 38
Domus, vt ſub tecto tuti ſimus, & voluptas retineatur. 99
Donati ciuitate. 62
Dos pecunia. 42
Duæ bigæ non dicitur, ſed binæ. 146,157
Dubitationem habet. 149
Duce natura. 94
Ducenties. 42
Ducere. 60
Ductor. 60
Duellum. 81
Dulcis,dulcior,dulciſsim⁹. 109
Duo & tres carent ſingulari. 160
Duodenarius numerus. 7
hæc Duo millia denarium, non duo millia denarii. 132
Duplex ricinium. 33
Duplicarii. 23
Duplicata ſcanſio. 41
Duplicia cibaria. 23
Dupondius. 41,132
Dupondius & dupondium. 132
Dupondius, quod duo aſſes pẽdebat. 132

Dupondius & ſemis. 42
Dux. 60
Dux à duces. 155
Dux luna naſcentium. 17
Dux natura. 46,94
Ducum dicta. 94

E

Hoc E,huius E,huic E. 124
Ebur. 99
Eccum. 87
Edere. 66
Edicere comitia. 68
Edicti caput. 68
Ediſcere. 93
Editus,a,um. 37
Edulia. 66
Edulium. 82
Effata. 58
Effectus. 120
Efferre. 92
Efferre animo. 59
Efferri. 39
Efferueſcere. 75
Effutitius. 87
Effutitus. 87
Egomet. 81
Egere præceptis. 100
Egregii artifices. 114
Eheu. 87
Ei pro I. 127
E iure. 27
Eius viri,eius mulieris,eius pabuli. 104
Elata pluma. 19
Eliciendo. 69
Eliquatus. 90
Elixa. 27
Elixum. 27
Eloquens. 59
Eloqui. 59
Eminet apex. 28
Emittere verbum. 53
Emittere vocem ore. 57
Emitur pluris, qui natione eſt melior. 134
Enuntiare. 70
Eo. 51
Epulas ferre ad ſepulchrum, 48
Eques. 71,148
Equidem. 118
Equile. 96,104
Equitare. 71,95,148
Equitatus. 71,89
Equites. 21
Equites ferentarii. 82
Equites triginta in turma. 23
Equus publicus mille aſſariûm, non aſſariorum. 108
Eradere. 33
Errant. 121
Errare. 69
Errata corrigere. 114
Eruenda voluntas. 70
Eruere. 33,41
Eſca. 20
Eſcæ. 66
Eſcaria menſa. 29,30
Eſculentum. 66
Eſo. 76
Eſſe pro edere. 27
Eſſe in culpa. 93
Eſt,ac putant,aliter. 137
Eſt pro intereſt. 23
Eſto. 151
Eſum,es, eſt: eram, eras, erat: ero,eris,erit. 136
Et item. 55
Etiam atque etiam. 84
Etiam fit. 58
Etiam nunc. 54
Et tantum. 116
Euaneſcere. 77
Euax. 87
Euehitur ſtercus. 34
Euerritur ſtercus. 53
Euge. 82
Exaggerare. 34
Ex argento. 127
Exbolas quaſſant. 90
Excalpere terram. 35
Exceſsit. 55
Excidere. 71
Exciſa ſilua. 37

Excitatum verberibus corpus. 82
Excoctum. 27
Excubiæ. 12
Excultus. 12
Exempla mala. 116
Exemplum ſumere. 39
Exercere iudicia. 20
Exercitando. 22
Exercitatus in litteris. 70
Exercitus. 22
Exercitus centuriatus. 68
Exercitum imperare. 67,69
Exercitum vrbanum cōuocare. 68
Exercitu fugato. 53
Exhalare auram. 9
Exigere pecuniam vel multam. 43,44
Exigere pecus. 40
Exili littera. 70
Exilius. 1
Exitium. 15
Exitus. 146,156
Exitum non habere. 35
Ex iure. 27
ex iure manu cōſertum vocare. 61
Ex omni parte. 135
ex omni parte palam. 34
Exorare. 64
Exoriri. 117
Exorto iubare. 84
Expectata aduenis. 78
Expediri. 149
Expendere. 3
Expenſum. 44
Expertes. 116
Expiare. 53
Expirante vapore. 73
Explicare capillum. 32
Explicatus,a,um. 141
Exponere. 149
Expoſitus,a,um. 92
expoſitus puer. 14
Expurgare. 6
Exquirere. 61
Exſpectare. 66
Exſuperare. 57
Ex ſuperiore parte. 36
Exta. 28
inter exta cæſa,& porrecta. 49, 53
exta cum mola. 26
exta in olla, aut in veru coquũtur. 24
Extemplo. 73
Extra caſtra præſidium. 22
Extrema luna. 48
extrema nox. 84
extremæ litteræ. 146
ad extremum. 68
Extrinſecus. 70,78,95,96, 135
Extrita littera. 24
extrito R. 76
Exuberantium virûm. 75

F

Faber, vt libitum eſt, poteſt facere partem ſcænæ. 119
apud fabrum fit. 64
Fabricæ analogia. 119
Fabula. 58
Fabulã facit poeta, agit actor. 64
Facere. 64
facere auſpicium. 64
facere figuras. 64
facere finem. 91
facere impreſsionem. 36
facere,pro ſacrificare. 51
facere verba. 64
Facies. 134
facies rei. 64
faciem imponere. 64
Facilè fari. 58
Facilimé. 37
Facilis. 145
Facit poeta,agit actor fabulam. 64
Faciundo templo. 72
Facta hoſtia. 53
Factioſa. 83
Factitatum. 85

Facula. 157
Faculæ. 34
Facundus. 58
Fæniſicia & feniſicia. 88
Fænus & fenus. 88
Falces. 33
Faleræ, non falera. 158
Fallacia. 58
Falli. 58
Falſum. 58
Fama. 58
Famiger. 58
Famoſus. 58
Fana. 58
Fando. 57
Fani lex. 58
Fano conſumere. 58
Fanorum ſeruis nomina ſine ratione impoſita. 111
Fantur pueri, non loquuntur. 59
Farcimen ſummum. 28
Farcimina. 28
Fari. 57,78
Fari quæſitum. 58
Farina. 27
Fartum. 28
Fartura. 28
Fas. 53
Faſces. 34
Faſciola texta. 32
Faſſus. 58
Fatales res. 57
Fatēdi forma, lego, legis, legit. 136
Fatidici. 58
Fati ſunt. 58
Fatue. 58
Fatum. 57
Fatus. 53
Fatuus. 57,58
Fauces, non faux. 159
Februatio. 48
Februatur populus. 54
Februatus dies. 48,54
Februum. 48
Fecundum. 94
Fecundus. 76
Femina, non feminus, nec feminum. 125
Feminæ ex maribus declinantur. 94
Feminæ ſacrificātes capita velant. 32
Fenariæ falces. 33
Feneſtrata triclinia. 99
Feniſicia. 33,88
Fenus. 61,88
Feré. 87
Ferendo. 105
Ferentarius. 82
Feretrum. 41
Feriæ conceptæ. 53
feriæ inſtitutæ. 50
feriæ publicæ. 50
feriæ menſtruæ. 48,52
Feriam, ferio, feriebam. 136
Feriatus. 48
Ferio, feriam, percuſsi, non recte declinatur. 136
Ferire dentibus. 28
Ferme. 87
Ferre. 69
Ferre in ventre. 49
Ferrea tunica lorica. 29
Ferri auſpicia. 7
Ferrifodinæ non dicuntur. 106
Ferrum. 81
ferrum aratri. 33
Ferto in dextrum. 72
ferto in ſiniſtrum. 72
Fertor. 105
Feruens aqua. 26
Feruere. 66
Feſtucas abradere. 33
Fetus. 15
Fibra iecoris extremum. 20
Fibrum. 20
Fictilia. 30
Fictor. 64
Fictores. 80
Fidem implorare. 62
fidem præſtare. 8
Fides & magiſtratus. 66

fides publica. 21
fides pacis. 22
Fidus, pro fœdus. 22
Fieri per tempora. 45
Figuli. 37
Figura. 25
figura corrupta. 155
figura verbi. 120, 147
figuram imponere. 64
figura ſimile. 29, 120
figuræ membrorum. 142
figuræ quinque, caſus quinq;. 123
figuras facere. 26
Filo cinctum caput. 21
filum. 28
filum voluere. 28
Fimbriæ. 20
Finem facere. 91
quam ad Finem. 120
fines auſpiciorum. 58
fines conſtitui arbores. 72
Fingere. 64
fingere in mente. 56
fingere liba. 82
Finire. 60
Finiri auſpicia. 35
Finis. 113
Finiti articuli. 148
Finita verba. 118
Finitimi. 50
Finitus locus. 72. Nominatiuus. 146
Fiſcina. 34
Fiſtula aquæ. 31
Fit apud fabrum. 64
Fixus, a, um. 115
Flare animam. 47
Flecti. 148
Flexaminare. 86
Flexura. 147
Florales vſus. 39
Flumen. 9
Flumina apud inferos. 78
Fluuius. 9
in Focum vti. 61
Foculus. 49
Fodi fundamenta. 10
Foditúrne? fodietúrne? 149
Fœdeſum. 76
Fœdus. 22
Fons. 30
fons & riuus. 93
fons regnum. 73
Fonteis & fontes. 107
fontes. 135
in fontes coronas iacere. 51
fonti & fonte. 139
Foras fertur. 57
Fores pãdũtur remotis ſeris. 90
Foris. 19, 96
foris ac palam. 32
Forma. 146
forma conlata. 120
formam imponere. 64
formæ. 94, 157
formæ vocabulorum. 116
formæ quattuor. 100
formæ ternæ: humanus, humana, humanum. 103
Formido. 57
Formula. 137, 151, 152
de formulis verborum. 149
Fornices. 155
fornices cæli. 5
Fortuna infeſta. 87
Fortunatum felíxque. 66
Forum reſpuit. 115
Foſſa. 35, 89
Foſſare. 89
Fremere. 62
fremor oritur. 62
Frequens. 88
frequentare. 89
Fretum. 75
fretum cæruleum. 80
Frigidum & humidum. 15
Fringutire. 89
Frondentes. 76
Frondes. 76
Frons, frondis. 83
Frons caperata. 90
Fructus. 8, 26
fructus comportare. 34

Fructus maior. 24
Frugaliſsimus, frugaliſsima. 110
Fruges. 8
Frugi rectus natura frux, ſecundum conſuetudinem frugis. 130
Frugis, frugem, ſine recto. 130
Frugus & fruga nō dicitur. 110
Frui. 26
Frumenti granum. 26
Frunde. 89
Frux, frugis, ex g & ſ. 122
Fueram, fui, fuero. 136
Fugato exercitu. 53
Fugitiua obliuio. 2
Fui, ſum, ero. 136
Fulmen. 18
Fulgor. 18
Fulgur. 18
Fulguratus locus. 37
Fullo. 56
Fumificus cocus. 78
Fundamenta. 141
fundamenta fodi. 10
Funditur aqua. 30
Fundulæ. 35
Fundulum. 28
Fundus. 8, 26, 28, 35
Funera indictiua. 39, 79
Funeſta familia. 6
Funeſtus. 88
Fungi munus. 43
Funiculi. 30
Funus indicere. 60
Furcillatus. 29
Furus, furi. 158
Fuſtes. 34
Fuſus aquæ. 31
Futum. 30

G

Galea. 29
Galearum pinnæ. 35
Galerus. 29
Gannit odioſus. 89
Garum, gara non dicitur. 127
Gaudium. 57
Gaunacuma. 41
Gemere. 62
Gemina conclauia. 99
Geminæ diſsimilitudines. 117
Gemini. 101, 150
Gemini, ſimilimi qui penè omnia habent eadem. 142
Genera. 97, 146
Generatim. 94, 113, 118
generatim diſcreti. 91
Generatio omnium rerum. 15
Genere diſsimilia. 143
Generibus. 148
Generum duorum principia. 149
Genicula. 114
Genitabile. 5
Gentiles. 93
Gentilitia nomina. 126
Gentilitius, a, um. 126
Gentilitas nominalis. 8
Gentilitates. 93
Gentis monumentum. 35
Hoc genus. 57, 151
Id genus. 159
Id genus alii. 96
Gentium & genteis. 107
Gerere gradum. 41
gerere morem. 45
gerere, id eſt ſuſtinere. 64
Gerit res imperator, non facit, neque agit. 64
Gertibulum. 31
Gerundi. 143
Geſtum agere. 55
Gignere. 69
Gladius. 29
Gladius & gladium. 132
Gladiis principes pugnabant. 22
Gleba. 84
Gleba abiecta. 6
Glebarii. 84
Globuli. 27
Globus. 27
Gloſſemata. 27
Gnarus. 57

Gnata. 63
Grabatus. 99
Gradus. 41,133
gradus cubicularis. 99
gradus habere. 40
gradus ſcandere. 128
gradus ſingularis ab vno ad nouem. 133
gradus denarius à decem ad nonaginta. 133
gradus centenarius ad nongenta. 133
Grallator. 83
Granarium. 26
Grandis olea. 27
Grandius vas. 31
Granum. 26
granum frumenti. 26
Grate. 71
Gregatim. 19
Gregibus cinctum oppidum. 54
Gubernator rationi obtemperare debet, gubernatori vnuſquiſque in naui. 113
Guſtare. 66
Guttum. 31

H

Habere conuentionem. 67
habere gradus. 40
habere ſe. 57
habere verba orationũ publicé. 79
habere, pro habitare. 13
Habilis. 99
Hæc & hæ præponitur muliebribus. 121
Harena. 145
Haſta. 29
Haſtati. 22
Haud. 51
Haurire aquam. 31
Hehe. 87
Heres cernit. 88
Heu. 87
Hiatus. 47
Hiberna aqua. 14
Hiberna & æſtiua in caſtris. 40
Hibernacula. 47
Hibernum. 47
Hibernum & æſtiuum cænaculum. 40
Hic & hæc, articulus finitus. 148
Hic & hi præponitur virilibus. 121
Hiemps. 15,47
Hila. 28
Hilare. 87
Hilum. 15,28,124
Himber. 9,47
Hinnilitare. 89
Hinnitus. 89
de Hiſce rebus. 69
Hoc genus. 57,151
Homo eſt ex anima, licet ſit ex corpore & anima. 112
homo homini ſimilis, quòd eaſdem figuras membrorum habent, quæ eos diuidunt ab reliquorum ſpecie. 142
Honera gerere. 64
Honeratus. 18
Honeſtus. 18
Honeſtè veſtiti videamur. 99
Honos publicus. 20
honos deæ. 50
Honus. 18
Hora prima prius, non magis hora, quàm ſecunda. 129
Horæ lunares. 117
Horrendo. 26
Horrent pili in corpore. 56
Horret ariſta. 56
Horreum. 26
Hoſpita. 78
Hoſtia facta. 53
hoſtia immolata. 28
hoſtia piacularis. 53
inter hoſtiam cæſam, & exta porrecta. 53
Hoſtiæ. 76,77
Hoſti cum canere. 68

Hoſticus ager. 7
Hoſtis, pro peregrino. 2
Hoſtes deminuere. 22
Huiuſce, pro huiuſmodi. 92
Huiuſce generis. 104
Huiuſcemodi generibus. 103
Humanas res curare. 38
Quoduis ſitienti poculum homini idoneum, humanitati niſi bellum, parum. 99
Aliud homini, aliud humanitati ſatis eſt. 99
Humare. 36
Humatus. 6
Humecta. 9
Humida aurora. 9
Humidiſsimus. 9
Humidum & frigidum. 15
Humilior, pro inhumato. 6
Humor. 9, 16
Humores. 17
Humoris vis. 25
Humus. 6, 9

I

Iacere coronas in fontes. 51
iacere veſtem retrorſum. 33
iacere vmbram. 76
iaciuntur ſimulacra hominum in Tiberim. 86
Iactare. 34
Iaculum. 29
Ianitos. 76
ad Ianuam. 68
Ibi prope. 51
Id eſt, pro Id intereſt. 23
Id genus alii. 96
Iecur. 28
Iecoris extremum fibra. 20
Ignes immortales. 15
Igneum ſemen. 16
Ignis. 17
ignis ſolis aureus. 86
ignis & aqua. 15
ignis mas, aqua femina. 15
ignis & humoris coniunctio. 16
Illicite, illexit. 69
Imago hominis. 59
Imburum. 31
Immanis. 55
Immolare. 48
Immolata hoſtia. 28
Immortalia. 14
Impar. 114
Impendere. 116
Impendere æs. 44
Impendium. 44, 61
Imperãdi declinat' ſintne. 149
Imperando, optando, interrogando. 119
Imperare exercitum. 67, 69
imperare munus. 43
imperare præſenti & abſenti. 136
imperat perfectum nemo. 136
imperata pecunia. 44
imperator. 22, 62, 64
imperator mutat veſtem. 78
Imperiti & diſperſi vocabula rebus imponunt. 155
Imperium populi. 22
imperium populi multiplex. 145
Impero qua conuenit ad comitia & centuriata. 67
Impius. 53
Implicati. 147
Implorare fidem. 68
Impluere. 39
Impluuium. 39
Imponentium nomina error. 93
Imponere faciem. 64
imponere figuram. 64
imponere formam. 64
Impos. 2
Impoſita vocabula rebus. 91, 92
Impoſititia verba. 93
Impoſitio à voluntate. 153
impoſitio eſt in noſtro dom natu. 154
Impoſitiui caſus. 155
Impoſitor. 70
Impreſsionem facere. 37

Improbandus. 115
Imprudens fecit. 53
Impune. 113
Inæqualitas. 98,99
inæqualitas,anomalia. 112
Inaugurare. 12
Inaurati clypei. 79
Inceptis rebus. 63
Incertus ager. 7
Inceſsit. 55
Incinuerunt ſigna. 78
Incipere locum difficilem. 143
Inclinare. 119,120
Inclinationes. 112
inclinationes verborum. 140
inclinationes ſequendæ, quoad patiatur conſuetudo. 112
Incommutabilia. 136
Inconditè. 27
Inconſitus ager. 7
Inconſtantia in voluntariis. 120
Incrementum. 127
incrementum maius & minus. 96
Increpitando. 62
Inculcare. 41
Incultus ager. 8
Incurioſa. 83
Incuruiceruicum pecus. 3
Indagari. 24
Indeclinabilium cauſa. 94
Indere nomen. 85
Index. 138
Indicant ſcripta. 112
Indicare. 60
Indicere. 60
Indices. 116
Indicio erit. 71
Indicium. 60
indicium dare. 116
Indictiuum funus. 39,79
Indigere nihil. 23
Indiligens. 143
Indiſsimiles. 121
Indoctus. 106
Inducere. 60
Indulgentius. 104
Induſtria. 71
Indutu comprehendere. 32
Indutus,us. 32,147
In ea,& cum ea. 31
In eãdem harenam vocare pugnatum. 145
Inermis. 82
Infantes pueri. 57
Infecta omnia ſimplicia ſimilia ſunt. 136
Infectæ & perfectæ res. 119
Infera loca. 5
Infera templa. 72
Inferi. 48
inferi dei. 54
apud inferos flumina. 78
inferiores dies. 49
Infeſta fortuna. 87
Infima pars. 19
Infimus. 8
Infiniti articuli, vt quis, quæ. 148
Infinitus nominatiuus. 146
Infitiari. 43
Infitientem non eſſe. 64
Informare. 64,159
Infuſſus,a,um. 38
Infra. 121
quas infra. 81
Infulæ. 76
Ingenioſus. 95
Ingenium cicur. 87
Inhumatus. 6
Initia. 15
initia bina. 40
Initio. 124
Iniuria. 127,135
Iniuſtè facere. 87
Inlicere populum. 67
Inliciatur populus. 68
Inlicium. 68,69
inlicium fieri. 68
inlicium viſite. 67
Inlicium vocare. 66,67,69
Inlicio. 68
Inlicius. 68
Inlecabilis. 4

Inluſtre. 90
Innumerabilis. 120
innumerabilis numerus. 118
innumerabiles analogiæ. 117
Inops. 23
In præſentia. 115
in primeis. 70
in primo. 70
Inquam. 45
Inquit. 122
Inſanè bene. 86
Inſcius vſus. 155
Inſecta caro. 28
Inſicia. 28
Inſidere. 74
inſidere currum. 37
Inſignia. 78
inſignia ſigna. 84
Inſigniti. 35
Inſinuans. 15
Inſipitur. 26
Inſtar. 33
Inſternere. 41
Inſtituere, pro incipere. 26
Inſtrumentum. 26
inſtrumentum mulieris. 116
inſtrumenta ruſtica. 33
Inſueto nomine. 60
Inſula, quæ commouetur. 18
Inſulſus. 106
Intempeſta nox. 47,84
Intendere neruos. 106
Intereſſe dicunt. 101
Intercalare. 49
Intercedit fas. 53
Interciſum. 53
Interdiu. 5
Inter hoſtiam cæſam & exta porrecta. 53
Inter id. 68
Interior. 35
Interitus. 15
Intermeſtris. 48
Intermitti. 8
Internoſcere. 125
Interpretati gloſſemata. 78
Interrogando. 119
Inter ſe conuenire. 59
inter ſe implicati. 146
Intertrigo. 43
Intertrimentum. 43
Interuallum. 46,71
Interuenire. 46
Inteſtinum craſſum. 28
inteſtinū tenuiſsimum fartum. 28
Intrigo. 43
Introductus. 115
Introire in vrbem. 128
Introitus. 73
Introrſum. 35
Intueri. 72
Intus & foris. 32
Intuſiata. 32
Intuſium. 32
Inuidere. 65
Inuitare. 116,155
Inumbrare. 46
Inungere oculos. 66
Inuoluere lecticam. 41
inuoluere veſtes. 32
Io triumphe, Io. 62
Iocandi cauſſa. 64
Ire in diſcrimina. 92
Irpices. 33
Eius viri, eius mulieris, eius pabuli. 104
Iſte, iſtum. 153
Iſte liber. 71
Iſtoc opere. 7
Iſtuc. 89
Item. 58,69,141
& Item. 55
Itémque. 67
Iter. 6,7
Itidem. 54,61
Itus. 52
Iubar. 47,84
Iubata ſtella. 47
Iubilare. 62
Iucundum magis. 27
Iudex. 60
Iudicare. 60
Iudicio vincere. 44

Iudicium

Iudicium addicere. 60
Iudicia exercere. 20
Iudicia quæſtionum. 20
Iugerum. 7
Iugula. 81
Iugulum. 81
Iugum. 33,84
Iugum medium. 33
Iumenta ducunt. 34
Iunctus,us. 33
Iungēdi pars orationis eſt coniunctio. 102
Iuniores. 53
Iurare bonam copiam. 90
non Iurandum ſub tecto. 17
Iure litigare. 87
Iurgare. 87
Iurgio. 87
Iurulentum. 30
Ius. 48
ius prætorium. 63
ius dicere. 60
ius eſt. 52
ius non eſt. 58
è iure. 27
ex iure. 27,61
Iuſtum bellum. 21
Iuſtus numerus. 22

K

quinque vel ſeptem Kalo Iuno Nouella. 52

L

Labendo. 57
Lac. 26
Lac coactum. 26
Lacuna. 9
Lacus. 9,37
Læna. 33
Læna virorum. 33
Lætari. 57
Lætitia. 57
ad Læuam. 72
Lamentari. 83
Lana. 28,133
lana carminatur. 82
lanæ ad ſepulcrum. 76
lana tonſa. 32
lanam carere. 81
ab hac Lance. 158
Langueſcere. 145
Langula. 30
Laniena, non carnaria. 104
Laniorum canes. 77
Lapicidæ. 106
Lapidea menſa. 31
Lapidicinæ. 37
Lapſi ſunt. 93
Lapſus eſt. 85
Lapſus lubricus. 18
Largè fartus. 28
Largius. 88
Laſſus ſum. 105
Latè mouetur. 17
Latebras relinquere. 144
ad Latera habere ferrum. 81
Latere oculis & auribus. 134
Lati claui & anguſti. 131
Latitudo. 17
Latiùs concipere. 29
Latrare. 77
Latrat animus. 89
Latratus. 77
Latrocinatus. 81
Latrones. 81,148
Latrones, milites. 81
Latrunculis ludere. 146
Lauamur toto corpore, lauamus in partibus. 138
Lauamus & lauamur in balineis. 138
Lauantur piſces, non rectè. 137
Lauat & lauatur differunt. 137
Lauat puerum nutrix, & puer à nutrice lauatur. 138
Lauatio pedum. 30
Lauatrina. 29
Lauatrinam antiqui balneũ appellabant. 128
Lauatus ſum. 138
Lauo manus, lauo pedes. 138
Lauet obliuio. 65
Laui in balineis, non rectè. 138
Lauor in balineis. 138
Lectè. 54

Lecti pes. 58
lecti publicé. 22
lecti in caſtris. 41
lecti ex ebore, & ex teſtudine. 172
lecti tres pares in triclinio. 114
lecti alii cum fulcro, alii ſine eo. 99
lecti nõ omnes pares magnitudine ac figura. 99
Lectica. 40, 41
Lectio. 54
Lectiſſimé. 54
Lectitaui. 149
Lector. 54
lector, à legendo. 105
Lectuli. 40
Lecturus. 54
Lectus mortui. 41
lectus. 41
lectus, lectulus. 130
Legati. 61
legati nationum. 38
legatus. 22
Lege, agere. 53
lege, legito, legat. 136
legebam, lego, legam. 118
quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. 152
legens. 54
legere. 61
legere milites. 22
legere oleam. 61
legere oratores. 79
legere ſtramenta. 40
legere vinum. 49
Leges. 74
leges ædificiorum. 11
leges lectæ. 61
leges veteres abrogatæ nouis cedunt. 116
Legi, à lego. 32
Legi, perfectum ſignificat. 135
Legio. 22, 61
legio trium millium. 22
ad legionem. 82
Legitima. 61
legitima verba. 58
legitimus numerus. 43
Legitur, ligo. 33
Lego, legis, legam. 94
lego, legis, legit. 118
lego & legam, inchoatum ſignificat. 135
Leguli. 61
Legulus. 23
Lepidé. 89
Letum. 79
ab hoc Leui. 156
Leuia volant. 34
Leuis, non aſper. 26
Leuiter loqui. 61
leuiter hærere. 115
Lex fani. 58
lex mancipiorum. 63
lex Plætoria. 64
lex prædiorum vrbanorum. 9
lex venditionis. 63
Liba. 49, 80
Libamenta. 58
Libare. 27, 30, 51, 80
Libella. 42
Liber. 46
liber operas in ſeruitute nectit. 90
liber pollicitus eſt demonſtraturum. 140
Libera nomina. 125
Liberé. 57
Liberi deorum. 124
Libertini à municipio manumiſſi habẽt nomina ab oppidis. 111
Liberûm ſtirpem. 74
Libidinoſus. 57
Libido. 57, 155
libido humana à natura corrigitur, nõ ab libidine natura. 156
Libido, pro voluntate. 154
Libra ænea. 132

Libra æquinoctium ſignat. 74
Libram rauduſculo ferito. 40
per Libram & æs. 89,90
Libram pondo as valebat. 41, 42,44
Librarii. 104
Libum. 26
Licet animaduertere. 86
Licet videre. 87
Lienes necant. 82
Ligna. 61
Lignea vaſa. 30
Lignicidæ non dicuntur. 106
Ligo. 33
Lima. 83
Limax liuida. 82
Limen cæli. 73
Limitare iter. 6
Limo, limabo. 144
Limum. 124
Limus. 82
Linea media cæli ac terræ. 74
Lineas tranſilire. 113
Lingere. 69
Lingula. 90
Linteum. 6
Lintres. 38
Linum. 124
Liquor aquæ. 27
Lis. 87
rem ſiue Litem. 87
Liticines. 23
Litigare. 87
vbicunque commouentur Litteræ, extremæ & proximæ litteræ animaduertendæ. 147
litteræ & ſyllabæ habent ſingulos caſus. 123,160
litterarum commutationes. 2
Lixulæ. 27
Loca agreſtia. 73
loca deſerta. 73
loca duo. 5
loca & in locis. 14
loca pura. 8
locare, pro conlocare. 4
locarium. 5
locat preco. 5
locelli. 34
loci muliebres. 5
locos. 73
locus. 4,5
locus difficilis. 143
locus nomini, tẽpus verbo iungitur. 95
Longa nauis. 75
Longabo. 28
Longinquus. 114
Longiores. 148
Loquax. 59
Loquela. 59
in Loquendo partim ſequenda conſuetudo, partim ratio. 115
non loquuntur pueri, ſed fantur. 59
loquens, locuturus, à loquor. 106
loqui. 58
loqui concinnè. 59
Lora. 29
Lorica. 29
Lorum. 94
Lubenter. 87
Lubrica mens. 57
lubricus lapſus. 18
lubricus locus. 142
Lucanica. 28
Lucem capere. 39
luce natus. 126
cum prima luce. 68
lucere. 64
Lucerna. 30,134
lucerna in tenebris allata. 121
Lucifer ſtella. 84
Lucrum. 43
Luctuoſè canere. 19
Luctus. 19,83
Lucubratio. 70
Lucus. 64
in Ludo dictata. 60
Luere. 43,48,51,64

Luere, pro ſoluere. 34
Luit, in præterito & præſenti. 137
Luit in præterito, v longo. 137
Lumariæ falces. 33
Lumecta. 33
Lumen habere. 125
Luna. 17,18
luna extrema. 48
luna prima. 48
luna à ſole diſcedit ad aquilonem, & redit: & iterum fertur ad auſtrum, & regreditur inde. 117
lunæ menſes. 17
lunæ motus. 47
lunares horæ. 117
Luo, luam. 100
Luſcus homo. 119
luſcus, luſcior, luſciſsimus, non dicitur. 129
Luſtrare. 68
luſtrare tubas. 49
luſtrum. 48,51
luſtrum condere. 67
Lux dies. 17
lux prima. 46
Luxuria. 32
Lympha. 18,86
Lymphatus. 86
lymphata aqua. 86

M

Macer, macri. 134
macer, macellus, non macricolus. 108
macer, macrior, macerrimus. 109
macri. 57
Maculæ. 25
Mærebar. 88
Mærere. 57
Mæror. 57
Magida. 30
Magis inconditæ. 27
magis varium. 122
magis veſpere. 129
Magiſtratus mittit equos. 37
ad magiſtratus conſpectum. 68
magiſtratus vitio creatus. 53
Magmentum. 28
Magnetes lapides. 135
Magnitudinis vocabula. 110
Magnum faciunt. 55
Maiores quinquatrus. 53
Maius. 53
Malaci. 16
Maleficia conquirere. 21
Mali. 75
Malum. 25
malum caſurum. 57
malum, malius, maliſsimum, nó dicitur. 109
malum, peius, peſſimum. 109
Mamma. 95
Mammoſa. 95
Manat dies ab oriente. 46
Mancipi. 89,90
Mancipio dare. 90
Mancipiorum lex. 63
Mancipium. 66
Mancupes. 8
Mancupia vetera. 40
Mandendo. 88
Mandier. 88
Manducare. 88
Manducum. 88
Mane. 46
mane & veſperi. 53
mane magis & minus eſſe non poteſt, antè & pòſt poteſt. 129
mane, manius, maniſſimé. 129
mane, manius, maniſſimum, nõ dicitur. 103
Manica. 66
Manicula. 33
Manipularis miles. 66
Manipuli caſtrenſes. 60
manipulus. 22,66
Mantelium. 66
Manu adſerere. 61
Manubiæ. 95
Manubrium. 66
manubrium cauum. 29

Manu facta. 25
manu factum. 43
Manum bonum. 46
manumittere. 53
manum conferere. 61
manu parta. 43
Manupretium. 43,66
manus. 22,66
Manus,pro cohorte. 11
Mappæ tricliniariæ ſimiles. 122
Marcere. 57
Marceſcere. 57
Marcor. 57
Maris analogiæ. 117
maris motus. 117
Mas & femina. 15
mas & femina dei. 14
mas aut femina aut neutrum. 124
Matellio. 30
Materia. 99,123,144
Matres familias. 80
Matronæ. 27
Matula. 30
Mea memoria. 59
Mederi. 23,87
ad Medendum medicina. 71
Media chorda eſt alterius prima,alterius extrema. 152
media nox. 151
Medicamentum. 51
Medici ſeptimos dies obſeruãt quarto die. 152
medicina ars. 23
Medicus. 23
medicus è longinqua mala conſuetudine ægrũ in meliorem traducit. 120
in Medio. 39
Mediocri ritu. 21
Mel,mellis,melli,melle. 107
Melios. 76
Melius. 109
Membra ſignorum. 131
Membrana. 87
Meminiſſe. 56,57
Memorare. 5
memorari. 80
Memoria. 57
memoria cogitatur. 56
memoria noſtra. 55
mea memoria. 59
memoriæ cauſſa. 57
Mens. 15
mens tenet. 56
Menſa deorum. 31
menſa eſcaria. 29,30
menſa in caſtris. 29,30
menſa vaſorum. 31
menſa vinaria. 30,31
menſæ. 79
Menſis. 47
Menſes acti. 16
menſes lunæ. 17
menſes conſtituit. 79
menſium nomina. 53
Menſtruæ feriæ. 48
menſtruæ feriæ primæ. 52
Menſura. 127
Menſus,a,um. 29
Mentis agitatus. 56
in mente agere. 56
à mente diſcedere. 56
mentem amouere. 56
mentium & mentes. 107
Meo,meas. 138
Me puero. 31
Mera,id eſt ſola. 19
Merces. 11,42,43,58,81
merces,à merendo. 96
Merere. 44
Meretriculam ducere. 86
Meridiem clamat accenſus. 67
meridies. 46,151
Meſſis. 6
Meſſor. 105
Meta. 71
meta in capite. 80
metæ. 37,38,99
Metendo. 105

Meto,metis. 134
Metuere. 56,57,63
hic Miles legionis. 124
militaris res commutata. 22
res militaris. 22
milites. 24
milites ærarii. 44
militaria ornamenta. 78
hoc Mille,& hei mille. 133
hoc mille denariûm. 132
hoc mille denariûm, non denarii. 132
mille denariûm, non denariorum. 108
mille æris legaſſe. 132
millia denaria, vel denariûm. 132
milliariæ decuriæ tres. 133
in Mimo dictum. 60
Minimum duo. 124
minimum ex duobus. 141
Miniſterium. 78
Miniſtratores. 82
Minus fieri. 44
minus illuſtres. 22
minus loci. 44
minus nullo. 23
minus,pro non. 106
minus trita verba. 119
minus valens. 114
Minutatim. 23
minutatim fundere & ſumere. 31
Minutum ferrum ducunt magnetes. 135
Mira,id eſt monſtra. 83
miraculæ. 83
Miriones. 83
Miſer. 23
Mittere. 68
mittere equos. 37
mittere carpentum. 39
Mittere voces. 118
Modeſtia. 65
Modicé. 115
Modo,pro tantúm. 51,103,136
Mœnia. 34
Molæ. 34
molæ oleariæ. 34
Molere. 34
Monere. 57
Monimenta. 57
Monitor. 23
hos Monteis & montes. 108
monti,& monte. 139
Mordere terram. 33
Morem gerere. 45
Mortales. 16,19,57
Mortalia. 14
mortalis. 73
morticinium. 86
mortuos conlaudat. 83
Mota mens. 56
motus. 4,115
motus aſtrorum. 117
motus maris quotidie quater ſe mutant. 117
motus ſolis. 47
Mouere. 157
Mox. 144
Mugit tibicina. 89
Mugitus. 40
Mulgere. 69
Muliebres loci. 5
muliebria. 100,148
muliebria nomina, non mulierum. 147
Mulierculæ. 88
mulier habet calceos viriles. 121
cum muliere fuiſſe. 65
Mulio. 39
Multa olea non dicitur. 127
multa. 43
multa vnum. 43
multam dicere. 43
multa pecore. 24
multitudo. 54
à multitudine in ſingulares procedendum. 154
multitudines. 127
in multitudinis. 107

multitudinis, pro pluralis numeri. 100
multitudo vnum, an plura ſignificet. 103
multo propius nobis. 71
Munditia. 32
Mundus muliebris. 32
Municipes. 43
Munire. 43
Munitiſſimus locus. 37
Munitius eſſe. 34
Munus. 43
Murmurantia littora. 62
Murmuratur. 61
circum Muros ire. 68
Murrha vnguentis vnguntur cenſores. 67
Murtatum. 28
Murus. 34,35
Muſſare. 89
Mutat. 41,127
Mutuum. 43
Mutuus animus. 43
Myſteria concepta. 73

N

Nare, pro Natare. 20,80
Narrare. 57
Narratio. 57
Natator. 23
Nati. 15,16
Natione melior emitur pluris. 134
Natura. 10
natura dux. 46,94
natura incorrupta plerumque niſi quis eam vſu inſcio deprauauit. 155
natura omnis. 154
natura ſermonis. 98
natura verſa. 24
natura vniuerſa. 154
naturæ infinitæ. 92
naturale declinationum genus. 97
naturale diſcrimen cæli. 48
naturales caſus. 155
in naturalibus conſtantia. 126
naturalis declinatio. 97
naturalis declinatio in tempora & caſus. 120
naturalis declinatio refertur ad rationem. 144
naturaliter. 87
naturarũ genera duo: quod per ſe videtur, quod adſumpta alia re videtur. 147
Natus Hectoris. 157
Nauis longa. 75
Nec diſpendi facit hilum. 124
Nec multa. 70
Necatus ſum. 152
Nectere. 78
Nefas. 53,56,57
Negant. 124
Nemo luſeo magis luſcus. 129
Nemora. 8
hoc Nemus. 135
Neo, nes. 138
Nequam. 82,160
Neque non. 149
Nequid ſcorteum adhibeatur. 87
Nequire. 71
Nequitia. 160
Neruus equinus. 85
neruos intendere. 106
Neutrorum natura. 125
Nexi diſſoluti. 90
nexum. 89
nexus. 90
Niger, nigellus: non nigricolus. 110
Nihili. 160
hic homo nihili eſt, huius hominis nihili, hunc hominem nihili. 124
hic nihili. 124
nihili pendere. 124
nihili patricus caſus. 124
nihilo magis. 116
nihilo minus. 98
nihilo ſecius. 53

Nihilum non dicitur. 124
Nec hilum. 124
Nimbi. 9
Nimium aut parum producere lectum. 114
nimium loqui. 59
nimium nouus. 59
nimium otioſus. 98
nimius ardor. 15
Niſi etiam negabunt. 122
niſi enim ita eſſet factum. 82
niſi ſi non. 112
Nitidè. 88
Nixus,a,um. 112
Nobiles. 87
nobilia myſteria. 75
nobilis. 96
Nolo, ex Non & Volo. 160
Nomen indere. 85
nomen an vocabulum. 101
nomen ponere. 60
nomen prius quàm verbum. 95
nomini locus, tẽpus verbo iungitur. 95
nomenclator. 23
nomina & verba. 94
nomina imponentium error. 93
nomina imponunt declinantes imperitè. 145
nomina ſunt vocabula, & nomina. 102
nomina vt finita. 102
nomina gentilitia. 126
nominalis. 93
nominandi caſus. 102,130,146
nominare. 60
nominationes. 135
nominatiui. 137
nominatiui pro nominibus. 106
nominatiuus. 104,146
Nominatus,us. 146,148
à Nominibus. 105
Nominum analogia. 145
de nominum declinatione. 95
Nonæ. 52
nonæ caprotinæ. 66
nonæ quintanæ & ſeptimanæ. 52
nonis Februariis feriæ edicuntur. 48
Non eſt mirum. 93
non ſit item. 126
non item. 125
non modò, pro non modò non. 113
nonnunquam. 93
non parum multa. 45
non planè. 31
Nongenta millia. 133
Nonuſſis. 41
Notare. 64,93
Nothæ declinationes. 157, 158
Nothus ex peregrino natus. 157
Nothum. 157
Noua fabula. 59
noua luna. 48,52
noua nomina. 93
noua verba. 2
Noualis. 60
noualis ager. 58
Nouare. 8
Nouas verbi declinationes boni poetæ maximè ſcænici introducent. 115
Nouena verba infecti, nouena perfecti. 137
Nouenaria regula. 133
Nouitii ſerui. 93
Nouitius. 59
Nouiſſimus. 59,129
nouitas. 59,116
Nouum vetus vinum. 51
nouum verbum ratione inductum vitare non debemus. 116
Nouus, nouior, nouiſſimus. 59
nouus annus. 52. Sol. ibid. Menſis. ibid.
Nox. 46,47

Nox extrema. 84. Intempeſta. 47,84. Media. 151
Nubes. 18
Nugarium. 83
Nullus noſtrûm. 124
Numen. 86
Numeri à duobus ſurſum verſus multitudinis ſunt. 127
Numerorum analogia. 133
Nummi,nummorum. 42,131, 133
Nummus denarius. 42
Nunc iam. 52
Nuncupare. 60
Nuncupatæ res. 60
Nuncupatæ pecuniæ in legibus. 60
Nuncupauero. 72
Nuntiare. 59
Nuntium de cælo. 66
Nuntius. 22,59
Nuptia,nuptiæ. 156
Nuptiæ. 18
Nuptiæ trinæ,non tres. 157
Nuptiis ignis & aqua. 15
Nuptus,us. 18
Nuſquam. 103,144
Nuſquam inueni. 53
Nutare. 145
Nutrix pueros à lacte nō ſubitò euellit. 115
Nutus. 86

O

Obæratus. 90
Obcænare. 83
Obiurgare. 87
Obligare per libram. 90
Obliquæ declinationes. 151
Obliquus caſus. 92,93,103
Oblitterare. 13
Oblitteratus. 115,116
Obliuia verba. 3
Obliuio lauet. 65
obliuio fugitiua. 2
Oblongus. 31
Obnubere. 18
Oboli bini. 83
Obrigeſco. 46
Obruta vetuſtate. 46
Obrutus. 89
Obſcæne. 88
Obſcænus. 88
Obſcuritas originis verborum. 55
Obſcuritates. 159
Obſeruandus. 100
Obſeruare. 61
Obſidere. 22
Obſides. 38
Obſidium. 22
Obſoleſcere. 115
Obſonium. 88
Obtemperare. 113
Obuiolare. 65
Occaſus ſolis. 46,81
Occidere ſigna. 81
Occludere. 68
Occultiora. 78
Occupat rubigo ſegetes. 49
Ocrea. 29
Octonæ partes. 118
Octonarius. 133
Oculorum conſpectus. 72
Odor. 66
Odora res. 66
Odorari. 66
Odores. 9
Offa minima. 28
Offendere. 93
Offenſio. 113,115
Officii cauſſa datum. 43
Offula. 28
Olea grandis. 27
Olea multa non dicitur. 127
Oleam legere. 61
Olearum legulus. 23
in Oleo coctum. 27
Oleariæ molæ. 34
Olere. 66
olet vnguentum. 86
Olitor. 125
Olitores feriati. 50
Olla. 27
Olla centuria. 79

Olla ver arbor. 72
Olli. 79
Ollus leto datus eſt. 79
Olor. 66
Olus olera. 153
Omen. 29,64,88
Omen bonum. 39
Omina. 77,86
Omneis repudiãdum eſt arteis. 139
Omnia vniuerſa diſcrimina. 143
Omnicarpæ. 24
Opera. 22,43
Opercula. 41
Opere munire. 34
Operimenta. 41
Operiri. 41
Opimæ res. 23
Opinio. 57
Opis. 23,34
Oppidum. 3,34
Oppidum vocabulum eſt. 145
Oppilatur. 33
Optando. 119
Optima & maxima glans. 25
Optimum. 109
Optiones. 23
Opulentus. 23
Opus eſt. 16,34
Opus operis. 16
Opus non extat. 64
Oræ. 92
Orando auſpicio. 67
Orare. 64,79
Oratio. 64
Oratio aperta, vt cito intelligatur. 98
Oratio breuis, vt cito intelligatur. 98
Oratio debet dirigi ad vtilitatem. 98
Oratio ex literis conſtat. 154
Oratio natura tripartita. 92
Oratio ſoluta. 69,70,157
Oratio vtilis eſt aperta, & breuis. 98
Orationem apertam facit cõſuetudo. 98
Orationem breuem facit temperantia loquentis. 98
Orationis analogia. 118
Orationis partes quatuor: caſus, tempora, neutrum, vtrũque habentes. 102,118
Orationis partes, vnde declinationes oriuntur. 95
Orator. 64,79
Orator non debet in omnibus vti analogia, ſi ſine offenſione facere non poteſt. 113
Orator obſcurus & longus, eſt odio. 99
Orbem facere. 35
Ordines bini. 146
Ordine tertio triarii. 22
Ordiri. 91,154
Ore facere auſpicium. 64
à quo, in quo, & quid in Origine conſideranda. 77
Origines verborum. 2,3
Origo rectè capta. 143
Oriri. 54
Oritur fremor. 62
Ornamentum. 64
Ornare capillum. 32
Ornatus. 32
Orſa ratio. 143
Orto ſole. 47
Ortus humanus. 74
Ortus, us. 17,25,36,84
Os, oris. 32
Os mortui. 6
Oſca lana. 82
Oſca lingua. 77
Oſce. 32
Oſci. 82
Oſcines. 64
Oſculum. 64
Oſcus. 77
Oſmen. 64
Oſnamenta. 64
Oſſa cadauerum. 38
Oſtia ortorum. 36

Oſtia ſcænæ. 119
Ouile. 96
Ouile ab oue. 104
non Ouiarium. ibid.
Ouilia ab oue. 123
Ouum. 28

P

Pæne. 136
Pagus. 51,52
Pala. 33
Palam. 32,34
Palantes. 13
Palla. 32
Pallia. 41
Pallium. 98,123
Paluda virago. 78
Paludamenta. 78
Paludatus. 78
Palus. 9,38
Paluſtris locus. 36
Panarium. 26
Panduntur fores. 90
Pangere. 33
Panificium. 26
Panis. 26
Pannus. 28,116
Panuelum. 28
Pappus mæſus & meſus. 88
Par. 127
Par, impar. 113
Parari. 149
Parcius. 104
Parentare. 48,51,54
Parentium, & parentum. 107
Pares partes. 117
Paria duo ſimplicia. 33
Paria & diſparia. 122
Paries vocabulum virile. 121
Parilis. 117,159
Pariles ſimilitudines. 118
Parire. 15
Parma. 29
à Parte. 34,38
à Parte totum. 75,84
Parta manu. 43
Participalia. 149
Participia. 139
Participia habent caſus & tempora. 105
Participia multa deſunt. 105
Particula. 151
Particulatim. 7
Partus ex viro & muliere. 118
Paſſus mille abeſt. 65
Paſtorum primum pulmentarium. 27
Paſtorum verba. 23
Paſtum agitur pecus. 55
Patagiata. 32
Patefacere. 16
Patefieri. 81
Patella. 30
Pater. 16
Patera. 30
Pater familias non familiæ. 109
Patiendi. 149
Patina. 30
Patres cenſeant. 68
Patres familiâs, non familiarũ. 109
Patricus caſus. 107,124,130
Patronus. 117
Patulus, a, um. 30
Patulus locus & tectus. 39
Pauere. 57
Paulola res. 23
Paululum. 9
Pauor. 57
Pauper. 23
Pauper, non paupera. 110
Pauperrimus, pauperrima. 109
Pauſam facere. 82
Peccare. 114,152
Peccati genera duo declinationum. 114
Peccatum. 43,155
Pecten. 32
Pectinis dentes. 28
Pectoralia. 29
Pectus capere. 32
Peculatoriæ oues. 24
Peculatus. 24
Peculium. 24

Pecunia. 23,24
Pecunia in iudicium venit in litibus. 43
Pecunia imperata. 44
Pecuniæ ſignatæ vocabula. 41
Pecuniam alligare. 44
Pecunioſus. 23,96
Pecus exigere. 40
Pede plano. 39
Pedem ponere. 24
Pedica. 24
Pediſſequus. 24
Peius,peſsimum. 109
Pelagus ſermonis puri. 119
Pelles. 86,104
Pelle ſuina,non pellaria. 104
Pellexit. 68
Pelliculam adducere. 86
Pellis. 86
Pellulæ. 41
Peluis. 30
Penaria cælla. 40
Pendere ſtipem. 44
Penitus. 135
Penſio prima. 44
Penſura. 44
Penus. 40
Pera. 75
Peragi lege. 53
Percellere crimen. 130
Percubuit. 123
Percupiuit. 120
Percurrere. 92
Percurri. 139
Percuſsi, percutio, percutiam. 136
Per delicias. 114
Perdiſcere. 48
Perduelles. 81
Perduellis. 2
Perduellum. 81
Peregre. 22
Peregrina verba. 41
Peregrina vocabula. 25
ex Peregrino natus, nothus. 157
Peregrinus ager. 7
Perfecta duplicia inter ſe paria. 136
Pergere. 7
Periculum auertere. 89
Periti. 43
Perlucere. 34
Permultas ac magnas. 92
Perna. 27
Perorare. 64
Perpaſcere. 24
Perpauca. 125
Perperam. 113,114
Perpetratus,a,um. 91
Perſedit. 123
Perſequi animo. 150
Perſeuerantia. 1
Perſibus. 90
Perſoluere. 48
Perſonæ diſtortæ. 83
perſonæ ternæ. 136
perſonæ tres, quis, de quo, ad quem. 96
perſonarum trium verba. 118
Perſpicere. 135
Perſpicuus,a,um. 52,89
Perſtare. 1
Perſtitit. 123
Pertendere. 1,134
Pertinacia. 1
Peruade polum. 73,74
Peruehi. 37
Peruetuſtus. 60
Peruidere. 112
Peruigilium. 65
Peruium non eſt iter. 35
Peruolare. 56
Per vrbem. 62
Perurendo. 74
Pes. 24
Pes magnus. 24
Pes noſter. 58
Peſsimum. 109
Petere commeatum. 67
Petitum auſpicium mittere. 67
Piacularis hoſtia. 53
Piaculum. 52,58

Piare. 53
Pila terræ. 74
Pilani. 22,29
Pili horrent. 56
Pilum. 29,34
Pinnæ. 35,37
Pinſere far. 34
Pinſibant. 6
Pipatus pullorum. 89
Pipulo. 89
Piſces adlauant. 137
Piſciceps,piſcicupem non dicitur. 106
Piſcina,piſcinula, piſcinella nõ dicitur. 130
Piſtrinum. 26,34
Piſtrix. 33
Placenta. 27
P-ætoria lex. 46
Plagula tunicæ anguſtis clauis, aut latis. 131
Plano pede. 39
Planius. 102
Planum. 12
Planus ager. 7
Plauſtrum. 34,84
Plerunque. 155
Pluit, in præterito & præſenti tempore. 137
Pluit,in præterito,v longo. 137
Pluma elata. 19
Plumba non dicitur. 127
Plumbeus. 127
Plurales ex ſingularibus declinantur. 93
Plus literarum. 45
Plus vomere. 33
Pluſima. 76
Pluuia. 39
Pocilla argentea. 128
Pocillum. 128
Pocula. 30
Poculum. 67,99
Pœna. 43
Pœna adficere. 115
Pœnitere. 43
Poeta quàm orator liberiùs ſequitur analogias. 140
Poetæ error. 149
Poetæ multum poſſunt, vt verba meliùs, aut deteriùs dicantur. 115
Poetæ tranſilire lineas impune poſſunt. 113
Poetæ ſcænici. 115
Poetarum verba. 3,48
Poetica lex. 75
Poetica vocabula. 70
Poeticæ origines. 69
Pollere. 99
Pollutus,a,um. 58
Pompa circi. 37
Pondus. 41
Pondera. 127
ad Populum latæ leges. 61
populus conſtitutus. 53
populus in ſua poteſtate,ſinguli in illius. 113
populus ſi perperam eſt cõſuetus, debet corrigere ſe ipſe. 113
populus vniuerſus debet in omnibus verbis vti analogia. 113
populi imperium. 22,145
Porca in agro. 8
Poridus. 24
Porrectus,a,um. 49,53,58
Porriciendo. 58
Porro. 132
Porta. 35
Portus. 36
Pos. 2
Poſcere. 85
Poſcere potum. 30
Poſſeſſor. 116
Poſterius. 95
Poſtica ad ſeptentrionem. 72
Poſtremo. 101
Poſtridie Kalendas, Nonas, Idus atri. 51
Potare. 66,69
Potat. 86
Potatio. 30,66

Potentia. 2
Poteſtas. 60
Potio. 30,66
Potio circumfertur. 30
Potis eſt. 87
Potum poſcere. 132
Potura. 9
bene Potus. 85
Potus. 30
Præ. 124
Præbia. 90
Præcepta pauca & breuia artis. 93
Præceptis egere. 100
Præceſsit. 55
Præco cenſoris. 67
Præco indicit funus. 39
Præco reum vocat de muris. 67
Præco locat. 5
Præconi imperato. 66
Præda. 43
Præda à prædando. 96
Prædes. 8
Prædia. 8
Prædicere diem. 60
Prædiuinare. 58
Prædium, prædii, prædio. 107
Præfatio. 84
Præfica. 83
Prægnantes boues immolantur. 49
Præire iure. 20
Præmium. 43
Prænomina diſcernendi cauſſa. 126
Prænomina inſtituta ad vſum ſingularia. 126
Prænomina mulierum antiqua. 126
Præpoſitio. 60
Præs. 63
Præſagire. 152
Præſeca. 26
Præſecare. 26
Præſidere. 22
Præſidium. 22
Præſtare fidem. 8
Præſtigiator. 23
Præſtolare. 73
Prætexta. 50
Prætorium in caſtris. 39
Prætorium ius ad legem æſtimatur. 63
Præuerbia. 55,65
Præuerbia decem. 55
Prata. 8
Prauitas. 118
Precari. 89
Prehendere. 61
Premere. 87
Pretium. 43
Pretium conſiſtere. 5
Prima chorda. 152
Prima luna. 48
Prima vrna multa. 43
Primigenia verba. 54
Primigenius,a,um. 54
Primitus. 59
Primo crepuſculo. 85
Primo mane ſurgere. 129
Primum. 58
Princeps ciuitatis. 48
Princeps gregis. 48
Principes. 23
Principes dei. 14
Principes de Coelianeis. 12
Principia infinita. 55
Principia mundi. 154
Principio. 55
à Principio. 24
incorruptum Principium natura rerum. 154
Prior,pro proximo. 113
Priora & poſteriora vocabuli & verbi. 95
Priſca conſuetudo. 157
Priſcus,a,um. 70
Priſtinus. 115
Priuati armati. 66
Priuatorũ balneum & balneæ. 128
Pro,id eſt ante. 59

Pro emptore ſacrificantes. 49
Pro inſano. 100
Pro nihilo habere. 89
Pro ſe,ſiue altero. 66
Pro vniuerſa analogia. 113
Procare. 85
Procreans. 134
Procreare. 118
Procudendum. 91
Procurare ædes. 20
Prodere. 36
Prodicere diem. 60
Prodigium. 35
Producere lectum. 114
Productio ſyllabæ. 2
Profanatus,a,um. 58
Profanum. 58
Profanum, id eſt antefanum. 58
Profari. 76
Profeſſus. 58
Profluere. 106
Progenerare. 118
Progenerandi pars animæ. 118
Progenies. 151
Progreſſus,a,um. 126
Proh Iuppiter. 73
Proiecta cadauera. 9
Proinde. 123
Proinde ac. 96,159
Proinde vt. 58
Prolabere. 57
Prolocutus. 59
Proludere. 59
Promiſcué. 1,64
in Promptu. 41
Pronomina. 124
Pronomina finita. 102
in Pronuntiando in oratione. 114
Pronuntiare. 56,59
Propagatus,a,um. 92,126
Propagines. 94,98
Propago omnis natura ſecunda. 92
Prope. 51
Propè adgreditur. 72
Propinquiora genere. 143
multo Propius nobis. 71
Proponere. 121
Proportio. 141
Proportione. 6,41,44,117
Proportionem reddere. 105
Propoſitum. 94
Propoſitum habere. 112
Proprium habere. 148
Proprium nomen. 58
Proprium vocabulum. 52
Propterea quod. 58
Prorſus. 49
Proſæ. 154
Proſapia. 84
Proſcindere. 84
Proſectum. 28
Proſequi. 70
Proſerpere. 17
Proſpicere. 103
Protinam. 90
Protinus. 90
Prouerſus. 85
Prouidere. 69
Prouocabula. 102
Prouocabula infinita. 102
Proximè addicere ad id vt. 142
Prudens à prudentia. 95
Pruina. 46
Publicé. 38,39
in publicum cogere. 24
in Publicum præſtare. 63
Puer ad ſenem,puella ad anum. 98
Pueri nõ loquuntur, ſed fantur. 59
Puerorum remedia. 90
Pueros in ludum mittere,vt diſcant ſcribere. 115
Pugil. 23
Pugiles à pugnando. 96
Pugnari. 149
Pullos facere. 102
Pulmentarium. 26
Pulmentarium primum. 26

Pulmentum. 26
Pulmones diſtrahantur. 82
Puls. 30
Puls antiquiſsima. 27
Puls & placenta. 25
Puls calda. 31
Pulſare pedibus olympum. 75
Puluinar. 127
Puluini tricliniarii pares. 123
Puncto temporis. 56
Pungebam, pungo, pungam. 136
Pungo, pungam, pupugi. 136
hæ Puppeis & puppes. 107
Pupugeram, pupugi, pupugero. 136
Pupus ſenex. 77
Pura ara. 8
Pura loca. 8
Pura verba. 61
Puræ arbores. 60
Purgamentum. 48
Purgare familiam. 6
Purpura. 28
Purum facere. 32
Purus ſermo. 119
Puſa. 77
Puſillus. 30
Puſus. 77
Putare. 60
Putator. 60
Putatur ratio. 61
Puteos coronare. 51
Puteſcere. 9
Puteus. 9,66
Puticuli. 9
Putidus. 9
Putor. 9
Putus purus. 60

Q

in Qua harum parte cumque ſit. 158
Qua conuenit. 67
Quadrans. 42
Quadrans ratitus. 11
Quadrans vecturæ cauſſa. 11
Quadrata menſa. 29,31
Quadratus comicus verſus. 11
Quadricepſos. 13
Quadriga. 156. Non dicitur. 157
Quadrigæ. 104,146
Quadrigæ agitantur. 55
Quadrigæ binæ, non duæ. 157
Quadrigæ duæ non dicitur. 146
Quadrigæ initiorum. 40
Quadrinæ copulæ. 149
Quadripartita forma. 153
Quadripartitio. 4,71
Quadripartitus. 32,103
Quadriplicatus. 118
Quadrupes cornuta. 77
Quadruplex. 152
Quadruplex fons. 146
Quadruplex forma. 120
Quærere. 65
Quæſtio. 65
Quæſtionum iudicia. 20
Quam ad finem. 120
Quam circum. 77
Quàm latè quidque pateat. 149
Quàm pauciſsima. 93
Quam rem ſiue litem. 87
Quanta multitudo. 54
Quaqua. 72
Quarta chorda. 152
Quarticeps. 12
Quarticepſos. 13
Quas infrà. 81
Quaſi temo. 33
Quaſſa dolia. 34
Quaſſare. 90
Quaterni caſus. 123
hei Quatuor, hæ quatuor, hæc quatuor. 132
Quatuor caſuum, vt mel. 107
à quatuor ad centum triplices habent formas. 132
Queis pro quibus. 70
Ques pro qui. 103
Qui dicunt. 123
Quibus non queis. 108

Quibus

Quibuſcum. 108
Quid noctis. 84
Quidquid eſt. 72
Quinarii. 42
Quingenta millia diſcrimina. 54
Quingentum millium. 54
Quinquagies centum millia diſcrimina. 55
Quinque Kalo Iuno nouella. 52
Quinquennale tempus. 48
Quinquennalis. 68
Quinticepſos. 13
Quintus, quinti, quinto, quintū, quinte. 107
Quiritare. 62
Quis alius. 44
Quis mulier. 60
Quis, quæ, articulus infinitus. 148
Quoad. 112
Quocirca. 78,137
Quo cum. 146
quo diſcernitur homo. 74
quo nomine. 99
Quod aiunt. 122,123
quod bonū, fortunatum, felíxq; ſalutaréque ſiet. 66
quod dicunt. 122,124,130
quod rogant. 121,129
Quodammodo. 93
Quoi. 103
Quoius. 103
Quondam. 75
Quotannis. 21,58
Quotquot annis. 6,8,117
Quot menſibus. 12
Quotquot menſibus. 12
Quotus quiſque. 116

R

R pro S. 76
Radices. 54
radices in agrum profectæ. 31
Rape, rapito. 149
Raritudo. 32
Raſtelli. 33
Raſtri. 33
Raſu. 33
Rati ſumus. 44
Ratibus aduehi. 11
ratibus repentibus. 75
Ratio. 141
ratio poſcitur. 55
ratio verborum. 105
ratione coniunctus. 92
rationem dari. 66
Ratis ærata. 75
ratis nauis longa. 75
Ratitus quadrans. 11
Ratum ac rectum. 87
Raudus æs. 40
Rauduſculo libram ferito. 40
Recentes. 158
Receſsit. 55
Reciprocare. 85
Reciprocus. 85
Recitare. 79
Recluſum. 33
Recordari. 56
Recta conſuetudo ſequenda. 116
rectè facere. 62
recti caſuum. 153
rectiſsimé. 72
rectū, homo: obliquum, hominis. 92
rectum ante declinatum. 92
rectus & obliqui caſus. 93, 103
rectus caſus. 100
rectus caſus ſingularis. 123
rectus caſus Aimilius. 93
Redemptum claſsicum de cenſoribus. 68
Redigere. 113,114
Redux. 131
Referre in litteras. 143
Referunt libri. 52
Reficere. 87
Refugit mens. 57
Regii clypei inaurati. 79
Regio. 22,97
regiones. 72

Regis latera. 81
Regnum occupare. 38
Regredi. 117
Regula aratri. 33
regula cum dentibus. 33
Rei colegæ. 68
Reique publicæ. 66
Reiicere. 33
reiicis religionem. 83
Relatum. 36
Reliquum. 42
Reloqui. 59
Remanere in mente. 57
Reminiſci. 56
Renes dolent. 82
Repente. 50
Repentibus ratibus. 75
Reperire. 71
Repertum. 55
Repetere. 56
repetere ab origine. 144
repetere res. 22
Reponere. 131
Repotatio. 66
Repudiandus. 99,139
Reputari. 155
Requirere. 116
Rem ſiue litem. 87
Rerum natura & vſus ſubeſſe oportet, vt ſit analogia. 125
rerum naturæ tres: ſimile, diſſimile, neutrum. 142
rerum, quæ verbis ſignificantur, partes. 95
Res militaris. 22
Reſarrire. 90
Reſerare. 90
Reſeri agrum. 8
Reſpicio. 65
Reſpondebo. 135
reſpondeo. 122
reſpondendum. 124
reſpondere. 62,63,152
reſponſum. 36
Reſpuit forum. 115
hæ Reſteis & reſtes. 107
Reſtibilis ager. 8
Reſtipulari. 44
Rete. 32
Reticulum. 32
Retractandum. 87,92
Retrahere. 2
Retro. 154
retro æra dici. 42
Retrorium. 33
Reuocare. 157
reuocare in cor. 56
Reus parum idoneus. 63
Rica. 32
Ricinium. 32
ricinium mulierum. 33
Rite. 87
Ritus. 21,32,86,87
Riuus. 93
Rogant. 122
Rorarii. 82
Rorat antequam pluit. 82
Roris, rorem, ſine recto. 130
Ros, roris. 130
Roſtrata trabes. 78
Rotunda menſa. 29,30
rotunda ſtagna. 9
Rubigo. 49
Rudentiſibilus. 3
Rudet ex reſtris. 89
Ruere. 27,33
Ruſæ mulieres, rutilæ. 86
Runcina. 69
runcinare. 69
Rura. 8
Rurſum & rurſus. 8
rurſus. 56
rurſus redit. 48
Ruſe, pro rure. 76
Ruſtici antiqui. 84
Ruta. 26
ruta cæſa v producto. 137
Rutabli. 33
Rutilare. 86
Rutilus. 86
Rutrum. 33

S

S pro I. 34
Sacellum. 86

Sacer, magis ſacer, ſacerrimus. 109
Sacra annua inſtituta. 50
Sacramentum. 43
Sacrarium. 58
Sacrificando deis. 30
ſacrificô, & ſacrificor differunt. 137
ſacrifico, ſacrificabo: ſed ſacrificandus, aut ſacrificatus ſum non dicitur. 137
in Sacris. 86
in ſacris noſtris. 48
ex ſacris carnem petere. 52
Sacculum. 2,48
Sæpius. 86
Sagax ſenſus. 25
Sagorum extremá fimbriæ. 20
Sagum. 41
ſagum in culcita. 41
Salere. 27
Salinæ, non ſalina. 103
Salſum, ſalſius, ſalſiſsimum. 109
Saltare in comitio. 21
Saltus. 8
Salum. 18
Salutator à ſalutando. 105
Saluto, ſalutabam, ſalutabo. 96
Sancta non eſſe templa. 72
Sapiens, ſapiētior vir & mulier. 110
ſapientiſsimi viri contra veterē conſuetudinem multa fecerunt. 115
Sarculum. 33
Sarrire. 33
Sartus, a, um. 61
Satio. 52
ſationes. 117
Satis eſt. 48
Satisfacere. 71
Satu. 8,16
Scabellum. 41
Scæna. 88
in ſcæna actores. 147
ſcænæ oſtia dexteriore parte, & ſiniſteriore. 119
Scænici poetæ. 115
Scæniculæ. 83
Scænum nugarium vnguētum. 85
Scæptrum & ſceptrum. 88
Scæuæ bonæ cauſſa. 88
ſcæua ſiniſtra. 88
ſcæuum bonum omen. 88
Scalæ. 126,128,154.
non ſcala. 158
Scalpere. 69
Scamnum. 41
Scandendo. 128
Scandere. 41
Scanſio duplicata. 41
ſcanſio ſimplex. 41
Scapus. 26
Scatere. 128
Sceleroſus homo. 68
Scena. 47,88
ſcenici. 64
Sceptrum & ſcæptrum. 88
Scientia. 23
ſcientiam aucupari. 3
Scindere analogiam. 128
Scirpea virgulta. 82
Scobina. 83
Scobs. 83
Scopæ. 146
Scortari. 86
Scortea. 86
Scortum, pellis. 86
Scrantiæ. 83
Screando. 83
vt eſt Scribo, ſcribam, ſic dico, dicam. 98
Scriptitaui. 149
Scriptor. 71
ſcriptor ab ſcribendo. 105
ſcriptores diſcrepant. 139
Scrupea. 83
ſcrupea ſaxa. 72
Scrupedæ. 83
Scrutando. 70

Scrutari. 98
Scutum. 29
Se. 42
Secedere. 36
Secepit. 73
Secretus,a,um. 125
Sectura. 29
Seculæ. 33
Seculum. 48
Secundi,tres. 91
Secundum parietem. 85
ſecundum ſegetes. 49
ſecundum viam. 57
Secuti. 55
Sedere in templo. 67
ſedes. 31
ſedes dei. 38
ſediculum non dicitur. 104
Sedile. 31
Seditantes non dicitur. 106
Sedulitas. 2
Sedum. 31
Seges. 8,91
Segeſtria. 41
Segetes. 117
Selibra. 42
Seliquaſtrum. 31
Sella. 31
Sembella. 42,150
Semen. 8,52
ſemen igneum. 16
ſemen ignis. 15
Sementes. 9
Semilixulæ. 26
Seminaria. 8
Semis tertius. 42
ſemis quartus. 42
ſemiſsis. 150
Semita. 7
Semodius. 42
Semuncia. 42
Senæ partes. 146
Senatuſconſultum. 36
Senecta. 2
Seneſcendus. 48
ſeneſcens menſis. 48
Senex amica. 76,77
Seniores. 38
Senſus. 116
ſenſus quinque. 65,118
Sententiam efferre. 92
Separatim. 106,150,157
Septem triones. 84
Septem Kalo Iuno nouella. 52
Septentrionalis circulus. 117
Septicepſos. 13
Septima chorda. 152
Septunx. 42
Septus. 37,72
ad Sepulchrum epulas ferre. 48
ad ſepulchrum lanæ. 76
Sequens. 77
Sera. 90
Serendi cauſſa. 33
Series. 61
ſeries caſuum. 130,160
Seritúrne? Serietúrne? 149
Sermo. 61
ſermo purus. 119
in ſermone. 101
ſermones ſcribere. 112
Sero,ſeror. 105
Serperaſtra. 114
Serpere. 17
Serpunt ſpinæ. 33
Serra. 90
ſerræ leues. 33
Serta. 61
Serui priſcis nominibus. 116
in ſeruis gentilitia natura non ſubeſt in vſu. 126
Seruolus. 94
Seruorum liberi. 124
ſeruorum fanorum nomina. 111
Societatum. ibid.
ſeruorum nomina impoſita à dominis. 96
ſeruus,ſerue. 153
ſeruiles dii manes. 51
Seſtertius. 43
Setæ nigræ. 70
Sex caſuum, vt vnus. 107

ſex decuriæ tribus gradibus. 133
Sextans. 42
ſexti caſus deſinunt in A,E,I, O,V. 156
Sexticepſos. 13,14
Sextula. 42
Sexus virilis,muliebris,neuter. 102
Sibi non conſtat. 129
Sibilus. 2
Sic itidem. 54
Sicubi. 146
Sidera. 74
Siet. 66
Sigillatim. 28,102
Signa cata. 8
ſigna quotannis eodem modo exoriuntur. 117
ſigna,ſidera. 73
ſigna canere. 77
ſigna dare. 77
ſigna incinuerunt. 78
ſigna, quæ non habent caput. 131
ſignorum membra. 131
Significabilem. 57
Signitenentes. 5
Signum candens, 74
ſignum dare. 25
Silentium noctis. 47
Silua exciſa. 37
Silueſtres loci. 78
Simile quid ſit. 141
ſimile verbum eodem genere & figura. 101
ſimile & diſsimile ex duobus conſtat. 141
ex duobus vocabulis ſimilibus caſus ſimiliter declinatos ſimiles fieri. 123
ſimiles res diſsimilibus verbis notantur. 112
quodcunque cõferas, aut ſimile eſt,aut non eſt. 142
ſimilia non ſolùm à facie, ſed à coniuncta vi, & poteſtate. 134
nihil extrinſecus oportet ſumi ad iudicandum an ſit ſimile. 102,108
ſimiliores qui plura habent eadem. 142
ſimilis nominatus eodẽ genere, ſpecie,caſu,exitu. 146
ſimilitudines poetarum. 151
ſimilitudo. 120,150
ſimilitudo verborum in multis verbis. 150
Simpulum. 31
Simulacra. 84
Sine controuerſia. 96
ſine dentibus latrat. 77
ſine dubio. 124
ſine dubitatione. 93
Singula,multa. 43
à Singulari in multitudinem,an contrà ordiri debuit analogia. 154
ſingulare verbum caput. 124
ſingulare verbũ non habet analogias. 124
ſingulares res. 93
in ſingulari. 107
ſingularia faciliùs videntur ex multitudine, quàm ex ſingularibus multitudinis verba. 155
ſingularia auſpicia. 7
ſingulare aliquid. 126
ſingularis caſus. 78
in ſingulos annos. 68
Siniſterior pars. 119
Siniſtra & dextra. 75
ſiniſtra ab oriente. 78
ſiniſtra bona auſpicia exiſtimantur. 88
ferto in ſiniſtrum. 72
Sinum. 31
ſinus. 31
ſinus vas. 116
Sirpare. 34
Sirpata dolia. 34
Sirpea. 35

Sirpices. 33
Sirpiculæ. 33,34
Siſtere. 47
Sitiens. 99
Situs,a,um. 51
Socer,ſoceri. 134,160
Socrus. 160
in Societatem venire. 62
ſocietatum ſeruorum nomina ſine proportione. 111
ſi homines ſuſtuleris, Sodales ſuſtuleris: ſi ſodales, ſodalitatem. 151
ſodalis, & ſodalitas. 151
Sol. 17,18
Sola terræ. 6
Solarium. 46
Solis ignis aureus. 86
ſolis & lunæ curſus. 46
ſolis motus. 47
Solitus ſum à ſoleo. 138
Solium. 31
Solſtitialis circulus. 117
ſolſtitium. 47
Soluere crimina. 113,120
ſoluere per trutinam. 44
ſolui à ſoleo, Cato & Ennius. 138
Solum. 46
Soluta oratio. 69,70
ſoluta oratione locuti. 157
Sonant arma. 61,62
Sonitus. 61,62
Sorbere. 66
Sors. 44,61
ſortes. 61,81
Sortilegi. 61
Spatium. 23
Species. 105,121
ſpecies alienæ. 14
Specillum. 66
Specio. 32,65,66
Spectacula. 37
Spectare. 65
Spectionem habere. 65
Specto. 32
Specula. 65
Speculator. 65
Speculum. 32,65
Sperare. 63
Sperata. 63
Spes. 63
Spexit. 65
Spica. 8,56
ſpica aret. 15
ſpicas conruere. 34
Spicilegium. 91
Spinoſiora. 104
Splendidæ ſtellæ. 72
Sponden' tuam gnatam? 63
ſpondere. 62
Sponſa. 62
ſponſa pecunia. 62
Sponſalis dies. 62
Sponſio. 62
Sponſor. 62,63
ex Sponſu agere. 63
ſponſu alligatus. 62
ſponſus. 62
ſponſus rogatus. 90
Sponte. 62
ſponte dicere. 63
ſponte ſuapte. 62
ſine ſponte ſua. 63
ſpontis ſuæ finem. 63
Spurcitia lanæ. 82
St. 77
Ste. 14
Stadium. 4
Stagnum. 9
Stamen. 28
Stans. 29
Status. 4
Statuti dies. 52
Stella prima exorta. 46,47
ſtellæ quot in Orionis ſigno. 81
ſtella iubata. 47
Stercus euehitur. 34. Euerritur. 53
Sterile. 15,94
Sternere. 41,69
Stillicidium. 9
Stipare. 44
Stipatio. 81

Stipatores. 81
Stipendia facere. 44
ſtipendiarii. 44
Stipendium. 44
Stips. 44
Stipula. 91
Stipulari. 44
Stirpem liberûm. 74
Stirps. 93
Stiua. 33
Stola muliebris. 147
ſtola mulierum. 123
ſtola pallio diſſimilis. 98
Stragulum. 41
Stramenta è ſegete. 41
Strangulare. 69
Strictim. 121
Stritabillæ. 83
Stritare. 83
Stritilando. 83
Strenuus, ab ſtrenuitate. 96
hæc Strues. 131
ſtrues, non ſtruis. 103
Struis, ſtrui, ſtruem, ſtruum. 109
Stultè dicere. 122
Stultus, ſtultior, ſtultiſſimus. 129
Sua ſponte. 62
Suapte ſponte. 62, 155
Sub armis. 65
ſub dextra. 38
ſub dio. 16
ſub diuo. 39
ſub ſenſum venire. 64
ſub tecto. 99
ſub tecto non iurandum. 17
ſub terra. 33
ſub terra templum. 71, 72
ſub vrbe populi. 50
Subeſſe. 70
Subigere aures populi. 115
Subiungere. 5, 157
Sublati remi. 75
Sublecti. 61
Subligaculum. 51
Sublime cogens. 84
Sublimes lecti. 41
Sub menſuram ac pondera ſuccedunt. 127
Subſcribere. 90
Subſedere. 11
Subſellium. 31
Subſidere. 22
Subſidium. 22
Subſipere. 31
Subſiſtere. 38
Subſtructus locus. 38
Subtemen. 28
Subtilius. 150
Subtus. 32
Subucula. 32
ſubuculæ vxoris non pares. 122
Subulo. 78
Subuolare. 20
Subcenſere. 87
Succeſſit. 55
Succi parum. 27
Succidere. 20
Succidia. 27
Succinit. 63
Succudere. 29
Succus abeſt. 27
Sudor, pro himbre. 9
Suere. 23, 143
Suffibulum. 51
Suffiendo. 51
Suffragium ferre. 53
Sui cuiuſque tẽporis verba. 137
Suile, à ſue. 104
Suilla. 27
Suis, à ſuere & à ſue. 143
Sulcus. 8, 35
Sulfur. 9
Sum, olim eſum. 136
Sunto. 72
Sum, fui, ero. 136
Sumere ſimilitudines. 134
Summa. 113
ſumma duplex. 99
ſumma muri. 35
ſumma pars. 19
ſumma poteſtas. 21
ſumma pura. 61
ſumma terræ. 6

ad quamcũque ſummam in dicendo referam. 113
ſummatim. 94
in Summo. 84
ſummum cælum. 5
ſummum diei. 46
ad ſummum peruenire. 110
ſummus. 30
ſummus campus. 8
Sunto. 72
Suo quiſque ritu ſacrificium faciat. 87
Supellex. 99
ſupellex diſtincta ex ebore, aliiſque rebus. 99
ſupellex figuræ nouæ. 116
Supera loca. 5
ſuperare. 84
ſuperior domus. 40
Superrimus. 46,81
Supparus. 32
Suprema. 46
Suppoſiti. 61
Supra & ſubtus. 32
Supremum tempus. 46,81
ſupremus. 81
Surdum theatrum. 125
Surgere magis mane. 129
Surſum verſus. 23
Suſceptæ feriæ. 52
Suſpendere. 88
Suſpicatrices. 83
Suſpicere. 9
Suſpicio. 65
Suſtinere rempublicam. 18
Suſtollere. 8
Sutor. 23
Sutrina. 23
ſutrina, non calcearia. 104
Syllabæ habent ſingulos caſus. 123

T

Tabellæ. 29
Taberna vinaria, cretaria, vnguentaria. 104. Argentariorum. 68
Tabernæ ædes. 39
Tabernola. 12,13
Tabula, in qua latrunculis luditur. 146
tabulæ. 44
Tangere. 32,104
Tanta cognatio. 150
Tantalæ. 83
Tantidem. 78
Tantum acuminis. 45
tantus numerus. 92
Tardus. 119
ſub Tecto. 17,99
Tela. 28
Tellus. 17
tellus vincta cælo. 16
Temo. 33,84
Temperantia. 98
Tempeſtas. 84
tempeſtas pro tempore. 81
tempeſtas ſuprema diei. 81
tempeſtiuus. 46
Templa cæli. 71
templa æterna cæli. 48
templa adfari. 58
templa dextra. 72
templi partes. 72
in templo auſpicii ſede. 67
in templo iubeas adeſſe homines. 68
templum concipere. 72
templum. 71,72
templum circum ſeptum. 73
templum factum eſt. 67
templum tectúmque. 72
templum vnius introitus. 73
Tempora, caſus, neutrum verba ſignificant. 94
tempora tria, præteritum, præſens, futurum. 96
Temporale verbum. 95
temporalia verba. 138
temporalis. 148
temporum vocabula. 45
temporum trium verba. 118
tempus. 4,46
tempus verbo iungitur. 87
tempus ſupremum. 46,81

Tenebras diſſoluere. 64
Tener, tenerior, tenerrimus. 109
Tenor temperatus. 46
Tera, pro terra. 6
Terdeni. 23
Terere. 34
Tergere manus. 66
Termentarium. 6
Terra. 5,10
à terra terrus non dicitur. 120
in terra. 71
ab hac terra. 156
terra altrix. 75
terra vnde. 6
terra & cælum dei. 14,15
terra iuuat, & lucet. 17
terra mundi media. 74
terræ analogiæ. 118
in terris. 72
territorium. 6
Terticepſos. 13
Teruncius. 42
Teſca. 73
Teſta, vel teſtus. 27
Teſta. 20,72
Teſticuli dempti. 24
Teſtimonium eſſe. 12
Teſtuatium. 27
Teſtudo in re militari. 29
Tibiæ. 106
tibicen. 106
tibicina. 89
tibicines. 84,78
tibicines feriati. 50
Tignum. 34
Timor frigidus. 56
Tingere. 69
Titiæ aues. 21
Toga. 28
toga læna. 33
toga prætexta. 50
toga virilis. 123
toga virilis tunicæ muliebri diſſimilis. 98
Tollere. 124
Tomentum. 41
Tonſura inuenta. 14
Torale. 41
Toruinus. 41
Torulus. 41
Torus. 41
Toruus. 35,41
Totæ, pro toti. 89
Totidem. 98,107
Trabes vna. 78
Trabs. 78
trabs, à trabes. 155
Traditæ hiſtoriæ duæ. 38
traditum eſt memoriæ. 40
traducere. 114,115
Traductus. 12
Tragula. 29,34
Trahere plauſtrum. 33
trahi per terram. 34
traiicere. 29
Trama. 28
Trames. 82
Tramites. 2
Tranare. 28
Tranquillo mari. 86
in Tranſeundo. 148
Tranſilire. 113
Tranſitibus. 153,154
Tranſitio. 137
Tranſitus. 134,153
Tranſlata. 89,158
Tranſlatitia verba. 64
tranſlatitium nomen. 10
tranſlatitium verbum. 61
Tranſlatio. 58
Tranſlatum. 64
Tranſuerſa regula. 33
tranſuerſi ordines. 146
tranſuerſus. 82,85
Trapetes. 34
Trauolare. 29
Treis libros. 69
Tremo. 56
Tremuiſti, id eſt timuiſti. 56
Tres bigæ non dicitur, ſed trinæ. 157
Treſſes. 132
Treſſes ex tribus æris. 132

Treſſis. 41,132
Triarii. 22
Tribulum. 6
Tribus. 44
Tributa quinto quoque anno. 48
Tributim. 44
Tributum. 44
Triceſſis. 41
Triclinia hiberna & æſtiua. 99
Feneſtrata. 99
Triclinaris gradus. 99
Triclinariæ mappæ. 122
Triclinii lecti pares materia, altitudine,& figura. 123
Triclinium conſternere. 114
Tricliniorum analogiæ. 114
Triens. 44
Trigæ. 104
Trinæ,bigæ,non tres. 157
Trinæ copulæ. 112
Triones. 2,84
Triplia. 30
Triplices radices. 134
Triportenta deum. 82
Trita ſemita. 2
Tritaui mater. 71
Tritauus. 71
Triticum. 26
triticum iactum. 117
Tritura. 6
Tritus,a,um. 43
Triuium. 74
Trium caſuum, vt prædium. 107
Triumphare. 62
io Triumphe io. 62
Triuolum. 6
Trua. 29
Trulla. 29
Trulleum. 29
Trutina. 44
Tuba. 29
tubæ ſacrorum. 49
Tubicines. 23
tubicines ſacrorum. 29
Tubus. 29
Tueri. 72,73
Tuguria. 21
Tumultus. 50
Tundo,tundam,tutudi. 136
Tunica. 28
tunica ferrea. 29
tunica virilis. 123
tunicæ plagula anguſtis clauis aut latis. 131
tunica virilis & muliebris, quam habere ex inſtituto debent. 147
tunica muliebris. 98
tunicam conſuere. 131
tunicam reiicere. 62
Turbulentus,a,um. 145
Turdarius. 45
Turdelix. 45
Turma. 24
Turmarum decuriones terni. 23
Turpicula res in collo puerorũ. 88
Turres. 35
Tutela. 75
Tuto. 99
Tutulati. 80
Tutulus. 80

V

Vacia. 114
Vadẽ ne poſceret, nec dabitur. 63
Vades ne darent. 63
Vadimonium promittere pro altero. 63
Vagari. 50
Vagit clamor. 89
Valens oratio. 114
Valentes. 84
Vallum. 29,34
Valuata triclinia. 99
Vannum. 34
Varicare. 29
Varietas iucunda. 122
Varietate delectamur in veſtitu,& ſupellectili. 122

magis Varium. 122
Vas. 63
vas aquarium. 30
vas argenteum. 127
vaſa ad victum habilia & figura bella. 99
vaſa ænea. 31
vaſa auri. 116
vaſa ſacra. 30
vaſorũ inuſitatæ formæ recẽtes à Græcia adlatæ. 116
vaſorum menſa. 31
Vates. 78
vaticinari. 58
Vbi lucet. 67
vbi olim. 58
Vdus. 9
Vectigalia quinto quoque anno. 48
Vectis. 37
Vectura. 11
Vegetes. 24
Veha. 34
Vehementius. 57
Vehi lintribus. 38
Vehiculum. 34
Veho, vehis. 138
Velamenta. 76
Velamentum. 28
Velare caput. 32
Velato capite. 21
Velaturam facere. 11
Velatus. 76
Vel inde. 31
Vellera. 14
Vellere lanam. 14, 32
Vellus. 32
Velum. 32
Venabulum à venatore. 104
Venans, venaturus, à venor. 106
Venator. 23
Venditionis fundi lex. 137
Venet. 76
Ventilabrum. 34
Ventilare. 34
in Ventre ferre. 49
Ventus. 17, 18
Ver. 47
ver omnia aperit. 53
Verba aut finita aut infinita. 118
verba facere. 64
verba habent tempora & perſonas, non caſus. 148
verba ſignificant caſus, tẽpora, neutrum. 95
verba non verba. 59
verba litteras aut adſumunt, aut amittunt, aut commutant. 45
verba, vt legit & currit. 95
verba ſunt impoſita rebus vt ea ſignificent. 98
verba proinde ac cognominata. 96
verborum declinatuum ſpecies ſex: temporalis, perſonarum, rogandi, reſpondendi, optandi, imperandi. 148
verborum declinantium genera quattuor. 54
verborum diuiſiones. 137
verborũ partes quattuor: temporum, perſonarũ, generum, diuiſionum. 135
verborum principia duo. 93
verborum genera duo, fecundũ, ſterile. 94
verborum omnium cauſſæ dici non poſſunt. 71
verborum declinatio, cur. 96
Verbum quid ſit. 159
verbũ aut vox, quam audimus: aut quod ea ſignificat: aut vtrumque. 101
verbum emittere. 53
Verbo tempus, locus nomini iungitur. 95
Vere. 129
Vereor ne. 90
Vergiliæ. 47, 81
Veritas potius, quàm conſuetudo ſequenda. 115
Vernacula verba. 2, 57
Vernacula vocabula. 19, 26

Vernaculum ac domi natum. 157
Verſa natura. 24
ab hoc Verſu. 156
Verſum. 117
Verſura loci. 83
Verſus,a, um. 36,47
verſus in. 29
Vertendo. 89
Vertere. 47
Vertex. 2
Veru. 24,31
Veſana mens. 58
Veſper nouiſſimum. 129
Veſper. 47,81
magis veſpere. 129
veſpere. 81
veſperi. 53
Veſpertinum tempus. 129
Veſperugo. 46,47,81
Veſtibulum. 85
Veſtigator. 23
Veſtigia fugæ huius diei. 50
veſtigium manet. 44
Veſtimenta. 116
veſtimentum. 28,61,158
veſtimētum apud fullonem cogitur. 56
Veſtimur,vt vitemus frigus, & honeſtè veſtiti videamur. 99
Veſtis. 32
veſtem iacere retrorſum. 33
veſtem mutat imperator. 78
Veſtiſpica. 73
veſtitus,us. 26,98
Vetera verba. 2
Vetus. 45
vetus, vetuſtior, veterrimus. 59
Vetuſtus. 45
ad Vexillum ducere. 68
Via. 3,6,7,35
via dextra. 82
Vibices. 82
Vicenæ partes. 142
Viceſſis. 41
Victitare. 15
Victoriati. 133,151
Victus,us. 19,26,36
Vicus. 3,35
Vicus conſtat ex domibus. 39
Vide circum. 5
videndum vt ſatis ſit verecūdi. 145
videre. 65,78
videre domi. 73
Viere. 16
Vigilare. 65
Villa. 7,22
villæ ædes. 39
villam tueri. 73
Vinaria menſa. 30,31
vinaria taberna. 104
vinaria trulla. 29
vinarium vas. 31
Vincire. 15
vinctio. 15
vinctura. 16
Vinculum capitis. 16
Vindemia. 8
vindemiæ. 49
vindemiam auſpicatur Dialis. 49
vindemiator. 23
Vinea. 34
vineæ. 8,29
Vineta. 8
Vinum. 8
vinum dare.31. Deo. 30
vinum,vina. 127
vinum legere. 23
vinum nouum. 49
vinum nouum & vetus. 51
Viocurrus. 3
Violare virginem. 65
Violentia. 18
Vir habet calceos muliebres. 121
Virere. 47
Virgæ. 34
Virgulta. 80
Viridis. 25
Virile nomen & muliebre. 34

viriles calcei. 121
viriles ſpecies. 14
virilia. 148
virilitas. 18
Vis. 16,116
vis & poteſtas. 134
vis,recto & obliquo caſu. 93
vis humoris. 25
Viſenda. 65
Viſite. 67
Viſus maximus ſenſus. 65
Vita vnde. 16
vita inſepulta. 131
vitare. 59,143
Vitiare. 65
Vitis. 25
Vitium manumiſſionis. 53
Vitulantes. 90
Viua aqua. 30
Vix. 145
vix notum paucis. 50
Vliginoſus ager. 9
Vlulans. 89
Vmbilicus. 74
Vmbo. 27
Vmbra cornuata. 76
vmbram iacere. 76
Vnæ,binæ,trinæ bigæ. 127
Vncia. 42
Vnde eſt illud. 73
vnde ſit,quid ſit, cuiuſmodi ſit. 141
Vngo,vngor. 149
vnguenta alia ex regionibus. 128
vnguentaria taberna. 104
vnguentum. 104
vnguentum,vnguenta. 127
Vni alteri. 146
vni,trini,quatrini. 104
Vnitas. 93
Vniuerſa analogia. 98
Vniuerſa lana. 32
vniuerſa natura verborum. 102, 154
vniuerſus,a,um. 40
vniuerſus caſus litteræ. 107
Vnius caſus litteræ. 107
Vniuſmodi. 136,143
Vnoculus. 3,84
Vnum & nongenta ab vna ſunt natura nouenaria. 133
vnus,vnius,vni, vnũ,vne, vno. 107
Vocabula & reliqua verba. 59
vocabula & verba partes orationis. 95
vocabula, vt homo & equus. 95
vocabula rebus imponunt imperiti. 155
vocabula vt infinita. 102
de vocabulo potius quam de re controuerſia. 142
vocabulorum declinationũ genera quattuor: nominandi, caſuale, augendi, minuendi. 104
vocabulum & nomen. 145
Vocalis oratio. 159
Vocandi caſus. 102,121,148
vocare in harenam. 145
vocem emittere ore. 57
voces declinatæ. 93
voces mittendi pars animæ. 118
Vocitare. 40
vocitatus. 59
Volare pedibus. 17
volatus. 19,34,56
Volo. 56
à volo,volare & velle. 137
Volſellis pugnare. 119
Volt. 15
Volumen non patitur. 45
Voluntaria declinatio ad conſuetudinem refertur. 144
voluntaria declinatio impoſitorum. 119
voluntarium. 97
Voluptas. 99
Voluere filum. 28
Volutare. 89

Vomer. 33
Vomere terram. 33
Vota noua ſuſcipi. 60
Vrbanus. 96
Vrbes. 35
Vrbum. 31
Vrcei. 37
Vrguere. 96,116
Vrinare. 31
Vrinator. 31
Vrna. 31
vrna prima. 43
vrnarium. 31
Vro,vror. 149
Vſquedum viuunt. 137
Vſque eo. 77
Vſquequaque. 72,117
in Vſum additus. 60
Vſura. 44
Vſurpandum erit. 58
vſurpandus. 102
Vſus ſimplex. 94
Vt. 89,100
vt cuiuſque tulit voluntas. 97
vt loqui. 59
vt multa. 34,38,84
vt pronomen. 135
vt res poſtulat. 141
Vter. 127
Vtilis & neceſſaria declinatio. 92
Vtilitas nō ſimilitudo quæritur in rebus vſus cauſſa inuentis. 98
vtilitas & elegãtia conſideranda. 99
vtilitatis cauſſa facta oratio & veſtimenta. 122
vtilitatis cauſſa quæque res eſt inuenta. 98
Vtique. 72
Vtrobique. 149
Vuidum. 27
Vuidus. 9
Vuor. 26
Vxorculare. 83

X

X, pro C S. 122,155

F I N I S.

M. TERENTII VAR-
ronis De re ruſtica
LIBRI III.

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA LIBER I.

qui eſt de agricultura.

Qui Græci de agricultura ſcripſerint. CAP. I.

OTIVM ſi eſſem conſecutus Fundania, commodius tibi hæc ſcriberem, quæ nunc, vt potero, exponam: cogitans eſſe properandum, quòd (vt dicitur) ſi eſt homo bulla, eo magis ſenex. annus enim octogeſimus admonet me vt ſarcinas colligam ante quàm proficiſcar è vita. Quare, quoniam emiſti fundum quem bene colendo fructuoſum cõficere velis, méque " vt id mihi habeam curare roges, experiar: & non ſolùm, vt ipſe quoad viuã quid fieri oporteat vt te moneam, ſed etiam poſt mortem. Neque patiar Sibyllam non ſolùm cecinisse quæ, dū viueret, prodeſſent hominibus, ſed etiam quæ cùm periſſet ipſa, & id etiam igno tiſſimis quoque hominibus. ad cuius libros tot annis pòſt publicè ſolemus redire, cùm deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento: me, ne dum viuo quidē, neceſſariis meis quod proſit facere. Quocirca ſcribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare, ſiqua in re quæres quemadmodum quidque te in colēdo oporteat facere. Et quoniam (vt aiunt) dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos: nec, vt Homerus &

vt adhibeam curam

Ennius, Muſas, ſed x i i deos, conſentis. neque tamen eos vrbanos, quorum imagines ad forum auratæ ſtant, ſex mares, & fœminæ totidem, ſed illos x i i deos qui maximè agricolarum duces ſunt. Primùm, qui omnes fructus agriculturæ cælo & terra continent, Iouem & Tellurem. itaque duo hi parentes magni dicuntur: Iuppiter, pater appellatur: Tellus, terra mater. Secundò, Solem & Lunam, quorum tempora obſeruantur, cùm quædam ſeruntur & conduntur. Tertiò, Cererem & Liberum, quòd horum fructus maximè neceſſarii ad victum. Ab his enim cibus & potio venit è fundo. Quartò, Robigum ac Floram: quibus propitiis, neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempeſtiuè florent. Itaque publicæ Robigo feriæ, Robigalia, Floræ, ludi Floralia inſtituti. Item aduenerор Mineruam & Venerem, quarum vnius procuratio olueti, alterius, hortorũ: quo nomine ruſtica vinalia inſtituta. Nec non etiam precor Lympham ac "Bonum euentum, quoniam ſine aqua omnis arida ac miſera agricultura: ſine ſucceſſu ac bono euẽtu, fruſtratio eſt, nõ cultura. His igitur deis ad venerationem aduocatis, ego referã ſermones eos quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris: in queis quæ non inerunt & quæres, indicabo à quibus ſcriptoribus "reperias, & Græcis, & noſtris. Qui Græcè ſcripſerunt diſperſim alius de alia re, ſunt plus quinquaginta. Hi ſunt quos tu habere in conſilio poteris cùm quid conſulere voles, Hieron Siculus, & Attalus Philometor. de philoſophis, Democritus phyſicus, Xenophon Socraticus, Ariſtoteles & Theophraſtus peripatetici, Architas Pythagoreus, itẽ Amphilochus Athe-

Boneũ vẽtum

repetas

niẽſis, Anaxipolis Thaſius, Apollodorus Lẽnius, Ariſtophanes Maleotes, Antigonus Cymeus, Agathocles Chius, Apollonius Pergameneus, Ariſtandrus Atheniẽſis, Bacchius Mileſius, Bion Soleus, Chæreſteus & Chæreas, Athenienſes, Diodorus Priẽnæus, Diõ Colophonius, Diophanes Nicenſis, Epigenes Rhodius, Euagon Thaſius, Euphranii duo, vnus, Atheniẽſis, alter, Amphipolites, Hegeſias Maronites, Menãdri duo, vnus, Priẽnæus, alter, Heracleotes, Niceſius Maronites, Pythion Rhodius. De reliquis, quorũ quæ fuerit patria non accepi, ſunt, Androtion, Æſchrion, Ariſtomenes, Athenagoras, Crates, "Dadis, "Dionyſius, Euphitõ, Euphorion, Eubolus, Lyſimachus, Mnaſeas, Meneſtratus, Pleuthiphanes, Perſis, Theophilus. Ii, quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerũt. eaſdem res etiam quidam verſibus, vt Heſiodus Aſcræus, Menecrates Epheſius. Hos nobilitate Mago Carthaginienſis præteriit Pœnica lingua, quòd res diſperſas comprehendit libris x x I I x, quos Caſſius Dionyſius Vticẽſis vertit libris x x, Græca lingua, ac Sextilio prætori miſit: in quæ volumina de Græcis libris eorũ quos dixi, adiecit nõ pauca, & de Magonis dempſit inſtar librorum v I I I. Hoſce ipſos vtiliter ad v I libros redegit Diophanes in Bithynia, & miſit Deiotaro regi. Quo breuius de ea re conor tribus libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis paſtionibus. Hoc libro circunciſis rebus, quæ nõ arbitror pertinere ad agricultura͂. Itaque prius oſtẽdam quæ ſecerni oporteat ab ea: tum de his rebus dicam, ſequens naturales diuiſiones. Ea erũt ex radicibus trinis, & quæ ipſe in meis fundis colendo animaduerti, & quæ legi, & quæ à peritis audii.

Oades

Dionyſius περὶ ςυ τῶν, Euph.

Quæ diiungenda ſint ab agricultura. C A P. II.

Semen tinis "SEMENTIVIS feriis in ædē Telluris veneram rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus noſtris: vt corrigimur à recentibus vrbanis, ab æditυo. Offendi ibi C. Fundanium, ſocerum meum, & C. Agrium, equitem R. Socraticū, & P. Agraſium, publicanum, ſpectātes in pariete pictam Italiam. Quid vos hîc, inquam, num feriæ "ſementiuæ otioſos huc adduxerunt, vt patres & auos ſolebant noſtros? Nos verò (inquit Agrius, vt arbitror) eadem cauſa, quæ te, rogatio æditimi. Itaque ſi ita eſt vt annuis, morére oportet nobiſcū, dum ille reuertatur. Nam accerſitus ab ædile, cuius procuratio huius templi eſt, nōdum rediit, & nos, vt expectaremus ſe, reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod eſt, Romanus ſedendo vincit, vſurpemus, dum ille venit? Sanè, inquit Agrius: & ſimul cogitans, portam itineri dici longiſſimam eſſe, ad ſubſellia ſequentibus nobis procedit. Cùm conſediſſemus, Agraſius, Vos, qui multas perambulaſtis terras, ecquā cultiorē Italia vidiſtis? inquit. Ego verò, inquit Agrius, nullā arbitror eſſe quæ tam tota ſit culta. Primùm cùm orbis terræ diuiſus ſit in duas partes ab Eratoſthene, maximè ſecundum naturam ad meridiem verſus, & ad ſeptentriones. Et ſine dubio, quoniā ſalubrior pars ſeptentrionalis eſt quàm meridiana: & quæ "ſalubriora, illa fructuoſiora: dicendum "magis eam fuiſſe opportunam ad colendum quàm Aſiam, ibique Italiā. primùm, quòd eſt in Europa: ſecundo, quòd hæc temperatior pars eſt quàm interior. nam intus penè ſempiternæ hyemes. Neque mirum, quòd ſunt regiones inter circulū ſeptentrionalem, & inter cardinem cæli vbi ſol etiam

ſemē- tinæ

ſalubrior, illa fructuoſior:

magis Europā fuiſſe

ſex menſibus continuis non videtur. Itaque in oceano in ea parte ne nauigari quidem poſſe dicunt propter mare congelatum. Fundanius, En ibi tu quicquam naſci putas poſſe, aut coli natum? Verum enim eſt illud Pacuuii, Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo vapore, aut frigore, terræ fructus omnes interire. Ego hîc, Vbi nox & dies modicè redit & abit, tamen æſtiuo die, ſi non "diffinderem meo inſititio ſomno meridie, viuere non poſſem: illic in ſemeſtri die, aut nocte, quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit? Contrà, quid in Italia vtenſile non modò non naſcitur, ſed etiam non egregium fit? Quod far cõferam Campano? quod triticum Appulo? quod vinũ Falerno? quod oleum Venafro? Non arboribus conſita Italia eſt, vt tota pomarium videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, quam Homerus appellat ἀμπελόεσσαν, quàm hæc? aut Argos, quod idem poeta πολύπυρον, in qua terra iugerum vnum denos & quinos denos culleos fert vini. Quot quædam in Italia regiones? ánnon M. Cato ſcribit in libro Originũ ſic? Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim' cis Ariminum datus eſt vltra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in ſingula iugera dena cullea vini fiunt. Nónne item in agro Fauentino, à quo ibi tricenariæ appellantur vites, quòd iugerum tricenas amphoras reddat? Simul aſpicit me, Certè, inquit, L. Martius præfectus fabrûm tuus, in fundo ſuo Fauentiæ hanc multitudinem dicebat ſuas reddere vites. Duo in primis ſpectaſſe videntur Italici homines colendo, poſſéntne fructus pro impẽſa ac labore redire, & vtrum ſaluber locus eſſet an non. quorum ſi alterutrum decollat, & nihilominus quis vult

defenderem me in æſtuoſũ meridiẽ,

vide caſtig.

colere, mente eſt captus, atque ad agnatos & gẽtiles eſt deducendus. Nemo enim ſanus debet velle impenſam ac ſumptum facere in culturã, ſi videt non poſſe refici. Nec ſi pòteſt reficere fructus, ſi videt eos fore vt peſtilentia diſpereant. Sed opinor qui hæc commodius oſtendere poſſint adſunt. Nam C. Licinium Stolonem, & Cn. Tremelium Scrofam video venire: vnum cuius maiores de modo agri legem tulerunt. Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus D. iugera habere ciuem R. & qui propter diligentiam culturæ, Stolonum confirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo: quòd effodiebat circum arbores, è radicibus quæ naſcerentur è ſolo, quos ſtolones appellabãt: eiuſdem gentis C. Licinius tribunus pleb. cùm eſſet poſt reges exactos annis CCCLXV, primus populum ad leges accipiundas in ſeptem iugera forẽſia è " comito eduxit. Alterum collegam tuum, "xx vir qui fuit, ad agros diuidũdos Campanos, video huc venire Cn. Tremeliũ Scrofam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur. Annon iure inquam? fundi enim eius propter culturam iucundiore ſpectaculo ſunt multis, quàm regiè polita ædificia aliorum: cùm huius ſpectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videant pinacothecas, ſed oporothecas. Huiuſce inquam pomaria ſumma ſacra via, vbi poma veneunt, contra auream imaginem. "Illi interea, ad nos. Et Stolo, Num cœna comeſa, inquit, venimus? nam non L. videmus Fundilium, qui nos aduocauit. Bono animo "eſte, inquit Agrius. Nam nõ modò "ouum illud ſublatum eſt, quod ludis Circẽſibus nouiſſimi curriculi finem facit quadrigis, ſed ne

comitiis

triumuir

Ille int. ad vos cũ Stolone, cœna eſſe nõdum

illud quidem ouũ vidimus, quod in Cereali pompa ſolet eſſe primum. Itaque dum ᵉ id nobiſcum vnà videatis, ac venit æditimus, docete nos, agricultura quam ſummam habeat, vtilitatémne, an voluptatem, an vtrũque. ad te enim ᵘ rudem eſſe agriculturæ nunc, olim ad Stolonem fuiſſe dicunt. Scrofa, Prius, inquit, diſcernendum, vtrum quæ ferantur in agro, ea ſola ſint in cultura, an etiam quæ inducãtur in rura, vt oues & armenta. Video enim, qui de agricultura ſcripſerunt, & Pœnicè & Græcè & Latinè, latius vagatos quàm oportuerit. Ego verò, inquit Stolo, eos non in omni re imitandos arbitror, & eo melius feciſſe quoſdam qui minore pomerio finierunt, excluſis partibus quæ non pertinẽt ad hanc rem. quare tota paſtio quæ cõiungitur à pleriſque cum agricultura, magis ad paſtorem quàm ad agricolam pertinere videtur. Quocirca principes qui vtrique rei præponuntur, vocabulis quoque ſunt diuerſi, quòd vnus vocatur villicus, alter magiſter pecoris. Villicus agri colẽdi cauſa conſtitutus, atque appellatus à villa, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cùm veneunt. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam, veham appellãt, propter vecturas: & vellam, non villam, quò vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis viuunt, vellaturam facere. Certè, inquit Fundanius, aliud paſtio & aliud agricultura, ſed affinis: & vt dextera tibia, alia quàm ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodammodo coniuncta, quòd eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. Et quidem licet adiicias, inquam, paſtorum vitam eſſe incẽtiuam, agricolarum ſuccentiuam, auctore doctiſſimo homine Dicæarcho, qui Græciæ vita qualis

ᵉ hîc nob. vnà ſedetis, ᵘ aduenietq; rudes agric. n. o. ad St. iuiſſe

fuerit ab initio, nobis ita oſtendit, vt ſuperioribus temporibus fuiſſe doceat, cùm homines paſtoritiam vitam agerent, neque ſcirent etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare, ab his inferiore gradu ætatis ſuſceptam agriculturam. Quocirca & ſuccinit paſtorali, quòd eſt inferior, vt tibia ſiniſtra à dextræ foraminibus. Agrius, Tu, inquit, tibicen non ſolùm adimis domino pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant, vt paſcant, atque etiam leges colonicas tollis: in quibus ſcribimus, Colonus in agro ſurcu-
capras cōpaſcat: lario ne "capra natum paſcat, quas etiam aſtrologia in cælum recepit, non longè ab Tauro. Cui Fundanius, Vide, inquit, ne agri iſtuc ſit ab hoc: cùm in legibus etiam ſcribatur, pecus quoddam. Quædam enim pecudes culturæ ſunt inimicæ, ac veneno, vt iſtæ, quas dixiſti, capræ. eæ enim omnia nouella ſata carpendo corrumpunt, non minimùm vites atque oleas. Itaque propterea inſtitutum diuerſa de cauſa, vt ex caprino genere ad alii dei aram hoſtia adduceretur, ad alii non ſacrificaretur: cùm ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sic factum vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent pœnas. Contrà, vt Mineruæ caprini generis nihil immolarent, propter oleam: quòd eam quam læſerit fieri dicunt ſterilem. eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum. Licinius, Hoc nominè etiam Athenis in arcem non inigi, præterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium: ne arbor olea,
inquit, quæ primùm dicitur ibi nata, à capra tangi poſ-
operæ ſit. Nec vllæ, "inquam, pecudes agriculturæ ſunt
quæ propriæ, niſi quæ agrum " opere, quo cultior
poſſint ſit, adiuuare, vt eæ quæ iunctæ arare "poſſunt.

Agraſius, Si iſtuc ita eſt, inquit, quomodo pecus remoueri poteſt ab agro, cùm ſtercus, quod plurimum prodeſt, greges pecorum miniſtrent? Sic, inquit Agrius, venalium greges dicemus agriculturam eſſe, ſi propter iſtam rem habendum ſtatuerimus. Sed error hinc, quòd pecus in agro eſſe poteſt, & fructus non in eo agro ferre. quod non ſequendum. Nam ſic etiam res aliæ diuerſæ ab agro erunt aſſumendæ: vt ſi habeas plures in fundo textores atque inſtitutos hiſtonas, ſic & alios artifices. Scrofa, Diiungamus igitur, inquit, paſtionem à cultura, & ſiquis quidvult aliud. Anne ego, inquam, ſequar Saſernarum patris & filii libros? ac magis putē pertinere figlinas, quemadmodū exerceri oporteat, quàm argenti fodinas, aut alia & alia metalla, quæ ſine dubio in aliquo agro fiunt? Sed vt neque lapicidinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent, ſic figlinæ: neque ideo non in quo agro idoneæ poſſunt eſſe, non exercendæ, atque ex eis capiundi fructus. vt etiamſi ager ſecūdum viam, & opportunus viatoribus locus, ædificandæ tabernæ diuerſoriæ, quæ tamen quamuis ſint fructuoſæ, nihilo magis ſunt agriculturæ partes. Nō enim ſiquis propter agrum aut etiam in agro profectus domino, agriculturæ acceptum referre debet, ſed id modò quod ex ſatione terra ſit natum ad fruendum. Suſcipit Stolo, Tu, inquit, inuides tāto ſcriptori, & obſtrigillandi cauſa figlinas reprehendis, cùm præclara quædam, ne laudes, prætermittas, quæ ad agriculturam vehementer pertineant. Cùm ſubriſiſſet Scrofa, quòd non ignorabat libros, & deſpiciebat, & Agraſius ſe ſcire modò putaret, ac Stolonem rogaſſet vt diceret, cœpit, Scribit cimices quemadmodū interfici oporteat, his ver-

bis, Cucumerem anguinum condito in aquam, eámque infundito quò voles: nulli accedent. Vel fel bubulũ cum aceto mixtum, vnguito lectum. Fundanius aſpicit ad Scrofam, & tamen verum dicit, inquit, hic, vt hoc ſcripſerit in agricultura. Ille, Tam hercle, quàm hoc, ſiquem glabrum facere velis, quòd iubet ranam luridam coniicere in aquam, vſquequo ad tertiam partem decoxeris, eóque vnguere corpus. Ego, quod magis, inquam, pertineat ad Fũdanii valetudinem, & in eo libro eſt, ſatius dicam. nam & huiuſce pedes ſolent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic ſodes, inquit Fundanius, nam malo de meis pedibus audire, quàm quemadmodum pedes betaceos ſeri oporteat. Stolo ſubridens, Dicam, inquit, eiſdem, quibus ille verbis ſcripſit, "vel Tarquennam audiui, Cùm homini pedes dolere cœpiſſent, qui tui meminiſſet, ei mederi poſſe. ego tui memini, medere meis pedibus. Terra peſtem teneto: ſalus hîc maneto in meis pedibus. Hoc ter nouies cãtare iubet, terrã tãgere, deſpuere, ieiunũ cantare. Multa, inquam, item alia miracula apud Saſernas inuenies: quæ omnia ſunt diuerſa ab agricultura, & ideo repudiãda. Quaſi verò, inquam, nõ apud cæteros quoque ſcriptores talia reperiãtur. Annon in magni illius Catonis libro, qui de agricultura eſt editus, ſcripta ſunt permulta ſimilia vt hæc? quẽadmodum placẽtam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas ſalire. Illud nõ dicis, inquit Agrius, quod ſcribit, Si velis in cõuiuio multum bibere, cœnaréque libẽter, ante eſſe oportet braſsicam crudam ex aceto, & poſt, "alia folia v.

valent quæ iã aud.

aliqua

Artem eſſe agriculturam. *CAP. III.*

IGITVR, inquit Agraſius, quæ diiungenda

eſſent à cultura, cuiuſmodi ſint, quoniam diſcretum, de iis rebus dicendum quæ ſcientia ſit, & quid in colendo nos docet: ars an ſit, an quid aliud: & à quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo cùm aſpexiſſet Scrofam, Tu, inquit, & ætate & honore & ſciẽtia quòd præſtas, dicere debes. Ille non grauatus, Primùm, inquit, non modò eſt ars, ſed etiam neceſſaria ac magna. eáque eſt ſcientia quæ docet quæ ſint in quoquo agro "ſerunda ac faciũda, quǽque terra maximos perpetuò reddat fructus. ſeruanda

Agriculturæ quod ſit initium, & quis finis.
CAPVT IIII.

EIVS principia ſunt eadem, quæ mundi eſſe Ennius ſcribit: aqua terra, anima, & ſol. Hæc enim cognoſcenda prius quàm iacias ſemina, quòd initium fructuum oritur. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debent, ad vtilitatem & voluptatem. Vtilitas quærit fructum, voluptas delectationem. Priores partes agit quod vtile eſt, quàm quod delectat. necnon ea quæ faciunt cultura honeſtiorem agrum, pleraque non ſolùm fructuoſiorem eundem faciunt, vt cùm in ordinem ſunt conſita arbuſta atque olíueta: ſed etiam vendibiliorem, atque adiiciunt ad fundi pretium. nemo enim eadem vtilitate non formoſius quod eſt, emere mauult pluris, quàm ſi eſt fructuoſius turpe. Vtiliſsimus autem is ager qui ſalubrior eſt, quàm alii, quòd ibi fructus certus. contráque in peſtilenti, calamitas, quanuis in feraci agro, colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim vbi ratio cum orco habetur, ibi non modò fructus eſt incertus, ſed etiam colentiũ vita. Quare vbi ſalubritas nõ eſt, cultura non aliud eſt atque alea domini vitæ, ac rei fa-

Hoc verò dim.

miliaris. "Nec hæc non diminuitur ſcientia. ita enim ſalubritas, quæ ducitur è cælo ac terra, non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturæ: vt tamen multum ſit in nobis, quòd grauiora quæ ſunt, ea diligẽtia leuiora facere poſſumus. Etenim ſi propter terram, aut aquam, odorémve, quem aliquo loco eructat, peſtilentior eſt fundus, aut propter cæli regionem ager calidior ſit, aut ventus non bonus flet: hæc vitia emendari ſolent domini ſcientia ac ſumptu. quòd permagni intereſt, vbi ſint poſitæ villæ, quantæ ſint, quò ſpectent, porticibus, oſtiis ac feneſtris. Annon ille Hippocrates medicus in magna peſtilentia, non vnum agrũ, ſed multa oppida, ſcientia ſeruauit? Sed quid ego illum voco ad teſtimonium? non hic Varro noſter, cùm Corcyræ eſſet exercitus ac claſsis, & omnes domus repletæ eſſent ægrotis ac funeribus, immiſſo feneſtris nouis aquilone, & obſtructis peſtilentibus, ianuáque permutata, cæteráque eius generis diligentia, ſuos comites ac familiam incolumes reduxit?

Quot partes habeat diſciplina culturæ agri.

CAPVT V.

SED quoniam agriculturæ quod eſſet initium & finis dixi, relinquitur quot partes ea diſciplina habeat, vt ſit videndum. Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cùm lego libros Theophraſti complures, qui inſcribuntur, "*φυτῶν ἱστορίας*, & alteri *φυτικῶν αἰτιῶν*. Stolo, Iſti, inquit, libri non tam idonei iis qui agrum colere volunt quam qui ſcholas philoſophorum. neque eò dico quòd non habeant & vtilia & communia quædam. quapropter tu potius agriculturæ partes nobis expone. Scropha, Agriculturæ, inquit, quatuor ſunt partes ſummæ: è queis

περὶ φυτ. ἱστ. & περὶ φυτῶν αἰτ.

prima, cognitio "fundi: ſolum, partéſq; eius quales ſint. ſecunda, quæ in eo fundo opus ſunt, ac debeant eſſe culturæ cauſa. tertia, quæ in eo prædio colendi cauſa ſint faciunda. quarta, quo quicque tempore in eo fundo fieri conueniat. De his quatuor generibus ſingulæ minimum in binas diuiduntur ſpecies. quòd habet prima, ea quæ ad ſolum pertinēt terræ, & quæ ad villas & ſtabula. ſecūda pars, quæ moueantur, atque in fundo debeāt eſſe culturæ cauſa, eſt item bipartita: de hominibus, per quos colendum, & de reliquo inſtrumēto. tertia pars quæ de rebus, diuiditur: quæ ad quanque rem ſint præparanda, & vbi quæque faciunda. quarta pars de temporibus, quæ ad ſolis circuitum annuum ſint referenda, & quæ ad lunæ menſtruum curſum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde ſubtilius de octo ſecundis. ſoli fundi,

De ſolo fundi quæ ſint videnda. C A P. V I.

IGITVR primùm de ſolo fundi videndum hæc quatuor, Quæ ſit forma, quo in genere terræ, quantus, quàm per ſe tutus. Formæ cùm duo genera ſint, vna quam natura dat, altera quam ſationes imponūt: prior, quòd alius ager bene natus, alius malé: poſterior, quòd alius fundus bene conſitus eſt, alius malé: dicam prius de naturali. Igitur cùm tria genera ſint à ſpecie ſimplici agrorum, campeſtre, collinum, & montanum: eſt ex iis tribus quartum, vt in eo fundo in quo hæc duo vel tria ſunt, vt multis locis licet videri. E quibus tribus faſtigiis ſimplicibus, ſine dubio infimis, alia cultura aptior quàm ſummis, quòd hæc calidiora quàm ſumma: ſic collinis, quòd ea tepidiora quàm infima, aut ſumma. Hæc apparēt magis ita eſſe in latioribus regionibus, ſimplicia

cùm ſunt. Itaque vbi lati campi, ibi magis æſtus, & eò in Apulia loca calidiora ac grauiora. Et vbi montana, vt in Veſuuio, quòd leuiora, & ideo ſalubriora. Qui colunt deorſum, magis æſtate laborant: qui ſurſum, magis hieme. verno tempore in campeſtribus maturius eadem illa ſeruntur, quàm in ſuperioribus, & celerius hîc quàm illic coguntur. necnon ſurſum quàm deorſum tardius ſeruntur ac metuntur. Quædam in montanis prolixiora naſcuntur ac firmiora, propter frigus: vt abietes ac ſappini. Hîc, quòd tepidiora, populi ac ſalices: ſurſum fertiliora, vt arbutus ac quercus: deorſum, vt nuces Græcæ ac mariſcæ fici. In collibus humilibus ſocietas maior cũ campeſtri fructu quàm cum montano: in altis contrà. Propter hæc tria faſtigia formæ, diſcrimina quædam fiunt ſationum, quòd ſegetes meliores exiſtimantur eſſe campeſtres vineæ collinæ, ſyluæ montanæ: plerunque hiberna iis eſſe meliora qui colunt campeſtria, quòd tũc prata ibi herboſa, putatio arborum tolerabilior. Contrà æſtiua montanis locis commodiora, quòd ibi tum & pabulum multum, quod in campis aret: & cultura arborum aptior, quòd tum illic frigidior aer. Campeſter locus is melior qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quàm is qui eſt ad libellam æquus: quòd is, cùm aquæ non habent delapſum, fieri ſolet vliginoſus. eo magis ſiquis eſt inæquabilis, eo deterior, quòd fit propter lacunas aquoſus. Hæc atque huiuſcemodi tria faſtigia agri ad colẽdum diſpariliter habent momentum.

Quis ſit ager optimus, & quis ab eo proximus, & quis deinceps. CAP. VII.

STOLO, Quod ad hanc formam naturalem pertinet, de eo non incommodè Cato videtur dicere,

dicere, cùm ſcribit optimum agrum eſſe qui ſub radice montis ſitus ſit, & ſpectet ad meridianam cæli partem. Subiicit Scrofa, De formæ cultura hoc dico, quæ ſpecie fiant venuſtiora, ſequi vt maiore quoque fructu ſint: vt qui habent arbuſta, ſi ſata ſunt in quincuncem," propter ordines prope ſint ord.
atque interualla modica. Itaque maiores noſtri ex aruo æquè magno, ſed malè conſito, & minus multum & minus bonum faciebant " vinum & vinum: quòd
frumẽtum: quòd quæ ſuo quicque loco ſunt poſita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud alii ab ſole, ac luna, & vento. Hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus: vt, nuces integras, quas vno modio cõprehendere poſsis, quòd putamina ſuo loco quæque habet natura compoſita, cùm eaſdem ſi fregeris, vix ſeſquimodio concipere poſsis. Præterea quæ arbores in ordinem ſatæ ſunt, eas æquabiliter ex omnib⁹ partibus ſol ac luna coquunt. quo fit vt vuæ & oleæ plures naſcantur, & vt celerius coquãtur. quas res duas ſequũtur altera illa duo, vt plus reddãt muſti & olei, & pretii pluris. Sequitur ſecundum illud, quali terra ſolum ſit fundi, & à qua parte vel maximè bonus aut non bonus appelletur. Refert enim, quæ res in eo ſeri naſcique, & cuiuſmodi, poſsint. Non enim eadem omnia in eodem agro rectè poſſunt. nam vt alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum, ſic de cæteris alius ad aliam rem. Itaq; Cretæ ad Cortyniam dicitur platanus eſſe quæ folia hieme non amittat: itémque in Cypro, vt Theophraſtus ait, vna. Item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus ſimili eſſe natura, quæ eſt in oppidi conſpectu. Item contrà atque apud nos fieri ad Elephantinen, vt neque ficus neque vites amittant folia.

Propter eandẽ cauſam multa ſunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ: malus bifera, vt in agro Cõſentino. Idem oſtẽdit, quòd in locis feris plura ferunt: in iis quæ ſunt culta, meliora: eadẽ de cauſa ſunt quæ non poſſunt viuere niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua: & id diſcriminatim, vt alia in lacubus, vt arundines in "Reatino: alia in fluminibus, vt in Epeiro arbores alni: alia in mari, vt ſcribit Theophraſtus palmas & ſquillas. In Gallia tranſalpina, intus ad Rhenum, cùm exercitũ ducerem, aliquot regiones acceſsi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma naſcerentur, vbi agros ſtercorarent candida foſsitia creta: vbi ſalem nec foſsitium nec maritimum haberẽt, ſed ex quibuſdam lignis combuſtis, carbonibus ſalſis pro eo vterentur. Stolo, Cato quidem, inquit, gradatim præponẽs, alium alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus. quòd ſit primus, vbi vineæ poſsint eſſe bono vino & multo: ſecundus, vbi hortus irriguus: tertius, vbi ſalicta: quartus, vbi olіueta: quintus, vbi pratum: ſextus, vbi campus frumentarius: ſeptimus, vbi cædua ſylua: octauus, vbi arbuſtum: nonus, vbi glandaria ſilua. Scrofa, Scio, inquit, ſcribere illum: ſed de hoc non conſentiunt omnes, quòd alii dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata parata appellarunt. Cæſar Vopiſcus ædilitius, cauſam cùm ageret apud Cenſores, campos " Roſeæ Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.

Areti-no

Roſiæ

Vineæ multas eſſe ſpecies. *CAP. VIII.*

CONTRA, vineam ſunt qui putent ſumptu fructum deuorare. Refert, inquam, quod genus vineæ ſit: quòd ſunt multæ ſpecies eius. aliæ e-

nim humiles ac ſine ridicis, vt in Hiſpania: aliæ ſublimes, vt quæ appellãtur iugatæ, vt pleræque in Italia; quarum nomina duo, pedamẽta, & iuga. quibus ſtat " rectis vinea, dicuntur pedamenta. recta quæ tranſuerſa iunguntur, iuga: ab eo quoque vineæ iugatæ. Iugorum genera ferè quatuor, pertica, arundo, reſtes, vites. pertica, vt in Falerno: arundo, vt in Arpino: reſtes, vt in Brundiſino: vites, vt in Mediolanenſi. Iugationis ſpecies duæ, vna, directa, vt in agro Canuſino: altera, compluuiata in longitudinem & latitudinem iugata, vt in Italia pleræque. Hæc vbi domo naſcuntur, vineæ non metuit ſumptum: vbi multa ex propinqua villa, non valde. Primum genus quod dixi, maximè quærit ſalicta: ſecundum, arundineta: tertium iunceta, aut eius generis rem aliquam: quartum arbuſta, vbi traduces poſsint fieri vitium: vt Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas vocant opulos: Canuſini in harundulatione in ficis. Pedamentum item ferè quatuor generum. vnum, robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam, è quercu ac iunipero, & vocatur ridica: alterum, palus è pertica, melior è dura, quòd diuturnior: quem cùm infimum terra voluit, puter euertitur, & fit ſolum ſummum: tertium, quod horum inopiæ ſubſidio miſit arundinetum. inde enim aliquot colligatas libris dimittunt in tubulos fictiles, cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor aduentitius trãſire poſsit. Quartum eſt pedamẽtum natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces quidam rumpos appellant. Vineæ altitudinis modus, lõgitudo hominis. Interualla pedamẽtorũ, qua boues iũcti arare poſsint. Ea minus ſũptuoſa vinea, quæ ſine

acratophoron iugo miniſtrat " acratophoro vinum. Huius genera duo. vnum, in quo terra cubilia præbet vuis, vt in Aſia multis locis, quæ ſæpe vulpibus & hominibus fit communis. nec non ſi parit humus mures, minor fit vindemia: niſi totas vineas oppleris muſcipulis: quod in inſula Pandatharia faciunt. Alterum genus vineti, vbi ea modò remouetur à terra vitis, quæ oſtendit ſe afferre vuam. Sub eam, vbi naſcitur vua, ſubiiciuntur circiter bipedales è ſurculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta denique diſcat pendere in palmam, aut funiculo, aut vinctu: quod antiqui vocabant ceſtum. Ibi dominus ſimulac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta, vt ſine ſumptu earum opera altero anno vti poſsit. Hac conſuetudine in Italia vtũtur Reatini. Hæc ideo varietas maximè, quòd terra cuiuſmodi ſit refert. vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quòd in partu & alimonio vinum non vt in calice quærit aquam, ſed ſolem. itaque ideo (vt arbitror) primùm è vinea in arbores aſcendit vitis.

De terræ diſcriminibus. *CAP. IX.*

TERRA, inquam, cuiuſmodi ſit refert, & ad quam rem bona, aut non bona ſit. Ea tribus modis dicitur, communi, proprio, & mixto. Communi, vt cùm dicimus orbem terræ, & terram Italiam, aut quam aliam. in ea enim & lapis, & arena, & cætera eius generis ſunt in nominando comprehenſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ eſt mixta, in qua ſeri quid poteſt & naſci, vt argilloſa, aut lapidoſa. ſic & aliæ: cùm in hac ſpecies non minus ſint multæ

quàm in illa communi, propter admixtiones. in illa enim cùm ſit diſsimili vi ac poteſtate, partes permultæ: in queis, lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, rubrica, puluis, creta, glarea, carbunculus. id eſt, quæ ſole * perferue ita ſit, vt radices ſatorum comburat. Ab iis, quæ proprio nomine dicitur terra, cùm eſt admixta ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretoſa, aut glareoſa: & ſic ab aliis generum diſcriminibus mixta, & vti horum varietates, ita genera hæc, vt præterea ſubtiliora ſint alia. nam minimum in ſingula facies terna: quòd alia terra eſt valde lapidoſa, alia mediocriter, alia propè pura. Sic de aliis generibus reliquis, admixtæ terræ tres gradus aſcendũt eoſdem. Præterea hæ ipſæ ternæ ſpecies ternas in ſe habent alias: quòd partim ſunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. neque non hæc diſcrimina pertinent ad fructus vehementer. Itaque periti in loco humidiore far adoreum potius ſerunt quàm triticum: contrà in aridiore hordeum potius quàm far: in mediocri vtrunque. Præterea etiam diſcrimina omnium horum generum ſubtiliora alia: vt in ſabuloſa terra, quòd ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus: * quòd ſubalbus ad ſerendos ſurculos alienus, contrà rubicundior, appoſitus. Sic magna tria diſcrimina terræ, quòd refert vtrum ſit macra, an pinguis, an mediocris. quoad culturam, pinguis fœcundior ad multa, macra contrà. Itaque * in iis, vt in Pupinia, neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque ſtramenta videre craſſa poſsis, neque ficum mariſcam, & arbores pleraſque, ac prata retorrida & muſcoſa: contrà in agro pingui, vt in Hetruria, licet videre ſegetes fructuoſas ac reſtibiles,

perferuet ita

ſabulo albus

in Veiis

& arbores prolixas, & omnia ſine muſco. In mediocri autem terra, vt in Tyburti, quòd propius accedit vt non ſit macra, quàm vt ſit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quàm ſi inclinauit ad illud quod deterius. Stolo, Non malè, inquit, quæ ſit idonea terra ad colẽdum, aut non, Diophanes Bithynius ſcribit ſigna ſumi poſſe aut ex ipſa, aut ex iis quæ naſcuntur ex ea, ex ipſa, ſi ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, quæ cùm fodiatur, facilè frietur, naturáque non ſit cineritia, néve vehementer denſa. Ex iis autem quæ enata ſunt fera, ſi ſunt prolixa, atque ea quæ ex iis naſci debent, earum rerum feracia. Sed quod ſequitur tertium illud de modis, dice.

De modis quibus metiebantur rura, & de illorum nominibus. *CAP. X.*

ILLE, Modos, quibus metirentur rura, alius alios conſtituit. nam in Hiſpania vlteriore metiuntur iugis, in Campania verſibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocãt, quod iũcti boues vno die exarare poſsint. Verſum dicunt centũ pedes quoquouerſum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus eſt pedes c x x, & longus totidem. is " modus acnua Latinè appellatur. Iugeri pars minima dicitur ſcrupulum, id eſt, decem pedes in longitudinem & latitudinem quadratum. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicũt in ſubſiciuum eſſe vnciã agri, aut ſextantẽ, aut quid aliud, cùm ad iugerũ peruenerunt. id habet ſcrupula c c l x x v i i i, " quantum as. Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quòd à Romulo primùm diuiſa dicebantur viritim: quæ quòd hæredem ſequerẽtur, hærediũ appellarunt. Hæc

modius ac mina

Quantum attinet ad antiquos noſtros ante

poſtea à centum, centuria dicta. Cēturia eſt quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera longa pedū ∞ ∝ Ↄ. Hæ porro quatuor cēturiæ coniunctæ, vt ſint in vtranque partem binæ, appellantur in agris diuiſis viritim publicè ſaltus.

De villa. *CAP. XI.*

IN modo fundi non animaduerſo lapſi ſunt multi, quòd alii villam minus magnam fecerunt quàm modus poſtulauit, alii maiorem: cùm vtrunque ſit contra rem familiarem ac fructum. maiora enim tecta & ædificamus pluris, & tuemur ſumptu maiore: minora cùm ſunt quàm poſtulat fundus, fructus ſolent diſperire. Licinius, Dubium enim non eſt quin cælla vinaria maior ſit faciunda in eo agro vbi vineta ſint ampliora: vt horrea, ſi frumentarius ager eſt. " Villam ædificādam potiſsimum, vt intra ſepta villæ habeat aquam: ſi non, quamproximè. Primùm, quæ ibi ſit nata: ſecūdum, quæ influat perennis. Si omnino aqua non eſt viua, ciſternæ faciūdæ ſub tectis, & lacus ſub dio: ex altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti poſsit. In villa ædificā da hoc potiſſ.

Vbi ponenda ſit villa. *CAP. XII.*

DANDA opera vt potiſsimum ſub radicibus montis ſilueſtris villam ponas, vbi paſtiones ſint " laxæ, ita vt contra ventos qui ſaluberrimi in agro " flabunt. Quæ poſita eſt ad exortus æquinoctiales, aptiſsima, quòd æſtate habet vmbram, hieme ſolem. Sin cogare ſecūdum flumen ædificare, curandum ne aduerſum " eum ponas. hieme enim fiet vehementer frigida, & æſtate non ſalubris. Aduertendum etiam ſiqua erunt loca paluſtria, & propter eaſdem cauſas, & quòd areſcunt, & quòd in iis creſcunt animalia quædam minuta, quæ non poſſunt oculi conſequi,

latæ

flabūt, poſita ſit. Ad exort. Eurū.

& per aera intus in corpus per os ac nares perueniunt, atque efficiunt difficiles morbos. Fundanius, Quid potero, inquit, facere, ſi iſtiuſmodi mi fundus hæreditate obuenerit, quo minus peſtilentia noceat? Iſtuc vel ego poſſum reſpondere, inquit Agrius. Vendas quot aſsibus poſsis: aut, ſi nequeas, relinquas. At Scrofa, Vitandum, inquit, ne in eas partes ſpectet villa, ex quibus ventus grauior afflare ſoleat: néve in conualli caua: & vt potius in ſublimi loco ædifices. qui quòd perflatur, ſi quod eſt quod aduerſarium inferatur, facilius diſcutitur. Præterea, quòd ab ſole toto die illuſtratur, ſalubrior eſt, quòd & beſtiolæ, ſi quæ propè naſcuntur & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt. Nimbi repentini, " ac torrentes fluuii, periculoſi illis qui in humilibus ac cauis locis ædificia habent: & repentinæ prædonum manus, quòd improuiſos facilius opprimere poſſunt. Ab hoc vtroque ſuperiora loca tutiora.

& fluuii, ac torrentes,

De iis quæ in villa ſunt ædificanda.

CAPVT XIII.

IN villa faciunda ſtabula, ita vt bubilia ſint ibi, hieme quæ poſsint eſſe calidiora. Fructus, vt eſt vinum & oleum, loco plano in cællis, item vt vaſa vinaria & olearia, potius faciendum: aridus, vt eſt faba & fœnum, in tabulatis. Familia vbi verſetur prouidendum, ſi feſsi opere, aut frigore, aut calore, vbi commodiſsimè poſsint " ſe quiete reciperare. Villici proximè ianuam cællam eſſe oportet: eúmque ſcire qui introeat aut exeat noctu, quidve ferat: præſertim ſi oſtiarius eſt nemo. In primis, culina videnda vt ſit admota: quòd ibi hieme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur ac

ſeſe quieti recipere.

capitur. Faciundum etiam plauſtris, ac cætero inſtrumento omni, quibus cælum pluuium inimicum, in chorte vt ſatis magna ſint tecta. hæc enim ſi intra clauſum in conſepto, & ſub dio, furem modò nō metuunt, "aduerſus tempeſtatem nocentem non reſiſtunt. Chortes in fundo magno, duæ aptiores. vna, vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas cùm venit, ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aruo æſtate reducti hìc bibunt, hìc perfunduntur: nec minus è pabulo dum redierũt anſeres, ſues, porci. In chorte exteriore lacũ eſſe oportet, vbi maceretur lupinum: item alia, quæ demiſſa in aquã, ad vſum aptiora fiunt. Chors exterior crebro operta ſtramentis ac palea, "occulcata pedibus pecudum, fit miniſtra fundo, ex ea quòd euehatur. Secundum villam duo habere oportet ſterquilinia, aut vnum bifariam diuiſum. alteram enim partem ferri oportet è villa nouam, alteram veterem tolli in agrum. quod enim infertur recens, minus bonum: id cùm flacuit, melius. necnon ſterquilinium melius illud cuius latera & ſummum virgis ac fronde vindicatum ab ſole. Non enim ſuccum quem quærit terra, ſolẽ ante exugere oportet. Itaq; periti (qui poſſint) vt eò aqua influat, eo nomine faciunt. ſic enim maximè retinetur ſuccus. In eóque quidam ſellas familiaricas ponunt. Ædificium facere oportet, ſub quod tectum totã fundi ſubiicere poſſis meſſem: quod vocant quidam nubilarium. Id ſecundum aream faciundum, vbi triturus ſis frumentum, magnitudine pro modo fundi, ex vna parte apertum, & id ab area, quo & in trituram proruere facilè poſſis, &, ſi nubilare cœperit, inde vt rurſus celeriter reiicere. Feneſtras habere oportet ex ea parte,

ſed aduerſus

conculcata

vnde commodiſsimè perflari poſsit. Fundanius, Fructuoſior, inquit, eſt certè fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam, dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villæ ruſticæ erant maioris quàm vrbanæ, quæ nũc ſunt pleræque contrá. Illic laudabatur villa, ſi habebat culinam ruſticam bonam, præſepias laxas, cellam vinariam & oleariam ad modum agri aptam, & pauimento procliui in lacum. quod ſæpe, vbi conditum nouum vinum, orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ, neque non & dolia in Italia. Item cætera vt eſſent in villa huiuſcemodi quæ cultura quæreret, prouidebant. Nunc contrà, "villam vrbanam quammaximam ac politiſſimam habeant, dant operam: ac cum Metelli & Luculli villis peſsimo publico ædificatis certant. "quo hi laborant, vt ſpectent ſua æſtiua triclinaria ad frigus orientis, hyberna ad ſolem occidentem potius quàm, vt antiqui, in quam partẽ cella vinaria aut olearia feneſtras haberet, cùm fructus in ea vinarius quærat, "ad dolia æra frigidiorem, "ita olearia caldiorem. Item videre oportet, ſi eſt collis (niſi quid impedit) vt ibi potiſſimum ponatur villa.

vt villã ſuburb.

quo elab.

vt dol.

item vt ol. cal. habeat.

De ſeptis quæ tutandi fundi cauſa fiunt.

CAP. XIIII.

NVNC de ſeptis, quæ tutandi cauſa fundi aut partis, fiant, dicam. Earum tutelarũ genera IIII. vnum, naturale: alterum, agreſte: tertium, militare: quartum, fabrile. Horum vnumquodque ſpecies habet plures. Primum naturale ſepimẽtum, quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices, ac viuæ ſepis, prætereuntis laſciui

non metuet facem ardentem. Secunda ſepes eſt
ex agreſti ligno, ſed non viuit. Fit aut palis ſta-
tutis crebris,è virgultis implicatis, aut latis per-
foratis,& per ea foramina traiectis longuriis ferè
binis aut ternis: aut ex arboribus truncis demiſ-
ſis in terram, deinceps conſtitutis. Tertium mi-
litare ſepimentum eſt foſſa,& terreus agger. ſed
foſſa ita idonea, ſi omnē aquam, quæ è cælo ve-
nit,recipere poteſt: aut faſtigium habet, vt exeat
è fundo. Agger is bonus,qui intrinſecus iunctus
foſſa, aut ita arduus vt eum tranſcendere non ſit
facile, Hoc genus ſepes fieri ſecundū vias publi-
cas ſolent,& ſecundum amnes. Ad viam Salariā
in agro Cruſtumino videre licet locis aliquot cō-
iunctos aggeres cum foſſis, ne flumen agris no-
ceat. Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam
vocant muros,vt in agro Reatino. Quartum fa-
brile ſepimētum eſt "nouiſſimū,maceria. Huius notiſ-
ferè ſpecies quatuor: quòd fiunt è lapide,vt in a- ſimum
gro Thuſculano: quòd è lateribus coctilibus, vt
in agro Gallico: quòd è lateribus crudis, vt in a-
gro Sabino: quòd ex terra, & lapillis compoſitis
in formis,vt in Hiſpania,& agro Tarentino.

De finibus tuendis. *CAP. XV.*

PRAETEREA ſine ſeptis fines prædii, ſa-
tionis,notis arborū tutiores fiunt,ne familiæ ri-
xētur cū vicinis,ac limites ex litibus iudicē quæ-
rant. Serunt alii circum pinos, vt habet vxor in habeo
Sabinis.alii cupreſſos,vt ego " habui in Veſuuio. quòd
alii vlmos,vt multi habēt in Cruſtumino,"quòd ibi pul
vbi id pote,vt ibi:quòd eſt campus, nulla potior lulat
ſerenda,quòd maximè fructuoſa,quòd & ſuſtinet maxi-
ſepē,ac colit aliquot corbulas vuarum, & frondē mè, &
iucundiſſimam miniſtrat ouibus ac bubus, ac vbi eſt
virgas præbet ſepibus, & foco ac furno. Scrofa, c. n. p. arbor ſeritur:

Igitur primùm hæc quæ dixi, quatuor, videnda agricolæ, de fundi forma, terræ natura, de modo agri, de finibus tuendis.

De iis quæ extra fundum commoda ſunt, aut incommoda. *CAP. XVI.*

RELINQVITVR altera pars, quæ eſt extra fundum. Cuius appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatẽ. Eius ſpecies totidẽ: Si vicina regio eſt infeſta. ſi quò neque fructus noſtros exportare expediat, neque inde quæ opus ſunt, apportare. tertium, ſi viæ, aut fluuii qua portentur, aut nõ ſunt, aut idonei non ſunt. quartum, ſiquid ita eſt in confinibus "fundis, vt noſtris agris proſit aut noceat. E queis quatuor, quod eſt primum: refert infeſta regio ſit, nécne. Multos enim agros egregios colere nõ expedit, propter latrocinia vicinorum: vt in Sardinia quoſdam qui ſunt prope Celiem, & in Hiſpania prope Luſitaniam, "quæ vicinitatis inuectos habent idoneos, quæ ibi naſcuntur vbi vẽdant, & illinc inuectos opportunos ad ea quæ in fundo opus ſunt, quòd propterea ſunt fructuoſa. Multi enim habent prædia quibus frumentum, aut vinum, aliúdve quid deſit importandũ: contrà, non pauci quibus aliquid ſit exportandum. Itaque ſub vrbe colere hortos latè expedit, ſic violaria ac roſaria, item multa quæ vrbs recipit: cùm eadem in longinquo prædio, vbi non ſit quò deferri poſſit venale, non expediat colere. Tertium eſt item, ſi ea oppida aut viciniæ, aut etiam diuitum copioſi agri ac villæ, vnde non carè emere poſſis quæ opus ſunt in fundum, quibúſque quæ ſuperſint venire poſſint: vt quibuſdam pedamẽta, aut perticæ, aut arundo: fructuoſior fit fundus, quàm ſi longè ſint importanda:

fundi

Secundum, quæ v. i.h.i. vt quæ in agris naſc. ibi v.

nonnunquam etiam quàm ſi colendo in tuo ea parare poſſis. Itaque in hoc genus coloni potius anniuerſarios habent vicinos, quibus imperent medicos, fullones, fabros, quàm in villa ſuos habeant: quòd nonnunquam vnius artificis mors tollit fundi fructum. quam partem lati fundii diuites domeſticæ copiæ mandare ſolent. Si enim ab fundo longius abſunt oppida aut vici, fabros parent, quos habeant in villa. ſic cæteros neceſſarios artifices, ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac profeſtis diebus ambulet feriata, potius quàm opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Itaque ideo Saſernæ liber præcipit, nequis de fundo exeat præter villicum & promum, & vnũ quem villicus legat. ſiquis contrà exierit, ne impunè abeat: ſi abierit, vt in villicum animaduertatur. Quod potius ita præcipiẽdum fuit, nequis iniuſſu villici exierit, neque villicus iniuſſu domini lõgius quàm vt eodem die redierit: neque id crebrius quàm opus eſſet fundo. Quartò, eundem fundum fructuoſiorem faciunt vecturæ, ſi viæ ſunt quà plauſtra agi facile poſſint: aut flumina propinqua, quà nauigari poſſit. quibus vtriſque rebus euehi atque inuehi ad multa prædia ſcimus. Refert etiam ad fundi fructus, quẽadmodum vicinus in confinio conſitum agrum habeat. ſi enim ad limitem quercetum habet, nõ poſſis rectè ſecundum eam ſiluam ſerere oleam, quod vſque eò eſt contrarium natura, vt arbores non ſolùm minus ferant, ſed etiam fugiant, vt introrſum in fundum ſe reclinent: vt vitis adſita ad olus facere ſolet. vt quercus, ſic iuglandes magnæ & crebræ finitimæ, fundi oram faciunt ſterilem.

Quibus rebus agri colantur. CAP. XVII.

DE fundi IIII partibus, quæ cum ſolo hærent, & alteris IIII, quæ extra fundum ſunt, & ad culturam pertinent, dixi. Nũc dicam agri quibus rebus colantur. quas res alii diuidunt in duas partes, in homines, & adminicula hominum: ſine quibus rebus colere non poſſunt. Alii in tres partes, " inſtrumenti genus vocale, & ſemiuocale, & mutum. vocale, in quo ſunt ſerui: ſemiuocale, in quo ſunt boues: mutum, in quo ſunt plauſtra. Omnes agri colũtur hominibus ſeruis, aut liberis, aut vtriſque. Liberis, aut cùm ipſi colunt, vt plerique pauperculi cum ſua progenie: aut mercenariis, " cùm conducticiis liberorum operis res maiores, vt vindemias ac fœniſicia, " adminiſtrãt: iique quos obæratos noſtri vocitarunt, " & etiam nunc ſunt in Aſia atque Ægypto, & in Illyrico complures. De quibus vniuerſis hoc dico: grauia loca vtilius eſſe mercenariis colere quàm ſeruis: & in ſalubribus quoq; locis opera ruſtica maiora, vt ſunt in condendis fructibus vindemiæ, aut meſſis. De his, cuiuſmodi eſſe oporteat, Caſſius ſcribit hæc: Operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint: ne minores annorum XXII, & ad agriculturã dociles. Eam coniecturam fieri poſſe ex aliarum rerum imperatis, & more incolarum è nouitiis requiſito ad priorem dominum quid factitarent. Mãcipia eſſe oportere neq; formidoloſa, neq; animoſa. Qui præſint, eſſe oportere qui literis ſint & aliqua humanitate imbuti, frugi: ætate maiore quàm operarios, quos dixi. Facilius enim his quàm minoribus natu ſunt dicto audientes. Præterea potiſſimum eos præeſſe oportet, qui periti ſint rerum ruſticarum. Non ſolùm enim debere imperare, ſed etiam facere, vt faciẽ-

ſcilicet in voc.

& cõd. adm. ii quos vt etiã

tem imitẽtur, & vt animaduertant eũ cum cauſa ſibi præeſſe, quòd ſcientia præſtet & vſu. Neque illi cõcedendum ita imperare, vt verberibus coherceat potius quàm verbis, ſi modò idẽ efficere poſſis.neq; eiuſdẽ nationis plures parãdos eſſe. ex eo enim potiſſimùm ſolere offenſiones domeſticas fieri. Præfectos alacriores faciundum præmiis: dandáq; opera vt habeant peculiũ, & coniunctas cõſeruas,è quibus habeant filios.eo enim fiunt firmiores ac cõiunctiores fundo. Itaq; propter has cognationes epiroticæ familiæ ſunt illuſtriores ac cariores. Ad iniiciendam voluptatem his præfecturæ, honore aliquo habẽdi ſunt:& de operariis, qui præſtabũt aliqui, communicandũ quoq; cum iis quæ faciunda ſunt opera. quod ita cùm fit,minus ſe putant deſpici,atque aliquo numero haberi à domino.Studioſiores ad opus fieri,liberalius tractãdo,aut cibariis, aut veſtitu largiore,aut remiſſione operis,cõceſſionéve,vt peculiare aliquid in fundo paſcere liceat, aut huiuſcemodi rerũ aliis : vt quibus quid grauius ſit imperatũ,aut animaduerſum, qui conſolando eorũ reſtituat volũtatem ac beneuolentiã in dominũ.

De familia, & quot operis quiſque agri modus coli poſſit. *CAP. XVIII.*

FAMILIAM Cato dirigit ad duas metas,ad certum modũ agri,& genus ſationis: ſcribens de oliuetis & vinetis, vt duas formulas. vnã,in qua præcipit quomodo oliuetum agri iugerũ C C X L inſtruere oporteat. Dicit enim in eo modo hæc, mancipia X I I I habẽda, villicum,villicam,operarios V,bubulcos I I I,aſinarium I,ſubulcum I, opilionem I. Alteram formulã ſcribit de vinearũ iugeribus centũ,vt dicat haberi oportere hæc, X V mancipia, villicum, villicam, operarios X,

bubulcum, aſinarium, ſubulcum. Saſerna ſcribit ſatis eſſe ad iugera V I I I hominem vnum: ea debere eum fodere diebus X L V, tametſi quaternis operis ſingula iugera poſſit. ſed relinquere ſe operas X I I I, valetudini, tempeſtati, inertiæ, indulgentiæ. Licinius, Horum neuter ſatis dilucidè modulos reliquit nobis. quòd Cato ſi voluit (vt debuit) vti proportione, ad maiorem fundũ vel minorem adderemus, vel demeremus, extra familiam debuit dicere villicum & villicam. Neque enim ſi minus C C X L iugera olíueti colas, non poſſis minus vno villico habere: nec, ſi bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo duo villici aut tres habendi fuere. Operarii modò & bubulci pro portione demendi vel addendi ad minores maioréſve modos fundorum. hi quoque, ſi ſimilis eſt ager. Sin eſt ita diſſimilis vt totus arari non poſſit, vt ſi ſit confragoſus atque arduus cliuis, minus multi opus ſunt boues & bubulci. Mitto illud, quòd modum neque vnum nec modicum propoſuit C C X L iugerum. "Modius enim centuria, & ea C C iugerum: è quo quũ ſexta pars ſit ea X L, quæ de C C X L demuntur, non video quemadmodum ex eius præcepto demam ſextam partem: & de X I I I mancipiis nihilo magis ſi villicum & villicam remouero, quẽadmodum ex X I, ſextam partem demam. Quod autem ait in C iugeribus vinearum opus eſſe X V mancipia, ſiquis habebit centuriam quæ ſit dimidium vineti, & dimidium oliueti, ſequetur vt duo villicos & duas villicas "habeat: quod eſt deridiculum. Quare alia ratione modus mancipiorum generatim eſt animaduertendus, & magis in hoc Saſerna probandus, qui ait ſingula iugera quaternis operis vno operario ad conficiendum

Modica

habere debeat

ſatis

ſatis eſſe. Sed ſi hoc in Saſernæ fundo in Gallia ſatis fuit, non continuò idem in agro Liguſtico montano. Itaque de familiæ magnitudine & reliquo inſtrumento commodiſſimè ſcies quantũ pares, ſi tria animaduerteris diligenter. In vicinitate prædia cuiuſmodi ſint, & quanta, & quot quæque hominibus colantur: & quot additis operis aut demptis, melius aut deterius habeas cultum. Biuium enim nobis ad culturam dedit natura, experientiam & imitationem. Antiquiſſimi agricolæ tentando pleraque conſtituerunt, liberi eorum magnam partem imitando. Nos vtrunque facere debemus, & imitari alios, & aliter vt faciamus experientia tentare quædam, ſequẽtes non aleam, ſed rationem aliquam. vt ſi altius repaſtinauerimus aut minus quàm alii, quod momentum ea res habeat. vt fecerunt ii, in ſariendo iterum & tertiò, & qui inſitiones ficulnas ex verno tempore in æſtiuum contulerunt.

Quot iugis boum quiſque agri modus coli poſsit.
CAP. XIX.

DE reliqua parte inſtrumenti, quod ſemiuocale appellatur, Saſerna ad iugera C C arui, boum iuga duo ſatis eſſe ſcribit. Cato in oliuetis C C X L iugerum, boues trinos. ita fit vt Saſerna dicat verum, ad centum iugera iugum opus eſſe: ſi Cato, ad octogena. Sed ego neutrũ horum ad omnẽ agrum conuenire puto, & vtrunq; ad aliquẽ. alia enim terra facilior aut difficilior eſt alia. " Terrã boues proſcindere niſi magnis viribus non poſſunt, & ſæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Quo ſequendum nobis in ſingulis fundis, dum ſumus nouitii, triplici regula, ſuperioris domini inſtituto, & vicinorum, & experientia quadam. Quod addit aſinos, qui ſtercus vectent,

Terrã durã proſc. niſi boſ mag.

treis, in vinea iugerum c, iugum boum, aſinorum iugum, aſinum molarium. in hoc genere ſemiuocalium, adiiciendum de pecore: ea ſola quæ agri colendi cauſa erunt, vt ſolent eſſe pecuaria, pauca habenda, quo facilius mancipia, quæ ſolẽt ſe tueri, & aſſidua eſſe poſſint. In eo numero non modò qui prata habẽt, vt potius oues quàm ſues habeant, curant, ſed etiam qui prata non habent: quia non ſolùm pratorum cauſa habere debent, ſed etiam propter ſtercus.

De bubus ad arandum idoneis, & de iuuencis domãdis atque aſſuefaciendis. *CAP. XX.*

IGITVR de omnibus quadrupedibus prima eſt probatio, qui idonei ſint boues, qui arãdi cauſa emuntur: quos rudes, neque minores trimos, neque maiores quadrimos parandum. vt viribus magnis ſint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem cõficiat. amplis cornibus, & nigris potius quàm aliter: vt ſint lata frõte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus. Hos veteranos ex campeſtribus locis emendum, non in dura ac montana: nec non, ita ſi "incidit, vt ſit vitandum. Nouellos cùm quis emerit iuuencos, ſi eorũ colla in furcas deſtitutas incluſerit, ac dederit cibũ, diebus paucis erunt manſueti, & ad domandum proni. Tum ita ſubigẽdum vt minutatim aſſuefaciant, & vt tironem cum veterano adiungant. imitando enim, facilius domãtur. & primùm in æquo loco, & ſine aratro, tum eo "leui, & principio per arenam, aut molliorem "terram. Quos ad vecturas, item inſtituendum, vt inania primùm ducant plauſtra: &, ſi poſſis, per vicum aut oppidum creber crepitus, ac varietas rerum cõſuetudine celerrima ad vtilitatem adducit. Neq; pertinaciter, quem feceris dexterum, in eo manendũ.

incidit, vit.

leui, ſimul arare faciant.

& pr. terrã, dũ cõſueſcant. Quos

Quòd ſi alternis fit ſiniſter, fit laborāti in alteru-tra parte requies. Vbi terra leuis (vt in Cāpania) ibi non bubus grauibus, ſed vaccis aut aſinis quòd arant, eo facilius ad aratrum leue adduci poſſunt, ad molas, & ad ea, ſi quæ ſunt, quæ in fun-do conuehuntur. In qua re alii aſellis, alii vaccis ac mulis vtuntur: exinde vt pabuli facultas eſt. nam facilius aſellus quàm vacca alitur, ſed fru-ctuoſior hæc. " In eo agricolæ hoc ſpectandum, quo faſtigio ſit fundus. in confragoſo enim ac difficili hæc valentiora parandum, & potius ea quæ plus fructum reddere poſſint, cùm idem o-peris faciant.

Cautio agr.

De canibus. *CAP. XXI.*

CANES potius cum dignitate & acres pau-cos habendum quàm multos. quos conſuefacias potius noctu vigilare, & interdiu clauſos " dormi-re. De indomitis quadrupedibus, ac " pecore fa-ciundum: Si prata ſunt in fundo, neque pecus ha-bet, danda opera vt pabulo vendito alienum pe-cus in ſuo fundo paſcat, ac ſtabulet.

Vide caſtig. pec. inſtructo, & canibus, hoc faci. quod dixi. Si

De muto inſtrumento. *CAP. XXII.*

DE reliquo inſtrumento muto, in quo ſunt corbulæ, & dolia, & alia: hæc præcipienda. Quæ naſci in fundo ac fieri à domeſticis poterunt, eo-rum nequid ematur. vt ferè ſunt quæ ex vimini-bus & materia ruſtica fiunt: vt corbes, fiſcinæ, tri-bula, mallei, raſtelli. Sic quæ fiūt de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo: vt funes, reſtes, tegetes. Quæ è fundo ſumi nō poterunt, ea ſi empta erunt po-tius ad vtilitatem quàm ob ſpeciem, ſumptu fru-ctum non extenuabunt. eo magis, ſi inde empta erunt potiſſimū, vbi ea & bona & proximè & vi-liſſimo emi poterūt. Cuius inſtrumēti varia diſcri mina, ac multitudo agri magnitudine finitur,

quòd plura opus ſunt,ſi fines diſtant laté. Itaque, Stolo inquit, Propoſita magnitudine fundi, de eo genere Cato ſcribit, Oliueti iugera C C X L qui coleret, eũ inſtruere ita oportere, vt faceret vaſa *olearia, iuga V. quæ membratim enumerat, vt ex ære ahena, vrceos, naſſiternam: item alia ſic è ligno & ferro, vt ploſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor, item alia. Sic de ferramentis, quæ ſint, & quot opus ad multitudinem. *vt ferreas octo, ſurcula totidem, dimidio minus palas, item alia. Item alteram formulam inſtrumenti fundi vinarii fecit, in qua ſcribit, ſi ſit centum iugerum, habere oportere vaſa torcularia inſtructa trina, dolia cum operculis culleorum octingẽtorum, acinaria X X, frumentaria X X. Itẽ eiuſmodi alia: quæ minus multa quidem alii, ſed tantum numerũ culleorum ſcripſiſſe puto, ne cogeretur quotannis vendere vinum. Vetera enim quàm noua, & eadem alio tẽpore quàm alio pluris. Item ſic de ferramentorũ varietate ſcribit permulta, & genere, & multitudine qua ſint, vt falces, palas, raſtros. Sic alia, quorum nonnulla genera ſpecies habent plures: vt falces. nam dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ V, ſiluaticæ V, arborariæ I I I, & *ruſtariæ X. Hic hæc. At Scrofa, Inſtrumentum, & ſupellectilem ruſticam omnem oportet habere ſcriptam in *vrbe & rure dominum. villicum contra ea ruri omnia certo ſuo quæque loco ad villam debent eſſe poſita. Quæ non poſſunt eſſe ſub claui, quàm maximè facere vt ſint in conſpectu oportet: eo magis ea quæ in rariore ſunt vſu, vt quibus in vindemia vtuntur, vt corbulæ, & ſic alia. Quæ enim res quotidie videntur, minus metuunt furem.

*o'. inſtructa,

*vt furcas fer.

*ruſticariæ

*vrbe dominum, & ruri villicum. atque ea omnia

Quæ & quo quidque loco maximè expediat ſerere.
CAP. XXIII.

SVSCIPIT Agraſius, Et quoniã habemus illa duo prima, ex diuiſione quadripartita, de fundo, & de inſtrumẽto quo coli ſolet: de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam fructum, inquit, arbitror eſſe fundi, eum qui ex eo ſatus naſcitur vtilis ad aliquam rem: duo conſideranda, quæ & quo quidque loco maximè expediat ſerere. Alia enim loca apposita ſunt ad fœnum, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic ad pabulum quæ pertinent: in quo eſt ocymum, farrago, vicia, medica, cytiſum, lupinum. Neque in pingui terra omnia ſeruntur rectè, neque in macra nihil. Rectius enim in tenuiore terra, ea quæ non multo indigent ſucco, vt cytiſum, & legumina. præter cicer: hoc enim quoque legumen, vt cætera quæ velluntur è terra, " non ſubſecantur. quæ quòd ita legũtur, legumina dicta. In pingui rectius quæ cibi ſunt maioris, vt holus, triticum, ſiligo, linum. Quædam etiam ſerenda non tam propter præſentem fructum, quàm in annũ proſpicientẽ, quòd ibi "ſubſecta atque relicta terram faciũt meliorem. Itaque lupinum, cùm necdum ſiliculam cepit, & nõnunquam fabalia, ſi ad ſiliquas non ita peruenit vt fabam legere expediat, ſi ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent. Nec minus ea diſcriminanda in cõſerundo, quæ ſunt fructuoſa, "propter voluptatem: vt quæ pomaria ac floralia appellantur. Item illa quæ ad hominum victum ac ſenſum delectationémque non pertinẽt, neque ab agri vtilitate ſunt diiuncta. Idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum & arundinetum, ſic alia quæ humidum locum quærunt. Contrà, vbi ſegetes frumentarias, ibi

neque ſubſecãtur, ſuccũ tollũt.

quæ ſubiecta

ab iis quæ fiunt propt.

fabam potiſſimum ſeras. Item alia quæ arida loca ſequuntur: ſicut vmbroſis locis alia ſeras, vt corruda, quòd ita petit aſparagus: & apricis, vt ibi ſeras violam, & hortos facias: quòd ea ſole nutricãtur. Sic & alia alio loco ſerunda, vt habeas vimi-
viendo na, vnde " vtendo quid facias: vt ſirpeas, vallos, crates. Alio loco vt ſeras ac colas ſiluam cæduã, alio vbi aucupare. Sic vbi cannabim, linum, iun-
vnde li cum, ſpartum, "vnde nectas bubus paleas, lineas,
neas, reſtes, funes. Quædam loca eadem, alia ad ſeren-
reſt. fun. fa- dum idonea. nam & in recentibus pomariis, de-
cias, ſitis ſeminibus, in ordinémque arbuſculis poſi-
quibus tis, primis annis ante quàm radices longius pro-
nectas bo. pal. cedere poſſint, alii conſerunt hortos, alii quid a-
& alia. liud. neque, cùm conualuerunt arbores, idem faciunt, ne violẽt radices. Stolo, Quod ad hæc pertinet, Cato non malè quod ſcribit de ſationibus, Ager craſſus & lætus, ſi ſit ſine arboribus, eum agrum frumentarium fieri oportere. Idem ager
panicũ fert. ſi nebuloſus ſit, rapa, raphanos, mulium, " panicum.

Olea in quali agro ſerenda ſit.

CAP. XXIIII.

IN agro craſſo & calido oleam conditaneam, radium maiorem, Sallentinã, Orchitem, Poſeam, Sergianam, Colminiam, Albicerem: quam earum in his locis optimam dicent eſſe, eam maximè ſerere. Agrum olіueto conſerundo, niſi qui in ventum Fauonium ſpectet, & ſoli oſtentus ſit, alium bonum nullum eſſe. Qui ager frigidior & macrior ſit, ibi oleam Licinianam ſeri oportere. Si in loco craſſo, aut calido poſueris, hoſtum nequam fieri, & ferendo arborem perire, & muſcũ rubrum moleſtum eſſe. Hoſtum vocant, quod ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod

vno tempore conficiunt. quem alii c l x aiunt eſſe modiorum, alii ita minus magnum, vt ad c x x deſcendat,& exinde,vt vaſa olearia quot & quanta habeant,quibus conficiunt illud. Quod Cato ait, circum fundum vlmos & populos, vnde frons ouibus & bubus ſit, & materies ſeri oportere. Sed hoc neque in omnibus fundis opus eſt, neque in quibus eſt opus, propter frondem maximè, ſine detrimento ponuntur ab ſeptentrionali plaga,quòd non officiunt ſoli.Illè adiicit ab eodem ſcriptore.Si locus humectus ſit,ibi cacumina populorum ſerunda,& arundinetum. Id prius bipalio verti, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeri, ibi quoque corrudam, vnde aſparagi fiant, aptam eſſe vtrique eandem ferè culturam. Salicem Græcam circum arundinetum ſeri oportere, vti ſit qui vitis alligari poſſit.

Quo in agro ſerenda ſit vinea. CAP. XXV.

VINEA quo in agro ſerunda ſit, ſic obſeruādum.Qui locus optimus vino ſit,& oſtentus ſoli, Aminæum minuſculum,& geminum Eugeneū, & helueolum minuſculum ſeri oportere. Qui locus craſſior ſit, aut nebuloſus, ibi Aminæum maius, aut Murgentinum, Apicium, Lucanum ſeri.Cæteras vites,& de his miſcellas maximè,in omne genus agri conuenire.

Quo loco ridicæ in vinea figi debeant.
CAP. XXVI.

IN omni vinea diligenter obſeruant vt ridica vitis "ab ſeptentrione verſus tegatur.& ſi cupreſſos viuas pro ridicis inſerunt, alternos ordines imponunt: neque eas creſcere altius quàm ridicas patiuntur. neque propter eas adſerunt vites, quòd inter ſe hæc inimica. Agrius " Fundanio,

[margin, handwritten: i. pedamenta] [margin: ad ſept.] [margin: Fundani,]

Vereor, inquit, ne ante æditimus veniat huc, quàm "hic ad quartum actum. vindemiam enim expecto. Bono animo es, inquit Scrofa: "ac fiſcinam expedi & vrnam.

hinc ad q. act. accedamus.

fiſcinas expediet ac

De ſolis curſu annali in certas partes diuiſo: & de iis quæ in quaque fieri oportet.

CAP. XXVII.

ET quoniam tempora duorum generũ ſunt: vnum, annale, quod ſol circuitu ſuo finit: alterũ, menſtruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de ſole. Eius curſus annalis primum ferè circiter ternis menſibus ad fructus eſt diuiſus in IIII partes: & idem ſubtilius ſeſquimenſibus, in VIII. In quatuor, quòd diuiditur in ver, & æſtatem, & autumnũ, & hiemem. Vere ſtationes quædam fiunt. terram rudem proſcindere oportet. quæ ſunt ex ea enata, prius quàm ex iis quid ſeminis cadat, vt ſint exradicata. & ſimul " glæbis ab ſole percalefactis aptiores facere ad accipiendum imbrẽ, & ad opus faciliores, "relaxatas. neque ea minus bis arandum, ter melius. Æſtate fieri meſſes oportere. Autumno ſiccis tẽpeſtatibus vindemias, ac ſiluas excoli commodiſſimè: tunc præcidi arbores oportere ſecũdum terram. Radices autem prioribus imbribus vt effodiantur, nequid ex his naſci poſſit. Hieme putari arbores, duntaxat his temporibus cùm gelu cortices & imbribus careant & glacie.

cauis relaxatis.

Quotenos dies habeat quodque tempus anni diuiſi in quatuor partes. *CAP. XXVIII.*

DIES primus eſt veris in Aquario, æſtatis in Tauro, autumni in Leone, hiemis in Scorpione. Cùm vniuſcuiuſq; horum quatuor ſignorũ dies tertius & viceſimus, quatuor tẽporũ ſit primus, efficitur vt ver dies habeat XCI, æſtas XCIV,

autumnus x c i, hyems x x c i x. Quæ redacta ad dies ciuiles noſtros, qui nunc ſunt primi verni temporis, ex a. d. v i i, Id. Febr. æſtiui ex a. d. v i i. Id. Maii. autumnales ex a. d. v i i. Id. Sext. hiberni ex a. d. i v. Id. Nouemb. Subtilius diſcretis temporibus obſeruanda quædam ſunt, eáque in partes v i i i diuiduntur. Primùm à Fauonio ad æquinoctium vernum dies x l. hinc ad Vergiliarum exortum dies x l i v. ab hoc ad ſolſtitiũ dies x l i i x. inde ad Caniculæ ſignum dies x x i x. dein ad æquinoctiũ autumnale dies l x v i i. exin ad Vergiliarum occaſum dies x x x i i. ab hoc ad brumam dies l v i i. inde ad Fauonium dies x l v.

Primo interuallo inter Fauonium & æquinoctium vernum quæ fieri oporteat. CAP. XXIX.

IN primo interuallo inter Fauonium & æquinoctium vernum hæc fieri oportet. Seminaria omne genus vt ſerantur. putari in primis, circum vites ablaqueari: radices, quæ in ſumma terra ſunt, præcidi: prata purgari, ſalicta ſeri, ſegetes ſarire. Seges dicitur, quod aratũ ſatum eſt: aruum, quod aratum, nec dum ſatum eſt. Noualis, vbi ſatum fuit ante quàm ſecunda aratione renouetur. Rurſum terram cùm primùm arant, proſcindere appellant: cùm iterum, offringere dicunt: quòd prima aratione glæbæ grãdes ſolẽt excitari, cùm iteratur, offringere vocant. Tertio cùm arant iacto ſemine, boues lirare dicuntur: id eſt, cùm tabellis additis ad vomerem, ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quò pluuia aqua delabatur. Nonnulli poſtea, qui ſegetes non tam latas habent (vt in Appulia) id genus prædii per ſaritores occare ſolent, ſiquæ in porcis relictæ grandiores ſunt glæbæ. Qua aratrum vo-

lacunā fecit, mere" lacunam ſtriam fecit, ſulcus vocatur. Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quòd ea ſeges frumentum porricit. Sic quoque exta deis cùm dabant, porricere dicebant.

Secundo interuallo inter vernum æquinoctiū & Vergiliarum exortum, quæ fieri oporteat.

CAPVT XXX.

SECVNDO interuallo inter vernum æquinoctium & Vergiliarū exortum, hæc fieri: Segetes rūcari, herbam è ſegetibus expurgari, boues terram proſcindere, ſalicem cædi, prata defendi. quæ ſuperiore tēpore fieri oportuerit, & non ſunt abſoluta ante quàm gemmas agant & floreſcere incipiant, fieri. Quòd ſiquæ folia amittere ſolent, ante frondere inceperint, ſtatim ad ſerendū idoneæ nō ſunt. Oleam ſeri interputarique oportet.

Tertio interuallo inter Vergiliarū exortum & ſolſtitiū quæ fieri oporteat. Itē, De vineis nouellis. De pampinatione. Qualis ſit capreolus in vite. De pabulo ſecando. De irrigatione. *CAP. XXXI.*

TERTIO interuallo inter Vergiliarū exortum & ſolſtitiū hæc fieri debent. Vineas nouellas fodere, aut arare: & poſtea occare, id eſt cōminuere, ne ſit glæba. Quod ita occidunt, occare dicūt. Vites pāpinari, ſed à ſciēte. nam id, quàm putare, maius: neque in arbuſto, ſed in vinea fieri. Pampinare eſt ex ſarmēto coles qui nati ſunt, de iis qui plurimum valēt, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertiū relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus ſarmentū nequeat miniſtrare ſuccum. Ideo in vitiario primitus cùm exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmēto è terra exeat, atque in pariēdis colibus vires habeat maiores. Eiuncidum enim ſarmētum propter infirmitatem" ſterile, neq; ex ſe poteſt eiicere vitem: ſterileſcit,

quam vocãt minorem,flagellũ: maiorem etiam vnde vuæ naſcũtur,palmam. Prior,litera vna mutata,declinata à vẽti flatu,ſimiliter flabellũ ac flagellum. Poſterior, quo ea vitis immittitur ad vuas pariẽdas, dicta primò videtur à pariẽdo parilema:exin mutatis literis(vt in multis)dici cœpta palma. Ex altera parte caprea dicta, quòd parit capreolum. is eſt coliculus viteus, intortus vt cincinnus. is enim vites vt teneat, ſerpit ad locũ capiundum. ex quo à capiendo capreolus dictus. Omne pabulũ, primùm ocimũ, farraginem, viciam, nouiſsimè fœnũ ſecari. Ocinũ dictũ à Græco verbo ὠκέως, quod valet citó. Similiter " quo quoq; ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, ꝙ citat aluũ bubus, & ideo iis datur vt purgẽtur, "id ex pabuli ſegete viride ſectũ ante quàm genat ſiliquas. Cõtrà, ex ſegete, vbi ſata admixta ordeũ & vicia, & legumina, pabuli cauſa viridia. Quòd far ferro cæſa, farrago dicta, aut niſi ꝙ primùm in farracia ſegete ſeri cœptum. Ea equi & iumenta cætera verno tempore purgantur ac ſaginantur. Vicia dicta à vinciendo, quòd item capreolos habet vt vitis, quibuſcum ſurſum vorſum ſerpit ad ſcapum lupini, aliúmve "quem, vt hæreat, id ſolet vincire. Si prata irrigua habebis, ſimulac fœnum ſuſtuleris, irrigare. In poma, quæ inſita erunt, ſiccitatibus aquam addi quotidie. à quo, quòd indigent potu, poma dicta eſſe poſſunt.

id gen" pabuli ſunt ſegetes virides, ſectæ a. q. gerant

cala- mũ, ad quẽ vt h. eum ſolet

Quarto interuallo inter ſolſtitium & Caniculam, quæ fieri oporteat. *CAP. XXXII.*

QVARTO interuallo inter ſolſtitiũ & Caniculam plerique meſſem faciunt: quòd frumentum dicant quindecim diebus eſſe in vaginis, quindecim florere, quindecim exareſcere, cùm ſit maturũ. Aratio nes abſolui, quæ eo fructuoſiores

ſiunt, quo calidiore terra aratur. Cùm proſcideris, offringi oportet, id eſt iterare, vt frangantur glæbæ. prima enim aratione grandes glæbæ ex terra ſcinduntur. Serendum viciam, lentem, cicerculam, eruilam, cæteráque quæ alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant. vtraque dicta à legendo, quòd ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur. Vineas veteres iterum occare, nouellas etiam tertio, ſi ſunt etiam tũ glæbæ.

Quinto interuallo inter Caniculam & æquinoctium quæ fieri oporteat. *CAP. XXXIII.*

QVINTO interuallo inter Caniculam & æquinoctium autumnale oportet ſtramenta deſecari & aceruos conſtrui, aratro offringi, frondem cædi, prata irrigua iterum ſecari.

Sexto interuallo ab æquinoctio autumnali vſque ad brumam quæ fieri oporteat. *CAP. XXXIIII.*

SEXTO interuallo ab æquinoctio autumnali incipere ſcribũt oportere ſerere, vſque ad diem XCI. poſt brumam, niſi quæ neceſſaria cauſa coegerit, non ſerere: quòd tantum interſit, vt ante brumam ſata, ſeptimo die: quæ à bruma ſata, XL die vix exiſtant. neque ante æquinoctium incipi oportere putant: quòd, ſi minus idoneæ tempeſtates ſint conſecutæ, puteſcere ſemina ſoleant. Fabam optimè ſeri in Vergiliarum occaſu. Vuas autem legere, & vindemiam facere inter æquinoctium autumnale & Vergiliarum occaſum. Dein vites putare incipere, & propagare, & ſerere poma. Hæc aliquot regionibus, vbi maturius frigora fiunt aſperiora, melius verno tempore.

Septimo interuallo inter Vergiliarum occaſum & brumam quæ fieri oporteat. *CAP. XXXV.*

SEPTIMO interuallo inter Vergiliarũ occaſum & brumam, hæc fieri oportere dicunt. Se-

fere lilium, & crocum, quod iam egit radicem: " roſam, ea conciditur radicitus in virgulas palmares,& obruitur. hæc eadem poſtea trāsfertur, facta viuiradix. Violaria in fundo facere non eſt vtile, ideo quòd neceſſe eſt è terra ad ea obruenda puluinos fieri: quos irrigationes & pluuiæ tempeſtates abluunt, & agrum faciunt macriorem. Ab Fauonio vſque ad Arcturi exortū rectè ſerpullum è ſeminario transferri: quod dictum ab eo quòd ſerpit. Foſſas nouas fodere, veteres tergere. vineas arbuſtúmque putare, dum in XV diebus ante & poſt brumam, vt pleraque ne facias:nec non tum aliquid rectè ſeritur, vt vlmi. Roſa etiam cōcid.

Octauo interuallo inter brumam & Fauonium, quæ fieri oporteat. CAP. XXXVI.

OCTAVO interuallo inter brumam & Fauonium hæc fieri oportet.De ſegetibus,ſiqua eſt aqua, deduci:ſin ſiccitates ſunt,& terra teneritudinem habet, ſarire. vineas arbuſtáque putare. Cùm in agris opus fieri nō poteſt, quæ ſub tecto poſſunt, tum conficienda antelucano tempore hyberno. Quæ dixi, ſcripta & poſita habere in villa oportet, maximè vt villicus norit.

De lunaribus diebus. CAP. XXXVII.

DIES lunares quoque obſeruandi, qui quodammodo bipartiti.Quod à noua luna creſcit ad plenam, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, " quod veniat ad intermeſtruum: è quo die dicitur luna eſſe extrema, & prima. à quo eum diem Athenis appellant ἔνην καὶ νέαν, τριακάδα alii. quædam facienda in agris potius creſcente luna quàm ſeneſcēte: quædam contrà," quæ metas vt frumenta, & cæduam ſyluam. Ego iſta etiam,inquit Agraſius, non ſolùm in ouibus tondēdis,ſed in meo capillo,à patre acceptum ſeruo, quoad vt quæ metas, frumēta,

ne 'ni decreſcente luna tōdens caluus fiam. Agrius, Quemadmodum, inquit, luna quadripartita? & quid ea diuiſio ad agros pollet? Tremellius, Nunquam rure audiſti, inquit, octauo ianam lunam & creſcētem, & contra ſeneſcētem, & quæ creſcente luna fieri oporteret, & tamen quædam melius fieri pòſt octauo ianam lunam, quàm ante? & ſiquæ ſeneſcente fieri conueniret, melius quanto minus haberet ignis id aſtrum? Dixi de quadripartita forma culturæ agri. Stolo, Eſt altera, inquit, temporum diuiſio, cōiuncta quodammodo cum ſole & luna. quæ in ſex partita: quòd omnis ferè fructus quinto denique gradu peruenit ad perfectum, ac videt in villa dolium ac modium. vnde ſexto prodit ad vſum. Primo præparādum, ſecundo ſerendum, tertio nutricandum, quarto legēdum, quinto condendū, ſexto promendum. Ad alia in præparando, faciendi ſcrobes, aut repaſtinandum, aut ſulcandum: vt ſi arbuſtum aut pomarium facere velis. Ad alia arandum aut fodiendum, vt ſi ſegetes inſtituas. Ad quædam bipalio vertenda terra, plus, aut minus. aliæ enim radices anguſtius diffundunt, vt cupreſsi: aliæ latius, vt platani: vſqueeo, vt Theophraſtus ſcribat, Athenis in Lyceo, cùm etiam tunc platanus nouella eſſet, radices trium & triginta cubitorum egiſſe. Quædam ſi bubus & aratro proſcideris, & iterandum ante quàm ſemen iactes. Item

ea eſt præparatio ſiquæ fit in pratis,' id eſt, vt defendantur à paſtione. quod ferè obſeruāt à piro florente, ſi irrigua ſunt, vt tempeſtiuè irrigentur.

De ſtercoratione. *CAP. XXXVIII.*

QVAE loca in agro ſtercoranda videndum, & qui & quo genere potiſsimum facias. nam diſcrimina eius aliquot. Stercus optimum ſcribit

eſſe Caſsius volucrium, præter paluſtriũ ac nantium. De hiſce præſtare columbinum, quòd ſit calidiſsimum, ac fermentare poſsit terram. Id, vt ſemẽ, aſpergi oportere in agro, nõ, vt de pecore, aceruatim poni. Ego arbitror præſtare ex auiariis turdorum ac merularum, quòd non ſolùm ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum, ita bubus ac ſuibus, vt fiant pingues. Itaque qui auiaria conducunt, ſi caueat dominus, ſtercus vt in fundo maneat, minoris cõducunt quàm ii quibus id accedit. Caſsius ſecundum columbinum ſcribit eſſe hominis: tertiò caprinũ, & ouillum, & aſininum. Minimè bonum equinum, ſed in ſegetes. in prata enim vel optimum, vt cæterarum veterinarum, quæ ordeo paſcũtur, quòd multam facit herbam. Sterquilinium ſecundum villam facere oportet, vt quàm pauciſsimis operis egeratur. In eo ſi in medio robuſta aliqua materia ſit depacta, negant ſerpentem naſci.

Quatuor eſſe genera ſeminum: & quæ quo tempore & loco debeant ſeri. *CAP. XXXIX.*

SATIONIS autem gradus ſecundus hanc habet naturam, ad quod tempus cuiuſque ſeminis apta ſit ad ſerendum. Nam refert in agro ad quam partem cæli quiſque locus ſpectet, ſic ad quod quæque tẽpus res facillimè creſcat. Nónne videmus alia florere verno tempore, alia æſtiuo: neque eadem autumnali, quæ hyberno? Itaque alia ſeruntur, atque inſeruntur, & metuntur ante aut poſt, quàm alia: & cùm pleraque vere melius quàm autumno inſerantur, circiter ſolſtitium inſeri ficos, necnon brumalibus diebus ceraſos? Quare cùm ſemina ferè quatuor ſint generum, * quæ transferuntur è terra in terram, viuiradices: quæ ex arboribus dempta demittuntur in

quæ nõ tr. è t. in terrã, ſed per ſe fiunt à natura. alia ex induſtria, vt faciunt viuir.

humum, quæ inſeruntur ex arboribus in arbores:de ſingulis rebus vidēdum,quæ quoque tempore locóque facias.

Quæ ſint genera ſeminum, & quemadmodum propagari debeant: & quibus temporibus quóque loco ponenda ſint. CAP. XL.

PRIMVM ſemen, quod eſt principium genendi,id duplex. vnum,quod latet noſtrum ſenſum:alterum,quod apertum. Latet, ſi ſunt ſemina in aere,vt ait phyſicus Anaxagoras: &,ſi aqua quæ influit in agrū,inferre ſolet,vt ſcribit Theophraſtus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligēter. quædam enim ad genendum propterea vſqueadeo parua, vt ſint obſcura: vt cupreſsi. non enim galbuli qui naſcuntur, id eſt, tanquam pilæ paruæ corticiæ,id ſemen,ſed in iis intus primigenia ſemina dedit natura. Reliqua inuenit experiētia coloni. Num prima, quæ ſine colono,priuſquam ſata,nata? ſecunda,quæ ex iis collecta, neque priuſquam ſata, nata. Prima ſemina videre oportet, ne vetuſtate ſint exſuctæ, aut ne ſint admixta, aut ne propter ſimilitudinem ſint adulterina. Semen vetus tantum valet in quibuſdam rebus,vt naturam commutet.nam ex ſemine braſsicæ vetere ſato naſci aiunt rapa, & contrà ex raporum, braſsicam.Secūda ſemina videre oportet, ne vnde tollas, nimium citò aut tardè tollas. Tempus enim idoneum, quod ſcribit Theophraſtus,vere,& autumno,& Caniculæ exortu. Neq; omnibus locis àc generibus idem. In ſicco & macro loco & argilloſo,vernum tempus idoneum,quo minus habet humoris.In terra bona ac pingui,autumno,quòd vere multus humor. quam ſationem quidam metiūtur ferè diebus XXX. Tertiū genus ſeminis,quod ex arbore

pe

per ſurculos defertur in terram, ſic in humū demittitur, vt in quibuſdam tamen ſit vidēdum vt eo tempore ſit deplātatum quò oportet. Id enim fit ante quàm gemmare aut florere quid incipit: & quæ de arbore trāsferas, vt ea deplātes potius quàm defringas: quòd plātæ ſolum ſtabilius, quo latius, vt radices facilius mittat. ea celeriter antequam ſuccus exareſcàt, in terram demittunt. Demum in oleagineis ſeminibus arbores vidēdum, vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter preciſum, quas alii clauolas, alii taleas appellāt, ac faciunt circiter pedales. Quartum genus ſeminis, quod tranſit ex arbore in aliam. Videndum, qua ex arbore in quam transferatur, & quo tēpore & quemadmodum obligetur. nō enim pirum recipit quercus. neque enim ſi malus pirum. Hoc ſequūtur multi, qui aruſpices audiunt multum, à quibus proditum in ſingulis arboribus quot genera inſita ſint, vno ictu tot fulmina fieri illud, quod fulmen cōcepit, ſi in pirū ſyluaticam inſeueris pirum quamuis bonam, nō fore tam iucundum quàm ſi in eam quæ ſilueſtris non ſit. In quancunque arborem inſeras, ſi eiuſdem generis eſt duntaxat, vt ſit vtraque malus, ita inſerere oportet, referētem ad fructum, meliori genere, vt ſit ſurculus, quàm eſt, quo veniat arbor. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi nuper animaduerſa in arboribus propinquis. Ex arbore, è qua quis vult habere ſurculum, in eam, quam inſerere vult, ramulum traducit, & in eius ramo præciſo ac difiſſo implicat." eum locū qui cotingit ex vtraq; parte, quod intro eſt falce extenuatur, ita vt ex vna parte, quod cælum viſurum eſt, corticem cum cortice exæquatum habeat. Eius ramuli, quem inſereret, cacumen vt directum ſit

tum ra muli loc. q. c. ex v. p. qua fiſſurā intrat, falce ext. i. vt ex v. p. q. c. viſurus eſt,

ad cælum, curat. Poſtero anno cùm comprehendit, vnde propagatum eſt, ab altera arbore præcidit.

De temporibus transferendorum ſurculorum: & quæ ſint poſt ſationem obſeruanda. CAP. XLI.

QVO tempore quæque transferas, hæc in primis videnda: quòd quæ prius verno tempore inſerebantur, nunc etiam ſolſtitiali, vt ficus: quòd denſa materia non eſt, & ideo ſequitur caldorem. A quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non poſſint. Aqua recenti inſito inimica, tenellum enim citò facit putre. Itaque quod inſeritur Caniculæ ſigno, commodiſsimè exiſtimatur inſeri. quæ autem natura minus ſunt mollia, vas aliquod ſupra alligant, vnde ſtillet lentè aqua: ne prius exareſcat ſurculus quàm coaleſcat. cuius ſurculi corticem integrum ſeruandum, & eum ſic exacuendum, vt non denudes medullam. ne extrinſecus imbres noceāt, aut nimius calor, argilla oblinendum, ac libro obligandum. Itaque vitem triduo, antequam inſerant, deſecant, vt qui in ea nimius eſt humor diffluat ante quàm inſeratur. at in qua inſerunt, in ea paulo infra quàm inſitum eſt, incidūt: vnde humor aduētitius effluere poſsit. contrà in fico, & malo punica, & ſiqua etiam horum natura aridiora, cōtinuo. In aliis translationibus, vidēdum vt quod transferat in cacumen, habeat gemmam, vt in ficis. De his primis quatuor generibus ſeminum, quædam quòd tardiora, ſurculis potius vtendum, vt in ficetis faciunt. Fici enim ſemen naturale intus in ea fico quam edimus. quæ ſunt minuta grana, è quib⁹ paruis, quod enaſci coliculi vix queunt. Omnia enim minuta & arida, ad creſcendū tarda: ea quæ laxiora, & fœcundiora: vt fœmina, quàm mas. ex proportione

in virgultis item. Itaq; ficus, malus punica, & vitis, propter fœmineam mollitiam ad creſcendum prona: contrà palma, & cupreſſus, & olea in creſcendo tarda. in hoc enim humidiora quàm aridiora. quare ex terra potius in ſeminariis ſurculos de ficeto, quàm grana de fico expedit obruere: præter ſi aliter nequeas: vt ſiquando quis trans mare ſemina mittere, aut inde petere vult. tum enim reſticulas per ficos quas edimus, maturas perſerunt, & eas cùm inaruerunt, complicant, ac quò volunt mittunt, vbi obrutæ in ſeminario pariant. Sic genera ficorum, Chiæ, ac Chalcidicæ, & Lydiæ, & Africanæ, item cætera tranſmarina in Italiam perlata. Simili de cauſa oleæ ſemẽ cùm ſit nucleus, quòd ex eo tardius enaſcebatur colis quàm è taleis, ideo potius in ſeminariis taleas, quas dixi, ſerimus.

De medica. *CAP. XLII.*

DE medica in primis obſerues, ne in terram nimium aridam, aut variam, ſed temperatam, ſemen demittas. in iugerum vnum, ſi eſt natura temperata terra, ſcribunt opus eſſe medicæ ſeſquimodium. id ſeritur ita vt ſemen iactatur, quemadmodũ ſcilicet cùm pabulum & frumentum ſeritur.

De cytiſo. *CAP. XLIII.*

CYTISVM ſeritur in terra bene ſubacta tanquam ſemen braſsicæ: inde differtur, & in ſeſquipedem ponitur. aut etiam de cytiſo duriore virgulæ deplantantur, & ita pangitur in ſerendo.

Quoteni modij ſerantur in iugero, fabæ, tritici, hordei, farris. *CAP. XLIIII.*

SERVNTVR fabæ modii IIII in iugero, tritici V, ordei VI, farris X. ſed nõnullis locis paulo amplius, aut minus. ſi enim locus craſſus, plus: ſi

macer, minus. quare obſeruabis quantum in ea regione cōſuetudo erit ſerendi: vt tantum facias quātum valet regio, ac genus terræ. vt ex eodem ſemine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo: vt in Hetruria, & locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicūt etiam cum centeſimo redire ſolitum. in Syria ad Garada, & in Africa ad "Byzaciū item ex modio naſci cētum. Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea ſeras quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis: an in veruacto, quæ interdum requierit. Cui Agrius, In Olynthia quotannis reſtibilia eſſe dicūt, ſed ita vt tertio quoque anno vberiores ferant fructus. Licinius, Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paulo leuioribus ſationibus ſerere, id eſt, quæ minu ſugunt terram. Dicetur (inquit Agrius) de tertio gradu, De nutricationibus, atque alimoniis eorum. Licinius, Quæ nata ſunt (inquit) in fundo aleſcunt, adulta concipiunt, prægnantia cùm ſunt, matura pariunt poma, aut ſpicam: ſic alia ſimile ei, à quo profectum, "redit ſemen. Itaque ſi florem, acerbùmve pirum, aliúdve quid decerpſeris, in eodem loco, eodem anno, nihil renaſcitur, quòd prægnationis "idem bis habere nō poteſt. vt enim mulieres habent ad partum dies certos, ſic arbores ac fruges.

Byrachium

reddūt

diē idē

Sata quoto quæque die prodeant è terra.

CAPVT XLV.

PRIMVM plerunque è terra exit ordeum diebus VII, nec multo pòſt triticum. Legumina ferè quatriduo, aut quinque diebus, præterquam faba. ea enim ſerius aliquāto prodit ſeges. Oſtendit idem milium, & ſeſama, & cætera ſimiliter æquis ferè diebus, præterquam ſiquid regio, aut tempeſtas vitii attulit, quo minus ita fiat. Quæ in

ſeminario nata, ſi loca erũt frigidiora, quæ molli natura ſunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde, aut ſtramentis: ſi erunt imbres ſecuti, videndum necubi aqua cõſiſtat. venenum enim gelum radicibus tenellis ſub terra, & ſupra virgultis, quæ nec eodem tempore æquè creſcunt. nam radices autumno aut hieme magis ſub terra quàm ſupra adoleſcũt: quòd tectæ terræ tepore propagantur, ſupra terrã aere frigidiore *tinguntur. ídque ita eſſe docent ſilueſtria, ad quæ ſator non acceſsit. nam prius radices quàm ea quæ ex iis ſolent naſci, creſcunt. neque radices longius procedũt, niſi quo tempore venit ſol. his duplex cauſa, quòd & radicum materiam aliam quàm aliam longius proiicit natura: & quòd alia terra, alia facilius viam dat. ringũtur.

Ex quibus foliis cognoſci poſſint anni tempora.
CAPVT XLVI.

PROPTER eiuſmodi res admiranda diſcrimina ſunt naturalia, quòd ex quibuſdam foliis, propter eorum verſuram, quod ſit anni tempus dici poſsit: vt olea, & populus alba, & ſalix. Horũ enim folia, cùm conuerterunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe. Nec minus admirandum quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quòd ad ſolis ortum mane ſpectãt, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent.

Quemadmodum ſata ſint tuenda. CAP. XLVII.

IN ſeminario quæ ſurculis conſita, & eorum molliora erũt natura cacumina, vt olea, ac ficus. Ea ſumma integenda binis tabellis dextra & ſiniſtra deligatis, herbæque elidendæ, & dum teneræ ſunt vellendæ: "prius enim aridæ factæ, rixantur, ac celerius rumpuntur quàm ſequuntur. Contrà herba in pratis ad ſpem fœniſiciæ nata, nõ modò nã ar.

non euellenda in nutricatu, ſed etiam nō calcanda. "quò & pecus à prato ablegādum, & omne iumentum, ac etiam homines. ſolum enim hominis exitium herbæ, & ſemitæ fundamentum.

quin

Quæ in ſpica ſint vocabula, & cauſæ eorum.
CAP. XLVIII.

IN ſegetibus autem frumentum, quod culmus extulit. Spica ea quæ " mutilata non eſt, in ordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam primitus ſpica cùm oritur, vaginam. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. Gluma, qui eſt folliculus eius. Ariſta, quæ, vt acus tenuis, longa eminet è gluma: proinde vt grani theca ſit gluma, & apex ariſta. Ariſta & granum omnibus ferè notum: gluma paucis. Itaque id apud Ennium ſolum ſcriptum ſcio eſſe in Euhemeri libris verſis. videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum. Itaque eodem vocabulo appellāt fici eius quam edimus, folliculum. Ariſta dicta, quòd areſcit prima. granū, à gerendo. id enim ſeritur vti ſpica gerat frumētum, non vt glumam, aut ariſtam gerat: vt vitis ſeritur nō vt pampinum ferat, ſed vuam. Spica autem quam ruſtici, vt acceperunt antiquitus, vocant ſpecam, à ſpe videtur nominata. eam enim quòd ſperant fore, ſerunt. Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtam. eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarū, quæ primitus cùm oriūtur, neque planè apparent, qua ſublatent herba ea, vocatur vagina, vti qua latet conditum gladium. Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus quàm granum, vocatur frit. Quod in infima ſpica, ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur vrruncum.

mutica

De fructibus maturis capiendis. CAP. XLIX.

CVM conticuiſſet, nec interrogaretur de nutricatu, credēs nihil deſiderari, Dicam, inquit, de fructibus maturis capiendis. Et ille, Primùm de pratis ſummiſsis, herba cùm creſcere deſiit, & æſtu areſcit, ſubſecari falcibus debet: & quoad perareſcat, furcillis verſari. cùm peraruit, de his manipulos fieri, ac vehi ad villam. tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſiciæ cumulum. Quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſeces præterierūt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum. fœniſecæ

De meſſe, & cauſa huius vocabuli: quare meſsis appellata ſit, item quare palea appellata.
CAPVT L.

MESSIS proprio nomine dicitur in iis quæ metimur, maximè in frumento: & ab eo eſſe vocabulo declinata. Frumenti tria genera ſunt meſſionis. vnum, vt in Vmbria, vbi falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum: & manipulum, vt quenque ſubſecuerunt, ponunt in terra. vbi eos fecerūt multos, iterum eos percenſent, ac de ſingulis ſecāt inter ſpicas & ſtramētum. ſpicas conjiciunt in corbem, atque in aream mittunt: ſtramenta relinquunt in ſegete, vnde tollantur in aceruum. Altero modo metunt, vt in Piceno, vbi ligneū habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ſerrula ferrea. hæc cùm cōprehendit faſcē ſpicarū deſecat, & ſtramēta ſtantia in ſegete relinquit, vt poſtea ſubſecētur. Tertio modo metitur, vt ſub vrbe Roma, & locis pleriſque: vt ſtramentum mediū ſubſecēt, quod manu ſiniſtra ſummū prehendunt: à quo medio meſſem dictam puto. Infra manū ſtramentū quod terræ hæret, poſtea

ſubſecatur. Contrà, quod cum ſpica ſtramentum hæret, corbibus in aream defertur. vbi diſcedit in aperto loco palàm: à quo poteſt nominata eſſe palea. Alii ſtramentũ à ſtando, vt ſtamen, dictum putãt. Alii ab ſtratu, quòd id ſubſternatur pecori. Cùm eſt matura ſeges, metendum, cùm in ea iugerum ferè vna opera propemodũ in facili agro ſatis eſſe dicatur: meſſas ſpicas corbibus in aream deferre debent.

Aream vbi & qualem eſſe oporteat. CAP. LI.

AREAM eſſe oportet in agro, ſublimiori loco, quam perflare poſsit ventus. Hanc eſſe modicam pro magnitudine ſegetis, potiſsimum rotũdam, & mediam "paulo extumidam (vt ſi pluerit, non conſiſtat aqua, & quambreuiſsimo itinere extra aream defluere poſsit. Omne porrò breuiſsimum in rotundo è medio ad extremum) ſolida terra pauitam: maximè ſi eſt argilla, ne æſtu "peminoſa, in rimis eius granaobliteſcant, & recipiant aquam, & oſtia aperiant muribus ac formicis. Itaque amurca ſolent perfundere. ea enim herbarum eſt inimica & formicarum: & talparum venenum. Quidam aream vt habeant ſolidam, muniunt lapide, aut etiam faciũt pauimentum. Nonnulli etiam tegunt areas, vt in Bagiennis, quòd ibi ſæpe id tẽporis anni oriũtur nimbi. vbi ea retecta, & loca calida, prope aream faciundum vmbracula: quò ſuccedant homines in æſtu tempore meridiano.

quàm paulo

rimoſa

In ſemen quemadmodum ſpicas ſecerni oporteat: & de tritura. CAP. LII.

QVAE ſeges grandiſsima atque optima fuerit, ſeorſum in aream ſecerni oportet ſpicas, vt ſemen optimũ habeat. E ſpicis in aream excuti grana. quod fit apud alios iumẽtis iunctis, ac tribulo.

id fit è tabula lapidibus aut ferro aſperata: quæ impoſito auriga, aut pondere grandi, trahitur iumentis iunctis, vt diſcutiat è ſpica grana: aut ex aſsibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum pœnicum. In eo quis ſedeat atque agitet quæ trahant iumenta: vt in Hiſpania citeriore & aliis locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quòd vngulis è ſpica exteruntur grana. iis tritis, oportet è terra ſubiactari vallis, aut ventilabris, cùm ventus ſpirat lenis. Ita fit vt quod leuiſsimum eſt in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream, ac frumentum quod eſt ponderoſum, purum veniat ad corbem.

De ſtipula. *CAP. LIII.*

MESSE facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut, ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci. Summa enim ſpectanda, ne in ea re ſumptus fructum ſuperet.

De vindemia facienda. *CAP. LIIII.*

IN vinetis, vua cùm erit matura, vindemiam ita fieri oportet, vt videas à quo genere vuarum, & à quo loco vineti incipias legere. nam & præcox, & miſcella, quam vocant nigram, multo ante coquitur, quo prior legenda: & quæ pars arbuſti ac vineæ magis aprica, prius debet deſcendere de vite. In vindemiam diligentius vua non ſolùm legitur ad bibendum, ſed eligitur ad edendum. Itaque lectius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat: electa in ſecretam corbulam, vnde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur. alia, quæ in piſcinam in amphorā picatam deſcendat. alia, quæ in aram, vt in carnarium aſcendat. Quæ calcatæ vuæ erunt, earū ſcopi cum folliculis ſubiiciendi

ſub prelum, vt ſiquid reliqui habeant muſti, exprimatur in eũdem lacum. Cùm deſiit ſub prelo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rurſus circun ciſitiũ premunt:& rurſus, cùm expreſſum, "circunciſitũ appellant, ac ſeorſum, quod expreſſum eſt, ſeruant, quod reſipit ferrum. expreſſi acinorum folliculi in dolia coniiciuntur, eóque aqua additur: ea vocatur lora, quòd lota acina, ac pro vino operariis datur hieme.

De olea legenda. *CAP. LV.*

DE oliueto, oleam quam manu tangere poſaut ſis è terra, "ac ſcalis, legere oportet potius quàm inare- ſcit quatere, ꝙ ea quæ vapulauit, " maceſcit, nec dat tantum olei. quæ manu ſtricta, melior ea quæ digitis nudis legitur, quàm illa quæ cum digitalibus. Duricies enim eorum non ſolùm ſtringit bacam, ſed etiã ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos. qui manu tangi non poterũt, ita quati debent vt arundine potius quàm pertica feriãtur. grauior enim plaga medicũ quærit. Qui quatiet, ne aduerſam cædat: ſæpe enim ita partẽ percuſſa olea ſecum defert de ramulo "plantam, quo facto, fructum amittunt poſteri anni. nec hæc nõ minima cauſa quòd olíueta dicant alternis annis nõ ferre fructus, aut nõ æquè magnos. Olea, vt vua, per idem biuium redit in villam: alia ad cibum eligitur, alia vt eliqueſcat, ac non ſolùm corpus intus vnguat, ſed etiã extrinſecus. & ad bal. & adgym Itaque dominum "& balneas & gymnaſium ſequitur. Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulata, vti ibi mediocriter fraceſcat, ac primus quiſq; aceruus demittatur per ſerias ac vaſa olearia ad trapeta, in quæ eam terent molæ oleariæ è duro & aſpero lapide. Olea lecta ſi nimium diu fuit in aceruis, calдоре

dore

dore fraceſcit,& oleum fœtidum fit.itaque ſi nequeas maturè conficere, in aceruis iactando ventilare oportet.Ex olea fructus duplex: oleũ,quod omnibus notum:& amurca. cuius vtilitatẽ quòd ignorant plærique,licet videre è torculis oleariis fluere in agros, ac non ſolùm denigrare terram, ſed multitudine facere ſterilem: cùm is humor modicus,cùm ad multas res, tum ad agriculturã pertineat vehementer, quòd circum arborum radices infundi ſolet,maximè ad oleam,& vbicunque in agro herba nocet.

De fœno condendo. CAP. LVI.

AGRIVS, Iandudum,inquit,in villa ſedens expecto cum claui te Stolo, dum fructus in villam referas. Ille,Em quin adſum.venio,inquit, ad limen,fores aperi.primùm fœniſiciæ condun tur melius ſub tecto quàm in aceruis.quòd ita fit iucundius pabulum, ex eo intelligitur quòd pecus vtroque poſito libentius eſt.

De tritico condendo. CAP. LVII.

AT triticum condi oportet in granaria ſublimia, quæ perflentur vento ab exortu, ac ſeptentrionum regione, ad quæ nulla aura humida ex propinquis locis adſpiret. Parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi: ſi minus,ex argilla, mixto acere è frumẽto & amurca:quòd murem & vermem nõ patitur eſſe,& grana facit ſolidiora ac firmiora. Quidam ipſum triticum conſpergunt, cùm addant in circiter mille modiûm quadrantal amurcæ. Item alius aliud adfriat, aut aſpergit, vt Chalcidicam aut Caricam cretã, aut abſynthium: item huius generis alia.Quidã granaria habent ſub terris, " ſpeluncas, quas vocant σειρὺς, vt in Cappadocia ac Thracia. alii, vt in Hiſpania citeriore, puteos,vt in agro Charthagi- vti ſpel.

nienſi & Oſcenſi. Horum ſolùm paleis ſubſternunt:& curant ne humor aut aer tangere poſsit, niſi cùm promitur ad vſum. quò enim ſpiritus non peruenit, ibi non oritur curculio. Sic conditum triticum manet vel annos quinquaginta: milium verò plus annos centum. Supra terram granaria in agro quidam ſublimia faciunt, vt in Hiſpania citeriore, & in Appulia. Quidā quæ non ſolùm à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo ventus "regerare poſsit.

Regitare. *Regelare.*

De faba & leguminibus & vuis condendis.

CAP. LVIII.

FABA, legumina in oleariis vaſis oblita cinere perdiu incolumia ſeruantur. Cato ait, vuam amineam minuſculam & maiorem, & apiciam, in ollis commodiſsimè condi. eadem in ſapa & muſto rectè. quas ſuſpendas opportuniſſimas eſſe duracinas, & amineas, & ſcantianas.

De pomis condendis. *CAP. LIX.*

DE pomis: conditiua mala ſtruthea, cotonea, ſcantiana, quiriniana, orbiculata, & quæ antea muſtea vocabāt, nunc melimela appellant. Hæc omnia in loco arido & frigido ſupra paleas poſita ſeruari rectè putāt. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem, vt feneſtras habeant, atque vt eæ perflentur, curant. neque tamen ſine foriculis: ne, cùm humorē amiſerint, pertinaci vento vieta fiant. Ideóque in iis camaras marmorato, & parietes, pauimentáque laudabiliter faciūt, quo "frigidius ſit: in quo etiam quidam tricliniū ſternere ſolent cœnādi cauſa. Etenim "in quibus luxuria conceſſerit, vt in pinacothece faciant, quod ſpectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum "vtantur in venuſtate diſpoſita pomorum? præſertim quidem, cùm id non ſit facien-

frigidior locus.

ſi ii quib. l. c. id in p. faciunt.

imitantur

cien-

tiendũ quod quidã fecerunt, vt Romæ coempta poma rus intulerint in oporothecẽ inſtruẽdam, conuiuii cauſa. In oporothece mala manere putant ſatis commodè, alii in " tabulis, vt in opere marmorato: alii ſubſtrata palea, vel etiam floccis. Mala punica demiſsis ſuis ſurculis in dolio arenæ. Mala cotonea, ſtruthea, in penſilibus iunctis. Contra in ſapa condita manere pira aniciana, & "ſemẽtiua. Sorba quidam diſſecta, & in ſole macerata, vt pira & ſorba, per ſe, vbicunque ſint poſita, in arido facilè durare. Seruare rapa confecta in ſinape, nuces iuglandes in arena, punica mala & in arena iam decerpta, ac matura, vt dixi, & etiam immatura, cùm hærent in ſua virga, ſi demiſeris in ollam ſine fundo, eámque ſi conieceris in terram, & obteris circum ramum, ſi extrinſecus ſpiritus afflet, ea non modò integra eximi, ſed etiam maiora quàm in arbore vnquam pependerint.

tubulis, ſemen tina.

De olea condenda. CAP. LX.

DE oliuitate: oleas eſui optimè condi ſcribit Cato, orchites, & pauſeas aridas, vel virides, in muria vel lentiſco contuſas. Orchites nigras, ſale ſi ſint confricatæ, dies quinque, & tum ſale excuſſo, biduum ſi in ſole poſitæ fuerint, manere idoneas ſolere: eaſdem ſine ſale in defrutum condire.

De amurca condenda. CAP. LXI.

RECTE amurcam periti agricolæ tam in doliis condunt, quàm oleum aut vinum. Eius conditio, cùm " expreſſa effluxit, quod ſtatim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in vaſa. Sunt item aliæ conditiones, vt ea in qua adiicitur muſtum.

expreſſa olea quod ſt. efflu xerit de ea,

De promendis frugibus tuendi cauſa.

CAP. LXII.

QVOD nemo fructus condit, niſi vt promat, de eo quoque vel ſexto gradu animaduertenda pauca. Promunt condita, aut propterea quòd ſint tuenda, aut quòd vtenda, aut quòd vendenda. Ea quæ diſſimilia ſunt inter ſe, aliud alio tempore tuendum & vtendum.

Quemadmodum frumentum promendum ſit.

CAP. LXIII.

TVENDI cauſa promendum id frumẽtum quod curculiones exeſſe incipiunt. id enim cùm promptum eſt, in ſole ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt, vt ipſi ſe necent, curculiones. Sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant σειροὺς, quòd cum periculo introitur recẽti apertione, ita vt quibuſdam ſit intercluſa anima, aliquãto pòſt promere, quàm aperueris, oportet. Far, quod in ſpicis cõdideris per meſſem, & ad vſus cibatus expedire velis, promendum hieme, vt in piſtrino piſetur ac torreatur.

De amurca tuenda & promenda.

CAP. LXIIII.

AMVRCA cùm ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditũ in vas fictile, id quidã ſic ſolent tueri, diebus XV, eo, quod eſt leuiſſimũ, ac ſummum deflatũ, vt traiiciãt in alia vaſa, & hoc idẽ interuallis duodecies, ſex mẽſibus proximis item faciant. Cùm id nouiſſimè, potiſſimũ traiiciant, cùm ſeneſcit luna: tunc decoquũt in ahenis leui igni duas partes, quoad regerunt: tum denique ad vſum rectè promitur.

De vino promendo. *CAP. LXV.*

QVOD muſtum conditur in dolium, vt habeamus vinũ, non promẽdum, dum feruet, neq; etiã cùm proceſſit ita vt ſit vinũ factum. Si vetus

bibere velis, quod non fit ante quàm acceſſerit annus, tum, cùm fuerit anniculum, prodit. Si verò eſt ex eo genere vuæ quod maturè coaceſcat, ante vindemiam conſumi aut venire oportet. Genera ſunt vini, in quo Falerna, quæ quanto plures annos condita habuerunt, tanto, cùm prompta ſunt, fructuoſiora.

De olea promenda. *CAP. LXVI.*

OLEAS albas, quas cõdideris nouas, ſi celeriter promas, niſi condieris, propter amaritudinẽ illas reſpuit palatũ. Item nigras, niſi prius eas ſale maceraris, vt libenter in os recipiantur.

De nuce & palmula & fico promendo.
CAP. LXVII.

NVCEM iuglandem, & palmulam, & ficum Sabinam, quanto citius promas, iucundiore vtare: quòd vetuſtate ficus fit pallidior, palmula carioſior, nux aridior.

De vuis & malis & ſorbis penſilibus promendis.
CAP. LXVIII.

PENSILIA, vt vuæ, mala & ſorba, ipſa oſtendunt quando ad vſum oporteat promi: quòd colore mutato, & contractu acinorũ, ſi nõ dempſeris ad edendũ, ad abiiciendum deſcenſurũ ſe minitantur. Sorbum maturũ mite conditum citius promi oportet: acerbũ enim ſuſpenſum lentius eſt. quod prius domi maturitatem aſſequi vult, quam nequit in arbore, quàm miteſcat.

De tritico condendo. *CAP. LXIX.*

MESSVM far promendum hieme in piſtrino ad torrendum, quod ad cibatum expeditũ eſſe velis. Quod ad ſationem, tum promendũ cùm ſegetes maturæ ſunt ad accipiendum. Item quæ pertinent ad ſationem, ſuo quoque tempore promenda. Quæ vendenda, videndum quæ

quoque tẽpore oporteat promi. Alia enim, quæ manere non poſſunt, ante quàm ſe commutent, vt celeriter promas, ac vendas. Alia quæ ſeruari poſſunt, vt tum vendas cùm caritas eſt. Sæpe enim diutius ſeruata non modò vſurã adiiciunt, ſed etiam fructum duplicãt, ſi tempore promas. Cùm hæc diceret Stolo, venit libertus æditumi ad nos flens, & rogat vt ignoſcamus quòd ſimus retenti, & vt ei in funus poſtridie prodeamus. Omnes conſurgimus, ac ſimul exclamamus, Quid in funus? quod funus? quid eſt factum? Ille flens narrat, ab neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe, quem qui eſſet, animaduertere in turba non potuiſſe, ſed tantummodo exaudiſſe vocem, perperam feciſſe. Ipſe, cùm patronum domum ſuſtuliſſet, & pueros demiſiſſet vt medicum requirerent, ac maturè adducerent: quòd potius illud adminiſtraſſet, quàm ad nos veniſſet, æquum eſſe ſibi ignoſci. Nec, ſi eum ſeruare non potuiſſet, quin non multo poſt animam efflaret, tamen putare ſe feciſſe rectè. "Non moleſtè ferentes deſcendimus de æde, & de caſu humano magis querentes, quàm admirantes id Romæ factum, diſcedimus omnes.

Id nos mol.

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA.

LIBER II.

Qui eſt de re pecuaria.

VIRI magni noſtri maiores non ſine cauſa præponebant ruſticos Romanos vrbanis. vt ruri enim, qui in villa viuunt, ignauiores quàm qui in agro verſantur in aliquo opere faciũdo: ſic qui in oppido ſederent, quàm qui rura colerẽt, deſidioſiores putabant. Itaque annum ita diuiſerunt, vt nonis modò diebus vrbanas res vſurparẽt, reliquis VII, vt rura colerent. Quod dum ſeruauerunt inſtitutum, vtrunq; ſunt conſecuti, vt & cultura agros fœcundiſſimos haberẽt, & ipſi valetudine firmiores eſſent: ac ne Græcorum vrbana deſiderarent gymnaſia, quæ nũc vix ſatis ſingula ſunt: nec putant ſe habere villam, ſi non multis vocabulis retineãt Græcis: quum vocent particulatim loca, προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, περίστυλον, ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροθήκην. Igitur quod nunc intra murum ferè patres familiæ correpſerunt, relictis falce & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quam in ſegetibus ac vinetis, frumentum locamus qui nobis aduehat, qui ſaturi fiamus, ex Africa & Sardinia: & nauibus vindemiam cõdimus ex inſula Coa & Chia. Itaque in qua terra culturam agri docuerunt paſtores progeniem ſuam, qui condiderunt

vrbem, ibi cõtrà progenies eorum, propter auaritiam, cõtra leges, ex ſegetibus fecit prata: ignorantes nõ idem eſſe agricultutam & paſtionem. alius enim opilio, "& arator: nec, ſi poſſit in agro paſci armentarius, non aliud ac bubulcus. Armẽtum enim id quod in agro natum non creat, ſed tollit dentibus. contrà, bos domitus cauſa fit vt commodius naſcatur frumentum in ſegete, & pabulum in nouali. Alia inquam ratio ac ſcientia coloni, alia paſtoris. Coloni, vt ea quæ in agricultura naſcantur, è terra fructum faciant: contrà paſtoris, vt ea quæ nata ex pecore. Quarum quoniã ſocietas inter ſe magna, propterea quòd pabulum in fundo compaſcere, quàm vẽdere, plerunque magis expedit domino fundi, & ſtercoratio ad fructus terreſtres aptiſſima, & maximè ad id pecus appoſitum: qui habet prædium, habere vtranque debet diſciplinam, & agriculturæ, & pecoris paſcendi, & etiam villaticæ paſtionis. Ex ea enim quoque fructus tolli poſſunt nõ mediocres, ex ornithonibus, ac leporariis, & piſcinis. E queis, quoniam de agricultura librum Fũdaniæ vxori propter eius fundum feci: tibi, Niger Turrani noſter, qui vehementer delectaris pecore, propterea quòd te empturiẽtem in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes, quo facilius ſumptibus multa poſcentibus miniſtres. quod eo facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & in Reatino equarias. Qua de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurram, ex ſermonibus noſtris collatis cum iis qui pecuarias habuerunt in Epeiro magnas, tum cùm piratico bello inter Delum & Siciliam Græciæ claſſibus præeſſem. Incipiam hinc.

& alius ar.

De origine ac dignitate rei pecuariæ.
C A P. I.

CVM Menates diſceſſiſſet, Coſſinius mihi, Nos te non dimittemus, inquit, ante quàm tria illa explicaris quæ cœperas nuper dicere, cùm ſumus interpellati. Quæ tria? inquit Murrius. An ea, quæ mihi heri dixiſti de paſtoricia re? Iſta, inquit ille, quæ cœperat hic diſſerere, quæ eſſet origo, quæ dignitas, quæ ars: cùm Petam feſſum viſere veniſſemus, ni medici aduetus nos interrupiſſet. Ego verò, inquam, dicam duntaxat quod eſt *ἱστορικὸν*, de duabus rebus primis, quæ accepi, de origine & dignitate. de tertia parte, vbi eſt de arte, Scrofa " ſuſcipiet: vt ſemigræcis paſtoribus dicam Græcè, — *ὅσπερ μου πολλὸν ἀμείνων*. Nam is magiſter C. Lucilii Hipri, generi tui, cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Sed hæc ita à nobis accipietis, inquit Scrofa, vt vos, qui eſtis Epirotici, pecuarii athletæ, remuneremini nos, ac quæ ſcitis, proferatis in medium. nemo enim omnia poteſt ſcire. Cùm accepiſſem conditionem, vt meæ partes eſſent primæ, non quò non ego pecuarias in Italia habeam, ſed non omnes qui habent citharã, ſunt citharœdi. Igitur, inquã, & homines & pecua cũ ſemper fuiſſe ſit neceſſe, natura (ſiue enim aliquod fuit principium generandi animalium, vt putauit Thales Mileſius, & Zeno Cittieus: ſiue cõtrà, principium horũ extitit nullum, vt credidit Pythagoras Samius & Ariſtoteles Stagirites) neceſſe eſt humanæ vitæ à ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hãc ætatem, vt ſcribit Dicæarchus: & ſummum gradũ fuiſſe naturalem, cùm viuerẽt homines ex " iis rebus quæ inuiolata vltro ferret terra, ex hac vita in ſecundam deſcendiſſe, paſtoritiam, è feris atq;

ſuſcipiet ὅσπερ &c. vt ſemig.

iis quæ

agreſtibus,vt ex arboribus ac virgultis decerpen do glandem,arbutum, mora, pomáq; colligerēt ad vſum:ſic ex animalibus,cùm propter eandem vtilitatem quæ poſſent ſilueſtria deprehenderent,ac concluderent,& manſueſcerent. In queis primùm non ſine cauſa putāt oues aſſumptas,& propter vtilitatē,& propter placiditatē. maximè enim hæ natura quietæ,& aptiſsimæ ad vitā hominum. Ad cibum enim lacte & caſeum adhibitum, ad corpus veſtitum & pelles attulerunt. Tertio denique gradu à vita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt. in qua ex duobus gradibus ſuperioribus retinuerūt multa. & quò deſcenderant,ibi proceſſerunt longè, dum "annus perueniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudū ferarū ſunt aliquot: vt in Phrygia ex ouibus,vbi greges videntur complures: vt in Samothrace, caprarum,quas Latinè rotas appellant. Sunt enim in Italia circum " Fiſcellum & Tetricam montes, multæ. De ſuibus nemini ignotum,niſi qui apros non putat ſues vocari. Boues perferi etiam nunc ſunt multi in Dardania,& Media,& Thracia. Aſini feri in Phrygia & Lycaonia: equi feri in Hiſpaniæ citerioris regionibus aliquot. Origo, quam dixi: dignitas,quam dicā. De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, vt oſtendit Græca & Latina lingua,& veteres poetæ,qui alios vocāt πολυάρνας, alios, πολυμήλους, alios, πολυβούτας: qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, vt Argis Atreus, quam ſibi Thyeſtē ſubduxe queritur: vt in Colchide Æeta, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicūtur Argonautæ: vt in Libya ad Heſperidas, vnde aurea mala,id eſt, ſecundum antiquam cōſuetudinem,capras & oues, quas Hercules ex Africa

Vide caſtig.

Fiſcelium.

in Græciam exportauit. Ea enim ſua voce Græci
appellarunt μῆλα. Nec multo ſecus noſtri ab ea-
dem voce,ſed ab alia "litera.vox earum non ME, litera,
ſed BEE ſonare videtur. oues beelare vocem ef- bela vo carunt.
ferentes: à quo belare dicunt, extrita litera,vt in non e-
multis. Quòd ſi apud antiquos non magnæ di- nim
gnitatis pecus eſſet,in cælo deſcribēdo aſtrologi ME, ſed
non appellaſſent eorū vocabulis ſigna: quæ non BEE
modò non dubitarunt ponere, ſed etiam ab his ſ. vi- dentur
principibus XII ſigna multi numerant: vt ab a- o.v.ef-
riete & tauro, cùm ea præponerent Apollini & fer.
Herculi.ii enim dii ea ſequuntur, "ſed appellantur & ap.
Gemini. Nec ſatis putarūt, de XII ſignis ſextam
partem obtinere pecudum nomina, niſi adiecíſ-
ſent, vt quartam tenerent,capricornū. Præterea
à pecuariis addiderūt capram,hœdos,canes. An-
non etiam item in mari terráque ab his regionū
notæ? à pecore in mari,quod nominauerūt à ca-
pris Ægeum pelagus: ad Syriam, montem Tau-
rum: in Sabinis Canterium mōtem: Boſphorum,
vnum Thracium,alterum Cimerium. Nónne in
terris multa,vt oppidum in Græcia ἵππιον Ἄργος?
Deniq; Italia à vitulis,vt ſcribit Piſo. Romanorū
verò populum à paſtoribus eſſe ortum quis non
dicit? quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nu-
tricium,qui Romulum & Remum educauit? nō
ipſos quoque fuiſſe paſtores obtinebit, quòd pa-
rilibus potiſſimum cōdidere vrbem? non idem,
quòd multa etiam nunc ex vetere inſtituto bu-
bus & ouibus dicitur? Et quòd æs antiquiſſimū,
quod "eſt flatum pecore, pecore eſt notatum? Et cōfla-
quòd vrbs cùm condita eſt, tauro & vacca, qui tū pec.
eſſent muri & portæ definitum? Et ꝙ pop.Rom.
cùm luſtratur, "ſuouitaurilibus circumaguntur ſolitau
verres, aries, taurus? Et quòd nomina multa ha- rilibus

bemus ab vtroque pecore : à maiore & à minore? A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius: ſic à maiore Equitius, Taurus, cognomina adſignificari:quòd dicũtur vt Annii Capræ, Statilii Tauri, Põponii Vituli: ſic à pecudibus alii multi. Reliquum eſt de ſcientia paſtorali, de qua eſt dicendum, quòd Scrofa noſter, cui hæc ætas defert rerum ruſticarum omnium palmam, quo melius poteſt dici, cùm cõuertiſſent in eum ora omnes. Scrofa, Igitur, inquit, eſt ſcientia pecoris parandi, ac paſcendi, vt fructus quàm poſſint maximi capiãtur ex ea, à quibus ipſa pecunia nominata eſt. nam omnis pecuniæ*, pecus fundamentum. Ea partes habet nouẽ diſcretas ter ternas: vt ſit vna de minoribus pecudibus: cuius genera tria, ouis, capra, ſus. altera de pecore maiore, in quo ſunt item "ad tres ſpecies natura diſcreti, boues, aſini, equi. tertia pars eſt in pecuaria, quæ non paratur vt ex " iis capiatur fructus, ſed propter eam, aut ex ea ſint, muli, canes, paſtores. Harum vnaquæq; in ſe generales partes habet nouenas. quarum in pecore parando neceſſariæ quatuor: alteræ in paſcendo totidem. præterea cõmunis vna. Ita fiunt omnes partes minimũ octoginta & vna, & quidem neceſſariæ, nec paruæ. Primùm vt bonum pares pecus, vnum ſcire oportet, qua ætate quãque pecudem parare haberéque expediat. Itaque in bubulo pecore " minoris emitis anniculam & ſupra decem annorum, quòd à bima aut trima fructum ferre incipit, neque longius poſt decimum annum procedit. nam prima ætas omnis pecoris, & extrema, ſterilis. E quatuor altera pars, eſt cognitio formæ vniuſcuiuſque pecudis qualis ſit. Magni enim intereſt, cuiuſmodi quæque ſit, ad fructum. Ita potius bouẽ emunt cornibus

aliæ tres ſp. n. diſcretæ

ea

nec minor emitur annicula, nec quæ eſt ſupra decem annos.

nigrantibus,quàm albis: capram amplam,quàm paruam: ſues procero corpore, capitibus vt ſint paruis. Tertia pars eſt, quo ſint ſeminio quærendum. Hoc nomine enim aſini Arcadici in Græcia nobilitati,in Italia Reatini,vſque eo,vt mea memoria aſinus venierit ſextertiis millibus L X, & vnæ quadrigæ Romæ conſtiterint quadringẽtis millibus. Quarta pars eſt de iure in parando,quẽadmodum quãque pecudem emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit,id vt fiat meum, neceſſe eſt aliquid intercedere. Neq; in omnibus ſatis eſt ſtipulatio,aut ſolutio numorũ,ad mutationem "domini. In emptione aliâs ſtipulandum domi- ſtatim eſſe è valetudinario, aliâs è ſano pecore,a- nii. liâs è neutro. Alteræ partes quatuor ſunt,cùm iam emeris,obſeruandæ: de paſtione,de fœtura, de nutricatu, de ſanitate. Paſcendi primus locus qui eſt, eius ratio triplex. In qua regione quanq; potiſſimũ paſcas,& quando. è queis,vt capras in montoſis potius locis & fruticibus quàm in herbidis campis:equas cõtrà. Neq; eadem loca,æſtiua & hiberna,idonea omnibus ad paſcendũ. Itaq; greges ouium longè abigũtur ex Appulia in Samniũ æſtiuatum,atq; ad publicanum profitẽtur, ne,ſi inſcriptũ pecus pauerint, lege Cenſoria cõmittant. Muli è Roſea campeſtri, æſtate exigũntur in Gurgures altos montes. Qui potiſſimùm quæq; pecudum paſcatur,habenda ratio. nec ſolùm quòd fœno fit ſatura equa,aut bos,cùm ſues hoc vitent, & quærant glandem: ſed quòd ordeum & faba interdũ ſit quibuſdam obiiciendũ: & dandum bubus lupinum,& lactariis medica & cytiſum. præterea quòd ante admiſſuram diebus x x x arietibus ac tauris datur plus cibi, vt vires habeant: fœminis bubus demitur, quòd ma-

ceſcentes melius concipere dicuntur. Secunda pars eſt de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum: hi enim prægnationis primi & extremi fines. Quare primùm videndum de admiſſione, quo quæque tempore vt ineant facere oporteat. Nam, vt ſuillo pecori à Fauonio ad æquinoctium vernum putāt aptum, ſic ouilli ab arcturi occaſu, vſq; ad aquilæ accaſum. Præterea habenda ratio, quāto ante quàm incipiat admiſſura fieri, mares à fœminis ſecretos habeāt: quòd ferè in omnibus binis menſibus ante faciunt & armentarii & opiliones. Altera pars eſt, in fœtura quæ ſint obſeruāda, quòd alia alio tēpore parere ſolet. Equa enim ventrē fert XII menſes, vacca decē, ouis & capra quinos, ſus quatuor. In fœtura res incredibilis eſt in Hiſpania, ſed eſt vera: quòd in Luſitania ad Oceanū in ea regione vbi eſt oppidum Olyſippo, monte Tagro, quædam è vēto cōcipiūt certo tēpore equæ: vt hîc gallinæ quoq; ſolent, quarū oua ὑπηνέμια appellāt. Sed ex his equis qui nati pulli, nō plus trienniū viuunt. Quæ nata ſunt matura, & chorda, vt purè & molliter ſtēt, videndū, & ne obterātur. Dicūtur agni chordi, qui poſt tēpus naſcūtur, ac remanſerūt in vuluis intimis. vocāt χορίον, à quo chordi appellati. Tertia res eſt de nutricatu, quid obſeruari oporteat: in quo, quot diebus matris ſugāt mammā, & id quo tēpore, & vbi: &, ſi parū habet lactis mater, vt ſubiiciat ſub alterius māmam, qui appellātur ſubrumi, id eſt ſub māma. antiquo enim vocabulo māma rumis, vt opinor. Ferè ad quatuor menſes à māma nō diiunguntur agni: hœdi, tres: porci, duo. è queis, quoniā puri ſunt ad ſacrificiū, vt immolētur, olim appellati ſacres. quos appellat Plautus, cùm ait, Quanti ſunt porci ſacres? ſic

boues altiles,ad ſacrificia publica ſaginati, dicuntur opimi. Quarta pars eſt de ſanitate: res multiplex ac neceſſaria, quòd morboſum pecus & vitioſum,& quando non valet, ſæpe magna gregem afficit calamitate.Cuius ſciētiæ genera duo: vnum,vt in hominem, ad quem adhibendi medici: alterum,quo ipſe etiam paſtor diligens mederi poſsit. Eius partes ſunt tres.nam animaduertendum quæ cuiuſque morbi ſint cauſæ,quæque ſigna earum cauſarum ſint,& quæ quenque morbum ratio curandi ſequi debeat.Ferè morborum cauſæ erunt, quòd laborant propter æſtus, aut propter frigora, necnon etiam propter nimium laborem,aut contrà, propter nullam exercitationem,aut ſi,cùm exercueris,ſtatim ſine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa autem ſunt, vt eorum, qui ſiue ex æſtu ſiue è labore febrem habent,adapertum os humido ſpiritu crebro, & corpore calido. Curatio autem, cùm hic eſt morbus, hæc. perfunditur aqua, & perunguitur oleo & vino tepefacto,& item cibo ſuſtinetur,& iniicitur aliquid ne frigus cædat:ſitienti aqua tepida datur.Si hoc genus rebus non proficitur,dimittitur ſanguis, maximè è capite.Item ad alios morbos aliæ cauſæ, etiam alia ſigna in omni pecore: quæ ſcripta habere oportet magiſtrum pecoris.Relinquitur nonum,quod dixi de numero vtriuſque partis commune.Nam & qui parat pecus, neceſſe eſt cōſtituat numerum, quot greges & quanto ſit paſturus,ne aut ſaltus deſint,aut ſuperſint,& ideo fructus diſpereant. Præterea ſcire oportet in grege quot fœminas habeat quæ parere poſſunt: quot arietes, quot vtriuſque generis ſoboles, quot reiiculæ ſint alienandæ. In alimoniis ſi ſunt plures nati, vt quidam faciunt, ſe-

quendum, vt quoſdam ſubducas. quæ res facere ſolet vt reliqui melius creſcant. Vide (inquit Atticus) ne te fallat, & nouenæ iſtæ partes non exeant extra pecoris minoris ac maioris nomen. Quo pacto enim erũt in mulis & paſtoribus nouenæ partes, vbi nec admiſſuræ nec fœturæ obſeruantur? In canibus enim video poſſe dici. Sed do etiam in hominibus poſſe nouenarium retineri numerum, quòd in hybernis habẽt in villis mulieres, quidam etiam in æſtiuis: & id pertinere putant, quo facilius ad greges paſtores retineant, & puerperio familiam faciant maiorem, & rem pecuariam fructuoſiorem. Si, inquam, numerus

eſt ad-amuſſim

non "eſt, vt ſit adamuſsim, vt nõ eſt cùm dicimus mille naues iiſſe ad Troiam, centumuirale eſſe iudicium Romæ: deme (ſi vis) duas res de mulis, admiſſuram & parturam. Vaccius, Parturam? inquit: proinde vt non aliquoties dicatur Romæ peperiſſe mulam. Cui ego vt ſuccinerem, ſubiicio, Magonem & Dionyſium ſcribere, mulam & equam, cùm conceperint, duodecimo menſe parere. Quare non, ſi hîc in Italia cùm peperit mula, ſit portentum, adſentiri omnes terras. Neque enim hirundines & ciconiæ quæ in Italia pariũt, in omnibus terris pariunt. Non ſcitis palmulas,

pare-re, inuectas in Ita-liam

caryotas in Syria " parere in Iudæa, in Italia non poſſe? Sed Scrofa, Si exigere mauis ſine mularum " fœtura & nutricatu numerum octoginta & vnum, eſt qui expleas duplicem iſtam lacunam:

admiſ-ſura & fœtura num.

quòd extraordinariæ fructuum ſpecies duæ accedunt magnæ, quarum vna eſt, tonſura, quòd oues ac capras detondent, aut vellunt: altera, quæ latius patet, eſt de lacte & caſeo, quam ſcriptores Græci ſeparatim τυροποιΐαν appellauerunt, ac ſcripſerunt de ea re permulta.

De pecudibus, arietibus & agnis. CAP. II.

SED quoniam nos noſtrum penſum abſoluimus, ac limitata eſt pecuaria quæſtio: nunc rurſus vos reddite nobis, ô Epeirotæ, de vnaquaque re, vt videamus, quid paſtores à Pergamide Maledóve potis ſint. Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius cognomine eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in me videre conieciſſe oculos: & dicam de primigenia pecuaria. E feris enim pecudibus primùm dicis oues comprehenſas ab hominibus ac manſuefactas. has primùm oportet bonas emere. quæ ita ab ætate, ſi neque vetulæ ſunt neq; meræ agnæ: quòd alteræ iam nōdum, alteræ iam non poſſunt dare fructum. ſed ea melior ætas quam ſequitur ſpes, quàm ea quam mors. De forma, ouem eſſe oportet corpore amplo, quæ lana multa ſit & molli, villis altis & denſis toto corpore, maximè circum ceruicem & collū: ventrem quoq; vt habeat piloſum. itaque quæ id nō haberēt, maiores noſtri apicas appellabāt, ac reiiciebāt. eſſe oportet cruribus humilibus. caudis obſeruare vt ſint in Italia prolixis, in Syria breuibus. In primis videndū vt boni ſeminis pecus habeas. id ferè ex duab⁹ rebus poteſt animaduerti, ex forma & progenie. Ex forma, ſi arietes ſint fronte lana veſtiti bene, tortis cornibus pronis ad roſtrū, rauis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore & ſcapulis, & clunibus latis, cauda lata & longa. Animaduertendū quoque linguáne nigra aut varia ſit: quòd ferè qui ea habēt, nigros aut varios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur: ſi agnos procreāt formoſos. In emptionibus iure vtimur eo quod lex præſcripſit. in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt. quidam enim pretio facto

in ſingulas oues, vt agni chordi duo pro vna oue annumerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, item binæ pro ſingulis vt procedant. De reliquo antiqua ferè formula vtũtur. cùm emptor dixit, Tanti ſunt mi emptæ? & ille reſpondit, Sunt, & "expromiſit numos: emptor ſtipulatur priſca formula ſic, Illaſce oues, qua de re agitur, ſanas rectè eſſe, vti pecus ouillum, quod rectè ſanum eſt, extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, ventre glabro: neque de pecore morboſo eſſe, haberéque rectè licere. hæc ſic rectè fieri ſpondes? Nec cùm id factum eſt, tamen grex dominum non mutauit, niſi ſit æs adnumeratum. Nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare, ſi non tradet, quanuis non ſoluerit numos: vt ille emptorem ſimili iudicio, ſi non reddit pretium. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, de paſtione, fœtura, nutricatu, ſanitate. Primùm prouidendum vt totum annum rectè paſcantur intus & foris. ſtabula idoneo loco vt ſint, ne vẽtoſa: quæ ſpectent magis ad orientem quàm ad meridianum tempus. vbi ſtent, ſolum oportet eſſe eruderatum, & procliuum, vt euerri facilè poſsit ac fieri purum: non enim ſolùm ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas, ac ſcabras fieri cogit. Cùm aliquot dies ſteterunt, ſubiicere oportet virgulta "alia, quo mollius requieſcant, purioréſque ſint: libentius enim ita paſcuntur. Faciendum quoque ſepta ſecreta ab aliis, quò incientes ſecludere poſsis, item quò corpore ægro. hæc magis ad villaticos greges animaduertenda. Contrà illæ in ſaltibus quæ paſcuntur, & à tectis abſunt longè, portãt ſecum crates, aut retia, quibus cohortes in ſolitudine faciant, cæteráque vtenſilia. longè enim & latè in diuerſis locis paſci

expro-pſit

& al.

ſolent, vt multa millia abſint ſæpe hybernæ paſtiones ab æſtiuis. Ego verò ſcio, inquam: nam mihi greges in Appulia hybernabāt, qui in Reatinis montibus æſtiuabant. Cùm inter hæc bina loca, vt iugum continet ſirpiculos, ſic colles publicè diſtantes paſtiones, eǽque ibi vbi paſcuntur in eadem regione: tamen temporibus diſtingunt, vt æſtate, quòd tum prima luce exeunt paſtum, propterea quòd tunc herba roſcida, meridianam, quæ eſt aridior, iucunditate præſtat. Sole exorto puto propellunt, vt redintegrantes rurſus ad paſtum alacriores faciant. Circiter meridianos æſtus, dum deferueſcant, ſub vmbriferas rupes & arbores patulas ſubiiciunt: quoad refrigerato aere veſpertino, rurſus paſcant ad ſolis occaſum. Ita paſcere pecus oportet vt aduerſo ſole agat. caput enim maximè ouis molle eſt. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt, quoad contenebrauit. iterum enim tum iucunditas in herba redintegrauit. hæc ab Vergiliarum exortu ad æquinoctium autumnale maximè obſeruant. Quibus in locis meſſes ſunt factæ, intereſt vtile duplici de cauſa: quòd & caduca ſpica ſaturantur, & obtritis ſtramentis & ſtercoratione faciunt in annum ſegetes meliores. Reliquæ paſtiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quòd pruina iam exhalata propellunt in pabulū, & paſcunt diem totum, ac meridiano tempore ſemel agere potū ſatis habent. Quod ad paſtiones attinet, hæc ferè ſunt. quod ad fœturā, quæ dicam. Arietes, quibus ſis vſurus ad fœturam, bimeſtri tempore ante ſecernēdum, & largius pabulo explendum. Cùm redierunt ad ſtabula è paſtu, ordeum ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem

ſuſtinendum. Tēpus optimum ad admittendum, ab Arcturi occaſu ad Aquilæ occaſum: quòd quæ poſtea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillæ. Ouis prægnās eſt diebus C L. itaque fit partus exitu autumnali, cùm aer eſt modicè temperatus, & primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quādiu admiſſura ſit, eadem aqua vti oportet: quòd commutatio & lanam facit variam, & corrumpit vterum. Cùm omnes conceperunt, rurſus arietes ſecernendi. Ita factis prægnantibus quòd ſunt moleſti, obſunt. Neque pati oportet minores quàm bimas ſaliri: quòd neque natum ex his idoneum eſt, neque non ipſæ fiunt etiam deteriores & nō meliores quàm trimæ admiſſæ. deterrent ab ſaliēdo fiſcellis è iunco, aliáve qua re, quod alligant ad naturam. Commodius ſeruantur, ſi ſecretas paſcunt. In nutricatu cùm parere cœperunt, inigunt in ſtabula ea quæ habent ad eam rem ſecluſa, ibíque nata recentia ad ignem propè ponunt, quoad conualuerunt. biduum aut triduum retinent, dum agnoſcant matrem agni, & pabulo ſe ſaturent. deinde dum matres cum grege paſtum prodeunt, retinēt agnos: ad quos cùm reductæ ad veſperum, alūtur lacte, & rurſus diſcernuntur, ne noctu à matribus conculcentur. Hoc item faciunt mane ante quàm matres in pabulū exeāt, vt agni ſatulli fiant lacte. Circiter decem dies cùm præterierunt, palos offigunt, & ad eos alligant, libro aut qua alia re leui diſtantes, ne toto die curſantes inter ſe teneri, delibent aliquid membrorum. Si ad matris mammam non accedet, admouere oportet, & labra agni vnguere butyro, aut adipe ſuilla, & olfacere labra lacte. Diebus pòſt paucis obiicere his viciam molitam, aut herbam teneram, ante quàm

exeunt paſtum, & cùm reuerterunt. & ſic nutricantur quoad facti ſunt quadrimeſtres. Interea matres eorum his temporibus nō mulgent quidam, qui vt melius, omnino perpetuo, quòd & lanæ plus ferunt, & agnos plures. Cùm depulſi ſunt agni à matribus, diligentia adhibenda eſt, ne deſiderio ſeneſcant. itaque deliniēdum in nutricatu pabuli bonitate: & à frigore & æſtu ne quid laborent, curandum. Cùm obliuione iam lactis non deſiderāt matrem, tum denique compellendum in gregem ouium. Caſtrare oportet agnum non minorem quinque menſium, neque ante quàm calores aut frigora ſe fregerunt. Quos arietes ſubmittere volunt, potiſsimùm eligunt ex matribus quæ geminos parere ſolēt. pleraque ſimiliter faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, (vt ſunt Tarentinæ & Atticæ) pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici rectè poſsit, vel lauari ac parari. Horum præſepia ac ſtabula, vt ſint pura, maiorem adhibeant diligentiam quàm hirtis. Itaque faciunt lapide ſtrata, vt vrina necubi in ſtabulo conſiſtat. his quæcunque iubentur, veſcuntur, vt folia ficulnea, & palea, & vinacea: furfures obiiciuntur modicè, ne parum aut nimium ſaturentur. vtrunque enim ad corpus alendū inimicum. at maximè amicum cytiſum & medica. nam & pingues facit facilimè, & genit lac. De ſanitate ſunt multa: ſed ea (vt dixi) in libro ſcripta magiſter pecoris habet: & quæ opus ad medendum, portat ſecum. Relinquitur de numero: quem faciunt alii maiorem, alii minorem. nulli enim huius moduli naturales. Illud ferè omnes in Epeiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas ſingulos homines: in pellitas, binos.

De capris, hircis & hædis. *CAP. III.*

CVI Coſsinius, Quoniam ſatis balaſti, inquit, ô Fauſtule noſter, accipe à me cum Homerico Melanthio chordo de capellis, & quemadmodum oporteat breuiter dicere, diſce. Qui caprinũ gregem conſtituere vult, in eligendo animaduertat oportet, primùm ætatem: vt eam paret quæ iam ferre poſsit fructum: & de iis eam potius quæ diutius. nouella enim quàm vetus vtilior. De forma videndum, vt ſint firmæ, magnæ, corpus lene vt habeãt, crebro pilo: niſi ſi glabræ ſunt. duo enim genera earum. Sub roſtra duas vt mammulas penſiles habeant: quòd eæ fœcundiores ſunt: vbere ſint grandiore, vt & lac multum & pingue habeãt pro portione. Hircus molliori pilo & potiſsimum albo, ac ceruice & collo breue, gurgulione longiore. Melior fit grex, ſi non eſt ex collectis comparatus, ſed ex conſuetis vná. De ſeminio dico eadem quæ Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium ſemen tardius eſſe, quo hæ ſint placidiores. contrà caprile mobilius eſſe. de quarum velocitate in Originum libro Cato ſcribit hæc, In Sauracti "Fiſcello capræ feræ ſunt, quæ ſaliunt è ſaxo pedes plus ſexagenos. Oues enim quas paſcimus, ortæ ſunt ab ouibus feris: ſic capræ quas alimus, à capris feris ſunt ortæ: à queis propter Italiam Capraſia inſula eſt nominatá. De capris quòd meliore ſemine eæ quæ bis pariant, ex his potiſsimum mares ſolent ſummitti ad admiſſuras. Quidam etiam dant operam vt ex inſula media capras habeant, quòd ibi maximi ac pulcherrimi exiſtimantur fieri hœdi. De emptione "aliter dico atque fit: quòd capras ſanas ſanus nemo promittit. nunquam enim ſine febri ſunt. itaque ſtipulantur paucis exceptis verbis: ac "Mamilius ſcriptum

Fiſcelio

aliter atque de omnib. dico: quod

Manilius

ſcriptum reliquit ſic, Illas capras hodie rectè eſſe, & bibere poſſe, haberéque rectè licere, hæc ſpondéſne? De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus ſcribit, non vt reliqua animalia naribus, ſed auribus ſpiritum ducere ſolere. Paſtores curioſiores aliquot dicunt. De alteris quatuor, quod eſt de paſtu hoc dico: ſtabulatur pecus melius, ad hibernos exortus ſi ſpectat, quod eſt alſioſum. Id vt pleraque, lapide aut teſta ſubſterni oportet, caprile quo minus ſit vliginoſum ac lutulentum. Foris cùm eſt pernoctandum, item in eandem partem cæli quæ ſpectent, ſepta oportet ſubſterni virgultis, ne oblinantur. Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu atque ouillum: quod tamen habet ſua propria quædam, quòd potius ſilueſtribus ſaltibus delectatur quàm pratis. Studioſè enim de agreſtibus fruticibus paſcūtur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. ob hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, ne colonus capra natū in fundo paſcat. Harum enim dentes inimici ſationis: quas etiam aſtrologi ita receperunt in cælum, vt extra limbum x i i ſignorū excluſerint. Sunt duo hœdi, & capra non longè à tauro. Quod ad fœturam pertinet, deſiſtente autumno exigunt à grege in campos hircos in caprilia. Item vt in arietibus dictum, quæ concepit poſt quartum menſem, reddit tempore verno. In nutricatu hœdi trimeſtres cùm ſint facti, tum ſubmittutur, & in grege incipiunt eſſe. Quid dicam de earum ſanitate, quæ nunquam ſunt ſanæ? niſi tamen illud vnum, quædam ſcripta habere magiſtros pecoris, quibus remediis vtātur ad morbos quoſdam earum, ac vulneratum corpus: quod vſu venit iis ſæpe, quòd inter ſe cornibus pugnant,

atque in ſpinoſis locis paſcuntur. Relinquitur de numero, qui in gregib⁹ eſt minor caprino quàm in ouillo, quod capræ laſciuæ, & quæ diſpergant ſe: contra oues, quæ ſe cõgregent ac condenſent in locũ vnum. Itaque in agro Gallico greges plures potius faciũt quàm magnos: quòd in magnis citò exiſtat peſtilentia, quæ ad perniciem eũ perducat. Satis magnum gregem putant eſſe circiter quinquagenas. quibus aſſentiri putant id quod vſu venit Gaberio equiti R. Is enim cùm in ſuburbano mille iugerũm haberet, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem x, ſibi in dies ſingulos denarios ſingulos dare audiſſet, coegit mille caprarum, ſperans ſe capturum de prædio in dies ſingulos denariũm mille. Tantum enim

fefellit *fefellerit, vt breui omnes amiſerit morbo. Contrà in Sallẽtinis & in Caſinati ad centenas paſcũt. De maribus & fœminis idem ferè diſcrimen, vt alii ad denas capras ſingulos parẽt hircos, vt ego: alii etiam ad XV, vt Menas: nonnulli etiam, vt Murrius, ad viginti.

De ſue. *CAP. IIII.*

SED quis è portu pòſt Italico prodit, ac de ſuillo pecore expedit? tametſi Scrofam potiſsimùm de ea re dicere oportere, cognomen eius ſignificat. Cui Tremellius, Ignorare (inquit) videre cur appeller Scrofa. Itaque vt etiam hi propter te ſciant, cognoſce, meam gentem ſuillũ cognomen non habere, nec me eſſe ab Eumæo ortum. Auus meus primùm appellatus eſt Scrofa, qui quæſtor cùm eſſet Licinio Neruæ prætori in Macedonia prouincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum prætor rediret: hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſsionem facere cœperunt in caſtra. Auus, cùm cohortaretur mi-

lites vt caperent arma atque exirent contra, dixit celeriter ſe illos, vt ſcrofa porcos, diſiecturum. id quod fecit. nam eo prælio hoſtes ita fudit ac fugauit, vt eo Nerua prætor, imperator ſit appellatus, auus cognomen inuenerit vt diceretur Scrofa. itaque proauus, ac ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps prætorius in gente noſtra. nec tamen defugio quin dicam quæ ſcio de ſuillo pecore. Agri enim culturæ ab initio fui ſtudioſus: nec de pecore ſuillo mihi & vobis magnis pecuariis ea res nõ eſt communis. Quis enim fundum colit noſtrum, quin ſues habeat, & qui non audierit patres noſtros dicere, ignauũ & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpẽderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo? Ergo qui ſuũ gregem vult habere idoneum, eligere oportet primùm bona ætate, ſecundo bona forma. Ea eſt cum amplitudine membrorum, præterquam pedibus, capite vnicoloris potius quàm *varias. Cùm hæc eadem vt habeãt verres videndum, tum vtique ſint ceruicibus amplis, boni ſeminis. Sues animaduertũtur à facie, & progenie, & regione cæli. A facie, ſi formoſi ſunt verres & ſcrofa: à progenie, ſi porcos multos pariunt: à regione, ſi potius ex his locis, vbi naſcuntur, amplas quàm exilis pararis. Emi ſolent ſic, Illáſce ſues ſanas eſſe, haberéque rectè licere, noxíſque præſtare, neque de pecore morboſo eſſe, ſpondéſne? Quidam adiiciunt, perfunctas eſſe à febri, & à foria. In paſtu locus huic pecori aptus vliginoſus, quòd delectatur nõ ſolùm aqua, ſed etiam luto. itaque ob eam rem aiunt lupos cùm ſint nacti ſues, trahere vſque ad aquam, quòd dentes feruorem carnis ferre nequeant. Hoc pecus alitur

*varĩ

maximè glande, deinde faba, & ordeo, & cætero frumento. Quæ res non modò pinguitudinem efficiunt, ſed etiam carnis iucundum ſaporem. Paſtum exigunt æſtate mane,& ante quàm æſtus incipiat,ſubigunt in vmbroſum locum,maximè vbi aqua ſit.Poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt. Hiberno tempore non prius exigunt paſtum quàm pruina euanuit, ac colliquefacta eſt glacies. Ad fœturam verres duobus menſibus ante ſecernendi. Optimum ad admiſſuram tempus à Fauonio ad æquinoctium vernum: ita enim contingit vt æſtate pariat. quatuor enim menſes eſt prægnans, & tunc parit cùm pabulo abundat terra.Neque minores admittẽdæ quàm anniculæ. Melius x x menſes expectare,vt bimæ pariant. Cùm cœperunt,id facere dicuntur vſque ad ſeptimum annum rectè. Admiſſuras cùm faciunt, prodigunt in lutoſos limites ac luſtra, vt volutentur in luto:quæ eſt illorum requies,vt lauatio,hominis.Cùm omnes conceperunt,rurſus ſegregant verres. Verris octo menſium incipit ſalire: permanet, vt id rectè facere poſsit,ad primum. deinde id retro, quoad perueniat ad lanium. Hic enim cõciliator ſuillæ carnis datus populo. Sus Græcè dicitur ὗς: olim thyſus dictus,ab illo verbo quod dicunt θύειν, quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium primum ſumptum videtur: cuius veſtigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis fœdus cùm feritur,porcus occiditur: & quòd nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primùm porcum immolant. Priſci quoque Latini & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. nam & noſtræ

mulieres, maximè nutrices,naturam, qua fœminæ ſunt,in virginibus appellant"porcum,&Græcæ χοῖρον: ſignificantes eſſe dignum inſigni nuptiarum. Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulādum. itaque iis animam datam eſſe proinde ac ſalem,"quæ ſeruaret carnem. E queis ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueuerunt.Optimarum ſignum,quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ,& taniacæ,& petaſiones.De magnitudine Gallicarū ſuccidiarum Cato ſcribit his verbis,In Italia in ſcrobes terna atque quaterna millia aulia ſuccidia. Vere ſus vſqueadeo pinguitudine creſcere ſolet,vt ſe ipſa ſtās ſuſtinere non poſſit,neque progredi vſquam.Itaque eas,ſiquis quò traiicere vult, in ploſtrum imponit. In Hiſpania vlteriore in Luſitania ſus cùm eſſet occiſus, Attilius Hiſpanienſis,minimè mendax, & multarum rerum peritus in doctrina,dicebat L. Volumnio Senatori miſſam eſſe offulam cum duabus coſtis, quæ penderet I I I & X X pondo: eiúſque ſuis à cute ad os pedem & I I I digitos fuiſſe. Cui ego, Non minus res admiranda,"quum mi eſſet dicta: in Arcadia ſcio me eſſe ſpectatum ſuem,quæ præ pinguitudine carnis non modò ſurgere non poſſet,ſed etiam vt in eius corpore ſorex exeſa carne nidum feciſſet,& periſſet mures.Hoc etiam in "vineta factū accepi. Sus ad fœturam"quæ ſit fœcunda,animaduertunt ferè ex primo partu: quòd non multum in reliquis mutat. In nutricatu, quam porculationem appellabant,binis mēſibus porcos ſinunt cum matribus: ſed eos, cùm iam paſci poſſunt, ſecernunt. Porci qui nati hieme, fiūt exiles propter frigora, & quòd matres aſpernantur, propter exiguitatem lactis, & quòd den-

porcā

qui

quàm quæ

nūc eſt dicta.

in Ar. ſc.eſſe ſpectatam

iuuēca

quàm

tibus ſauciãtur propterea mammæ. Scrofa in ſua quæque hara ſuos alat oportet porcos, *quo alienos aſpernantur:& ideo ſi conturbati ſunt in fœtũra, fit deterius. Natura diuiſus eius annus bifariam, quòd bis parit in anno. quaternis menſibus fert ventrem : binis, nutricat. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, & latam amplius paulo:ea altitudine abs terra, ne, dum exilire velit prægnans, abortet. Altitudinis modus ſit, vt ſubulcus facilè circũſpicere poſsit nequi porcellus à matre opprimatur, & vt facilè purgare poſsit cubile. In haris oſtium eſſe oportet, & limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara, cùm mater prodit, tranſilire poſsint. Quotieſcunque haras ſubulcus purgat, toties arenam iniicere oportet, aut quid aliud quod exugat humorem, in ſingulas iniicere debet: & cùm pepererit, largiore cibatu ſuſtentare, quo facilius lac ſuppeditare poſsit. In quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare ſolent : & hoc quoque conduplicant, vt ſit mane & veſperi, ſi alia quæ obiiciant nõ habuerint. Cùm porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellantur, neque iam lactẽtes dicuntur. Qui à partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quòd tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum. Itaque apud Plautum in Menæchmis, cùm inſanum quem putat, vt pietur in oppido Epidamno, interrogat, Quanti hic porci ſunt ſacres? Si fundus miniſtrat, dari ſolent vinacea, ac *ſcopi ex vuis. Amiſſo nomine lactẽtis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frẽdere poſſunt, id eſt frangere. Porcus Græcum eſt nomen antiquum, ſed obſcuratum, quòd nũc eum vocant χοῖρον. In eorum fœtu ſcrofæ bis die

quoniã

ſcapi

vt bibant, curant, lactis cauſa. Parere tot oportet porcos quot mammas habeat. ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe: ſi plures pariat, eſſe portẽtum. In quo illud antiquiſsimum fuiſſe ſcribitur, quòd ſus Æneæ Lauinii x x x porcos pepererit albos. Itaque quod portenderit, factum x x x annis, vt Lauinienſes condiderint oppidum Albam. Huius ſuis ac porcorum etiam nunc veſtigia apparent Lauinii: quòd & ſimulacra eorum ahenea etiam nunc in publico poſita, & corpus matris ab ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit, demõſtratur. Nutricare octonos porcos paruulos primò poſſunt: incremento facto à peritis dimidia pars remoueri ſolet. quòd mater neque poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem præterquam potum. Præteritis decem diebus ſinunt exire paſtum in propinquum locum villæ, vt crebro reditu lacte alere poſsit porcos. Cùm creuerũt, cupiunt ſequi matrem paſtum: domique ſecernunt à matribus, ac ſeorſum paſcunt, vt deſiderium ferre poſsint parentis. quod decem diebus aſſequuntur. Subulcus debet conſuefacere, omnia vt faciant ad bucinam. Primò cùm incluſerunt, cùm bucinatum eſt, aperiunt, vt exire poſsint in eum locum vbi ordeum fuſum in longitudine. Sic enim minus diſperit quàm ſi in aceruos poſitum: & plures facilius accedunt: ideo ad x i i cõuenire dicuntur, vt ſilueſtri loco diſperſi ne diſpereant. Caſtrãtur verres commodiſsimè anniculi, vtique ne minores quàm ſemeſtres: quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales. De ſanitate ſuum vnum modò exempli cauſa dicam. Porcis lactentibus ſi ſcrofa lac non poteſt ſuppeditare,

triticum frictum dari oportet(crudũ enim ſoluit aluum)vel ordeum obiici ex aqua,quoad fiãt trimeſtres. De numero : in centum ſues, decem verres ſatis eſſe putant. quidam etiam hinc demunt.Greges maiores inæquabiles habẽt:ſed ego modicum puto centenarium. Aliquot maiores faciunt,ita vt ter quinquagenos habeant.Porcorum gregem alii duplicant, alii etiam maiorem faciũt.Minor grex quàm maior minus ſumptuoſus,quòd comites ſubulcus pauciores quærit.Itaque gregis numerum paſtor ab ſua vtilitate conſtituit, non vt quot verres habeat: id enim à natura ſumendum. Hæc hic.

De bubus & Vaccis. CAP. V.

AT Q. Lucienus Senator, homo quãuis humanus ac iocoſus, introiens, familiaris omnium noſtrum, συνηπειρῶται, inquit, χαίρετε: & Varronem noſtrum,inquit, ποιμένα λαῶν.Scrofam enim mane ſalutaui.Cùm alius eũ ſalutaſſet,alius conuitiatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad conſtitutum, Videbo iam vos, inquit,balatrones, & huc afferam meum corium & flagra. Tu verò Murri veni mi aduocatus, dum aſſes ſoluo Palilibus, ſi poſtea à me repetant, vt teſtimonium perhibere poſsis. Atticus Murrio,Narra iſti,inquit,eadem: qui ſermones ſint habiti, & quid reliqui ſit,vt ad partes paratus veniat:nos interea ſecundum actũ de maioribus adtexamus.In quo quidem(inquit Vaccius) meæ partes,quoniam boues ibi. Quare dicam de bubulo pecore quam acceperim ſcientiam : vt ſiquis quid ignorat, diſcat : ſiquis ſcit, nunc vbi labar obſeruet. Vide quid agas, inquam, Vacci. nam bos in pecuaria, maxima debet eſſe auctoritate:præſertim in Italia,quæ à bubus nomen habere ſit exiſtimata. Græcia enim

antiqua (vt ſcribit Timæus) tauros vocabant
ἰταλούς. à quorum multitudine & pulchritudine,
& fœtu vitulorum, Italiam dixerunt. Alii ſcripſe-
rũt, quòd è Sicilia Hercules perſecutus ſit eò no-
bilem taurum," vt diceretur Italus. Hic ſocius ho qui di-
minum in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Ab ceretur
hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt ca-
pite ſanxerint, ſiquis occidiſſet. Qua in re teſtis
Attice, teſtis Peloponneſos. nam ab hoc pecore
Athenis Buzuges nobilitatus, Argis ὀνόγυρος.
Noui, inquit ille, maieſtatem boum, & ab his di-
ci pleraque magna, vt βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον,
βοῶπιν. vuam quoq; bumammam. Præterea ſcio
hunc eſſe in quem potiſſimùm Iuppiter ſe con-
uertit, cùm exportauit per mare è Phœnice a-
mans Europam. Hunc eſſe qui filios Neptuni è
Menalippa ſeruarit, ne in ſtabulo infantes grex
boum obtereret. Deniq; ex hoc putrefacto naſci
dulciſſimas apes, mellis matres: à quo eas Græci
βουγόνας appellant, & hinc Plautium locutum eſſe *
Latinè. Cùm " Hirrium prætorem renuntiatum Hirtiũ
Romam in Senatum ſcriptum habere. Sed bono
animo es: non minus ſatisfaciam tibi, quàm qui
bugoniam ſcripſit. Primùm in bubulo gene-
re, ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima, vitu-
lorum: ſecunda, iuuencorum: tertia, boum no-
uellorum: quarta, vetulorum. Diſcernuntur in
prima vitulus & vitula: in ſecunda, iuuencus &
iuuenca: in tertia & quarta, taurus & vacca. Quæ
ſterilis eſt vacca, taura appellata: quæ prægnans,
horda. Ab eo in faſtis dies hordicalia nominan-
tur, quòd tunc hordæ boues immolantur. Qui
gregem armentorum emere vult, obſeruare de-
bet primùm vt ſint hæ pecudes ætate potius ad
fructus ferendos integræ quàm iam expertæ: vt

ſint bene cõpoſitæ, vt integris membris oblongæ, amplæ, nigrantibus cornibus, latis frõtibus, oculis magnis & nigris, piloſis auribus, compreſſis malis, ſubſimiſve, gibberi, ſpina leuiter remiſſa, apertis naribus, labris ſubnigris, ceruicibus craſſis ac longis, à collo palearibus demiſſis, corpore amplo, bene coſtatos, latis humeris, bonis clunibus, caudam profuſam vſque ad calces: vt habeant inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam, " cruribus potius minoribus, rectis genibus, eminulis, diſtantibus inter ſe: pedibus non latis, neque ingredientibus qui diſplodantur: nec cuius vngulæ diuaricent, & cuius vngues ſint leues & pares: corium attactu non aſperum ac durum: colore potiſſimùm nigro, dein rubeo, tertio, heluo, quarto, albo. molliſſimus enim hic, vt duriſſimus primus. De mediis duobus prior quàm poſterior melior, vtrique pluris quàm nigri & albi. Neque non præterea, vt mares feminis boni ſint, quorum & forma eſt ſpectanda, & qui ex his orti ſunt, vt reſpondeant ad parentum ſpeciẽ: & præterea quibus regionibus nati ſunt, refert. Boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus: contrà iugatorii Liguſtici. Tranſmarini Epirotici, non ſolùm meliores totius Græciæ, ſed etiam Italiæ. tametſi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem præſtare dicunt, ad victimas farciunt, atque ad deorum ſeruant ſupplicia. qui ſine dubio ad res diuinas, propter dignitatem amplitudinis & coloris, præponendi. Quod eò magis fit, quòd albi in Italia non tam frequentes quàm qui in Thracia ad μέλανα κόλπον, vbi alio colore pauci. Eos cùm emimus domitos, ſtipulamur ſic, Illóſce boues ſanos eſſe, noxiſque præſtari? Cum emimus indomitos, ſic;

compactis cr. potius breuioribus quàm longis. rect.

Illóſce iuuencos ſanos rectè, déque pecore ſano eſſe, noxiſque præſtari ſpondéſne? Paulo verboſius hæc, qui Mamilii actiones ſequuntur lanii, qui ad cultrum bouem emunt, & qui ad altaria hoſtiæ ſanitatem non ſolent ſtipulari. Paſcuntur armenta commodiſſimè in nemoribus, vbi virgulta & frons multa. Hieme cùm hibernant ſecundum mare, æſtu abiguntur in montes frõdoſos. Propter fœturam hæc ſeruare ſoleo. ante admiſſuram menſem vnum ne cibo & potione ſe impleant, quòd exiſtimantur facilius macræ concipere. Contrà, tauros duobus menſibus ante admiſſuram herba & palea ac fœno facio pleniores, & à fœminis ſecerno. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices LXX, duo: vnum, anniculum, alterum, bimum. Hoc, ſecundum aſtri exortum facio: quod Græci vocant λύραν, fidem noſtri. tum denique tauros in gregem redigo. Mas an fœmina ſit concepta, ſignificat deſcẽſu taurus cùm iniit. ſiquidem, ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem. Cur hoc fiat, vos videritis (inquit mihi) qui Ariſtotelem legitis. Non minores oportet inire bimas, vt trimæ pariant: eo melius ſi quadrimæ. Pleræque pariunt in decem annos, quædam etiã in plures. Maximè idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu vſque ad dies XL, aut paulo plus. quæ enim ita conceperunt, temperatiſſimo anni tempore pariunt. Vaccæ enim menſibus decem ſunt prægnantes. De quibus admirandum ſcriptum inueni: exemptis teſticulis, ſi ſtatim admiſeris, concipere. Eas paſci oportet in locis viridibus & aquoſis. Cauere oportet ne aut anguſtius ſtent, aut feriantur, aut concurrant. Itaque quòd eas æſtate tabani concitare

ſolent, & beſtiolæ quædam minutæ ſub cauda, ne concitentur, aliqui ſolent includere ſeptis. iis ſubſterni oportet frondem, aliúdve quid in cubilia, quo mollius conquieſcant. Æſtate ad aquã appellendum bis, hieme ſemel. Cùm parere cœperunt, ſecundum ſtabula pabulum ſeruari oportet integrum, quod egredientes deguſtare poſſint: faſtidioſæ enim fiunt. Et prouidendum, quò recipiunt ſe, ne frigidus locus ſit: algor enim eas & famis macreſcere cogit. In alimoniis armẽtitium pecus ſic contuendum, lactẽtes cum matribus ne cubent: obteruntur enim. ad eas mane adigi oportet, & cùm redierunt è paſtu. Cùm creuerunt vituli, leuandæ matres, pabulo viridi obiiciendo in præſepiis. Item his, vt ferè in omnibus ſtabulis, lapides ſubſternendi, aut quid item, ne vngulæ putreſcãt. Ab æquinoctio autumnali vnà paſcuntur cum matribus. Caſtrare nõ oportet ante bimatum, quòd difficulter, ſi aliter feceris, ſe recipiunt. Qui autem poſtea caſtrantur, duri & inutiles fiunt. Item vt in reliquis gregibus pecuariis, delectus quotannis habendus, & reiiculæ reiiciundæ, quòd locum occupant earum quæ ferre poſſunt fructus. Siquæ amiſit vitulum, ei ſupponere oportet eos quibus non ſatis præbent matres. Semeſtribus vitulis obiiciunt furfures triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram herbam: & vt bibant mane & veſperi curant. De ſanitate ſunt complura quæ exſcripta de Magonis libris armentarium meum crebro vt aliquid legat curo. Numerus de tauris & vaccis ſic habendus, vt in ſexaginta vnus ſit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut minorem aut maiorem numerum gregum. nam apud eum duo tauri in ſeptuaginta matribus ſunt. Numerum gre-

gum alius facit alium. quidam centenarium modicum putant eſſe, vt ego. Atticus cētumuiginti habet, vt Lucienus. Hæc ille.

De aſinis. *CAP. VI.*

AT Murrius, qui, dum loquitur Vaccius, cum Lucieno rediiſſet, Ego, inquit, de aſinis potiſſimùm dicam: quòd ſum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt. è quo ſeminio ego hic procreaui pullos, & ipſis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur aſinorũ gregem qui facere vult bonum, primùm videndum vt mares fœmináſque bona ætate ſumat, vtique vt quamdiutiſſimè fructũ ferre poſſit, firmos, omnibus partibus honeſtos, corpore amplo, ſeminio bono: ex his locis vnde optimi exeunt. quod faciunt Peloponneſii, cùm potiſſimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro Reatino. Nõ enim ſi murænæ optimæ flutæ ſunt in Sicilia, & ellops ad Rhodon, continuò hi piſces in omni mari ſimiles naſcũtur. Horum genera duo. vnum ferum, quos vocant onagros: in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. alterum manſuetum, vt ſunt in Italia omnes. Ad ſeminationem onagrus idoneus, quòd è fero fit manſuetus facilè, & è manſueto ferus nunquam. Quòd ſimiles parentum genuntur, eligendi & mas & fœmina cum dignitate vt ſint. In mercãdo item (vt cæteræ pecudes) emptionibus & traditionibus " dominum mutant, & de ſanitate ac noxa ſolet caueri. Commodè paſcuntur farre & furfuribus ordeaceis. Admittuntur ante ſolſtitium, vt eodem tempore " alterius anni pariant. Duodecimo enim menſe cõceptum ſemen reddunt. Prægnantes opere leuant. venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non diiungunt ab opere, quòd remiſſione laboris fit

dominium

alternis annis

deterior. In paſtu eadem ferè obſeruant quæ in equis. Secundum partum pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus patiũtur eſſe cum his, & leniter capiſtris aliáve qua re habent vinctos. Tertio anno domare incipiunt ad eas res ad quas quiſque eos vult habere in vſu. Relinquitur de numero: quorum greges non ſanè fiunt, niſi ii qui onera portent. ideo quòd plerique deducũtur ad molas, aut ad agriculturam, vbi quid vehendum eſt: aut etiam ad arandum, vbi leuis eſt terra, vt in Campania. Greges fiunt ferè mercatorum, vt eorum qui è Brundiſino aut Appulia aſellis doſſuariis comportant ad mare oleum, aut vinum, itémque frumentum, aut quid aliud.

De equis & equabus. CAP. VII.

LVCIENVS. Ego quoque adueniens aperiã carceres, inquit, & equos emittere incipiam, nec ſolùm mares, quos admiſſarios habeo, vt Atticus, ſingulos in fœminas denas: è queis fœminas Q. Modius Equiculus vir fortiſſimus, etiam patre militari, iuxtà ac mares habere ſolebat. Horum equorum & equarum greges qui habere voluerint (vt habent aliqui in Peloponneſo & in Appulia) primùm ſpectare oportet ætatem quam præcipiunt. Videndum ne ſint minores trimæ, maiores decẽ annorũ. Ætas cognoſcitur equorum, & ferè omnium qui vngulas indiuiſas habent, & etiam cornutarum: quòd equus triginta menſium primùm dentes medios dicitur amittere: duo ſuperiores totidem inferiores. Incipiẽtes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt: & incipiunt naſci quos vocant columellares. Quinto anno incipiẽti, item eodẽ modo amittere binos,

quos caninos habent: tum renaſcentes eis, ſexto anno impleri. Septimo omnes habere ſolent renatos & cōpletos. His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe: præterquam cùm dentes ſunt facti brocchi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacunæ, ex obſeruatu dicunt eum equum habere annos ſedecim. Forma eſſe oportet, magnitudine modica: quòd nec vaſtos nec minutos decet eſſe. Equas clunibus ac ventribus latis. Equos ad admiſſurā quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formoſos, nulla parte corporis inter ſe non congruenti. Qualis futurus ſit equus, è pullo coniectari poteſt, ſi caput habet non magnum, nec membris cōfuſis: ſi eſt oculis nigris, naribus non anguſtis, auribus applicatis, non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partē ceruicis, pectus latū & plenum, humeris latis, vētre modico, lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis: ſpina maximè duplici, ſin minus, non " extanti. coda ampla, ſubcriſpa: cruribus rectis & æqualibus, genibus rotundis, nec magnis, nec introrſus ſpectātibus: vngulis duris. toto corpore vt habeat venas, quæ animaduerti poſſint: quòd qui huiuſcemodi ſit, & cùm eſt æger, ad medendum eſt appoſitus: corpore multo. De ſtirpe magni intereſt qua ſint, ꝙ genera ſunt multa. Itaq; ad hoc nobiles à regionibus dicuntur. In Græcia Theſſalici equi, à terra Appuli, ab Roſea Roſeani. Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo cōtendit, in currendo, aliáve qua re, quo potior ſit: ſi cùm flumē trauehundū eſt, gregi in primis prægreditur, ac non reſpectat alios. Emptio equina ſimilis ferè ac boum & aſinorū, quòd eiſdē rebus in emptione "dominū mūtāt: vt in Mamilii actionibus

extenta.

dominiū mutatur.

ſunt perſcripta. Equinum pecus paſcendum in pratis potiſſimùm herba : in ſtabulis ac præſepibus, arido fœno. Cùm pepererunt, ordeo adiecto bis die danda aqua. Horum fœturæ initium admiſſionis facere oportet, ab æquinoctio verno ad ſolſtitium, vt partus idoneo tempore fiat. Duodecimo enim mēſe, die decimo aiunt naſci. Quæ poſt tempus naſcuntur, ferè vitioſa atque inutilia exiſtunt. Admittere oportet, cùm tēpus anni venerit, bis in die, mane & veſpere. Perorigā enim appellatur quiſquis admittit. eo enim adiutante equæ alligatæ, celerius admittuntur, neque equi fruſtra cupiditate impulſi ſemen eiiciunt. Quoad ſatis ſit admitti ipſæ ſignificant, quòd ſe defendunt. Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcillæ "medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem: tum ea re naturam equæ, cùm menſes ferunt, tangunt: contrà, ab locis equæ nares equi tangunt. Tametſi incredibile quod vſu venit, memoriæ mandandum: Cùm equus matrem vt ſaliret adduci non poſſet, & eum capite obuoluto peroriga adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire, cùm deſcendenti "dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit.

modicum

velum demp.

Cùm conceperunt equæ, videndum ne aut laborent pluſculum, aut ne frigidis locis ſint: quòd algor maximè prægnātibus obeſt. Itaque in ſtabulis ab humore prohibere oportet humū, clauſa habere oſtia, ac feneſtras, & inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios, qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. Prægnantem neque implere cibo, neque eſurire oportet. Alternis qui admittunt, diuturniores equos & meliores pullos fieri dicunt. Itaque vt reſtibiles ſegetes eſſent exuctiores, ſic quotannis quæ prægnantes

gnantes fiant. In decem diebus ſecũdum partum
cum matribus in pabulum prodigẽdum. Ne vn-
gulas comburat ſtercus cauendum. Quinqueme-
ſtribus pullis factis, cùm redacti ſunt in ſtabulũ,
obiiciendum farinam ordeaceam molitam cum
furfuribus, & ſiquid aliud terra natum libenter
edent. Anniculis iam factis dandum ordeum &
furfures, vſque quoad erunt lactentes. Neque
prius biennio confecto à lacte remouendum. E-
óſque, cùm ſtent cum matribus, interdum tra-
ctandum, ne, cùm ſint diiuncti, exterreantur. Ea-
démque cauſâ ibi frenos ſuſpendẽdũ, vt "equuli oculis
conſueſcant & videre eorum faciem, & è motu
audire crepitus. Cùm iam ad manus accedere cõ-
ſuerint, interdum imponere iis puerum bis aut
ter, pronum in ventrem, poſtea iam ſedentem.
hæc facere cùm ſit trimus: tum enim maximè
creſcere, ac lacertoſum fieri. Sunt qui dicant poſt
annum & ſex menſes equulum domari poſſe: ſed
melius poſt trimum: à quo tempore farrago dari
ſolet. Hæc enim purgatio maximè neceſſaria e-
quino pecori. quod diebus decem facere opor-
tet, nec pati alium vllum cibum guſtare. Ab vn-
decimo die vſque ad quartumdecimum dãdum
ordeum, quotidie adiiciendo minutatim. Quod
quarto die feceris, in eo decem diebus proximis
manendum. ab eo tempore mediocriter exercẽ-
dum, & cùm ſudarit, perunguendum oleo. Si fri-
gus erit, in equili faciendus ignis. Equi, quòd alii
ſunt ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, curſu-
alii ad admiſſuram, alii ad " curſuram, non item rã, alii ad præ
ſunt ſpectandi atque habendi. Itaque peritus bel- dã, nũ
li alios eligit, atque alit, ac docet: aliter quadriga- it. i. ſp.
rius, ac deſultor. neque idem qui vectarios fa- ad quæ habẽ-
cere vult, ad ephippium aut ad prædam: quòd vt dã

ad rem militarem, quòd ibi ad caſtra habere volunt acres. Sic contrà in viis habere malunt placidos: propter quod diſcrimen maximè inſtitutum vt caſtrentur equi. demptis enim teſticulis fiunt quietiores: & ideo quòd ſemine carent, ii canterii appellati, vt in ſuibus, maiales: gallis gallinaceis, capi. De medicina: vel plurima ſunt in equis & ſigna morborum, & genera curationum, quæ paſtorem ſcripta habere oportet. Itaque ob hoc in Græcia potiſſimùm medici pecorum "ἱππιατροὶ appellati.

κτηνιατροι

De mulis & hinnulis. *CAP. VIII.*

CVM hæc loqueremur, venit à Menate libertus, qui dicat liba abſoluta eſſe, & rem diuinam paratam. ſi vellent, venirent illuc, & ipſi pro ſe ſacrificarentur. Ego verò, inquam, vos ire non patiar antequam mihi reddideritis tertium actum, de mulis, de canibus, de paſtoribus. Breuis oratio de iſtis, inquit Murrius. nam muli & hinni, bigeneri atque inſititii, non ſuopte genere ab radicibus. ex equa enim & aſino fit mulus: contrà ex equo & aſina hinnus. Vterque eorum ad vſum vtilis, partu fructus neuter. Pullum aſininum à partu recentem ſubiiciunt equæ, cuius lacte ampliores fiunt, quòd id lacte, quàm aſininum ac alia omnia, dicunt eſſe melius. Præterea educant eum paleis, fœno, ordeo. Matri ſuppoſititiæ quoque inſeruiunt, quo equa ad miniſterium lactis cibum pullo præbere poſſit. Hic ita eductus à primo, poteſt admitti. neque enim aſpernantur, propter conſuetudinem equinam. Hunc minorem ſi admiſeris, & ipſe citius ſeneſcit, & quæ ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum aſinum quem ſuppoſuerunt equæ, & aſinum admiſſarium habere volūt,

de aſinis quem ampliſſimum formoſiſſimúmq; poſſunt, eligunt: quique ſeminio natus ſit bono: Arcadico, vt antiqui dicebant: vt nos experti ſumus, Reatino: vbi tricenis ac quadrigenis millibus admiſſarii aliquot venierunt. quos emimus item vt equos, ſtipulamúrque in emendo, ac facimus in accipiendo idem quod dictum eſt in equis. Hos paſcimus præcipuè fœno atq; ordeo, & id ante admiſſuram largius facimus, vt cibo ſuffundamus vires ad fœturam. Eodem tempore quo equos adducentes, iidémque vt ineant equas "perorigas curamus. Cùm peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. Hi, ſi in paluſtribus locis atque vliginoſis nati, habent vngulas molles. Iidem ſi exacti ſunt æſtiuo tempore in montes (quod fit in agro Reatino) duriſſimis vngulis fiunt. In grege mulorum parando, ſpectanda ætas & forma: alterum, vt vecturis ſufferre labores poſſint: alterum, vt oculos aſpectu delectare queant. Hiſce enim binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur. Hæc me Reatino auctore probares "mihi, inquit, niſi tu ipſe domi equarum greges haberes, ac mulorum greges vendidiſſes. Hinnus, qui appellatur, eſt ex equo & aſina: minor quàm mulus corpore, plerunque rubicundior, auribus vt equinis, iubam & caudam ſimilem aſini. Item in ventre eſt, vt equus, menſes duodecim. Hoſce item vt equulos & educant & alunt, & ætatem eorum ex dentibus cognoſcunt.

per peron.

mi Attice, niſi

De canibus. *CAP. IX.*

RELINQVITVR, inquit Atticus, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maximè ad nos, qui pecus paſcimus lanare. Canis enim ita

cuſtos pecoris, vt eius, quod eo comite indiget ad ſe defendendũ. In quo genere ſũt maximè oues, deinde capræ. Has enim lupus captare ſolet, cui opponimus canes defenſores. In ſuillo pecore tamen ſunt quæ ſe vindicent ſues, verres, maiales, ſcrofæ. prope enim hæc apris, qui in ſiluis ſæpe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cùm ſciam mulorum gregem, cùm paſceretur, eóque veniſſet lupus, vltro mulos circunfluxiſſe & vngulis cædendo eum occidiſſe? & tauros ſolere diuerſos aſſiſtere clunibus continuatos, & cornibus facilè propulſare lupos? Quare de canibus, quoniam genera duo, vnum venaticum, & pertinet ad feras beſtias ac ſilueſtres: alterum, quod cuſtodiæ cauſa paratur, & pertinet ad paſtorem: dicam de eo ad formã artis expoſitam in nouem partes. Primùm ætate idonea parandi, quòd catuli & vetuli neque ſibi neque ouibus ſunt præſidio, & feris beſtiis nonnunquã prædæ. Facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut rauis, naribus congruentibus, labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, nec pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus dextra & ſiniſtra, paulo eminulis ſuperioribus, directis potius quàm brocchis: acutos quos habeant, labro tectos: capitibus & auriculis magnis ac flaccis: craſſis ceruicibus ac collo: internodiis articulorum longis: cruribus rectis, & potius varis quàm vatiis: pedibus magnis & altis, qui ingredienti ei diſplodantur: digitis diſcretis: vnguibus duris, ac curuis: ſolo, nec vt corneo, nec nimium duro, ſed vt fermentato ac molli: à feminibus ſummis corpore ſuppreſſo: ſpina neque eminula neque curua: cauda craſſa: latratu

graui: hiatu magno: colore potiſſimùm albo, quòd in tenebris ſpecie leonina. Præterea fœminas volunt eſſe mammoſas, æqualibus papillis. Item videndum vt boni ſeminii ſint. itaque à regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini. Videndum ne à venatoribus aut laniis canes emas. alteri, quòd ad pecus ſequendum inertes: alteri, ſi viderint leporem, aut ceruum, quòd eum potius quàm oues ſequentur. Quare aut à paſtoribus empta melior, quæ oues ſequi conſueuit: aut ſine vlla conſuetudine quæ fuerit. canis enim facilius quid aſſueſcit, eáque conſuetudo firmior quæ ſit ad paſtores, quàm quæ ad pecudes. P. Aufidius Pontianus Amiterninus, cùm greges ouium emiſſet in Vmbria vltima, quibus gregibus ſine paſtoribus canes acceſſiſſent: paſtores vt deducerent in Metapontinos ſaltus, & Heracleæ emporium: inde cùm domum rediſſent qui ad locum deduxerant, è deſiderio hominum diebus paucis poſtea canes ſua ſponte, cùm dierum multorum via intereſſet, ſibi ex agris cibaria *præbuerunt, atq; in Vmbriam ad paſtores redierunt. Neque eorum quiſquam fecerat quod in agricultura Saſerna præcepit, qui vellet ſe à cane ſectari, vti ranam obiiciat coctam. Magni intereſt ex ſemine eſſe canes eodem, quòd cognati maximè inter ſe ſunt præſidio. Sequitur quartum de emptione: fit alterius, cùm à priore domino, ſecundo traditum eſt. De ſanitate & noxa ſtipulationes fiunt eædẽ quæ in pecore: niſi quòd hîc vtiliter exceptum eſt. Alii pretium faciunt in ſingula capita canum: alii, vt catuli ſequãtur matrem: alii, vt bini catuli vnius canis numerum obtineant, vt ſolent bini agni, ouis. Plerique, vt accedant canes qui conſuerunt eſſe vnà. Cibatus

quæſierunt

çanis propior hominis quàm ouis. Paſcitur enim è culina & oſſibus, non herbis aut frondibus. Diligenter vt habeant cibaria prouidendum. fames enim hos ad quærendũ cibum ducet, ſi nõ præbebitur, & à pecore abducet. Niſi ſi (vt quidã putant) etiam illuc peruenerint, prouerbium vt tollunt " antiquum : vel etiam vt μῦθον aperiant de Actæone, atque in dominũ afferant dentes. Necnon ita panem ordeaceum dandum, vt non potius eum in lacte des intritum: quòd eo conſueti cibo vti, à pecore nõ citò deſciſcunt. Morticinæ ouis non patiuntur veſci carne, ne ducti ſapore minus ſe abſtineant. Dant etiam ius ex oſſibus, & ea ipſa oſſa contuſa. dentes enim facit firmiores, & os magis patulum. propterea quòd vehementius diducuntur malæ, acrioréſque fiunt, propter medullarum ſaporem. Cibum capere conſueſcũt interdiu, vbi paſcuntur: veſperi, vbi ſtabulantur. De fœtura. principium admittendi faciunt veris principio. tunc enim dicuntur catulire, id eſt, oſtendere velle ſe maritari. Quæ cùm admiſſæ, pariunt circiter ſolſtitio. prægnantes enim ſolent eſſe ternos menſes. In fœtura dandum potius ordeaceos quàm triticeos panes. magis enim eo aluntur, & lactis præbent maiorem facultatem. In nutricatu ſe͜undum partum ſi plures ſunt, ſtatim eligere oportet quos habere velis, reliquos abiicere. Quàm pauciſſimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Subſternitur eis acus, aut quid item aliud, quòd molliore cubili facilius educantur. Catuli diebus x x vidère incipiunt. Duobus menſibus primis à partu non diiunguntur à matre, ſed minutatim deſueſiunt. Educunt eos plures in vnum locum, & irritant ad pugnandum, quo fiant acriores: neq; de-

" anti- quum, βȣλιμιᾶ κυνῶν, aperiãt

fatigari patiuntur, quo fiant ſegniores. Conſue
quoque faciunt vt alligari poſſint, primùm leui-
bus ″vinclis: quæ ſi abrodere conantur, ne id cō- numel
ſueſcant facere, verberibus eos deterrere ſolent. lis:
Pluuiis diebus cubilia ſubſternenda fronde aut quas
pabulo: duabus de cauſis, vt ne oblinantur, aut
perfrigeſcant. Quidam eos caſtrant, quòd eo mi-
nus putant relinquere gregem: quidam non fa-
ciunt, quòd eos credūt minus acres fieri. quidam
nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, &
inter digitos: quòd muſcæ, & ricini, & pulices ſo-
leant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) ea exulcerare.
Ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his colla-
ria, quæ vocantur ″mælium, id eſt, cingulum cir- millū
cum collum ex corio firmo, cum clauulis capita-
tis:″ quæ intra capita inſuitur pellis mollis, ne no- cui in-
ceat collo duritia ferri. Quòd ſi lupus aliúſve quis tra
his vulneratus eſt, reliquas quoq; canes facit, quæ
id non habent, vt ſint in tuto. Numerus canum
pro pecoris multitudine ſolet parari. Ferè modi-
cum eſſe putant, vt ſinguli ſequantur ſingulos o-
piliones: de quo numero alius alium modū con-
ſtituit. Quòd ſi ſunt regiones vbi beſtiæ ſint mul
tæ, debent eſſe plures. quod accidit iis qui per
calles ſilueſtres longinquos ſolent comitari in
æſtiua & hiberna. Villatico verò gregi in fun-
dum ſatis eſſe duo, & id marem & fœminam. Ita
enim ſunt aſſiduiores, quòd cum altero idem fit
acrior: &, ſi alter indeſinenter æger eſt, ne ſine
cane grex ſit. Cùm circunſpiceret Atticus ne-
quid præteriſſet, Hoc ſilentium, inquam, vocat
alium ad partes.

De paſtoribus. CAP. X.

RELIQVVM enim in hoc actu, quot & quod genus ſint habendi paſtores. Coſſinius ad

maiores pecudes, ætate ſuperiores: ad minores, etiam pueros: & vtroq; horum firmiores, qui in "callibus verſentur, quàm eos qui in fundo" quotidie ad villam redeant. Itaq; in ſaltibus licet videre iuuentutem, & eam ferè armatam, cùm in fundis non modò pueri ſed etiã puellæ paſcant. "Qui paſcunt eos, cogere oportet, in paſtione diẽ totum eſſe, paſcere communiter. Contra, pernoctare ad ſuum quenque gregem, eſſe omnes ſub vno magiſtro pecoris: eum eſſe maiorem natu potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos: quòd iis qui ætate & ſcientia præſtant, animo æquiore reliqui parent. Ita tamen oportet ætate præſtare, vt ne propter ſenectutem minus ſuſtinere poſſit labores. Neque enim ſenes neq; pueri "callium difficultatem, ac montium arduitatem atque aſperitatem facilè ferunt. quod patiendum illis qui greges ſequuntur, præſertim armẽtitios, ac caprinos, quibus rupes ac ſiluæ ad pabulandum cordi. Formæ hominũ legendæ, vt ſint firmæ, ac veloces, mobiles, expeditis mẽbris: qui nõ ſolùm pecus ſequi poſſint, ſed etiam à beſtiis ac prædonibus defendere, qui onera extollere in iumenta poſſint, qui excurrere, qui iaculari. Nõ omnis apta natio ad pecuariam, quòd neque baſculus, neque turdulus idonei: Galli appoſitiſſimi, maximè ad iumenta. In emptionibus dominum legitimum ſex ferè res perficiunt, ſi hæreditatem iuſtam adiit: ſi, vt debuit, mancipio ab eo accepit à quo iure ciuili potuit: aut ſi in iure ceſſit cui potuit cedere, & id vbi oportuit: aut ſi vſu cepit: aut ſi è præda ſub corona emit: túmve cũ in bonis ſectionéve cuius publicè venit. In horum emptione ſolet accedere peculiũ, aut ſi excipiet ſtipulatio, intercedere ſanum eum

collibus

& quot

Qui paſ. in ſaltibus, greges cogere op.

colliũ

eſſe,furtis noxíſq; ſolutum. Aut ſi mancipio non datur,dupla promitti:aut,ſi ita pacti,ſimpla. Cibus eorum debet eſſe interdiu ſeparatim vniuſcuiuſque gregis. Veſpertinus in cœna, qui ſunt ſub vno magiſtro,communis. Magiſtrum prouidere oportet vt omnia ſequantur inſtrumenta quæ pecori & paſtoribus opus ſunt, maximè ad victum hominum & ad medicinam pecudum. ad quam rem habent iumenta doſſuaria domini, alii equas: alii pro his quid aliud quod onus dorſo ferre poſsit. Quod ad fœturam humanam pertinet paſtorum, qui in fundo perpetuò manent, facile eſt, quòd habeant conſeruam in villa. nec hac venus paſtoralis lõgius quid quærit. Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſilueſtribus locis paſcunt, & non villa ſed caſis repẽtinis imbres vitãt: his mulieres adiungere, quæ ſequantur greges,ac cibaria paſtoribus expediãt, eóſque aſsiduiores faciant, vtile arbitrati multi. Sed eas mulieres eſſe oportet firmas, non turpes, quæ in opere (vt in multis regionibus) nõ cedant viris,vt in Illyrico paſsim videre licet: " quòd vel paſcere pecus,vel ad focum afferre ligna, ac cibum coquere, vel ad caſas inſtrumentum ſeruare poſſunt. De nutricatu hoc dico, eaſdem ferè & nutrices & matres. Tremellius ſimul aſpicit ad me, Et vt te audii dicere, inquit, cùm in Liburniam veniſſes, te vidiſſe matresfamiliàs eorum afferre ligna, & ſimul pueros quos alerent, alias ſingulos, alias binos, quæ oſtenderent fœtas noſtras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, eſſe " leuuncidas ac contemnendas. Cui ego, Certè, inquam. nam in Illyrico hoc amplius: prægnantem ſæpe, cùm venit pariendi tempus, non longè ab opere diſcedere, ibique enixam puerum referre, quem non

quæ

* luridas, mucidas, & cõt.

peperiſſe,ſed inueniſſe putes. necnon etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum x x, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberent quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios " habere. Quæ ad valetudinem pertinent hominum, " ad pecoris, vt ſine medico curari poſsint, magiſtrũ ſcripta habere oportet. Is enim ſine literis idoneus non eſt, quòd rationes dominicas pecuarias conficere nequicquam rectè poteſt. De numero paſtorum alii anguſtius, alii laxius cõſtituere ſolẽt. Ego in octogenas hirtas oues ſingulos paſtores conſtitui, Atticus in centenas. In gregibus ouiũ, ſed magnis, quos milliarios faciunt quidam, facilius de ſumma hominum detrahere poſſunt, quàm de minoribus, vt ſunt &"Attici & mei. Septingenarii enim mei: tu, opinor, octingenarios habuiſti. Nec tamen non vt nos arietũ decimam partem. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. vtique vterque horum vt ſecum habeat equas domitas ſingulas in iis regionibus, in quibus "ſtabulari ſolẽt equas abigere: vt in Apulia & in Lucanis accidit ſæpe.

habe- rent è quibus vellẽt. ac

Attici. Tremelli', Septing.

ſtabularii

De lacte, caſeo, lana. *CAP. XI.*

QVONIAM promiſſa abſoluimus, inquit, eamus. "Siquidem, inquam, adieceritis de extraordinario pecudũ fructu, vt prædictum eſt de lacte in eo, & tõſura lanæ. Eſt omniũ rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium maximè alibile: & id, ouillum, inde caprinum. Quod autem maximè perpurget, eſt equinum, tum aſininũ, dein bubulum, tum caprinum. Sed horum ſunt diſcrimina quædam, & à paſtionibus, & à pecudũ natura, & à mulctu. A paſtionibus: quod fit ab ordeo, & ſtipula, & omnino arido & firmo cibo pecude paſta,

Sed, inquã, ſiquid adiec.

id alibile. ad perpurgandum,id quod à viridi paſcuo,& eo magis fluxè ex herba,quæ ipſa ſumpta perpurgare corpora noſtra ſolet. A pecudũ natura,quòd lac melius eſt à valentibus, & ab iis quæ nondum veteres ſunt,quàm ſi eſt contrà. A mulgendo atque ortu optimum eſt id quod neque emunctũ longè abeſt à mulſo,neque à partu continuò eſt ſumptum. Ex hoc lacte caſei qui fiunt, maximi cibi,ſunt bubuli, & qui difficillimè trãſeant ſumpti. Secundò,ouilli,minimi cibi: & qui facillimè deiiciãtur,caprini. Eſt etiam diſcrimen vtrum caſei molles ac recẽtes ſint,an aridi & veteres. Cùm molles ſunt,magis alibiles,in corpore non reſides:veteres & aridi,contrà. Caſeum facere incipiunt à Vergiliis vernis exortis ad æſtiuas Vergilias. Mulgent vere ad caſeum faciundũ mane:aliĩs tẽporibus,meridianis horis:tametſi propter loca & pabulum diſparile,non vſquequaque idem fit. In lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleæ, vt coeat. quod melius leporinum & hœdinũ quàm agninum. Alii pro coagulo addunt de fici ramo lac, & acetum. aſpergũt item aliis aliquot rebus: quod Græci appellant alii ὀπὸν,alii " δάκρυον. Non negarim,inquam,ideo apud diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificari lacte pro vino, & pro lactentibus. mammæ enim rumis, ſiue ruma (vt ante dicebãt) à rumi:& inde dicũtur ſubrumi agni: lactentes, à lacte. Quin aſpergi ſolent ſales: melior foſsilis quàm marinus. De tonſura ouiũ,primùm animaduerto ante quàm incipiam facere,nũ ſcabiem aut vlcera habeant: vt,ſi opus eſt,ante curẽtur quàm tondeantur. Tõſuræ tempus inter æquinoctiũ vernum & ſolſtitium,cùm ſudare incœperũt oues. à quo ſudore recens lana

δρακόν πον.

tonſa,ſucida appellata eſt. Tonſas recẽtes eodem die perungunt vino & oleo : non nemo admixta çera alba & adipe ſuillo. Et, ſi ea tecta ſolet eſſe, quam habuit pellem iniectam, eam intrinſecus eadem re perinungunt,& tegunt rurſus. Siqua in tonſura plagam accepit,eum locum oblinunt pice liquida. Oues hirtas tõdent circiter ordeaceam meſſem: in aliis locis ante fœniſicia. Quidam has in anno bis tondent, vt in Hiſpania citeriore, ac ſemeſtres faciunt tonſuras. Duplicem impendũt operam,quòd ſic plus putant fieri lanæ: quo nomine quidam bis ſecant prata. Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, nequi flocci intereant. Dies ad eam rem ſumuntur sereni, & iis id faciunt ferè à quarta ad decimam horam:quoniam ſole calidiore tonſa, ex ſudore eius lana fit mollior & ponderoſior,& colore meliore. Quam demptam ac conglobatam, alii vellera, alii * velumina appellant. ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulſuram quàm tonſuram inuentam. Qui etiam nunc vellunt, antè triduo habent ieiunas, quòd languidæ minus radices lanæ retinent. Omnino tonſores in Italia primùm veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt R. C. A. CCCCLIIII, vt ſcriptum in publico Ardeæ in literis extat: eóſq; adduxiſſe P. Ticinium Menam. Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ, quòd pleræque habent capillum & barbam magnam. Suſcipit Coſsinius, Vt fructum ouis è lana ad veſtimentum, ſic capra pilos miniſtrat ad vſum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vaſa. Neque non quædam nationes harum pellibus ſunt veſtitæ, vt in Getulia & in Sardinia. Cuius vſum apud antiquos quoque Græcos fuiſſe apparet, quòd in tragœdiis

* vellumina

ſenes ab hac pelle vocãtur διφθεϱίαι: & in comœdiis, qui in ruſtico opere morantur: vt apud Cæcilium in Hypobolimæo habet adoleſcens, apud Terẽtium in Heautontimorumeno ſenex. Tondentur, quòd magnis villis ſunt in magna parte Phrygiæ: vnde cilicia & cætera eius generis ferri ſolent. Sed quòd primùm ea tonſura in Cilicia ſit inſtituta, nomen id Cilicas adieciſſe dicunt. Illi hoc. neque ab hoc quod mutaret Coſsinius. Et ſimul Vituli libertus in vrbem veniẽs ex hortis diuertitur ad nos, Et ego ad te miſſus, inquit, ibam domum, rogatum ne diem feſtum faceres breuiorem, & maturè venires. Itaque diſcedimus ego & Scrofa in hortos ad " Vitulum : Niger in Turranii noſtri. illi partim domum, partim ad Lenatem.

Vitulũ Nigrũ Turannium. Mox illi

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA, LIBER III.

Qui eſt de villaticis paſtionibus.

De paſtione villatica, & de agreſti, quæ etiam pecuaria appellatur. *CAP. I.*

CVM duæ vitæ traditæ ſint hominum, ruſtica & vrbana, Q. Pinni, dubium non eſt quin hæ non ſolùm " locũ diſcretæ ſint, ſed etiam tempore diuerſam originem habeant. anquior enim multo ruſtica: quòd fuit tempus cùm rura colerẽt homines,

loco

neque vrbem haberent. Etenim vetuſtiſsimum oppidum cùm ſit traditum Græcum, Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificarit: in agro Romano Roma, quam Romulus rex. Nam in hoc nunc denique eſt vt dici poſsit, non cùm Ennius ſcripſit,

Septingēti ſūt, paulo plus aut min9, anni, (eſt.
Auguſto augurio poſtquā inclita cōdita Roma

Thebæ, quæ ante cataclyſmon Ogygi cōditæ dicūtur, eæ tamen circiter duo millia annorum & cētum ſunt. quod tempus ſi referas ad illud principium quo agri coli ſunt cœpti, atque in caſis & tuguriis habitabant, nec murus nec porta quid eſſet ſciebāt: immani numero annorum vrbanos agricolæ præſtāt. nec mirum, quòd diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit vrbes. cùm artes omnes dicātur in Græcia intra mille annorum repertæ, agri nunquam non fuerint in terris qui coli poſsint. Neque ſolùm antiquior cultura agri, ſed etiam melior. Itaque non ſine cauſa maiores noſtri ex vrbe in agris redigebant ſuos ciues, quòd & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec ſine cauſa Terram eandem appellabāt matrem & Cererem, & qui eam colerent, piam & vtilem agere vitam credebant, atque eos ſolos reliquos eſſe ex ſtirpe Saturni regis. Cui conſentaneum eſt quòd initia vocantur potiſsimùm ea quæ Cereri fiunt ſacra. Nec minus oppidi quoq; nomen Thebæ indicāt antiquiorem eſſe agrū, quòd ab agri genere, non à cōditore nomen ei eſt impoſitum. Nam lingua priſca & in Græcia Æoleis Bœotii ſine afflatu vocant collis Tebas: & in Sabinis" quæ è Græcia venerunt Pelaſgi, etiam nūc ita dicunt. Cuius veſtigiū in agro Sabino via Salaria non longè à Reate

quò

milliarius cliuus appellatur Thebæ. Cùm agriculturam primo propter paupertatem maximè indiſcretam haberent, quòd à paſtoribus, qui erant orti in eodem agro, & ſerebant & paſcebant: qui poſtea creuerunt, peculia diuiſerunt, ac factum vt dicerentur alii, agricolæ, alii, paſtores. Quæ ipſa pars duplex eſt, tametſi ab nullo ſatis diſcreta: quòd altera eſt villatica paſtio, altera, agreſtis. Hæc nota & nobilis, quòd & pecuaria appellatur, & multũ homines locupletat, & ob eam rem aut conductos aut emptos habent ſaltus. Altera, villatica, quòd humilis videtur, à quibuſdam adiecta ad agriculturam, cùm eſſet paſtio: neq; explicata tota ſeparatim, quod ſciam, ab vllo. Itaque cùm putarem eſſe rerũ ruſticarum quæ cõſtituta ſunt fructus cauſa tria genera, vnũ de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis paſtionibus: tres libros inſtitui, è queis duo ſcripſi. primum ad Fundaniam vxorem de agricultura, ſecundum de pecuaria, ad Turranium Nigrum: qui reliquus eſt tertius de villaticis fructibus, in hoc ad te mitto, quòd viſus ſum debere pro noſtra vicinitate & amore ſcribere potiſsimùm ad te. Cùm enim villam haberes opere tectorio & inteſtino ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, parum putaſſes eſſe ni tuis quoque literis exornati parietes eſſent. Ego quoque, quo ornatior ea eſſe poſſet fructu quàm factu, quoad facere poſſem, hæc ad te miſi, recordatus de ea re ſermones, quos de villa perfecta habuiſſemus. De quibus exponendis initium capiam hinc.

Rurſum de duobus paſtionum generibus, item de Villa. *CAP. II.*

COMITIIS æditiliis cum ſole caldo ego & Q. Axius ſenator tribulis ſuffragiũ tuliſſemus, &

candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe præſto, cùm domum rediret: Axius mihi, Dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potius villæ publicæ vtamur vmbra, quam priuati candidati tabella, dũ ita ædificemus nobis? Opinor, inquam, non ſolùm quod dicitur, Malum conſilium, conſultori
eſſe *eſt peſsimum: ſed etiam bonum conſilium, qui conſulit, & qui conſulitur, bonum habendum. itaque imus, venimus in villam. Ibi Appiũ Claudium augurem ſedẽtem inuenimus in ſubſelliis, vt conſuli, ſiquid vſus popoſciſſet, eſſet præſto. Sedebat ad ſiniſtram ei Cornelius Merula, conſulari familia ortus, & Fircellius Pauo Reatinus: ad dextram Minutius Pica, & M. Petronius Paſ-
Appio ſer. Ad quem cùm acceſsimus, Axius * Appius ſubridens, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, vbi ſedes inter aues? Ille, Ego verò, inquit, te præſertim, cuius aues hoſpitales etiã nũc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus in villa Reatina, ad lacum Velini eunti de controuerſiis Interamnatium & Reatinorum. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificárũt maiores noſtri, frugalior ac melior eſt quam tua illa perpolita in Reatino. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium, aut armenium? num quod emblema, aut lithoſtrotum? quæ illic omnia contrá. Et cùm hæc ſit communis vniuerſi populi, illa ſolius tua: hæc, quò ſuccedant è campo ciues, & reliqui omnes, illa, quò equæ & aſini: præterea cùm ad Remp. adminiſtrandam hæc ſit vtilis, vbi cohortes ad delectum conſuli adductæ conſidant, vbi arma oſtendant, vbi cenſores cenſu admittant populum: tua, inquit, hæc in campo Martio extremo vtilis, & nõ deliciis ſumptuoſior quàm omnes omnium Reatinæ: tum & oblita tabulis
eſt,

eſt pictis, nec minus ſignis ornata. "Ad mea, veſtigium vbi ſit nullum Lyſippi, aut Antiphili, ſed crebra ſatoris & paſtoris. & cùm villa non ſit ſine fundo magno, & eo polito cultura, tua iſta neque agrum habet vllum, nec bouem, nec equam. Denique quid tua habet ſimile villæ illius quam tuus auus & proauus habebat? Nec enim "vt illa, fœniſicia videt arida in tabulato, nec vindemiã in cælla, neq; in granario meſſim. Nã quod extra vrbem eſt ædificium, nihilo magis ideo eſt villa quàm eorum ædificia qui habitãt extra portam flumentanam, aut in Æmilianis. Appius ſubridẽs, Quoniam ego ignoro (inquit) quid ſit villa, velim me doceas: ne labar imprudentia, quòd volo emere à M. Seio in Oſtiẽſi villam. Quòd ſi ea ædificia villæ non ſunt, quæ aſinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emptum oſtendebas apud te, non habent, metuo ne pro villa emam Oſtiæ in litore Seianas ædes. Quod ædificium hic me L. Merula impulit vt cuperem habere, cùm diceret nullam ſe accepiſſe villã qua magis delectatus eſſet, cùm apud eum dies aliquot fuiſſet. Nec tamen ibi ſe vidiſſe tabulam pictam, neque ſignum aheneum, aut marmoreum vllum: nihilo magis torcula vaſa vindemiatoria, aut ſerias olearias, aut trapetas. Axius aſpicit Merulam, Et quid igitur (inquit) eſt iſta villa, ſi nec vrbana habet ornamenta, neque ruſtica membra? Cui ille, Non minus villa tua "erit ad angulum Velini, quam neque pictor neque tector vidit vnquam, " quàm in Roſea, quæ eſt polita opere tectorio eleganter, quam dominus habes communem cum aſino. Cùm ſignificaſſet nutu, nihilo minus eſſe villam eam quæ eſſet ſimplex ruſtica, quàm eam in qua eſſet

At meã, veſtigiũ v. l. n. L. aut A. videbis, ſed crebrum

hæc vt illa

erit villa ad ang.

quàm illa in

H. i.

vtrunque, & ea & vrbana, & rogaſſet quid ex his rebus colligeret, Quid, inquit, ſi propter paſtiones tuus fundus in Roſea probandus ſit:& quòd ibi paſcitur pecus, ac ſtabulatur, rectè villa appellatur? Hæc quoque ſimili de cauſa debet vocari villa, in qua propter paſtiones fructus capiuntur magni. Quid enim refert vtrũ propter oues an propter aues fructus capias? Anne dulcior eſt fructus apud te ex bubulo pecore, vnde apes naſcuntur, quàm ex apibus, quæ ad villam in aluea-riis opus faciunt? & num pluris nũc tu è villa illic natos verres lanio vendis, quàm hîc apros

millia-rios e-mis? "macellarios Seius? Qui minus ego, inquit Axius, iſtas habere poſſum in Reatina villa? niſi ſi apud Seium Siculum fit mel, Corſicum in Reatino:& hîc aprum glans cùm paſcit emptitia, facit pin-

apud te guem, illic gratuita exilem. Appius, Poſſe"ad te fieri, inquit, Seianas paſtiones non negauit Merula: ego nõ eſſe ipſe vidi. Duo enim genera cùm ſint paſtionum: vnum agreſte, in quo pecuariæ ſunt: alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ & apes, & cætera quæ in villa ſolent paſci: de quibus & Pœnus Mago & Caſſius Dionyſius, & alii quid ſeparatim ac diſperſim in libris reliquerunt, quos Seius legiſſe videtur, & ideo ex his paſtionibus ex vna villa maiores fructus capere, quàm alii faciunt ex toto fundo.

Certè, inquit Merula. nam ibi vidi greges magnos anſerum, gallinarum, columbarũ, gruum, pauonum, nec nõ glirium, piſcium, aprorum, &

cæteræ "cætera venationis. ex quibus rebus ſcriba librarius libertus eius qui apparuit Varroni, & me abſente patrono hoſpitio accipiebat, in annos ſingulos plus quinquagena millia è villa carpere dicebat. Axio admiranti, Certè noſti, inquam, ma-

terteræ meæ fundum in Sabinis, qui eſt ad quartum & viceſimum lapidem via ſalaria à Roma. Quidni? inquit. vbi æſtate diem meridie diuidere ſoleam, cùm eo Reate ex vrbe, aut cùm inde venio hieme noctu ponere caſtra. Atque in hac villa qui eſt ornithon, ex eo vno quinque millia ſcio veniſſe turdorũ denariis ternis, vt ſexaginta millia ea pars reddiderit eo anno villæ, bis tantũ quàm tuus fundus ducentum iugerũ Reate reddit. Quid ſexaginta? inquit Axius. L X, L X. derides? ſexaginta inquam. Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, vt tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tũc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. Reliquis annis omnibus & hanc expectabis ſummam: ſpero non tibi decoquet nõ ornithon. Neque hoc accidit his moribus, niſi rarò, "vt decipiaris. Quotus quiſque enim eſt annus quo nõ videas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam? Sed propter luxuriã, inquit, quodammodo epulum quotidianũ eſt intra ianuas Romæ. Nónne itẽ L. Albutius, homo (vt ſcitis) apprimè doctus, cuius Luciliano charactere ſunt libelli, dicebat in Albano fundum ſuum paſtionibus ſemper vinci à villa? agrum enim minus dena millia reddere, villam plus vicena. Idem ſecundum mare quo loco vellet, ſi paraſſet villam, ſe ſupra centũ millia è villa recepturum. Age non M. Cato nuper, cùm Luculli accepit tutelam, è piſcinis eius quadraginta millibus ſextertiis vendidit piſces? Axius, Merula mi, inquit, recipe me quæſo diſcipulum villaticæ paſtionis. Ille, Quin ſimulac promiſeris minerual, incipiam, inquit: id eſt cœnam.

ne decip.

Ego verò non recuſo, vel hodie ex iſta paſtione crebro. Appius, Credo ſimulac primùm ex iſto villatico pecore mortui erunt anſeres, aut pauones. Cui ille, Quid enim intereſt vtrum morticinas editis volucres, an piſces, quos niſi mortuos eſtis nunquam? Sed oro te, inquit, induce me in viam diſciplinæ villaticæ paſtionis, ac vim formámque eius expone Merula non grauaté.

Quæ in villa circúmve eam ali vel paſci poßint.
CAP. III.

PRIMVM, inquit, dominum ſcientem eſſe oportet earum rerũ, quæ in villa circúmve eam ali ac paſci poſſint, ita vt domino ſint fructui ac delectationi. Eius diſciplinæ genera ſunt tria, ornithones, leporaria, piſcinæ. Nunc ornithonas dico omnium alitum quæ intra parietes villæ ſolent paſci. Leporaria te accipere volo, nõ ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoliti lepores ſint, ſed omnia ſepta affixa villæ quæ ſunt, & habent incluſa animalia quæ paſcantur. Similiter piſcinas dico eas, quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad villam. Harum ſingula genera minimùm in binas ſpecies diuidi poſſunt. In prima parte vt ſint quæ terra modò ſunt contenta: vt ſunt pauones, turtures, turdi. Altera ſpecies ſunt, quæ non ſunt contenta terra ſolùm, ſed etiam aquam requirunt: vt ſunt anſeres, querquedulæ, anates. Sic alterum genus illud venaticum duas habet diuerſas ſpecies: vnam, in qua eſt aper, caprea, lepus. Altera item extra villam, quæ ſunt, vt apes, cocleæ, glires. Tertii generis aquatilis item ſpecies duæ, partim quòd habent piſces in aqua dulci, partim quòd in marina. De his ſex partibus adhuc iſta tria genera artificum paranda, aucu-

pes, venatores, piſcatores: vt ab his emenda, quæ tuorum ſeruorum diligētia tuearis in fœtura ad partus, & nata nutricare ſaginaréque, in macellum vt perueniant. Neque non etiam quædam aſſumenda in villam ſine retibus aucupis, venatoris, piſcatoris: vt glires, cocleæ & gallinæ. Earum rerū cultura inſtituta prima, ea quæ in villa habentur. non enim ſolùm augures Romani ad auſpicia primùm pararunt pullos, ſed etiam patresfamiliæ rure. Secunda, quæ maceriæ ad villam venationis cauſa cluduntur, & propter aluearia. apes enim ſubter ſubgrundas ab initio villatico vſæ tecto. Apes Tertia, piſcinæ dulces fieri cœptæ, & è fluminibus captos recepere ad ſe piſces. Omnibus tribus his generibus ſunt bini gradus, ſuperiores, quos frugalitas antiqua: inferiores, quos luxuria poſterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorum "noſtrum erat, in quo eſſent auiaria duo duntaxat, in plano cohors in qua paſcebantur gallinæ: & earum fructus erant oua & pulli. Alter ſublimis, in quo erant columbæ in turribus, aut ſumma villa. Cōtrà, nunc auiaria ſunt nomine mutato, quòd vocantur ornithones, quæ palatum ſuaue domini parauit, vt tecta maiora habeant, quàm tum "habebant, totas villas, in quibus ſtabulentur turdi ac pauones. Sic in ſecunda parte, ac leporario, pater tuus, Axi, præterquam lepuſculum è venatione vidit nunquam. Neque enim erat magnū id ſeptum, quod nunc, vt habeant multos apros ac capreas, complura iugera maceriis concludūt. Non tum, inquit, mihi, cùm emiſti fundum Thuſculanum à M. Piſone in leporario apri fuerunt "multi. In tertia parte quis habebat piſcinam, niſi dulcem, & in ea duntaxat ſqualos ac

noſtrorum

habebāt totæ villæ,

multi?

H. iii.

mugiles piſces? Quis contrà nunc Rhinton non dicit ſua nihil intereſſe, vtrum iis piſcibus ſtagnum habeat plenum, an ranis? Non Philippus cùm ad Immidium hoſpitem Caſini diuertiſſet, & ei è tuo flumine lupum piſcem formoſum ap poſuiſſet, atque ille guſtaſſet, & expuiſſet, dixit, Peream ni piſcem putaui eſſe? Sic noſtra ætas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piſcinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piſciũ reuocauit. Non propter hos appellati Sergius Orata, & L. Murena? Quis enim propter nobilitatem ignorat piſcinas Philippi, Hortenſii, Lucullorum? Quare vnde velis me incipere Axi, dic.

De auibus in genere. *CAP. IIII.*

ILLE, Ego verò, inquit (vt aiunt) poſt principia in caſtris, id eſt, ab iis potius temporibus, quàm ſuperioribus: quòd ex pauonibus fructus capiuntur maiores quàm è gallinis. Atque adeò non diſſimulabo, quod volo, de ornithone primùm, quòd lucri fecerũt hoc nomen turdi. ſexaginta enim millia Fircellina excande me fecerũt cupiditate. Merula, Duo ſunt, inquit, ornithonis genera. vnum delectationis cauſa, vt Varro hic fecit noſter ſub Caſino, quod amatores inuenit multos: alterũ fructus cauſa, quo genere macellarii, & in vrbe quidam habent loca clauſa, & rure maximè cõducta in Sabinis, quòd ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Ex his tertii generis voluit eſſe Lucullus coniunctum auiarium, quod fecit in Thuſculano, vt in eodẽ tecto ornithonis incluſum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios videret in mazonomo poſitos coctos, alios volitare circum feneſtras captos. Quod inutile inuenerunt. Nam

non tantùm in eo oculos delectant intra feneſtras aues volitantes, quantùm offendit, quòd alienus odor opplet nares.

De turdis. *CAP. V.*

SED quod te malle arbitror Axi, dicam de hoc ornithone, quod fructus cauſa faciunt, vnde non vbi ſumuntur pingues turdi. Igitur teſtudo (vt periſtylum tectũ tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum, ac merularum includere poſſint. Quidam cum eo adiiciunt præterea aues alias quoque, quæ pingues veneũt carè, vt miliariæ ac coturnices. In hoc tectum aquam venire oportet per fiſtulam, & eam potius per canales anguſtas ſerpere, quæ facilè extergeri poſſint. Si enim latè ibi diffuſa aqua, & inquinatur facilius, & bibitur inutilius, & ex eis caduca, quæ abũdat, per fiſtulam exire, ne luto aues laborent. Oſtium habere humile & anguſtum, & potiſſimùm eius generis quod cochleam appellant, vt ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent. Feneſtras raras, per quas non videantur extrinſecus arbores, aut aues, quòd earum aſpectus ac deſiderium macreſcere facit volucres incluſas. Tantum luminis habere oportet, vt aues videre poſſint vbi aſſidãt, vbi cibus, vbi aqua ſit. Tectorio tacta eſſe leui circũ oſtia, ac feneſtras, ne aqua intrare, mus, aliáve quæ beſtia poſſit. Circum huius ædificii parietes intrinſecus multos eſſe palos, vbi aues aſſidere poſſint. Præterea *è perticis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis tranſuerſis gradatim modicis interuallis perticis annexis ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac theatri. Deorſum in terram eſſe aquam quam bibere poſſint. Cibatui offas poſitas: eæ maximè glomerantur ex ficis & farre mixto.

& perticas inclinatas ex h. a. p. & in e. trãſuerſas alias gr. m.i. ãnexas

Diebus viginti antequam quis tollere vult turdos, largius dat cibum, quòd plus ponit, & farre ſubtiliore incipit alere. In hoc tecto caueáque tabulata habeant aliquot, ad perticæ ſupplementum. Cōtra hoc auiarium eſt aliud minus, in quo quæ mortuæ ibi ſunt aues, vt domino numerū reddat, curator ſeruare ſolet. Cùm opus ſunt ex hoc auiario vt ſumantur idoneæ, excluduntur in minuſculum auiarium, quod eſt coniunctum cum maiore oſtio, lumine illuſtriore, quod ſecluſorium appellāt. Ibi cùm eum numerum habet excluſum, quem ſumere vult, omnes occidit.

ſeclu-ſorio Hoc ideo in " ſecluſo clàm, ne reliqui, ſi videant, deſpondeant animum, atq; alieno tempore vēditoris moriantur. "Nō vt aduenæ volucres pullos faciūt, in agro ciconiæ, in tecto hirundines, ſic aut hic aut illic turdi, qui cùm ſunt nomine mares, re vera fœminæ quoque ſunt: neque id non ſecutum vt eſſet in merulis, quæ nomine fœminino mares quoque ſint. Præterea volucres cùm partim aduenæ ſint, vt hirundines & grues: partim vernaculæ, vt gallinæ ac columbæ: de illo genere ſunt turdi aduentitio, ac quotannis in Italiam trans mare aduolant, circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium vernum. Et alio tempore turtures ac coturnices, immani numero. hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis "Pontiis, Palmariæ, Pādatariæ. Ibi enim in prima volatura cùm veniūt, morantur dies paucos requieſcendi cauſa. Idémque faciunt cùm ex Italia trans mare remeant. Appius Axio, Si quinque millia huc conieceris, inquit, & erit epulum ac triumphus, ſexaginta millia quæuis ſtatim in fœnus des licebit. Tum mihi, Tu dic illud alterum genus ornithonis, qui

Nō enim vt a.v.f. pullos, vt in

Pōtia, Palmaria, Pādataria

animi cauſa conſtitutus à te ſub Caſino fertur: in quo diceris longè viciſſe non modò archetypon inuẽtoris noſtri ὀρνιθοτροφείων M.Lænii Strabonis, qui Brundiſii hoſpes noſter primus in periſtylo habuit exhedra cõcluſas aues, quas paſceret obiecto rete, ſed etiam in Thuſculano magno ædificio Luculli. Cui ego, Cùm habeã ſub oppido Caſino flumẽ, quod per villam fluat liquidum & altum, marginibus lapideis, latum pedes L V I I, & è villa in villam pontibus tranſeatur, lõgum P. ƆCCCCL, directum ab inſula ad Muſeum, quæ eſt à Vinio fluuio, vbi confluit altera alter
amnis ad ſummum flumẽ, vbi eſt Muſeum: circum huius ripas ambulatio ſub dio, pedes lata denos. Ab hac ambulatione in agrum verſus, ornithonis locus ex duabus partibus dextra & ſiniſtra maceriis altis concluſus. Inter quas locus qui eſt ornithonis, patet in latitudinem P. X L V I I I, deformatus ad tabulæ literariæ ſpeciem cum capitulo, forma quæ eſt quadrata. Patet in longitudinem P. L X X I I: qua ad capitulum rotundus eſt, P. X X V I I. Ad hæc, ita vt in margine quaſi infimo tabulæ deſcripta ſit ambulatio, ab ornithone plumula, in qua media ſunt caueæ, qua iter in aream eſt. In limine in lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis, intermediis arbuſculis humilibus ordinatæ, cùm à ſumma macerie ad epiſtylium tecta porticus ſit rete cannabina: & ab epiſtylio ad ſtylobatem hæ ſunt auibus omne genus oppletæ, quibus cibus miniſtratur per retem, & aqua riuulo tenui affluit. Secundum ſtylobatis interiorem partem dextra & ſiniſtra ad ſummam aream quadratã è medio diuerſæ duæ non latæ, ſed oblongæ ſunt piſcinæ ad porticus

verſus. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholũ, qui eſt vltra rotundus columnatus: vt eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas. Extra eas columnas eſt ſilua manu ſata, grãdibus arboribus tecta, vt infima perluceat, tota ſepta maceriis altis. Intra tholi columnas exteriores lapideas, & totidẽ interiores ex abiete tenues, locus eſt P. v latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis ſunt, vt perſpici in ſilua poſſit, & quæ ibi ſunt, neque auis eas tranſire. Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium eſt obiectum. Inter has, & exteriores gradatim ᵃſubſtructum vt θεατρίδιον auiũ: mutuli crebri omnibus columnis impoſiti, ſedilia auium. Intra retem aues ſunt omne genus: maximè cantrices, vt luſciniolæ, ac merulæ: quibus aqua miniſtratur per canaliculam, cibus obiicitur ſub retem. Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à falere pedem & dodrantem alta: ipſum falere ad duo pedes altum à ſtagno latum ad quinque, vt in culcitas & columellas conuiuæ pedibus circumire poſſint. Infimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali, & inſula in medio parua. Circum falere, & ᵃ naualia ſunt excauata anatium ſtabula. In inſula eſt columella, in qua intus axis qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremum vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit, vt tympanum, in latitudinem duo pedes & ſemipedem, in altitudinem palmum. Hæc ab vno puero, qui miniſtrat, ita vertitur, vt omnia vnà ponantur, & ad bibendum, & ad edendum, & admoueantur ad omnes conuiuas. Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe πτεροπτύσματα, prodeunt anates in ſtagnum, ac nant: è quo riuus peruenit in duas, quas dixi,

ſunt ſtructa, vt θ.a. mutulis crebris o.c. impoſitis

natatilia

piſcinas, ac piſciculi vltro ac citro commeant: cum & aqua calida,& frigida ex orbi ligneo,mēſaque, quam dixi, in primis radiis eſſe epitoniis verſis ad vnumquenque factum, ſic vt fluat in conuiuam.Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu, noctu heſperus, ita circumeunt ad infimum hemiſphærium,ac mouentur, vt indicent quot ſint horæ. In eodem hemiſphærio medio circum cardinem eſt orbis ventorum octo, vt Athenis in horologio quod fecit Cypreſtes. Ibíque eminens radius à cardine ad orbem ita mouetur, vt eum tangat ventum qui flet, vt intus ſcire poſſis. Cùm hæc loqueremur, clamor fit in campo. Nos athletæ comitiorum vnà cùm id fieri non miraremur propter ſtudia ſuffragatorum,& tamen ſcire vellemus quid eſſet,venit ad nos Pantulæius Parra. Narrat ad tabulam, cùm diriberent, quendam deprehenſum teſſerulas coniicientem in loculum,eum ad cònſulem tractum à fautoribus competitorum. Pauo ſurgit, quòd eius candidati cuſtos dicebatur deprehenſus.

De pauonibus. *CAP. VI.*

AXIVS, De Pauone, inquit,liberè licet dicas: quoniam diſceſſit Fircellius,qui ſecus ſiquid diceret de iis gentilitatis cauſa,fortaſſe ante eum duceret ſerram, Cui Merula, De pauonibus noſtra memoria,inquit,greges haberi cœpti, & venire magno.Ex iis M.Aufidius Lurco ſupra ſexagena millia numûm in anno dicitur capere.Ii aliquanto pauciores eſſe debent mares,quàm fœminæ,ſi ad fructum ſpectes.ſi ad delectationem, contrà: formoſior enim mas. Pauonum greges agreſtes tranſmarini eſſe dicuntur in inſulis Sami in luco Iunonis. Item in Planaſia inſula M.

Piſonis. Hi ad greges conſtituendos parātur bona ætate & bona forma. Huic enim natura formæ è volucribus dedit palmam. Ad admiſſuram hæ minores bimæ non idoneæ, nec iam maiores natu. Paſcuntur omne genus obiecto frumēto, maximè ordeo. Itaque Seius iis dat in menſes ſingulos, ordei ſingulos modios, ita vt in fœtura det vberius, & ante quàm ſalire incipiant. Is à procuratore ternos pullos exigit, eóſque, cùm creuerunt, quinquagenis denariis vendit, vt nulla ouis hunc aſſequatur fructum. Præterea oua emit, ac ſupponit gallinis, ex quibus ex iis excuſos pullos refert * in teſtabilem eam in qua pauones habet. quod tectum pro multitudine pauonum fieri debet, & habere cubilia diſcreta, tectorio leuata, quò neque ſerpēs, neque beſtia accedere vlla poſſit. Præterea habere locum ante ſe, quò paſtum exeant diebus apricis. Vtrunque locum purum eſſe volūt hæ volucres. Itaque paſtorem earum cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere ac conſeruare: quod & ad agriculturam idoneum eſt, & ad ſubſtramen pullorum. Primus hos Q. Hortenſius augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur. quod protinus factum tam luxurioſi quàm ſeueri boni viri laudabant. Quem citò ſecuti multi, extulerunt eorum pretia, ita vt oua eorum denariis veneāt quinis, ipſi facilè quinquagenis: grex centenarius facilè quadragena millia ſextertia vt reddat: vt quidem Albutius aiebat, ſi in ſingulos ternos exigeret pullos, perfici ſexagena poſſe.

*in id tectum in quo

De columbis. *CAP. VII.*

INTEREA venit apparitor Appii à conſule, & augures ait citari. Ille foras exit è villa. At in villam intro inuolant columbæ: de quibus Me-

rula Axio, Si vnquam περιστεροτροφεῖον conſtituiſſes, has tuas eſſe putares, quanuis feræ eſſent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείῳ eſſe ſolẽt. Vnum, agreſte: vt alii dicunt, ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ: à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant. Quo fit vt agreſtes maximè ſequantur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum intra limina ianuæ ſolet paſci. Hoc genus maximè eſt colore albo. Illud alterum agreſte, ſine albo, vario. Ex his duabus ſtirpibus fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atque incedũt in locum vnum, quod alii vocant περιστερεῶνα, alii περιστεροτροφεῖον: in quo vno ſæpe vel quinque millia ſunt incluſæ. περιστερεὼν fit vt teſtudo, magna camera tectus, vno oſtio anguſto, feneſtris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis ſit illuſtris: néve quæ ſerpens, aliúdve quid animal maleficum introire queat. Intrinſecus quàm leuiſſimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus, circum feneſtras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria poſſit. nihil enim timidius columba. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quamplurimi eſſe poſſunt à terra vſque ad cameram. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeat quo introire & exire poſſit. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulæ fictæ, vt ſint bipalmes, quo vtantur veſtibulo, ac prodeant. Aquam " eſſe oportet, quò influat: vnde & bibere & vbi lauari poſſint. permundæ enim ſunt hæ volucres. Itaq;

puram eſſe op. quæ

paſtorem columbarium quotquot mẽſibus cre-
brò oportet euerrere. Eſt enim quod eum inqui-
nat locum appoſitũ ad agriculturam, ita vt hoc
ſi col. optimum eſſe ſcripſerint aliquot, ſiue " quæ co-
lumba quid offenderit, vt medeatur: ſiqua perie-
rit, vt efferatur. Siqui pulli idonei ſunt ad vẽden-
dum, promat. Item quæ fœtæ ſunt, in certum lo-
cum vt diſcluſum ab aliis rete habeãt, quò tranſ-
ma- ferãtur, è quo foras euocare poſſint " matreſque.
tres. Quod faciunt duabus de cauſis: vna, ſi faſtidiunt
aut incluſæ conſeneſcunt: quò libero aere, cùm
exierint in agros, redintegrentur: altera de cau-
ſa, propter illicium. ipſæ enim propter pullos
quos habent, vtique redeunt, niſi à coruo oc-
ciſæ, aut ab accipitre interceptæ. Quos colum-
barii interficere ſolent, duabus virgis viſcatis de-
fixis in terram, inter ſe curuatis, cùm inter eas
quod poſuerint obligatum animal, " quod item pe-
inter- tere ſoleant accipitres, qui ita decipiuntur, cùm
cipere ſol. ſe obleuerunt viſco. Columbas redire ſolere ad
locum licet animaduertere, quòd multi in thea-
tro è ſinu miſſas faciunt, atque ad locum redeũt:
quæ niſi reuerterentur, non emitterentur. Ci-
bus apponitur circum parietes in canalibus, quas
extrinſecus per fiſtulas ſupplent. Delectantur
milio, tritico, ordeo, piſo, faſeolis, eruo. Item fe-
ras has in turribus ac ſummis villis, qui habent
immit- agreſtes columbas, quoad poſſunt " immitten-
tunt dum in περιστερεῶνας ætate bona. " parandum ne-
paránt que pullos, neque vetulas, totidem mares quot
que vt fœminas. Nihil columbis fœcundius. itaque die-
nec p. n. vet. bus quadragenis concipit, & parit, & incubat, &
t. m. q. educat: & hoc ferè totum annum faciunt. Tan-
f. ha- tummodo interuallum faciunt à bruma ad æ-
beant. quinoctium vernum. Pulli naſcuntur bini, qui

ſimulac creuerunt,& habent robur, cum matribus pariunt. Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quò pluris vendant, ſecludunt eos, cùm iam pluma ſunt tecti. Deinde manducato candido farciunt pane: hieme hoc bis, æſtate ter, mane, meridie, veſperi. hieme demunt cibum medium. Qui iam pinnas incipiunt habere, relinquunt in nido illiſis cruribus, & matribus, vberius vt cibo vti poſſint, obiiciũt. Eo enim totum diem ſe & pullos paſcunt. Qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quàm alii, & candidiores. parentes eorum Romæ, ſi ſunt formoſi, bono colore, integri, boni ſeminis, paria ſingula vulgo veneunt ducenis numis, necnon eximia ſingulis millibus numûm: quas nuper cùm mercator tanti emere vellet à L. Axio equite Rom. minoris quadringentis denariis daturum negauit. Axius, Si poſſem emere, inquit, περιστερεῶνα factũ, quemadmodum in ædibus cùm habere vellem, emi fictilia colũbaria, iam iiſſem emptum, & miſiſſem ad villam. Quaſi verò, inquit Pica, non in vrbe quoq; ſint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non videntur habere περιστερεῶνας, cùm aliquot ſupra centum millium ſextertiûm habeant inſtrumentum? è queis alicuius totum emas cenſeo, & ante quàm ædifices rure, magnum condiſcas hic in vrbe quotidie lucrum "aſſem ſemiſſem condere in loculos. ex aſſe

De turturibus. *CAP. VIII.*

TVM merula, Perge deinceps. Ille, Turturibus item, inquit, locum conſtituendum proinde magnum, ac multitudinem alere velis. Eumque item, vt de columbis dictum eſt, vt habeat oſtium, ac feneſtras, & aquam puram, ac parietes, ac camaras munitas tectorio. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem,

ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Infimum ordinem oportet abeſſe à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à ſummo ad camaram ad ſemipedem, æquè latum ac mutulus à pariete extare poteſt: in quibus dies noctéſque paſcuntur. Cibatui quod ſit, obiiciunt triticum ſiccum, in centenos vicenos turtures ferè ſemodium: quotidie euerrentes eorum ſtabula, à ſtercore ne offendantur. quod item ſeruatur ad agrum colendum. Ad ſaginandum appoſitiſſimum tempus circiter meſſem. Etenim matres eorum tunc optimæ ſunt, cùm pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaq; eorum fructus id temporis maximè conſiſtit.

De gallinis. *CAP. IX.*

AXIVS, Ego quæ requiro * farſuræ aſſuræ membra de palumbis, de gallinis dic ſodes Merula: tum de reliquis, ſiquid idoneum fuerit, racemari licebit. Igitur ſunt gallinæ quæ vocãtur, generum trium, villaticæ, & ruſticæ, & Africanæ. Gallinæ villaticæ ſunt, quas deinceps rure habẽt in villis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον inſtituere volũt, iidem adhibita ſcientia ac cura, vt capiant magnos fructus (vt maximè factitauerunt deliaci) hæc quinque maximè animaduertant oportet. De emptione, cuiuſmodi & quàm multas parent. De fœtura, quemadmodum admittant & pariãt. De ouis, quemadmodum incubent & excudant. De pullis, quemadmodum & à quibus educentur. Hiſce appendix adiicitur, pars quinta, quemadmodum ſaginentur. E queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ quæ ſunt villaticæ, gallinæ: mares, galli: capi, ſemimares, quòd ſunt caſtrati. Gallos caſtrant, vt ſint capi, candenti

* fartu-ræ à ſu ra

candenti

candenti ferro "inurentes ad infima crura, vſque dum rumpatur. at quod extat vlcus, oblinunt figlina creta. Qui ſpectat vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, ſint licet genera ei tria paranda, maximè villaticas gallinas: è queis in parãdo eligat oportet fœcundas; plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, criſta erecta ampla. Hæ enim ad partiones ſunt aptiores. Gallos ſalaces, qui animaduertũt ſi ſunt lacertoſi, rubenti criſta, roſtro breui, pleno, acuto, oculis rauis aut nigris, paleâ rubra ſubalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus piloſis, cruribus breuibus, vnguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati ſunt, ac vociferant ſæpe, in certamine pertinaces, & qui animalia quæ nocent gallinis, non modò non pertimeſcant, ſed etiam pro gallinis propugnẽt. Nec tamen ſequendum in ſeminio legẽdo, Tanagricos ac Medicos, & Chalcidicos: qui ſine dubio ſunt pulchri, & ad præliandum inter ſe maximè idonei, ſed ad partus ſunt ſteriliores. Si ducentas alere velis, locus ſeptus attribuendus: in quo duæ caueæ coniunctæ magnæ conſtituendæ, quæ ſpectent ad exorientem verſus, vtræque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores " quàm in altitudine. paulo humiliores. vtraque feneſtra lata tripedali, & eo pede altiores, è viminibus factæ raris: ita vt lumẽ præbeant multum, neque per eas quicquam ire intro poſſit "quæ nocere ſolent gallinis. Inter duas oſtium ſit, quà gallinarius curator earũ ire poſſit. In caueis crebræ perticæ traiectæ ſint, vt omnes ſuſtinere poſſint gallinas. Contra ſingulas perticas in pariete exculpta ſint cubilia earũ: ante ſit (vt dixi) veſtibulũ ſeptum, in quo, diurno

inurentes calcaria ad

altitudine paulo humil. vtriſq; feneſtræ latitudine tr.

quod nocere ſoles

tempore eſſe poſſint, atque in puluere volutarī. Præterea ſit cella grādis, in qua curator habitet, ita vt in parietibus circum omnia "plena ſint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter. motus enim cùm incubant nocet. In cubilibus, cùm parturient, acus ſubſternendum: cùm pepererunt, tollere ſubſtramen, & recens aliud ſubiicere: quòd pulices & cætera naſci ſolēt, quæ gallinam conquieſcere non patiuntur. ob quam rem oua aut inæquabiliter matureſcunt, aut cōſeneſcunt. Quæ velis incubet, negāt plus x x v oportere oua incubare, quāuis propter fœcunditatem pepererit plura. Optimum eſſe partum æquinoctio verno, "ad autumnale. Itaq; quæ ante aut poſt nata ſunt, & etiam prima eo tēpore, non ſupponenda: & ea quæ ſubiicias, potius " vetulis, quàm pullaſtris, & quæ roſtra aut vngues nō habeant acutos: quæ debent potius in concipiēdo occupatæ eſſe quàm in cubando. Appoſitiſſimæ ad partum ſunt anniculæ, aut bimæ. Si oua gallinis pauonina ſubiicies, cùm iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea ſubiicere, vt vnà excudant. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt, pauoninis, ter noueni. Eas includere oportet, vt diem & noctem incubent, præter quàm mane & veſpere, dum cibus ac potio his detur. Curator oportet circumeat diebus interpoſitis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concalefiant. Oua plena ſint atque vtilia nécne, animaduerti aiunt poſſe, ſi demiſeris in aquam. quod inane, natat: plenum, deſidit. Qui (vt hoc intelligant) concutiant, errare: quòd in eis vitales venas cōfundant. In iis idem aiunt, cùm ad lumen ſuſtuleris, quod perluceat, id eſſe ob inane. Qui hæc volunt diutius

poſita

aut autumnali. è vet. quàm è pullaſtris. & quibus ſubiicias, roſtra

ſeruare, perfricant ſale minuto, aut muria, tres aut quatuor horas, eáque abluta condunt in furfures, aut acus. In ſupponendo oua, obſeruant vt ſint numero imparia. Oua quæ incubantur, habeántne ſemen pulli, curator, quatriduo poſtquã incubari cœpit, intelligere poteſt: ſi contra lumen tenuit, & purũ vniuſmodi eſſe animaduertit, putant eiiciendum, & aliud ſubiiciendum. Excuſſos pullos ſubducendum ex ſingulis nidis, & ſubiiciendum ei quæ habeat paucos. Ab eáq;, ſi reliqua ſint oua pauciora, tollenda, & ſubiicienda aliis quæ nondum excuderunt, & minus habent x x x pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum. Obiiciendum pullis diebus xv primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam mixtam cum naſturtii ſemine, & aqua aliquanto antè facta intrita, né tum denique in eorum corpore turgeſcat, aqua prohibendũ. Quando de clunibus cœperint habere pinnas, è capite & è collo eorum crebrò eligendi pedes. ſæpe enim propter eos conſeneſcunt. Circum caueas eorum incendendum cornum ceruinum, ne quæ ſerpens accedat: quarum beſtiarum ex odore ſolent interire. Prodigendi in ſolem & in ſterquilinium, vt ſe volutare poſſint, quòd ita alibiliores fiunt. Neque pullos tãtùm, ſed omne ὀρνιθοβοσκεῖον, cùm æſtate, tum vtique cùm tempeſtas ſit mollis, atque apricum: intento ſupra rete, quod prohibeat eas extra ſepta euolare, & in eas inuolare extrinſecus accipitrem, aut quid aliud: " euitantem caldorem & frigus: quod vtrunque his aduerſum. Cùm iam pinnas habebunt, cõſuefaciendum vt vnam aut duas ſectentur gallinas. Ceteræ vt potius ad pariendum ſint expeditæ quàm in nutricatu

euitare item cald. & fr. oportere quod

occupatæ. Incubare oportet incipere ſecundum nouam lunam, quòd ferè quæ ante, pleraq; non ſuccedunt. Diebus ferè x x excudunt. De quibus villaticis quoniam vel nimium dictum, breuitate reliqua compenſabo. Gallinæ ruſticæ ſunt in vrbe raræ: nec ferè manſuetæ ſine cauea videntur Romæ: ſimiles facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis aſpectu, ac facie incontaminata. In ornatibus publicis ſolent poni cum pſittacis, ac merulis albis, item aliis id genus rebus inuſitatis. Neque ferè in villis oua ac pullos faciunt, ſed in ſiluis. Ab his gallinis dicitur inſula Gallinaria appellata, quæ eſt in mari Thuſco, ſecundum Italiam, cõtra montes Liguſticos, Intemelium, Albium, Ingaunum. Alii ab his villaticis inuectis à nautis, ibi feris factis procreatis. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas *μελεαγρίδας* appellant Græci. Hæ nouiſſimæ in triclinium ganearium introierunt è culina, propter faſtidium hominum. veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus, gallinæ ſaginantur maximè villaticæ. Eas includunt in locum tepidum & anguſtum, & tenebricoſum, quòd motus earum & lux pinguitudini inimica, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuò his quas melicas appellant falſò: quòd antiqui vt thetin thelim dicebant, ſic medicam melicam vocabant. Hæ primò dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæque ex iis generatæ poſtea propter ſimilitudinem. Amplas omnes ex iis, euulſis ex alis *pinnis, & è cauda farciunt turundis ordeaceis partim admixtis ex farina loliacea, aut ſemine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, obſeruantes ex quibuſdam ſignis, vt prior ſit concoctus quàm

pinnis & cauda,

ſecundum dent. Dato cibo, cùm perpurgarunt caput, nequos habeant pedes, rurſus eas concludunt. Hoc faciunt vſque ad dies x x v. tunc denique pingues fiunt. Quidam ex triticeo pane intrito in aquam, mixto vino bono & odorato, farciunt, ita vt diebus x x pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo faſtidiunt, remittendum in datione " pro portione: ac decem primis proceſſit, in poſterioribus vt diminuat eadem ratione, vt vigeſimus dies & primus ſit par. Eodem modo palumbes farciunt ac reddunt pingues.

proportione, ſicut decem pr.

De anſeribus. *CAP. X.*

TRANSI, inquit Axius, nunc in illud genus quod vos philogræci vocatis ἀμφίβιον, quod non eſt vlla villa ac terra contentum, ſed requirit piſcinas: " in quibus vbi anſeres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Horum greges Scipio Metellus & M. Seius habent magnos aliquot. Merula, Seius, inquit, ita greges comparauit anſerũ, vt hos quinque gradus obſeruaret quos in gallinis dixi. Hi ſunt de genere, de fœtura, de ouis, de pullis, de ſagina. Primùm iubebat ſeruum in legẽdo obſeruare vt eſſent ampli & albi: quòd plerunque pullos ſimiles ſui faciunt. Eſt enim alterum genus variũ, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter congregatur, nec æquè fit manſuetũ. Anſeribus admittendis tempus eſt aptiſſimum à bruma: ad pariendum & incubãdum à Kal. Martii vſq; ad ſolſtitium. Saliunt ferè in aqua, " inunguentur in flumen, aut piſcinã. Singulæ non plus quater in anno pariunt. Singulis, vbi pariant, faciundum haras quadratas circum binos pedes & ſemipedem. Eas ſubſternendum palea. Notandum earum oua aliquo ſigno, quòd aliena

quæ, quia ibi

dum ſe mergũt in flumẽ,

non excudunt. Ad incubandum ſupponunt plerunque ix aut xi. Qui hoc minus, vii: qui hoc plus, xv. Incubat tempeſtatibus dies xxx, tepidioribus xxv. Cùm excudit, quinq; diebus primis patiuntur eſſe cum matre. deinde quotidie ſerenum cùm eſt, producunt in prata, item piſcinas aut paludes: iiſque faciunt haras ſupra terram aut ſubtus, in queis non includant plus vicenos pullos. Eáſque cellas prouident ne habeãt in ſolo humorem, & vt molle habeant ſubſtramen è palea, aliáve qua re: néve qua eò accedere poſſint muſtelæ, aliæve beſtiæ quæ noceãt. Anſeres paſcunt in humidis locis, vbi pabulum ſerunt, quod aliquem fructum ferat: ſerúntque his herbam quæ vocatur ſeris, quòd ea aqua tacta, etiam cùm eſt arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne, "ſi eò inegerint vbi naſcitur, aut obterendo perdant, aut ipſi cruditate pereant. voraces enim ſunt natura. Quo temperandum iis qui propter cupiditatem ſæpe in paſcẽdo ſi radicem prẽderunt, quam educere velint è terra, abrumpunt collum: perimbecillum enim id, vt caput molle. Si hæc herba non eſt, dandum ordeũ, aut frumẽtum aliud. Cùm eſt tempus farraginis, dandum vt in ſeri dixi. Cùm incubant, ordeum iis intritum in aqua apponendum. Pullis primùm biduo polenta aut ordeum apponitur, tribus proximis naſturtium viride confectum minutatim ex aqua in vas aliquod. Cùm autẽ ſunt incluſi in haras, aut ſpeluncas, vt dixi, victui obiiciunt his polẽtam ordeaceam, aut farraginem, herbámve teneram aliquam conciſam. Ad ſaginandum eligunt pullos circiter ſexquimẽſe "qui ſunt natu: eos includunt in ſaginario, ibíque polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum,

[margin: ſi come derint vbi naſc.]

[margin: qui nati ſint]

ita vt "per dies ſaturent. Secundum cibum largè perin-
vt bibant faciunt poteſtatem. Sic curati, circiter de ſe
duobus menſibus fiunt pingues. Quotienſcunq; ſat.
ſumpſerunt, locus ſolet purgari: quòd ipſi ament locum purum, neque ipſi vllum, vbi fuerint, relinquunt purum.

De anatibus. *CAP. XI.*

QVI autem volunt greges "anatium habere, anatũ
ac conſtituere νεσσοτροφεῖον, primùm, locum (cui eſt facultas) eligere oportet paluſtrem, quòd eo maximè delectantur. ſi id non, potiſſimùm ibi vbi ſit naturalis aut lacus, aut ſtagnum, aut manufacta piſcina: quò gradatim deſcendere poſſint. Septum altum eſſe oportet, vbi verſentur, ad pedes x v, vt vidiſtis ad villam Sei: quod vno oſtio claudatur. circum totum parietem intrinſecus crepido lata, in qua ſecundum parietem ſint
tecta cubilia, ante " eas veſtibulum earum exæ- ea veſt.
quatum tectorio opere teſtaceo. In eo perpetua canalis, in quã & cibus ponitur iis, & immittitur aqua: ſic enim cibũ capiunt. Omnes parietes tectorio læuigantur, ne fæles, aliáve quæ beſtia introire ad nocendũ poſſit. idq; ſeptum totum rete grãdibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila poſſit, néve ex ea euolare anas. Pabulũ iis datur triticum, ordeum, vinacei, vuæ, nonnunquam etiã ex aqua cammari, & quædã eiuſmodi aquatilia. Quæ in eo ſepto erũt piſcinæ, in eas aquam largè influere oportet, vt ſemper recens ſit. Sunt item non diſſimilia alia genera, vt querquedulæ, phalarides, ſic perdices: quæ (vt Archelaus ſcribit) voce maris audita, cõcipiunt. Quæ vt ſuperiores, neque propter fœcunditatem, neque propter ſuauitatem ſaginantur, ſed ſic paſcendo fiunt pingues. Quod ad villaticarum paſtionum

primum actum pertinere ſum ratus, dixi.

De leporibus. CAP. XII.

INTEREA redit Appius, & percunctati nos ab illo & ille à nobis, quid eſſet dictum ac factũ, Appius, Sequitur, inquit, actus ſecũdi generis, afficticius ad villam qui ſolet eſſe, ac nomine antiquo à parte quadam, leporarium appellatũ. Nam neque ſolùm lepores eo includuntur ſilua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, ſed etiam cerui aut capreæ in iugeribus multis. Q. Fuluius "Lippinus dicitur habere in Tarquinienſi ſepta iugera XL, in quo ſunt incluſa non ſolùm ea quæ dixi, ſed etiam oues feræ: etiam hoc maius hic in Statonenſi, & quidam in locis aliis. In Gallia verò tranſalpina T. Pompeius tantum ſeptum venationis, vt circiter ∞ ∞ ∞ ∞ paſſuum locũ incluſum habeat. Præterea in eodem conſepto ferè habere ſolent, de animalibus coclearia, atq; aluearia, atque etiam dolia vbi habeant concluſos glires. Sed horum omnium cuſtodia, incremẽtum & paſtio aperta, præterquam de apibus. Quis enim ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in leporario, vt tectorio tecta ſint, & ſint alta: alterum, ne fælis, aut mælis, aliáve quæ beſtia introire poſſit: alterum, ne lupus tranſilire. Ibique eſſe latebras vbi lepores interdiu deliteſcant in virgultis atque herbis: & arbores patulis ramis, quæ aquilæ impediant conatus. Quis item neſcit, paucos ſi lepores, mares vt fœminas, intromiſerit, breui tempore fore vt impleatur? tãta fœcunditas huius quadrupedis. "Quatuor modò enim intromiſit in leporarium, breui ſolet repleri. Fit enim ſæpe cùm habent catulos recẽtes, alios vt in ventre habere reperiantur. Itaque de his Archelaus ſcribit, annorum quot ſint

leporariũ dic. h. in T. ſeptũ iugerũ 160

Quat. enim modò ſi intromiſeris in lepor.

ſiquis velit ſcire, inſpicere oportere foramina naturæ: "quæ ſine dubio alius alio habet plura. Hos quòd
quoque nuper inſtitutum vt ſaginarent pleraq;, cùm exceptos è leporario concludant in caueis, & loco clauſo faciant pingues. Eorum ergo tria genera ferè ſunt. vnum, Italicum hoc noſtrum, pedibus primis humilibus, poſterioribus altis, ſuperiore parte pulla, ventre albo, auribus lõgis: qui lepus dicitur, cùm prægnans ſit, tamen concipere. In Gallia tranſalpina & Macedonia fiunt permagni: in Hiſpania & in Italia, mediocres. Alterius generis eſt quod in Gallia naſcitur ad Alpes: qui hoc ferè mutant, quòd toti candidi ſunt. hi raró perferuntur Romam. Tertii generis eſt quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile: quem cuniculum appellãt. L. Ælius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd leuipes eſſet. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd eum "Æolis Bœotii λέποριν appellabãt. Cuniculi dicti AEo-
ab eo quòd ſub terra cuniculos ipſi facere ſo- les
leant, vbi lateant in agris. Horum omnium tria genera, ſi poſſis, in leporario habere oportet. Duo quidem vtique te habere puto, & quòd in Hiſpania annis ita fuiſti multis, vt inde te cuniculos perſecutos credam.

De apris. *CAP. XIII.*

APROS quidem poſſe habere in leporario, nec magno negotio ibi & captiuos & cicures, qui ibi nati ſint, pingues ſolere fieri, ſcis inquam Axi. Nam quem fundum in Tuſculano emit hic Varro à M. Pupio Piſone, vidiſti ad bucinam inflatam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum: cùm è ſuperiore loco è palæſtra apris effunderetur glans, capreis vicia, aut quid

aliud. Ego verò, inquit ille, apud Q. Hortenſium cùm in agro Laurenti eſſem, ibi iſtuc magis τραγικῶς fieri vidi. Nam ſilua erat (vt dicebat) ſupra quinquaginta iugerum maceria ſepta, quod non leporarium, ſed θηριοτροφεῖον appellabat. Ibi erat locus excelſus, vbi triclinio poſito cœnabamus. Quintus Orphea vocari iuſſit: qui cùm eo veniſſet cum ſtola & cithara, & cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit: vbi tanta circunfluxit nos ceruorum, aprorum, & ceterarum quadrupedum multitudo, vt non minus formoſum mihi viſum ſit ſpectaculum, quàm in circo maximo
nõ ſine ædilium " ſine Africanis beſtiis cùm fiunt venationes.

De cocleis. *CAP. XIIII.*

AXIVS, Tuas partes (inquit) ſubleuauit Appius, ô Merula noſter. Quod ad venationem pertinet, breuiter ſecundus tranſactus eſt actus. Nec de cocleis ac gliribus quæro, quod reliquum eſt. neque enim magnum emolumentũ eſſe poteſt. Non iſtuc tam ſimplex eſt, inquit Appius, quàm tu putas ô Axi noſter. nam & idoneus ſub dio ſumẽdus locus coclearijs: quem totũ circum aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non li-
eludendæ beros earum, ſed ipſas quæras. Aqua, inquam, "finiendæ, ne fugitiuarius ſit parandus. Locus is melior, quẽ & non coquit ſol, & tangit ros. Qui ſi naturalis nõ eſt (vt ferè non ſunt in aprico lo-
vbi co) neque habeas in opaco, "vt facias, vt ſunt ſub rupibus ac montibus, quorum alluant radices lacus ac fluuii, manu facere oportet roſcidum. qui
papillas fit, ſi eduxeris fiſtulam, & in eam "mammillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam, ita vt in aliquem lapidem incidat, ac latè diſſipetur. Paruus iis cibus opus eſt, & is ſine miniſtratore.

Et hunc, dum ſerpit, non ſolùm in area reperit,
ſed etiam, ſi riuus non prohibet, in parietes ſtan-
tes inuenit. Denique ipſæ exgruminãtes ad pro-
palam vitam diu producunt, cùm ad eam rem
pauca laurea folia interiiciãt, & aſpergant furfu-
res non multos. Itaque coquus has viuas an mor-
tuas coquat, plerunque neſcit. Genera coclearum
ſunt plura: vt minutæ albulæ, quæ afferuntur è
Reatino: & maximæ, quæ de Illyrico apportan-
tur: & mediocres, quæ ex Africa afferuntur. Non
" quo non in his regionibus quibuſdam locis eæ quòd
magnitudinibus non ſint diſpariles. nam & val- in
de amplæ " ſunt. quanquam ex Africa, quæ vo- ſunt
cantur ſolitannæ, ita vt in eas L X X X quadran- quædã ex Afr.
tes coniici poſſint: & ſic in aliis regionibus eæ- quæ v.
dem inter ſe collatæ, & minores ſunt ac ma- ſolita-
iores. Hæ in fœtura pariunt innumerabilia. Ea- næ, ita
rum ſemen minutum, ac teſta molli, diutur- vt ea- rũ ca-
nitate obdureſcit: magnis inſulis in areis factis, lices
magnum bolum deferunt æris. Has quoque ſa- quadr.
ginare ſolent ita, vt ollam cum foraminibus octo- ginta
incruſtent ſapa & farre, vbi paſcantur, quæ fo- capere
ramina habeat, vt intrare aer poſſit. Viuax enim poſſ.
hæc natura.

De gliribus. *CAP. XV.*

GLIRARIVM autem diſſimili ratione ha-
betur: quòd non aqua, ſed maceria locus ſepitur.
Tota leui lapide aut tectorio intrinſecus incru-
ſtatur, ne ex ea erepere poſſit. In eo arbuſculas eſ-
ſe oportet quæ ferũt glandem. quæ, cùm fructum
non ferunt, intra maceriam iacere oportet glan-
dem & caſtaneam, vnde ſaturi fiãt. Facere his " ca- caueas
uos oportet laxiores, vbi pullos parere poſſint.
Aquam eſſe tenuẽ: quòd ea non vtũtur multum,
& aridum locũ quærunt. Hi ſaginantur in doliis,

quæ etiam in villis habent multi, quæ figuli faciunt, multo aliter atque alia: quòd in lateribus eorum ſemitas faciũt, & cauum vbi cibum conſtituant. In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut caſtaneam. Quibus in tenebris, cùm cumulatim poſitum eſt in doliis, fiunt pingues.

De apibus. *CAP XVI.*

APPIVS igitur, Relinquitur, inquit, de paſtione villatica, tertius actus de piſcinis. Quid tertius? inquit Axius. An quia tu ſolitus es in adoleſcentia tua domi mulſum non bibere, propter parſimoniam, nos mel negligemus? Appius, Nobis verum dicit, inquit.

dic, Nam cùm pauper cum duobus fratribus & duabus ſororibus eſſem relictus, quarum alteram ſine dote dedi Lucullo, à quo hæreditate me ceſſa primum, & primus mulſum domi meæ bibere cœpi ipſe, cùm interea nihilo minus penè quotidie in conuiuio omnibus darem mulſum. Præterea meum erat, non tuum, eas nouiſſe volucres, quibus plurimum natura ingenii atque artis tribuit: itaque eas melius me noſſe quàm te, vt ſcias, de incredibili earum auium natura audi. Merula, vt cætera fecit, ἱστορικῶς, quæ ſequi meliturgi ſoleant, demõſtrabit. Primùm apes naſcuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrãmate ait eas eſſe, βοὸς φθινομένης πεποιημένα τέκνα. Idem, Ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι. Hæ apes non ſunt ſolitaria natura, vt aquilæ, ſed vt homines. Quòd ſi hoc faciunt etiam graculi, at non idem: quòd hîc, ſocietas operis & ædificiorum: quod illic non eſt. Hîc ratio atque ars: ab his opus facere diſcunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim ha-

tum, cibus, domus, opus. neque idem quod cibus cera: nec quod ea, mel: nec quod mel, domus. "nõ in fauo ſexangulis cellæ totidem quot habet ipſa pedes (quod geometræ ἑξάγωνον fieri in orbi rotundo oſtendunt) vt plurimum loci "includatur. Foris paſcuntur," intus opus faciũt: quod dulciſſimum quòd eſt, & diis & hominibus eſt acceptum: quòd fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuii, & in ſecundam menſam adminiſtratur. Hæ vt hominum ciuitates, quòd hîc eſt & rex, & imperium, & ſocietas: quòd ſequuntur omnia pura. Itaque nulla harum aſſidit in loco inquinato, aut eo qui malè oleat, neque etiam in eo qui bona olet vnguenta: itaque his vnctus qui acceſſit, pungunt. Non vt muſcæ liguriunt, quòd nemo has videt (vt illas) in carne, aut ſanguine, aut adipe. Ideo modò conſidunt in quo eſt ſapor dulcis. Minimè malefica, quòd nullius opus vellicans facit deterius. Neque ignaua, vt nõ, qui eius opus conetur diſturbare, reſiſtat. Neque tamẽ neſcia ſuæ imbecillitatis, quæ cùm cauſa Muſarum eſſe dicantur volucres, quòd & ſiquando diſplicatæ ſunt, cymbalis & plauſibus numero reducunt in locum vnum. Et vt his diis Helicona atque Olympum attribuerunt homines, ſic his floridos & incultos natura attribuit montes. Regem ſuũ ſequuntur quocunque it, & feſſum ſubleuant: &, ſi nequit volare, ſuccollant, quòd eum ſeruare volunt. Neque ipſæ ſunt inficientes, necnon oderũt inertes. Itaque inſectantes à ſe eiiciunt fucos, quòd hi neque adiuuant, & mel cõſumunt: quos " vocificantes plures perſequuntur, etiam paucæ. Extra oſtium aluei obturant omnia, quà venit inter fauos ſpiritus, quam ἐριθάκην appellant Græci. Omnes vt in

Nã in f. cellæ ex angulis tot. includant.

intus fauos melle farciũt: q. d. quidẽ eſt, & d. & h. acc.

vociferãtes

exercitu viuunt, atque alternis dormiũt, & opus faciunt pariter, & vt colonias mittunt. Hique duces cõficiunt quædam ad vocem, vt imitatione tubæ. tum id faciunt, cùm inter ſe ſigna pacis ac belli habeant. Sed, ó Merula, Axius noſter ne, dũ hæc audit, phyſicam addiſcat, quòd de fructu nihil dixi, nunc curſu lampada tibi trado. Merula, De fructu, inquit, hoc dico, quod fortaſſe an tibi ſatis ſit, Axi, in quo auctorem habeo non ſolùm qui aluearia ſua locata habet quotannis quinis millibus pondo mellis, ſed etiam hunc Varronem noſtrum: quem audiui dicẽtem, duo milites ſe habuiſſe in Hiſpania fratres Veianios ex agro Faliſco locupletes, quibus cùm à patre relicta eſſet parua villa, & agellus non ſanè maior iugero vno, hos circum villam totam aluearium feciſſe, & hortum habuiſſe, ac reliquum thymo & cytiſo obſeuiſſe, & apiaſtro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Hos nunquam minus, vt peræquè ducerent dena millia ſextertia, ex melle recipere eſſe ſolitos, tum eos & velle expectare, vt ſuo potiùs tempore mercatorem admitterent, quàm celerius alieno. Dic igitur, inquit, vbi, & cuiuſmodi facere oporteat aluearium, vt magnos capiam fructus. Ille, μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria. Primùm, ſecundum villam, potiſſimùm vbi non reſonẽt imagines: hic enim ſonus harum fugæ cauſa exiſtimatur eſſe. Procerum eſſe oportet aere temperato, neque æſtate feruido, neque hieme non aprico, vt ſpectet potiſſimùm ad hibernos ortus: quæ prope ſe loca habeat, ea vbi pabulum ſit frequens, & aqua pura. Si pabulum naturale nõ eſt, ea oportet dominum ſerere, quæ

μελιττο τροφεῖα

maximè ſequuntur apes.ea ſunt,roſa,ſerpyllum, apiaſtrum, papauer, faba, lens, piſum,ocymum, ciperum, medica: & maximè cytiſum, quod valentibus vtiliſſimum eſt. Etenim ab æquinoctio verno florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctiũ autumni. Sed vt hoc aptiſſimum ad ſanitatem apium, ſic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam,quòd ibi thymum bonum & frequens eſt. Itaque quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida:"eo conſpergunt omnia ſeminaria conſita apium cauſa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potiſſimùm eligendum iuxta villam:non "quo non in villæ porticu quoque quidam (quo tutius eſſent) aluearia collocarint." Vbi ſint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii è ligno ac corticibus, alii ex arbore caua,alii fictiles: alii etiam ex ferulis, quadratas, longas pedes circiter ternos, latas pedem: ſed ita vti cùm parũ ſit qua compleant, eas coanguſtent, ne in vaſto loco & inani deſpondeant animum.hæc omnia vocant à mellis alimonio,aluos:quas ideo videntur medias facere anguſtiſſimas, vt figuram imitentur earum. " Vitiles fimo bubulo oblinunt intus & extra,ne aſperitate abſterreãtur. eáſque aluos ita collocãt in mutulis parietis, vt ne agitẽtur,néve inter ſe contingant. Cùm in ordinem ſint poſitæ, ſic interuallo interpoſito alterum & tertium ordinem infrà faciunt,& aiunt potius hinc demi oportere quàm addi quartum. Media " aluo, in qua introeant apes, faciunt foramina parua dextra ac ſiniſtra. Ad extrema, qua mellarii fauum eximere poſſint,opercula imponunt aluis. Optimæ fiunt " corticeæ: deterrimæ fictiles, quòd & frigore hieme,& æſtate calore vehemẽtiſſimè hîc commouẽtur. Verno tempore & æſtiuo ferè

ea
quòd
Aluos, vbi
Fictiles
aluo, qua
cortice

ter in menſe mellarius inſpicere debet fumigans leuiter eas, & à ſpurcitiis purgare aluum, & vermiculos eiicere. Præterea vt animaduertat ne reguli plures exiſtant: inutiles enim fiunt propter ſeditiones. &, vt quidam dicunt, tria genera cùm ſint ducum in apibus, niger, ruber, varius: vt Menecrates ſcribit, duo, niger, & varius, qui ita melior, vt expediat mellario cùm duo ſunt eadem aluo, interficere nigrum, quem ſcit cum altero rege eſſe ſeditioſum, & corrumpere aluum: quòd fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima eſt parua, varia, rotunda. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter eſt lato vẽtre. Veſpa, quæ ſimilitudinẽ habet apis, neq; ſocia eſt operis, & nocere ſolet morſu, quã apes à ſe ſecernũt. Eæ differunt inter ſe, quæ feræ & cicures ſunt. Nunc feras dico quæ in ſilueſtribus locis paſcitant: cicures, quæ in cultis. Silueſtres, minores ſunt magnitudine, & piloſæ, ſed opifices magis. In emendo emptorem videre oportet valeãt an ſint ægræ. Sanitatis ſigna, ſi ſunt frequentes in examine, & ſi nitidæ: &, ſi opus quòd faciunt eſt æquabile ac leue. Minus valentiũ ſigna, ſi ſunt piloſæ & horridæ, vt puluerulentæ: niſi opificii eas vrget tempus. tum enim propter laborem aſperantur ac maceſcunt. Si transferendæ ſunt alui in alium locum, id facere diligẽter oportet: & tẽpora quibus id potiſſimum facias, animaduertendum: & loca, quò transferas, idonea prouidendum. Tempora, vt verno potius quàm hiberno: quòd hieme difficulter conſueſcunt, quò ſunt tranſlatæ, manere: itaque fugiunt plerũque. Si è bono loco tranſtuleris eò vbi idonea pabulatio non eſt, fugitiuæ fiunt. Nec ſi ex aluo in alium in eodem loco traiicias, negligenter faciendum.

ciendum. Sed ſi tranſituræ ſunt apes, ea apiaſtro perfricāda, quòd illicium hoc illis: & faui melliti intus ponendi, à faucibus non longè, ne, cùm animaduerterint, aut inopiam eſcæ habuiſſe dicātur, aut cùm ſunt apes morbidæ propter primores vernos paſtus, qui ex floribus nucis Græcæ & cornu fiunt, cæliacas fieri, atque vrina pota refici. De his propolim vocant, è quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maximè æſtate. "Quam rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris. Propter quam rem etiā carius in ſacra via quàm mel venit. Erithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud " melle, propoliſ: itaque in hoc vim eſſe illiciendi. Quocirca examen vbi voluīt cōſidere, eum ramum aliámve quam rem oblinūt hoc, admixto apiaſtro. Fauus eſt, quem fingunt multicauatum è cera, cum ſingula caua ſena latera habeant, quot ſingulis pedes dedit natura. Neque quæ afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim, erithacen, fauum, mel, ex iiſdē omnibus rebus carpere " dicūtur ſimplex. quòd è malo punico & aſparago cibum carpāt ſolum, ex olea arbore ceram, è fico mel, ſed non bonum. Duplex miniſterium præberi, vt è faba, apiaſtro, cucurbita, braſſica, ceram & cibum. Nec non aliter duplex, quod fit è malo & piris ſilueſtribus, cibum & mel. Item aliter duplex, quòd è papauere ceram & mel. Triplex miniſterium quoque fieri vti ex nuce Græca, & è lapſana, cibum, mel, ceram. Item ex aliis floribus ita carpere, vt alia ad ſingulas res ſumant, alia ad plures. Necnon etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura, aut eas ſequatur, vt in melle, quod ex alia re faciunt liquidum mel, vt ex " ſiſere flore: ex alia contrà,

Quam obrē.

melius prop.

dicuntur. Simplex miniſteriū, quòd

ſiſeris

ſpiſſum, vt è rore marino. Sic ex alia re, vt è fico mel inſuaue, è cytiſo bonum, è thymo optimum. Cibi " pars, quòd potio, & ea iis aqua liquida, vnde bibant eſſe oportet: eámque propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat, ita vt ne altitudine aſcendat duo aut tres digitos: in qua aqua iaceant teſtæ aut lapilli, ita vt extent paulum, vbi aſſidere, & bibere poſſint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua ſit pura: quod ad mellificium bonum vehementer prodeſt. Quòd non omnis tempeſtas ad paſtum prodire longiùs patitur, præparandus his cibus, ne tum melle cogantur ſolo viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorũ pinguium circiter decem pondo decoquunt in aquæ congiis ſex: quas coctas in offas propè apponunt. Alii aquam mulſam in vaſculis propè vt ſit curant. In quæ addũt lanam purpuream, per quam ſugant: vno tempore ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vaſa ponunt ad aluos ſingulas, & hac ſupplentur. Alii vuam paſſam & ficum cùm pinſerunt, affundunt ſapam, atque ex eo factas offas " apponunt ibi, quum foras hieme in pabulum procedere tamen poſſint. Cùm examen exiturum eſt (quod fieri ſolet cùm adnatæ proſperè ſunt multæ, ac progeniem veteres emittere volunt in coloniam: vt olim crebrò Sabini factitauerunt propter multitudinem liberorum) " huius quòd duo ſolent præire ſigna, ſcitur. Vnum, quòd ſuperioribus diebus maximè veſpertinis, multæ ante foramen, vt vuæ, aliæ ex aliis pendent conglobatæ. Alterum, quòd cùm iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant vehementer, proinde vt milites faciunt cùm caſtra

[Margin: pars quoq; potio,]

[Margin: appo- nũt. Id tẽpeſta tibus & hieme, cùm in p. pr. nõ poſ ſunt.]

[Margin: duo ſol. pr. ſigna. Vnũ,]

mouent.Quæ primò tum exierunt,in conſpectu volitant, reliquas quæ nondum cõgregatæ ſunt, reſpectantes ; dum conueniant. Cùm à mellario id feciſſe ſunt animaduerſæ, iaciundo in eas puluerem, & circumtinniendo ære, perterritas quò voluerit perducet. Non longè " inde oblinunt erithace,atque apiaſtro, cæteriſque rebus quibus delectantur. Vbi conſederunt, afferunt aluum propè eiſdem illiciis illitam intus, & propè appoſita, fumo " leni circumeundo cogunt eas intrare: "vt quæ in nouam coloniam cùm introierunt, permanent adeò libenter, vt etiam ſi proximam poſueris illam aluum vnde exierunt, tamen nouo domicilio potiùs ſint cõtentæ.Quod ad paſtiones pertinere ſum ratus ; quoniam dixi nunc iam cuius cauſá adhibetur ea cura, de fructu dicam. Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, cùm plenas aluos habent, & cùm illos geminauerint, ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombũ,& cùm introeunt, ac foras trepidant, & ſi opercula alui cùm remota ſint, fauorum foramina obducta videntur mellis membranis. Cùm ſint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere, decimam relinquere. Quòd ſi omne eximas, fore vt diſcedant. Alii hoc plus relinquunt quàm dixi: vt in aratis qui faciunt reſtibiles ſegetes,plus tollunt frumẽti ex interuallis: ſic in aluis, ſi non quotannis eximas, aut non quoque multum, & magis his aſſiduas habeas apes, & magis fructuoſas. Eximẽdorum fauorum primum putant eſſe tempus vergiliarum exortu: Secundum,æſtate acta, ante quàm totus exoriatur arcturus. Tertium,poſt vergiliarum occaſum, & ita ſi fœcunda ſit aluus vt ne plus tertia pars

inde ramũ vel quid aliud

leui

vt in n. c. cùm introierint, permaneant *

eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur. Si verò aluus non ſit fertilis vbi quid eximatur, exemptio cum eſt maior, neque vniuerſam neque palàm facere oportet, ne deficiant animũ.

Fauorũ qui ex. ſiqua pars mellis nihil

"Faui qui eximuntur, ſiqua pars nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præſecatur. Prouidẽdũ ne infirmiores à valentioribus opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores ſecretas ſubiiciunt ſub alterum regem. Quæ crebrius inter ſe pugnabũt, aſpergi eas oportet aqua mulſa. quo facto non modò deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes. eo magis, ſi mulſo ſunt aſperſæ, quo propter odorem auidius applicant ſe, atque obſtupeſcunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit aliqua pars, ſuffumigandum, & prope "apponendũ bene olentium herbarum, maxime apiaſtrum & thymum. Prouidendum vehementer ne propter æſtum aut propter frigus diſpereant. Siquando ſubito imbri in paſtu ſunt oppreſſæ, aut frigore ſubito, ante quam ipſæ prouiderint id fore (quod accidit rarò, vt decipiantur) & imbris guttis vberibus offenſæ iacent proſtratæ, & afflictæ, colligendum eas in vas aliquod, & reponendũ in tecto loco, ac tepido, "promũ è die, quàm maxime tempeſtate bona, & cinere facto è ficulneis lignis "infriandum paulo plus caldo quàm tepidiore. Deinde concutiendũ leuiter, vt manu non tangas, & ponendæ in ſole. Quæ enim "ſic concaluerunt, reſtituunt ſe, ac reuiuiſcũt, vt ſolet ſimiliter fieri in muſcis aqua necatis. Hoc faciũdum ſecundum aluos, vt "reconciliatæ ad ſuum quæque opus & domicilium redeant.

fumus apponendus b. o. h. m. apiaſtri & thymi.

* prono ad meridiẽ, quãm.

infricãdum

ſic concinnatæ cõc.

reconcinnatæ

De piſcinis. *CAP. XVII.*

INTEREA redit ad nos Pauo, &, Si vultis,

inquit, anchoras tollere, latis tabulis ſortitio fit tribuum,ac cœpti ſunt à præcone renuntiari quē quæque tribus fecerint ædilem. Appius confeſtim ſurgit, vt ibidem candidato ſuo gratularetur,ac " diſcederet in hortos. Merula, Tertium actum de paſtionibus villaticis poſtea,inquit,tibi reddam Axi. Conſurgentibus illis, Axius mihi, reſpectãtibus nobis,quòd & candidatũ noſtrum venturum ſciebamus, Nõ laboro,inquit,hoc loco diſceſſiſſe Merulã.reliqua enim ferè mihi ſunt nota. Quòd cum piſcinarum genera ſint duo, dulcium & ſalſarum, alterum apud plebem,& ſine fructu, vbi lymphæ aquã piſcinis noſtris villaticis miniſtrant: illæ autem maritimæ piſcinæ, nobilium, quibus Neptunus, vt aquam, ſic & piſces miniſtrat,magis ad oculos pertinẽt,quàm ad veſicam, & potiùs marſupium domini exinaniunt quàm implent. Primùm enim ædificantur magno, ſecundò implentur magno, tertiò aluntur magno. Hirrius circum piſcinas ſuas, ex ædificiis duodena millia ſextertia capiebat. eam omnem mercedem eſcis,quas dabat piſcibus,cõſumebat. Non mirum. vno tempore enim memini hũc Cæſari "duo milia murænarum mutua dediſſe in pondus, & propter piſcium multitudinem quadragies ſextertio villam veniſſe. Quare noſtra piſcina ac mediterranea plebeia rectè dicitur dulcis, & illa, amara. Quis enim noſtrum non vna contentus eſt hac piſcina? quis contrà maritimas non ex piſcinis ſingulis plures coniunctas habet? " Pluriſnam, vt Pauſias, & cæteri pictores eiuſdem generis, loculatas magnas habent arculas,vbi "diſcolores ſint ceræ,ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habeant piſces, quos, proinde vt ſacri ſint, ac ſan-

[Margin notes: deſcenderet — ſex — Nã vt Pauſ. & cæt. — diuerſi colores ſint ceras,]

ctiores quàm illi in Lydia, quos ſacrificanti tibi Varro ad tibicinem Græcũ gregatim veniſſe dicebas ad extremum litus atque aram, quòd eos capere auderet nemo, cùm eodem tempore inſulas Ludinorum ibi corroſas vidiſſes. Sic hos piſces nemo cocus in ius vocare audet. Q. Hortenſius familiaris noſter, cùm piſcinas haberet magna pecunia ædificatas ad Baulos, ita ſæpe cum eo ad villam fui, vt illum ſciam ſemper in cœnam piſces Puteolos mittere emptum ſolitũ. Neque ſatis erat eum non paſci piſcinis, niſi eos ipſe paſceret vltro. Ac maiorem curam ſibi haberet, ne eius eſurirẽt mulli, quàm ego habeo, ne mei in Roſea eſuriant aſini. & quidem vtraque re, & cibo & potione, cùm non paulo ſumptuoſiùs quàm ego his miniſtraret victum. Ego enim vno ſeruulo, ordeo non multo, aqua domeſtica, meos multinumos alo aſinos: Hortenſius, primùm, qui miniſtrarent, piſcatores habebat complures: & ii piſciculos minutos aggerebant frequenter, vt à maioribus abſumerentur. Præterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia coniiciebat cùm mare turbaretur, vti per tempeſtatem ſuis piſcibus è macello cetariorum, vti è mari obſonium præberet, cùm neq; euerriculo illi in litus educere poſſent viuam ſaginam plebeiæ cœnæ piſces. Celeriùs voluntate Hortẽſii ex equili educeres " rhedarias, vt tibi haberes, mulas, quàm è piſcina barbatum mullum. At, inquit ille, nõ minor cura eius erat de ægrotis piſcibus quàm de minus valentibus ſeruis. Itaque minus laborabat ne ſeruus æger, quàm aquam frigidam biberent ſui piſces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, & piſcinas eius deſpiciebat, quòd æſtiuaria idonea non haberet, ac in reſidem aquam

rhedarios vt tibi h. mullos,

& locis peſtilentibus habitarent piſces eius. Contrà ad Neapolim L. Lucullus, poſteaquam perfodiſſet montem, ac maritima flumina immiſiſſet in piſcinas quæ reciprocæ fluerent, ipſe Neptuno non cederet de piſcatu. factum eſſe enim vt amatos piſces ſuos videatur propter æſtus eduxiſſe in loca frigidiora: vt Appuli ſolent pecuarii facere, quòd propter calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiſerit vt ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus è piſcinis in mare, obiectaculo quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire ac redire rurſus in mare poſſet ac refrigerare piſcinas. Nos hæc. At ſtrepitus à dextra, & eccum recta candidatus noſter deſignatus ædilis. Cui nos occurrimus, & gratulati in Capitolium proſequimur. ille inde eundo ſuam domum, nos noſtram. Opinionis noſtræ ſermonem de paſtione villatica ſummatim hunc, quem expoſui, habeto.

INDEX IN VARRONIS LIBROS DE RE RVSTICA:
qui & quædam eius vocabula habet.

A

Abſinthium. 59
Accipitres quomodo intercipiantur. 126
Acnua. 22
Acratophorum vinum. 20
Actus quadratus,quid. 22
Adfriare. 59
Admiſſura pecoris. 71,72
Admiſſarius equus. 94. aſinus. 99
Adorei ſatio. 21
Aduenæ volucres. 120
AEdilis. 6
AEditimus,AEdituus, 6
AEgæum mare. 69
AEneæ ſuis prodigium. 87
AEquinoctium vernũ inter & Vergiliarum occaſum, quid agendum. 42
ab AEquinoctio autumnali ad brumam, quid fieri oporteat. 44
AEs antiquiſsimum pecore notatum. 69
AEſchrion. 5
AEſtas quot dierum,&quando, & in quo ſigno incipiat. 40
AEſtate quæ fiant. 40
AEſtiuare. 77
Africanæ gallinæ. 132
Agathocles Chius. 5
Ager quis optimus, & quis ei proximus, & quis deinceps. 17
Ager macer pinguíſque quæ ferat. 21,22
Ager vtiliſsimus. 13
Ager vliginoſus. 16
Ager quot famulis & operis colatur. 31,32
Ager Gallicus. 29
Agri metiendi ratio. 22
Agri diſcrimina nouem. 18
Agro in eodem non eadem omnia. 17
Agrum alternis annis relinqui. 52
Agro craſſo & ſolido quæ ſerãtur. 38
Agri quibus rebus colantur. 30
Agrorum à ſpecie ſimplici tria genera. 15
Aggeres quomodo fiant. 27
Agnæ meræ. 75
ad Agnatos & gentiles deducendus. 8
Agni vt ad matris mammam accedant. 78
Agnorum educatio & cura. 78
Agnorum depulſio & caſtratio. 79
Agricolæ vrbanis præſtant. 10
Agricolarum ſcopus. 13
Agricolarum vita ſuccentiua. 9
Agricultura quid. 13
Agriculturæ partes ſũmæ quatuor. 14
Agriculturæ principia & fines. 13
Agriculturæ laudes. 110
Albæ conditio. 87
Alea vitæ. 13
Aleam ſequi. 33
Aliquotfariam. 17
Alſioſum,quid. 81
Altiles boues & opimi. 73
Altinates oues. 79
Aluearia vbi locanda. 143
Alui quomodo fiant,& qua forma,eorúmque denominatio. 143
Alui ſi transferantur. 144
Αμφίζιον. 133

Amphilochus Athenienſis. 4
Amurca quomodo condenda. 61
Amurca vt tueatur & prematur. 62
Amurca herbarum inimica, formicarum & talparum venenum. 56
Amurcæ vſus. 59
Anates. 135. harum pabulum. ibid.
Anaxagoræ phyſici ſentẽtia de ſeminibus. 48
Anaxipolis Thaſius. 5
Androtion. 5
Annale tempus. 40
Anima pro ſale. 85
Anitiana pira. 60
Anni diuiſio. 40
Anni tempora ex foliis quibuſdam cognoſci. 53
Annũ quomodo diuiſerunt Romani. 65
Anſeres quot oua, & quandiu incubent. 134
Anſeres aliena oua non excudunt. 133
Anſeres natura voraces. 134
Anſerum ſagina, haræ, genera admiſſura, partus, paſtus, educatio, plumarum vulſura, fœtura. 133,134
Anſerum genus optimum. 133
Anſerum duo genera. 133
Anſerum pulli vt ſaginentur. 134
Antigonus Cymæus. 5
Apes quomodo & vnde generentur. 89,140
Apes in loco inquinato non aſſidunt. 141
Apes imbre proſtratæ, quomodo curentur. 148
Apes regem habent, imperium & ſocietatem. 141
Apes cymbalis in vnum reducuntur locum. 141
Apium paſtiones, quales. 142, 143
Apium duces ac reges, eorúmque forma. 144
Apiũ ſedulitas in opere, & quid quoque tempore faciant. 141, 142
Apes fugat imaginum concauarum tinnitus reſonans. 142
Apium curator quid circa eas facere debeat. 144
Apium genera. 144
Apium natura non malefica. 141
Apium comparãdarum formula. 144
Apium ſanitatis & morbi ſigna, 144
Apium fugam reſciſcere, ab eáque reducere. 146
Apium pugna, ab eáque inhibitio. 148
ab Apibus diſcunt homines. 140
Apiaſtrum, quid. 142
Apicæ oues. 75
Apollodorus Lemnius. 5
Apollonius Pergameneus. 91
Appendices. 28
Apri qui, & quæ circa ipſos cura. 137,138
Apuliæ loca calidiora, grauioráque. 16
Appulum triticum. 7
Appuli equi. 95
Aqua viua. 23
Aqua recẽti inſito cur inimica. 50
Aquæ commutatione in admiſſura, ouium lanam variam fieri, veterúmque corrumpi. 78
Aquilo granariis aptus. 59
Arandi tempus. 43,44
Aratra. 36
Aratur aſinis in Campania. 35
ex Arbore in arborem duplex inſerendi modus. 49,50

Arborum ſeminariorum cura. 48, 49
Arborum inter ſe diſſidium. 29
Arborum tẽpeſtiua inſitio. 47, 48, 49
Arbores in mari naſci. 18
Arbores, vt mulieres, ad partus certos habere dies. 52
Arbuſta quando putanda. 45
Arcadici aſini, & eorum pretium. 71, 99
Archetypon. 121
Archelai ſentẽtia de caprarum ſpiratione per aures. 81
Archelai epigrãma de apibus. 140
Archytas Pythagoreus. 4
Arculæ loculatæ. 149
Arduitas montium. 104
Areæ ſitus & conſtructio. 56
Arida & minuta ad creſcẽdum tarda. 50
Arietes ad fœturam, quales. 77
Arietum admiſſura. 71, 78
Arietum bonitas ex forma, & progenie dignoſcitur. 75
Argilla. 21
Argonautæ. 88
Ariſta. 54
Ariſtandrus Athenienſis. 5
Ariſtomenes. 5
Ariſtophanes Maleotes. 5
Ariſtoteles Peripateticus. 4
Armentitius grex. 104
Armentorum gregem ſi quis emere velit. 89
Arundinetum quo loco inſtrui debeat. 39
Arundo, vitis genus. 19
Aſininum ſtercus. 47
Aſininum lac, vt equinum, maximè purgat. 106
Arundinis oculi. 39
Aruum, quid. 41
Aſelli doſſuarii. 94
ex Aſina & equo, hinnus. 98, 99
Aſinus 12 menſe conceptũ reddit. 94
Aſinus remiſſione operis deterior. 93
Aſinus ſeminio Arcadico natus. 98
Aſinus Axii memorabilis. 113
Aſini vbi nobilitati & pretii maximi. 71
Aſini vbi optimi & maximi. 93
Aſini feri & manſueti. 93
Aſini feri, vbi. 68
Aſinorum ætas, forma, ſeminium, admiſſura, fœtura, partus, paſtus. 93
Aſinorum grex vt conſtituatur. 93
Aſinorum vſus. 94
Aſinorum emẽdorum formula. 93
Aſinorum numerus in gregem. 93
ſinis in Campania aratur. 35, A94
Aſparagus. 38, 39
Aſſiduior. 103
Athenagoras. 5
Attalus Philometor. 4
Attilius Hiſpanienſis. 85
Aufidius Lurco. 123
Auiaria. 117
Auiarium minuſculum. 120
Auiarium rete. 122
Auium in genere conſideratio. 118
Aurea mala Heſperidum. 68
Autumno quæ fiant. 40
Autumnus quot dierũ, & quando, & in quo ſigno incipiat. 40, 41
Axii aſinus. 113
Axis. 122

B

Bacchius Mileſius. 5
Balatrones. 88
Baſculus ad pecuariã ineptus. 104

Batillus. 55
Bee,vox ouium. 69
Beelare & belare. 69
Betacei pedes. 12
Bifera multa. 17
Bion Solæus. 5
Biuium ad culturam dedit natura. 33
Bolus. 115,139
Bombus apium. 147
Βȣγόνες apes. 89
Bonus euentus, ruſticorũ deus. 4
Bos mas an fœmina cõcepta ſit, taurum indicare. 91
Boues qui eligendi, aratróque domandi. 34
Boues altiles & opimi. 73
Boues feri,vbi. 68
Boum ætas, forma, paſtus, admiſſura, fœtura, domatio. 89, 90
Boum cõparandorum formula. 90
Boum dignitas. 89
ex Braſſicæ ſemine vetere rapa naſci,& contrá. 48
Brocchi dentes. 95,100
Bubilia. 24
Bubuli generis ætatis quatuor gradus. 89
Bubuli caſei maximi cibi. 107
Buccinare. 87
ad Buccinam facere. 87. Conuenire. 137
Bumamma vua. 89
Bura. 33

C

Caduca ſpica. 77
Cæliacæ apes. 145
Calueſcit qui decreſcente luna tondetur. 46
Camaræ. 60
Cameræ columbariorum. 125
Cammari. 133
Campanum far. 7
Campeſter ager. 15
Campeſter locus quis melior. 16
Campeſtres ſegetes meliores. 16
Canini dentes in equis. 94,95
Caniculæ ſigno commodiſſima inſitio. 50
Caniculam inter & æquinoctium autumni, quid agendum. 44
Canis,cuſtos pecoris. 100.
à Cane ſi quis ſe ſectari velit 101
Canes,quales habendi. 35
Canes à venatoribus & laniis quare non emendi. 101
Canes ne à muſcis, pulicibus, ricinis & ſcabie infeſtentur. 103
Canes an caſtrandi. 103
Canes optimi,vnde. 101
Canes fœminæ, quales eſſe debeant. 111
Canum ætas & forma. 100
Canum admiſſura. 102
Canum cibatus. 101,102
Canum comparandorum formula. 101
Canum cubilia. 103
Canum duo genera. 100
Cantrices aues. 122
Canterii equi. 98
Capi. 98,128
Capi ſemimares. 128
Capilli quando tondendi. 45, 46
Capitulum. 121
Capræ vnde dictæ. 81
Capra nunquam caret febre. 80
Capra ventrem fert 5 menſes. 72
Capræ culturæ inimicæ. 10,81
Capræ in cælum ita receptæ, vt extra limbum ſint. 81
Caprarum emendarum formula. 29

Caprarum ſaliua, venenum. 10
Caprarum ætas, forma, ſaltus. 80
Caprarum paſtus, ſtabulatio, fœtura. 81
Caprarum tonſura. 109
Capras auribus ſpiritum ducere, non naribus. 80
Caprinus grex quomodo cōſtituendus. 80
Caprinum ſtercus. 47
Caprinis pellibus quæ nationes veſtiantur. 108
Caprarius. 82
Capraſia inſula vbi, & vnde nomen ſumpſit. 80
Caprea vnde dicta. 43, 137
Capreolus. 43
Carbunculus. 21
Caryotæ palmæ. 74
Caſeus quando fiat. 107
Caſeorum diſcrimina. 107
Caſſius Dionyſius Vticenſis. 5
Caſtrandi tempus. 92
Cataclyſmus ſub Ogyge. 110
Catulire. 102
Cauea, quid. 119
Cella villici vbi ſtatuenda. 24
Cella vinaria & olearia. 26
Centuria, quid. 23
Cera ex quibus fiat floribus. 145
Ceraſus quando inſerenda. 47
Ceſtus quid. 20
Chæreſteus, & Chæreas Athenienſes. 5
Chalcidici galli. 129
Χοῖρος, porcus. 85, 86
Chordi agni, qui & vnde. 72
Χορίον. 72
Chortes duæ in villa. 25
Cicer vbi ſeratur. 37
Cicercula quando ſerenda. 44
Cicures apri. 137
Cilicia vnde fiant. 109
Cimices vt interficiantur. 11, 12
Circunciſitum, quid. 58
Ciſternæ. 23
Citharœdos nō omnes eſſe qui citharam habent. 67
Clauolæ, quid. 49
Cn. Tremellius. 8
Coagulum. 107
Coagulum quæ ſupplent. 107
Cochlea, oſtii genus. 119
Cocleæ quomodo nutriantur: earum ſemen, fœtura, ſagina. 138, 139
Coclearum genera. 139
Coclearia. 138
Coda equorum. 95
Cohors. 117
Cohortes vt fiant in ſolitudine. 76
Coles, qui. 42
Collaria canum. 103
Collinus ager. 15
Coloni, qui. 66
Coloni ſcientia & ratio. 66
Colonicæ leges. 10
Columbæ vnde dictæ. 125
Columba ſaxatiles ſeu agreſtes. 125
Columbarum cibus. 126
Columbarum duo genera. 125
Columbarum pretium. 127
Columbarum ſagina, color, fœcunditas, partus. 125
Columbis nil fœcundius. 127
Columbinum ſtercus. 47
Columbini pulli quomodo ſaginentur. 127
Columbaria in tegulis. 127
Columbariorum poſitio. 125
Columbarii. 126
Columnella. 122
Columellares dentes. 94
Columina villæ. 125
Communis terra, quid. 20
Compaſcere. 66
Conditanea olea vbi ſerenda. 38
Conſeruæ paſtorum. 107
Corbes. 35
Corbulæ. 36

Corruda vbi ſerenda. 38,39
Cotonea mala vt condantur. 61
Coturnices. 120
Craſſus ager. 38
Crates de re ruſt. ſcripſit. 5
Crates. 38,76
Crates ſtercorariæ. 36
Crepido. 135
Creta. 21
Crocum quando ſerendum. 45
Cubilia boum.92. Canum.103. Pauonum.124. Gallinarum. 129,130
Cucumer anguinus. 12
Culina. 24
Cullea. 7,36
Cuniculus,vnde. 137
Cupreſſus ad creſcẽdum tarda. 51
Cupreſſi ſemen, galbuli ſeu pilæ. 48
Cupreſſi ridicarum loco. 39
Curculiones quomodo necentur.62. Vbi nõ naſcantur.60
Cuſpides,quid. 19
Cuſtos pecoris,canis. 100
Cypreſtes. 143
Cytiſi ſatio. 37,51. Quando florere incipit. ibid.
Cytiſum ad ſanitatem apium aptiſſimum. 143

D

Δάκρυον. 107
Dadis. 5
Decollare. 7
Dei vrbani & ruſticani. 4
Dei facientes adiuuant. 3
Delici porci. 86
Delphinus,aſtrum. 91
Democritus phyſicus. 4
Deorum ſupplicia. 90
Deſpondere animum. 120,143
Dicæarchus. 9
Digitalia. 58
Diodorus Priennæus. 5
Dion Colophonius. 5
Dionyſius. 5
Diophanes Nicenſis. 5
Διφθερίαι. 109
Diſplodere. 90
Diuaricare. 90
Dolia. 26
Dominum legitimum ſex perficiunt. 104
Doſſuaria iumenta. 105
Ducũ tria genera in apibus.144

E

Egeſias Maronites. 5
Eiuncidum ſarmentum. 42
Ellops,piſcis. 93
Emblema. 112
Emptionis ouium formula. 75, 75. Boum.90,91. Aſinorum. 93. AEquorum. 95. Suum. 83. Apium. 144
Empturire. 66
Ennius Euhemeri libros vertit. 54
Epigenes Rhodius. 5
Epiroticæ familiæ. 31
Epirotici canes. 101
Epiſtomium. 123
Epiſtylium. 121
Equa fert vẽtrem 12 menſes. 72
ex Equa & aſino,mulus. 98
Equæ à cõceptu quomodo curandæ. 97
Equarum forma. 95
Equas è vento concipere. 72
Equariæ. 66
Equile. 97
Equinum lac, vt aſinininũ, maximè purgat. 106
Equinũ ſtercus vbi optimũ. 47
Equulus quando domandus. 97
Equus qualis futurus ſit,ex pullo cognoſci. 96
Equi boni futuri ſigna. 95
Equum non ſalire matrem. 96
Equi vbi nobilitati. 95
Equi cur caſtrentur. 64
Equi feri,vbi. 60
Equorum ætas, quomodo cognoſcatur ex dentibus. 94

Equorum forma. 95. Paſtus, Admiſſura. 96
Equorũ emẽdorum formula. 96
Equorũ equarúmque grex quomodo conſtituendus. 94
Equos admittendi modus. 96
Equorum diuerſitas. 97
Eratoſthenes orbem terræ in duo diuiſit. 6
Erithace, ἐριθάκη. 141, 145
Eruderatum ſolum. 76
Eruilia quando ſerenda. 44
Euagon Thaſius. 5
Eubolus. 5
Euphiton. 5
Euphorion. 5
Euphranii duo, Athenienſis vnus, alter Amphipolites. 5
Euẽtus bonus, ruſticorũ deus. 4
Euhemeri libri ab Ennio verſi. 54
Europa ſalubrior Aſia & fructuoſior. 6
Europæ fabula. 89
Eurus. 23
Examen apium. 145
Ἐξάγωνον. 140
Excudunt oua ſua anſeres, non aliena. 128
Exgruminare. 138
Experientia. 33

F

Faba & alia legumina quomodo ſeruentur. 60
Faba vbi ſerenda. 37, 38
Faba agrum ſtercorat. 37
Fabã quando ſerere oportet. 44
Fabæ quot modii ſerũtur in iugero. 51
Fabrile ſepimentum. 27
Facientes Dei adiuuant. 3
Factus, quid. 38
Falces vineaticæ, ſcirpiculæ, ſyluaticæ, arborariæ, ruſticariæ. 36
Falere. 122
Falerna vina. 7, 63
Familiæ numerus in agro colendo. 31, 32
Familiaricæ ſellæ. 25
Far. 43, 62. Eius ſatio. 21
Far quando promendum. 63
Far adoreum. 63
Farrago, pabuli genus. 37
Farrago vnde dicta. 43
Farragine purgatur equinum pecus. 97
Fauonium inter, & æquinoctiũ vernum quæ agenda. 41
Fauſtulus paſtor, qui Romulum & Remum educauit. 69
Fauus, quid. 145
Fauorũ eximendorũ tẽpus. 147
Febris ſigna in pecore. 73. cura. ibid.
Febre nunquã carent capræ.
Fel bubulum cum aceto mixtũ cimices interficit. 12
Feneſtræ in villa. 25
Feriæ ſementiuæ. 6
Ficeta vbi facienda. 8
Ficus cur ad creſcẽdũ prona. 51
Ficus cur apud Rumiæ ſacellũ ſata. 107
Fici ſurculos potiùs quàm ſemẽ obruere cur expedit. 50
Fici ſemen naturale. 50
Ficorum genera. 51
Ficorum inſitio. 47, 50
Ficus Sabinæ quando promendæ. 63
Fiſcinæ. 35
Flabellum. 43
Flagellum. 43
Flocci. 108
Flora, dea ruſticorum. 4
Floralia. 4, 37
Fœminam an marem cõceperit vacca, taurum indicare. 91
Fœminas boues maceſcentes meliùs concipere. 71, 72
Fœniſiciæ vbi condendæ. 59
Fœnũ pabuli genus, 47. quando ſecandum. ibid.

Fœnum quomodo condendum. 59
Fœtura quid. 72
Foliorum quorundam verſura anni tempora indicari. 53
Foria. 25
Foriculæ. 60
Formicarum & talparum venenum, amurca. 56
Forum vinarium. 57
Foſſilis ſal. 107
Frendere. 86
Frit. 54
Fructuaria ſus. 87
Fructuoſior fundus vt fiat. 26
Fructus fundi. 37
Fructus qui ſint, & quomodo reponendi. 25
Frumentum, quid. 54
Frumentum vbi ſerendum. 38
Frumentum vt promatur. 62
Fruméti meſſionis tria genera. 55
Fucus. 144
Fucos eiiciunt apes. 141
Fugitiuarius locus. 138
Fundi ſolum, & quot & quæ in eo diſpicienda ſint. 15
Funes. 35
Fur in apibus. 144
Furcæ ferreæ. 36
Furcillæ. 20
Furfures cur obiiciãtur ouibus.

G

Galbuli in cupreſſo. 48
Gallicus ager. 7
Galli ad pecuariam appoſiti. 104
Galli, & eorum caſtratio. 128
Galli Tanagrici, Medici, Chalcidici. 129
Gallorum eligendorum forma. 129
Gallina quot oua & quãdiu incubet. 130
Gallinæ ruſticæ, villaticæ, Africanæ. 128, 132
Gallinæ vbi vento concipiant. 72
Gallinarum ſaginandarum modus 132
Gallinarum cubilia. 129
Gallinas in parando quas eligas. 129
Gallinaria inſula. 132
Gallinaria vt fiant. 129
Gallinarii officium. 129
Gemini in ſignifero circulo. 69
Gibberi. 9
Glabrum ſi quem facere velis. 12
Glabro ventre ouis. 76
Glandaria ſilua. 18
Glirarium vt conſtruatur. 139
Glirium ſagina. 139, 140. Cibus. 139
Gluma quid & vnde. 54
Græci authores qui de agricultura ſcripſerunt. 4
Granarii poſitio. 59
Granum quid & vnde. 54
Gregales. 95
Gurgures montes. 75

H

Hæredium. 22
Haræ porcorum poſitio. 86
Haræ anſerum. 134
Harundulatio. 19
Heliotropia, vnde. 53
Heluus color. 90
Herbarum inimica, amurca. 56
Herbæ exitiũ, hominis ſolum. 54
Hercules ex hortis heſperidum quid exportarit. 68
Herculis taurus. 89
Heſiodus Aſcræus. 5
Heſperus, ſtella, quæ & lucifer. 123
Hiems quot dierum, quando, & in quo ſigno incipiat. 41
Hieme quæ agenda. 40
Hieron Siculus. 4
Hinnus ex equo & aſinà. 98, 99

Hinni educatio, admiſſura. 98
Hinni bigeneres & inſititii. 98
Hinni mulis minores. 99
Hinnorum emendorum formula. 99
Hinnorum ætas quomodo cognoſcatur. 99
Hippocrates in magna peſtilentia multa oppida conſeruauit. 14
Hirci forma, ſeminium. 10
Hircus cur libero patri immoletur. 10
Hirtæ oues, & earum tonſura. 108
Holus in pingui terra ſeratur. 37
Homo bulla. 3
Hœdi trimeſtres ſubmittuntur. 81
Homerus Phrygiam ἀμπελόεσσαν nominat. 7
Hominis ſolum, exitium herbæ. 54
Horda, quid. 89
Hordæ boues. 89
Hordicalia. 89
Horologium Cypreſtis. 123
Hortenſii piſcinæ. 150
Hortos ſub vrbe colere expedit. 28
Hoſtus, quid. 38

I

Iana luna. 46
Illicium. 24
Illyricæ mulieres. 105
Imitatio. 33
Immolandi initium à ſuillo pecore ſumptum. 84
Incentiua tibia, & ſuccentiua. 9
Ineruſtari. 139
Incubandi tempus. 132
Inducere in viam. 116
Indeſinenter. 103
Initia quæ vocentur. 32
Inſitio, quid, & quæ in ea obſeruanda. 49, 50
Inſitio commodiſſima quo tempore facienda. 50
Inſitio ex arbore in arborem, duplex. 49, 50
Inſtrumentum vocale. 30
Inſtrumentum ſemiuocale. 33
Inſtrumentum mutum. 30, 35
Inſulæ in area. 139
Intermenſtruum. 45
Internodia articulorum. 100
Ἱπποτάφοι. 98
Italia vnde dicta. 89
Italia tota pomerio ſimilis. 7
Italiæ laudes. 6, 7
Ἰταλοί. 89
Italus, Herculis taurus. 89
Iuga. 19
Iuga boum quot iugeribus ſatis ſint. 33
Iugum. 22
Iugatæ vineæ. 19
Iugationis duæ ſpecies. 19
Iugerum, quid. 22
Iuglãdes finitimam fundi oram ſterilem faciunt. 29
Iuglandes nuces quomodo ſeruentur. 61. Quando promendæ. 63
Iumenta doſſuaria. 105
Iupiter, ruſticorum deus. 4
Ius ex oſſibus datur canibus. 102

L

Lac liquentium omnium maximè alibile. 108
actis varia diſcrimina. 106,
L 107
Lactariis medicam cytiſúmque lac ſubminiſtrare. 71
Lacones canes. 101
Lacunæ in equis. 95
Lac compluuius. 25
Lacus ſub prælo. 58
Lampada curſu tradere. 143
Lana ouium lanugine corrumpitur. 76
Lana ſuccida. 108
Lanare pecus. 108

Lauatio, homini requies. 84
Laxiora ad creſcẽdum proniora quam arida & minuta. 50
Legaria quid,& vnde dicta. 44
Legumina vnde dicta. 37,44
Legumina in qua terra ſeri debeant. 37
Legumina quando ſerenda. 44
Lentis ſatio. 7
Lepus,vnde dictus. 137
Leporum genera, indicia ætatis, fœcunditas,ſagina. 137
Lepores candidi. 137
Leporariũ quomodo conſtruatur. 135
ad Libellam equus. 16
Liber,deus ruſticus. 4
Libero patri hircus cur immoletur. 10
Liburnicæ mulieres. 15
Licinia lex. 8
Ligurire,muſcarum. 141
Lilium quando ſerendum. 45
Lineæ. 38
Lingua in ouibus potiſſimum inſpicienda. 75
Lini ſatio. 57
Lirare,quid. 41
Lithoſtrotum. 111,112
Loculatæ arculæ. 149
Loculatæ piſcinæ. 149
Locus cãpeſter quis melior. 15
Longuriæ. 27
Longurii. 96
Lora,quid & quomodo fiat. 58
Lucifer,ſtella; quæ & heſperus. 123
Luna,dea ruſtica. 4
Luna extrema & prima quæ dicatur. 45
cum Luna quæ fiant opera. 45
Lunares dies obſeruandi. 45
Lunares dies bipartiti. 45
Lupinũ ad pabulũ pertinet. 37
Lupus in ſues. 85
Luporum dentes ſuillæ carnis feruorem ferre nõ poſſunt. 83
Lupus,piſcis. 18
Luſca ouis. 76
Lutum porcorum requies. 84
Lux pinguitudini inimica. 132
Lyra,ſidus cæleſte. 91
Lyſimachus. 5

M

Maceria,quid. 27
Macellarii. 118
Maceſcentes boues melius concipere. 71,72
Macras boues citius concipere. 91
Magiſter pecoris. 104
Mago Carthaginenſis. 5
Mælium. 103
Maiales ſues. 87,98,100
Mala punica. 61
Mallei. 35
Malum conſiliũ conſultori peſſimum. 112
Malus bifera,vbi. 18
Mammulæ pẽſiles in capris. 80
Mancipia,qualia ſint. 30
Mare congelatum. 7
Marem an fœminam cõceperit vacca,taurum indicare. 91
Materies quãdo tempeſtiua. 45
Matrices. 91
Mazonomum. 118
Medica,pabuli genus. 37
Medicæ ſatio. 51
Medica pinguẽ facit pecudem, & gignit lac. 79
Medici galli. 129
Mel ex quibus conficiatur floribus. 142
Mel vbi optimum. 143
Mel diis ac hominibus gratum. 141
Mellis vſus. 141
Μελεαγρίδες gallinæ. 132
Meles. 136
Melicæ gallinæ. 132
Melimella. 60
Μέλινον. 142
Μελισσόφυλλον. 142

Μελιτουργεῖα. 142
Μελιττῶνες. 142
Meliturgi. 140
Μελίφυλλον. 142
Mellificium. 143
Mellaria. 142
Mellarii officium. 143,144
Melliti faui. 145
Menalippæ fabula. 89
Menecrates Epheſius. 5
Meneſtratus. 5
Menſtruum tempus. 40
Merulæ albæ. 132
Merularũ ſtercore boues ſueſque pingueſcere. 47
Meſſionis frumenti tria genera. 55
Meſſis, quid, & vnde dicta. 55
Meſſis tempus. 43
Μῆλα. 69
Milii ſatio. 38
Milium quandiu duret. 60
Minutatim. 34,97
Miliariæ, aues. 119
Militare ſepimentum. 27
Milliarius cliuus. 111
Milliarius grex ouium. 106
Milliarii apri. 114
Mina ouis. 76
Minerua, ruſticorum dea. 4
Mineruæ nihil caprini generis immolatur. 10
Minerual. 115
Miſcella nigra. 57
Miſcellum columbarum genus. 125
Mnaſeas. 5
Q. Modius Equiculus. 94
Molæ oleariæ. 58
Montana loca leuiora & ſalubriora. 16
Montanus ager. 15
Morticina ouis. 102. Volucres. 116
Morbi pecoris. 73. Eorum cauſæ, ſigna & curatio. ibid.
Mulam Romæ peperiſſe. 74
Mulam, vt equam, 12 mẽſe cũm conceperit parere ſcribunt Mago & Dionyſius. 74
Mulæ ex quibus generentur. 99
Mulus ex equa & aſino. 98
Muli nutricatio. ibid.
Muli bigeneres & inſititii. 98
Mulorum grex vt paretur. 99
Murenæ flutæ in Sicilia optimæ. 93
Muſcus ruber oleæ moleſtus. 38
Muſcæ liguriunt. 141
Muſeum. 121
Muſtea mala. 60
Muſtum. 62
Mutili. 127,144
Mutuli. 122
Mutum inſtrumentum. 30

N

Naſſiterna. 36
Naturam commutat ſemen vetus. 48
Naturale ſepimentum. 26
Nefrendes porci, qui. 86
Νεοσσοτροφεῖον quo loco cõſtitui debeat. 135
Niceſius Maronites. 5
Nigra vua, ſeu miſcella. 58
Nonarum inſtitutio. 65
Noualis, quid. 41
Nubilarii conſtructio. 35
Nuces Græcæ. 103
Nuces iuglandes quomodo adſeruentur. 61
Nuces iuglandes quando promendæ. 63
Numellæ. 103
Numina ruſtica. 4
Nutricatus pecoris. 72

O

Oadis. 5
Obærati. 30
Obſtrigilare. 11
Occare, quid. 42

v. ii.

Ocimum ad pabulum pertinet. 37, 43
Ocimum in horto. 43
Ocinum vnde dictum. 43
Offæ ex ficis & farre. 119
Offringere, quid. 41
Ogyges. 110
Olea cur in creſcendo tarda. 51
Olea quo tempore ſeri debeat, & interputari. 43
Olea quando legenda. 58
Oleæ varia genera, & quali in agro horum vnumquodque ſerendum. 38
Oleæ fructus duplex. 58
Oleæ ſurculus potiùs quàm nucleus cur ſerendus. 51
Oleæ contraria quercus. 29
Oleæ albæ & nigræ. 63
Oleagina ſemina qualia eſſe debent. 49
Oleum venafrum. 7
Olei conficiendi ratio. 58
Oliuetum quomodo inſtruendum. 31
Oliuitas. 61
Olus viti inimicum. 29
Onagri, aſinorum genus. 93
Onagrus è fero manſuetus. ibid.
Operarios quales eſſe oporteat. 18
Opimi boues. 73
Oporothece. 8, 60, 61
Ὀπός. 107
Opus tectoriũ & inteſtinum. 111
Orbile. 122
Orbiculata mala. 60
Orcæ. 26
Orchites olea vt condenda. 61
Ordeũ quoto die exit è terra. 52
Ordei ſatio. 21
Ordei quot modii ſerũtur in iugero. 51
Ὀρνιθοβοσκεῖον. 128, 129, 131
Ornithones. 112, 115, 117
Ornithonis duo genera. 18, 19, 121
Ὀρνιθοτροφεῖον. 121
Ouiariæ. 35
Ouillum lac maximè alibile, inde caprinum. 106
Ouillum ſtercus. 47
Ouilli pecoris admiſſura. 72, 77
Ouis pregnãs eſt 150 diebus. 77
Oues hirtæ. 58, 108. Pellitæ. 79
Oues lactantes non mulgendæ. 79
Ouium vtilitas & placiditas. 68
Ouium paſtio æſtiuo tẽpore. 77. Hiberno. ibid.
Ouium emẽdarum formula. 75, 76
Oues noſtras à feris ortas. 80
Ouum inane natat, plenum deſidit. 130
Ouũ in ceriali põpa primum. 9
Oua quæ incubantur, an pulli ſemen habeant quomodo cognoſcatur. 131

P

Pabulum quo loco ſeratur. 37
Pabulum quando ſecandum. 43
Pabulum apium. 143
ad Pabulum quæ pertineant. 37
Pacuuii locus. 7
Palea vnde dicta. 56
Palea in gallis. 129
Paleæ. 38
Palma cur ad creſcendum tarda. 51
Palma in vite vnde dicta. 43
Palmaria inſula. 120
Palmula quando promenda. 63
Palumbes vt reddãtur pingues. 133
Palus. 19
Pampinare. 42
Pandatharia inſula. 19, 120
Panicum vbi ſeratur. 38
Papillæ. 138
Parilema. 41
Partiones. 129
Partura pecudum. 74
Paſcitare. 144

Paſtionum genera. 71
Paſtio agreſtis & villatica. 114
Paſtor erat illuſtriſſimus quiſq; de antiquis. 68
Paſtoris ratio & ſcientia. 66
Paſtorum ætas, forma, cibus, officiū, numerus. 104, 105, 106
Paſtorum vita incentiua, agricolarum ſuccentiua. 9
Pauoni formæ palma data. 124
Pauonem in cœna primus expoſuit Q. Hortenſius. 124
Pauonū greges, forma, ouorum pretia, admiſſura, paſtura, fœtura, incubatio, ſtabulatio, partus. 123, 124
Pauonum agreſtium greges. 124
Pauonini pulli. 130
Pecua. 67
Pecuaria. 111
Pecuariæ. 66
Pecuariæ origo & dignitas. 67
Pecunia vnde dicta. 70
Pecuniæ omnis fundamentum, pecus. 70
Pecudum nomina in ſignifero circulo. 69
Pecus bonum vt pares. 70
Pecoris omnis ætas prima & extrema ſterilis eſt. 70
Pecoris morboſi cauſæ & ſigna. 73
Pecore notatum æs antiquiſſimum. 69
à Pecore nomina ſumpſerunt maria, montes, oppida, regiones. 69
Pedamenta, quid. 19
Pedamētorum genera quatuor. 19
Pedum medela. 12
Penſilia quæ, & quando promenda. 63
Penſum abſoluere. 75
Perdices voce maris audita concipiunt. 135
Περιπετάσματα. 122
Περιστερεών quomodo fiat. 125
Periſtylum. 119
Pernæ vbi optimæ. 85
Peroriga, quis. 96
Perſis. 5
Pertica vitis. 19
Perticæ ornithonis vt diſponantur. 119
Pes betaceus. 12
Peſtilentia in gregibus caprinis. 82
Petaſiones. 85
Phalarides, aues. 135
Pilæ corticiæ cupreſſi. 48
Pilorum caprinorum vſus. 108
Pinacothece. 8, 60
Pira conditiua quæ, & quomodo ſeruentur. 61
Piſcinæ. 107, 116
Piſcinarum duo genera. 149
Piſcinæ loculatæ. 149
Piſcinæ nobiles. 118
Platani radix trium & triginta cubitorum. 46
Pleutiphanes. 5
Ploſtra maiora. 36
Ploſtellum Pœnicum. 57
Plumula. 121
Poma conditiua. 60
Poma vnde dicta. 43. Quando ferenda. 44
Pomaria. 37
Pontia inſula. 120
Populorum cacumina vbi ſerenda. 39
Porca, quid & vnde dicta. 42
Porcellus quomodo educādus. 86
Porculatio. 85
Porcus. 86
Porcus quibus adhibebatur. 84
Porci Cereris initiis immolabantur. 84
Porci delici, ſacres, nefrendes. 86
Porci hyeme nati, quales. 85
à Porcis initium immolandi. 84

Porricere. 42
Poſt principia. 118
Præfecti villæ. 31
Præſepiæ. 26
Prata, vnde dicta. 18
Prata quomodo irriganda. 43.
Quomodo ſicilienda. 55
Primigenia ſemina. 48
Primigenia pecuaria. 75
Propolis. 145
Proſcindere, quid. 41
Pſittaci. 132
Pulli gallinacei & pauonini. 130
Pulli gallinarum vt educandi. 131
Pulli equini quomodo domentur. 97
Pullorum equorum pabulum & cura. 97
è Pullo equino futurum equum coniectari. 95
Punica mala quomodo adſeruentur. 61
Putei, granarii genus. 59

Q

Quadratus actus. 22
Quercus ſemper frondens, vbi. 17
Quercus oleam enecat. 29
Querquedulæ aues. 116, 133
in Quincuncem ſata. 17
Quiriniana mala. 60

R

Radicum diſcrimina. 46
Rana lurida quomodo glabrum efficiat. 12
Rapa confecta vt ſerues. 61
Raporum ſatio. 38
ex Raporũ vetere ſemine braſſicam naſci, & contrá. 48
Rationem cum orco habere. 12
Raſtelli. 35
Reatini aſini, & eorum pretium. 71, 99
Regitare. 60
Rei pecuariæ origo ac dignitas. 67, 69, 70
de Re ruſtica libros quoto ætatis ſuæ anno Varro ſcripſerit. 3
Reiiculæ in pecore. 73, 95
Reſtes. 19, 35
Reſtibilis ager. 52
Ridica. 19, 39
Retorrida prata. 21
Retia. 76
Rhedarii equi. 150
Ricini. 103
Robigus, Robigalia. 4
Romanus ſedendo vincit. 6
Romanorum populus à paſtoribus ortus. 69
Romanorum nomina à pecoribus indita. 69
Roſa quãdo & quemadmodum ſerenda. 45
Roſeæ campi in Italia. 18
Roſeani equi. 95
Rotæ capræ. 68
Rubeus color. 90
Rubrica. 21
Rudus. 21
Rumis, mamma. 72, 107
Rumia dea. 107
Rumpi. 19
Rura veteres quot metirentur modis, eorúmque nomina. 22
Ruſtica vita vrbana antiquior. 109
Ruſticorum dei. 4
Ruſticos vrbanis præponi. 65

S

Sabina ficus quãdo promẽda. 63
Sabulo albus & rubicundus. 21
Sacra via vbi poma væneũt. 80
Sacres porci. 72, 86
Saginarium. 124
Sal ex lignis. 18
Sal foſſitius & maritimus. 13
Sal foſſilis & marinus. 107
Salaces galli. 129
Salentina olea vbi ſerenda. 38
Salentini canes. 101
Salire in aqua. 133

Saliri oues. 78
Saliua caprarum,venenum. 10
Salix Græca vbi ſerenda. 39
Saltus,quid. 23
Salubritas vnde proueniat. 14
Sanitas & morbus pecoris. 73
Sanitatis ſigna in apibus. 144
Sarcula. 36
Sarmentum eiuncidum. 42
Sata quoto quæq; die prodeant è terra. 52
Sata quomodo ſint tuenda. 53
Scantiana poma. 60
Scire omnia nemo poteſt. 67
Scirpus. 35
Scopi vuarum. 57
Scrofa vnde. 83
Scrofa bis parit in anno. 86
Scrupulum,quid. 22
Secluſorium. 120
Sedere inter aues. 112
Seges,quid. 41
Segetes campeſtres. 16
Σειρσί. 59,62
Sellæ familiaricæ. 25
Semen,quid. 48
Semen optimum quomodo parandum. 66
Semen vetus naturam commutat. 48
Semina quatuor generũ. 47,48
Sementiuæ feriæ. 6
Seminariorum arborũ cura. 48
Semipiſcina. 25
Semiuocale inſtrumentum. 30
Sepes viua. 26
Sepes ad quid inuentæ. 27
Sepimentum. 26
Sepimentum fabrile. 26
Sepimentum militare. 26
Septentrionalis pars meridionali ſalubrior & fructuoſior. 6
Septum venationis T.Põpeii. 136
Septa quæ fundi tutandi gratia fieri debeant. 26
Serendi tempus. 44
Seriæ oleariæ. 113
Seris herba qua paſcuntur anſeres. 134
Serpyllum vnde dictum. 45
Seſama. 52
Sibyllini libri. 3
Siculum mel cur optimum. 143
Silicula. 37
Sicilire pratum. 55
Siliginis ſatio. 37
Silua glandaria,& cædua. 18,38
Silua montana melior. 18
Sirpeæ. 38
Siſer. 145
Sol,ruſticorum deus. 4
Sol ſex continuis menſibus vbi non videatur. 5
Solis curſus annalis in quatuor tempora diuiditur. 40
Solſtitium inter & caniculam, quid agendum ſit. 43
Solſtitium foliis quibuſdam indicari. 53
Solitanæ cocleæ. 139
Solum fundi, & quot & quæ in eo diſpicienda. 15
Solum eruderatum. 76
Sorba diſſecta vt ſerues. 61
Sorba quando promenda. 63
Spartum. 38
Speca ruſticis,quid. 54
Spica,quid,& vnde dicta. 54
Spica mutica. 54
Spica caduca. 77
Spicilegium. 85
Squalus,piſcis. 117
Squillas in mari naſci. 18
Stabula in villa.24. Eorum ſitus. 76
Stabulare. 35
Stercus optimum. 46,47
Stercoris varia genera. 46,47
Stercus herbam multã faciens. 47
Stercore auium ſues bouéſque pingueſcere. 47

Sterquilinium. 25,47
Stipula legenda. 57
Stolonis lex. 18
Stramentum vnde dictum. 56, 57
Struthea mala. 60
Stylobate. 25,121
Subciſiuum. 22
Subgrundæ. 117
Subrumi agni,qui. 72
Succentiua tibia, & incentiua. 9
Succida lana. 108
Succidiæ Gallicæ. 85
Succidiam in carnario ab lanario ſuſpendere. 83
Suggeſtum faleris. 122
Suilli pecoris admiſſura. 72
à Suillo pecore initium immolandi. 84
Sulcus,quid. 42
Sumen Italiæ. 18
Suouitaurilia. 89
Surculi deplantati vt inſerantur. 49
Surculi in humum demittendi quo tempore deplantari debeant. 49
Surculorum ex arbore in arborem inſitio. 49
Surculorum transferendorum tempus. 50
Surculis cõſita quemadmodum tuenda. 53
Surda ouis. 76
Sus Latinè,Græcè ὗς. 84
Sus fert ventrem IIII menſes. 72,86
Sus in anno bis parit. 66
Sus quot porcos nutricare poſſit. 87
Sus Arcadica admiranda. 85
Sus in Luſitania memorabilis. 85
Suis AEneæ prodigium. 87
Sues vt lacte abundent. 88
Sues & apri. 68
Suum grex, forma, paſtus, ſtabulatio, volutatio, fœtura, admiſſura,partus,fœcũditas, porculatio,denominatio. 83, 84,85,86,87
Suum comparandarum formula. 83
Suibus lutum requies. 84

T

Tabani bubus infeſti. 91
Tabula literaria. 121
Taleæ,quid. 49
Talearum inſitio. 51
Talparum & formicarum venenum,amurca. 56
Tanagrici galli. 129
Taniacæ. 85
Tarentinæ oues. 79
Taura,quæ. 89
Taurum etiam exciſis teſticulis generare. 91
Taurum,mas an fœmina concepta ſit,indicare. 91
Tauri quomodo lupos propulſent. 100
Taurorum admiſſura. 71
Tebæ,ſine afflatu,quid. 110
Tegetes. 35
Tegeticulæ. 108
Tellus dea & mater. 4
Tempeſtates. 45
Temporis diuiſio. 40
Terra quot modis dicatur. 20
Terrarum diuerſitas. 52
Terra, mater & Ceres dicta. 110
Teſſerulas coniicere in loculum. 123
Θεαπείδιον. 122
Thebæ Bœotiæ. 110
Thelis olim, nunc Thetis. 132
Theophilus. 5
Theophraſtus Peripateticus. 5
Theophraſti libri περὶ φυτῶν ἱςορίας, & περὶ φυτῶν αἰ-

πῶν. 14
Theophraſti ſententia de ſeminibus. 48
Theſſalici equi. 95
Tholus. 122
Thymum ad mellificium aptiſſimum. 143
Thymo abundat Sicilia. 143
Θύειν, immolare. 84
Tibia incentiua & ſuccentiua. 9
Tomacinæ. 85
Tonſores quando in Italiam primùm venerint. 108
Tonſura ouium. 108
Tonſura caprarum vbi primùm inſtituta. 109
Traduces, qui. 19
Tribulum. 35, 56
Tricenariæ vites. 7
Triticum quoto die exit è terra. 52
Triticum quandiu ſeruetur. 60
Triticum Appulum. 7
Triticum quomodo condatur. 59
Tritici ſatio. 37
Tritici quot modii ſeruntur in iugero. 52
Tritura granorum. 56, 57
Tubuli. 19
Turdorum cura & ſagina. 119, 120
Turdorum aduolatus, reuolatúſque. 120
Turdorum ſtercore boues ſuéſque pingueſcere. 47
Turdulus ad pecuariã ineptus. 104
Turturum cibatus & ſagina. 128
Tutellarum fundi genera quatuor. 26
Tympanum. 122
Τυροποιΐα. 74

V

Vagina, quid. 54
Vacca ventrem fert 10 menſes. 72
Vacca marem an fœminam conceperit, taurum indicare. 91
Varro quoto ætatis ſuæ anno libros De re ruſtica ſcripſerit. 3
Varronis diligentia in peſtilentia. 14
Vaſa olearia & vinaria. 24
Vaſa torcularia, acinaria, frumentaria. 36
Vectarii equi. 97
Vectura ad villam. 29
Vegrandes oues. 78
Veha. 9
Vellaturam facere, quid. 47
Vellera vnde dicta. 108
Vellumina. 108
Venafrum oleum. 7
Vendendum quãdo caritas eſt. 64
Vendibilior ager. 13
Venti qui & quomodo in ædificanda villa obſeruandi. 23
Ventorum octo orbis. 123
Ventilabra. 57
Venus, ruſticorum dea. 4
Veris tempore quæ fiant. 40
Ver quot dies habeat, & quando, & in quo ſigno incipiat. 40
Vergiliarum inter exortum ad ſolſtitium, quæ fieri debeant. 43
Verres quando caſtrandi. 87
Verres quales deligendi. 83
Verres quãdo ſalire incipiunt. 84
Verſura foliorum quorundam quid indicet. 53
Veruactum, quid. 52
Veſpa. 144
Vicia vnde dicta. 43
Vicia quando ſerenda. 44

Vicia ad pabulum pertinet. 37
Villa. 114
Villæ quis eſſe debeat modus, & quæ in illa facienda. 23, 24
Villa quo potiſsimum loco ponenda. 23
Villa ruſtica, vrbana & ſuburbana. 26
Villatica paſtio. 111,112,114
Villicus. 9
Villici officia. 24,36
Vinalia. 4
Vindemia quando & quomodo facienda. 44,57
Vindemiatoria vaſa. 113
Vinea quo agro ſerenda. 39
Vineæ ſpecies multæ. 18
Vineæ collinæ meliores. 16
Vinctus, quid. 20
Vinetum quomodo inſtruendum. 31
Vinum quærit ſolem. 20
Vinum quando promendum. 61
Vinum Falernum. 7
Viola vbi ſerenda. 38
Violaria. 45
Vitiarium. 42
Vitis antequam inſeratur triduo deſiccanda. 50
Vites tricenariæ. 7
Vites biferæ, vbi. 18
Vitium genera. 42,43
Vites quando putandæ & propagandæ. 44
Vituli quomodo nutriantur. 92
Vitulorum caſtrandorum tempus. 92
Viuiradices. 47
Vliginoſus ager. 16
Vligo. 76
Vlmi ſatio. 39,45
Vlmorum vtilitas. 27
Vmbracula in area. 56
Vncia agri. 22
Vngulæ diſplodentes & diuaricantes. 90
Volatura. 120
Vocale inſtrumentum. 30
Volucres aduenæ & vernaculæ. 120
Vrcei. 36
Vrruncum, quid. 54
Vuæ quando legendæ. 44
Vuæ, quæ & quomodo condantur. 60
Vuæ quomodo ſuſpendantur. 60
Vuas premendi modus. 57
Vulſura lanæ. 108

X

Xenophon Socraticus. 4

Y

Ὑπηνέμια oua. 72
Ὗς, Latinè Sus. 84

F I N I S.

IOSEPHI SCALIGERI,
IVLII CAESARIS F.

Coniectanea in M. Terentium Varronem De lingua Latina.

Appendix ad eadem, nunc primùm ab eo edita.

EIVSDEM IOSEPHI Scaligeri Notæ ad Varronis libros De re ruſtica.

NOBILISSIMO AC ERVDITISSIMO LVDOVICO Caſtanæo Rupipozæo S.

NON dubito quin hæc Coniectanea in M. Varronem maturiùs edenda erant, quòd à quibuſdam ea cupidè expectari ſciebam: materia autem ea eſt, vt vel ſtudioſos iuuare, ſummos etiam viros delectare poßit. Tamen non defuerunt cauſſæ quæ me quaſi currentem primò repreſſerunt. Extiterunt enim nonnulli qui obtrectarent, me actumagere: eum autorem emendatißimum Romæ olim editum eſſe: quid aliud quàm me infeliciter verſari in ea prouincia, quam magna cum laude ſummus vir Antonius Auguſtinus ſuſcepiſſet? Alij verò negare, bonas horas in his minutis animaduerſionibus collocare, eſſe eius qui aliquod nomen in literis conſequi, ac in hominum luce verſari vellet. Hæc ſanè ſat non erant ad deterrendos animos eorum qui norunt & horum praua iudicia, & illorum malignas obtrectationes. Tamen tantum apud me valuerunt, vt fatendum mihi ſit, quòd illis crediderim, potius in eo requirendum iudiciũ meum, quàm

quòd Varronē emendarim, reprehendendum. Nam quod aiunt iſti, poſt Antonium Auguſtinum fruſtra illud negotium à me ſuſceptum eſſe: primùm alterutrum, aut profitētur temeritatem ſuam, qui audeant præſtare illam editionem, quam ipſi legiſſe non videntur: aut ſupinitatem, qui, ſi legerunt, non vident in ea tot mendoſos locos relictos, non paucos etiam perperam mutatos eſſe: vt mihi videātur magnam iniuriam facere optimo viro, qui eius magnitudinem ingenij hac vna editione volunt æſtimari. Deinde tanta nō eſt eius editionis vel autoritas, vel fides, vt deterruerit ſimiles conatus Vertranij, viri eruditi, quem honorificè appello. Sed ne me mouerint quidē amplius aliorum ſiniſtra iudicia, quos ſuprà dixi cōtemnere hæc ſtudia: qui nihil aliud in vita curant, quàm vt rectè Latinè loqui videantur illis, qui dūtaxat quod neſciunt, admirari aut plauſu excipere conſueuerunt. Hos facilè contemnere poſſumus: cùm ſciam maximum quoque virum Hermolaum Barbarum, exiſtimatum ab aliquo valde alienum feciſſe ab inſtituto ſuo & dignitate, qui tantum ſtudium in Plinio repurgando poſuerit. Et tamen iſte qui illū notat, tanti precij eſt apud me, vt, cùm antea parum in literis videre ſemper à me iudicatus ſit, nūc etiam cum toto illo iudi-

cio nihil ſapere mihi videatur. Nō dicam quid boni ex iſtis expectari poßit: hoc tātùm ad miror, quo conſilio ſe conſecuturos putāt, vt prius eloquētes euadant, quàm Latinè loqui ſciant: cùm interea non ſentiant, nec quid flagitij committūt, cùm Ciceronem adeunt illotis pedibus: nec quàm ridiculi ſunt, qui illa penetralia eloquētiæ ſibi vnis patere putant: quòd, vt illum autorem ſolum tritum habeant, non modò à cæteris omnibus abhorrent, ſed etiam eorum lectione iuuentuti interdicunt. Nec cogitant veteres illos meliore fato vſos quàm nos, quibus nec aliena lingua loquendum erat: & cùm eloquentiæ ſtudebant, nunquam illa ſecula iis viris caruerūt, à quibus diſcere poſſent. Nos contrà, quibus & peregrinæ linguæ ediſcendæ, & ad earum perfectam cognitionem tot autores peruolutandi ſunt: & cùm ad eloquentiæ ſtudium aliquam viam nobis ſtrauimus, longè alind inſtitutum nobis tenendum eſt, quàm ſolent iſti argutuli magiſtri, qui pulchrè ſecū agi putant, cùm Ariſtotelem, quem ipſi ignorant, pueris prælegūt, vixdum aliqua linguæ Latinæ cognitione imbutis: tantùm abeſt vt Ariſtotelem Græcè loquentem audire poßint: & ita ſplendore falſæ ſcientiæ obiecto perſtringunt illam aciem bonorum ingeniorum. Sed nos ad aliud animum

comparamus, quàm illorum ſtare craſsis iudiciis, & operam noſtram, quam in hunc autorem impendimus, minimè luſiſſe putamus, ſi, quanta quãta eſt, ſtudioſos iuuare poteſt. Nam autores bonos recognoſcere, contrà quàm iſti malignè vellicant, etſi non ſummi ingenij eſt, non tamen mediocris operæ eſt. Et tametſi in eo negotio interdum falli neceſſe eſt: non tamen ita omnino luditur opera, vt non laude dignus ſit qui magnum autorem iuuare voluit. Hoc me multum conſolatur. nam & tot maculis ſcatet Varro, vt, in quo me deceperit iudicium meum, eæ ſolæ poßint ſuſtinere cauſſam defenſionis meæ. Et, quod caput eſt, is eſt autor, quem vel tantùm edidiſſe, plauſibile ſit apud ſtudioſos, nedum caſtigatiorem edidiſſe aliquid laudis mereatur. Deinde quia neceſſe fuit in multis coniectare tantùm, difficile eſt autem in omnibus præſtare poſſe cõiecturas: ſequuti ſumus ſapiẽtum iudicũ rationem. Ipſi, quod perpetuo iure nõ poſſunt, arbitrario decidunt. Idcirco cauimus nobis titulo, & Cõiectanea inſcripſimus: vt nõ habeãt iſti quid cauillentur in eo qui tãtùm partes dubitãtis ſuſceperit. Haud enim facilè cõcoquere poßũt, quòd poſt editiones duas Auguſtini, & Vertranij, aliquid noui me proferre ſperẽ, quod illos latuerit. Et tamen qui noſtras cũ illorũ animaduer-

ſionibus comparârit, non ſolùm dicet nos vidiſſe quod ipſos fugerit, ſed etiã aliquid præterea monuiſſe, de quo ipſis nunquam in mentem venit. Neque hoc dictum velim, tanquã ignorem quantus vir ſit Auguſtinus, quem ſanè eruditiſſimum, ex ſuis ſcriptis expertus ſum: ſed vt ſciant iſti, longè felicius eum potuiſſe tractare hoc negotium, ſi voluiſſet. Tolerabile enim erat, quòd in ea editione corrupta multa prætèrita ſunt, niſi ex emendatioribus pleraque in peius mutata eſſent. Cùm igitur, Ludouice Caſtanæe, iuuenis nobiliſſime & eruditiſſime, in animo habuiſſem, hæc Coniectanea ſaltem ſola nõ edere, quòd multa eiuſmodi in alios bonos autores habeam, & poterant vnà cum illis publicari: tamen placuit hæc in gratiam tuam edere, quia ea iudicarim melius in nomine tuo apparere, quàm ſi in aliud tempus premerentur, & tam bonam occaſionem vtrique amitteremus: illa, talem patronum inueniendi: ego, meam in te voluntatem ſignificandi. Quod quidẽ multis de cauſſis facio: tum quòd ex nobilitate noſtra non potui inuenire magis literarum amãtem, quàm te: cuius ingenium tale eſt, vt etiam ſine literis videatur cultum eſſe potuiſſe: tantum autem literarum conſecutus es, vt vel ſatis ad ſummam gloriam eſſe poſſit. Tum ſi quis quæ-

rendus erat cui multum me debere fatear, tu profectò vnus occurriſti, cuius & plurima in me extant beneficia; & quotidie magis ac magis eam de te ſpem facis, vt cuius liberalitati multa accepta refero, eius etiam virtutem admirari cogar. Vale, ex Caſtro veſtro Rupipozæorum, IIII *Idus Decemb.* CIↃ.IↃ.LXIIII.

IOSEPHI SCALIGERI CONIECTANEA SEV ANNOTATIONES IN QUARTUM LIBRUM M. TERENTII VARRONIS DE LINGUA LATINA.

IOSEPHI SCALIGERI CON-
IECTANEA SEV ANNO-
tationes in quartum librum M.Te-
rentii Varronis de lin-
gua Latina.

PAGINA I.

CVM DEMONSTRATVR in quo non debet pertendi, & pertenditur.] Pertenditur legendum eſſe, & ante nos annotauit Vertranius. Pertendere enim τὸ ὑπερδιατείνεσθαι ad verbum. Propertius,

Quòd ſi pertendens animo veſtita cubaris,
Sciſſa veſte meas experiere manus. Plautus Captiuis more ſuo alluſit ad etymologiam veram. Non enim à pertendendo, vt vult Varro, ſed à pertinendo. Ita enim ait, *Quid aut tenáxne eius pater?* PH. *Imò epol pertinax.* Pulchrè quid inter pertinaciam eſſet & peruicaciã docet Attius poeta in Myrmidonibus, elegantiſſimis verſibus: quorum acumen meruit vt hîc aſcriberentur, ne corruptos legas apud Nonium,

Tu pertinaciam eſſe Antiloche hanc prædicas:
Ego peruicaciam aio, & hac me vti volo.
Nam peruicacem dici me eſſe, & vincere
Perfacilè patior: pertinacem nil moror.
Hæc fortes ſequitur: illam indocti poſſident.
Tu addis quòd vitio eſt, demis quod probro datur.

3 HIC commonendum eſſe putaui.] Romana editio, & Vertranius, *hîc commonendum eſſe non putaui*: Malé. Ait enim Varro, quæ diligenter tractauerit in aliis libris, hîc ea ſe non repetiturum, tantùm commonendum modò putat lectorem.

3 HINC Pacuuius Rudentiſibilus.] Eodem modo Repandiroſtrum, & Cortinipotens Lucillio,

Hunccine ego vnquã Hiacynthi hominẽ cortinipotentis
Deliciis contendi?- Sic etiam Laberius de Ariete:
Reciprocicornem, lanicutem, veſtitrahum. στρεψικέρωτα, δασύμαλλον, ἑλκεσίπεπλον. Et Pacuuius finxit Curuifrons. Sed ita corriges locum Nonij mirè deprauatum : Armenta genere neutro, plerunque fœminino. Ennius:
-ad armentas ipſius eaſdem. Pacuuius:
Tu curuifrontes paſcere armentas ſoles. Huc referendum & illam compoſitionem Lucillij, quanquam magis Ariſtophanicam:
Tranſuerſo ordine poſuit hippocampelephantocamelos. Neque alienum erit ab hoc loco, Hegeſandri veteris poetæ epigramma in ſophiſtas apponere:

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξογένειοι,
Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι.
Ἱματανωπερίβαλλοι, νηλιποκαιβλεπέλαοι,
Νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπαταπλάνιοι.
Μειρακιεξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταὶ,
Δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι.

Videamus num & nos impunè cum Lucillio hæc imitatione Græcorum tentare poſſimus:

Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,
Manticobarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatquelucernitui, ſuffarcinamicti,
Noctilatentiuori, noctidoloſtudij.
Pullipremoplagij, ſutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepi.

3 CHLAMYDE contorta clupeat brachium.] Pacuuij ex Hermiona, vt citat Nonius,
Currum liquit: chlamyde contorta aſtu clupeat brachiũ. Liuius libro XXV, id genus loquendi mitigauit. Ita enim ſcribit, Inter hæc dicta paludamento circum læuũ brachium intorto (nam ne ſcuta quidem ſecum extulerant) in hoſtes impetum fecit. Valerius Flaccus lib. III,
-chlamys imbelli circundedit oſtro
Torta manum, ſtrictóque vias præfulgurat enſe. Hoc voluit Pollux lib. IIII. ἐφαπτὶς, inquit, συστρεμμάτιόν τι φοινικοῦν, ἢ πορφυροῦν, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες, ἢ θηρῶντες. Chlamydem autem peregrinantes ſumere ſoli-

tos, docet Plautus Mercatore. Ibi enim adoleſcens profectionem adornans, ita loquitur,

-chlamydem ſumã denuo. Itẽ de curru paulo pòſt:

Poſtea iam in currum conſcendi: iam lora in manus cepi meas.

3 QVARTVS, vbi eſt aditus, & initia, Regis.] Non videtur eruditiſſimo Adr. Turnebo aliquid mutandum: neque ego mehercule cenſeo. Quartus, inquit, aditus, regis eſt: id eſt, magnum fecerit qui ad eum acceſſerit. Ita loquebantur veteres. Plautus Pœnolo,

Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me allexero.

In editione Romana lectio antiqua mutata eſt.

3 NOLVI præterire eos, &c.] Nõ hoc ait Varro, ſe nolle præterire eos qui ſignificationes tantùm verborũ expediunt: imò contrà, ſe aliquid maius iis præſtiturum. Ipſe poſtea ſeſe explicat. Itaque *Volui* legendum, non, vt antea, *nolui.*

3 IN EO verbo quod finxiſſet Ennius cauſam neglegere.] *Eo in Verbo, quod finxiſſet Ennius, cauſſari: neglegere quod antè rex Latinus finxiſſet.* Hic eſt germanus huius loci ſenſus, & vera lectio.

4 TOTIDEM verborum. Horum enim, &c.] Poſtrema duo verba vacant: quorum alterum conflatum eſt ex præcedentis ſimili deſinentia: alterum quomodo huc irrepſerit, neſcio. Itaque inducenda ſunt. Porrò huiuſce diuiſionis meminerat libro XX rerum humanarum, citante Nonio: *Et ea quæ ad mortales pertinent, quadripartitò diſpertierim: in homines, in loca, in tempora, in res.*

4 O TERRA trita.] Si nomen tragœdiæ poſuiſſet Varro, minus laboraremus ad coniecturam: nunc difficile eſt tam corrupto loco mederi: cùm de quo, & quis loquatur, & in qua fabula, neſciamus. Multi multa adduxerunt ad correctionem huius loci, partim ex ſe, partim ex libris manuſcriptis: quæ tamen omnia mendoſa puto. Quòd ſi locus eſſet coniecturæ, ita lubenter legerim:

O terra tritaui, in cuius mœro Liberi

Fanum locaui- Et, vt ingenuè fatear, valde mihi

perſuaſi hanc meam coniecturam veram eſſe. Nam aduerbium *Vbi*, ex eo conflatum puto, quòd videtur in manu ſcriptis *tritabi* pro *tritaui* ſcriptum fuiſſe. Qui error quàm frequens ſit in libris calamo exaratis, nemo neſcit: & nos demonſtrabimus in his libris non ſemel ad eum modum peccatum eſſe.

5 AB EO præco dicitur locare, quoad vſque id emit quoad in aliquo conſiſtit precium.] Legendũ proculdubio, Quod vſque idem it, quoad in aliquo cõſiſtit pretium. Et, niſi valde fallor, memini olim quoque ita ſenſiſſe doctiſſ. Adr. Turnebum, cùm hæc cum illo communicarem. Idem vſq; it ergo dictum vel de præcone, qui ſemper vagatur, donec inuenerit in quo conſiſtat pretium: vel de merce, quæ ſemper ἐπιπολάζει, & incerta eſt, donec in eo mancupe conſiſtit qui auctionẽ euicerit. Quo in ſignificatu Plautus dicit, *It ad me lucrum*: nimirum vt in eo conſiſtat & quieſcat.

5 ITAQVE dicit Andromacha, Noctíque caua, &c.] Scribendum: *Itaque dicit Andromeda nocti:*

Quæ caua cœli ſignitenentibus

Conficis bigis. Sunt enim Anapæſtici ex Andromeda Ennii: quam fabulam vertit ex Euripide. Id autem cognoſcimus ex dramate Ariſtophanis, cui nomen Θεσμοφοριάζουσαι. In ea fabula Ariſtophanes more ſuo Euripidem inſectatur: & ex eius poetæ Andromeda παρῳδίαν confecit, qua hominem ſalſè deridet. In illis igitur quæ dicuntur ex perſona Andromedæ, habentur & hæc, ex quibus Latina verſa ſunt.

-ὦ νὺξ ἱερὰ,

ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις,

ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ᾽

αἰθέρος ἱερᾶς

τοῦ σεμνοτάτου δι᾽ ὀλύμπου. Citãtur & ab interprete Theocriti in Pharmaceutria. Ex quibus apparet non Andromacha, ſed Andromeda legendum eſſe. vtranque enim ſcripſit Ennius. Sed quemadmodum hîc Andromacha pro Andromeda: ita etiam alibi contrà Andromeda, pro Andromacha: vt apud Nonium mendoſè ex Andromeda citatur hic verſus,

Nam vbi introducta eſt, puerúmque vt lauerent, collocar in clupeo: cùm ſit ex Andromacha. quod cognoſcimus ex Euripide in Troadibus: vbi cadauer Aſtyanactis pueri lotum defertur in clypeo à Talthybio: cuius hæc verba apud ipſum Euripidem,

Ἔλουσα νεκρὸν, κἀπέλουσα τραύματα. Scripſerunt autem Andromedam tres ſummi poetæ veteres: Liuius Andronicus, Ennius, Attius. Tamen Attius raró vertit integras fabulas ex veteribus Græcis: ſed de ſuo edidit. Argumento eſt, quòd Armorum iudicium ſcripſit poſt Pacuuium, qui eius nominis alteram ex Æſchylo vertit: item Medeam, poſt Ennianam ex Euripide conuerſam: Telephum, poſt illam quam ex Euripide quoque idem Ennius mutuatus fuerat: & multas alias. ſic & Andromedã puto ex illius inuentione eſſe, non autem ex aliquo poeta Græco. Liuij verò Andromeda potuit eſſe interpretata ex Sophocle. Citatur enim ille poeta in Andromeda à Polluce lib. x. item Heſychio, voce κύρειον.

5 QVARE vt à cauo, &c.] Particulam *vt* puto vacare, & ita legendum, *Quare à cauo cauea, & caullæ, & conuallis, cauata vallis, & cauædium: vt cauum ſit ortum, vnde omnia apud Heſiodum. à caho: à cauo, cælum.*

5 CAVILAE.] Mendoſè manifeſtò pro Caulæ. Error ex veteri ſcriptura. Nam Caullæ ſcriptum fuit duplici l, vt Paullus. Inde fecerunt Cauilæ. Varroni ἔτυμον cæli à Cauo deducenti adſtipulatur Lucretius, qui dixit *Caulas ætheris.*

6 CAVATAE cauitione.] Scio apud veteres Cauitionem dictum pro cautione: & ita poſſet legi, *Cauete cauitione*: vt id non ineptè videri poſſet vſurpari ſolitum in formulis. At quæ ratio eſt, vt cauere à cauo deductum ſit? Fortaſſe ex his duabus vocibus faciendũ cauædiũ: vel, & cauiar, à cauatione. Cauiar, vt ſoliar, lacunar, &c.

6 PROPTER limitare iter.] Perperam hîc Vertranius putat legendum eſſe, militare iter. Nam Varro ait terminos conſtitutos eſſe in agris propter iter limitare. Ea eſt tantùm ſemita modica, quæ relinquitur inter duo cõfinia, lata pedes v, ex duodecim tabularũ præſcripto. Militaris verò via eſt ἡ λεωφόρος. Quòd ſi de ea ſẽſiſſet

Varro, non dicendum erat iter militare, ſed via militaris. Nam viæ ſignificatio latius patet. Ineptè verò Varro terminum à terendo deducit, cùm ſciat τέρμα Græcè dici.

6 QVAE ſola teri poſſunt, ſola terræ.] Lege, *Quæ ſolo teri poſſunt, ſola terræ*. Lucretius,

Auia Pieridum perago loca, nullius antè
Trita ſolo--Solum enim, infimum pedis calcaneum, & calceamenti ſolea. Plaut. *Qui auro habet ſuppactum ſolum.*

6 IDEO Ennium in terram cadentes dicere:-cubitis pinſibant humum.] Homericum:

Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. Idem Ennius Annali X. *Pinſebant terram genibus*--
Apud Diomedem perperam ceram, pro terram.

6 AB EO quod Romanus combuſtus.] Ab eô quod quom Romanus combuſtus. Neque enim hîc ponenda negatio. Videndus Cicero II de Legib. Nam etiam ſi Romæ cõbuſtus eſſet, nõ dicebatur humatus, antequam iuſta perſolutà eſſent: neque propriè ſitus, niſi impoſita inſcriptione: quod fiebat denicalibus feriis. Neque ante diem octauum ſepeliebatur, vt ait Seruius. Itaque intra id tempus dicebatur eſſe ſupra terram. Quod ſignificat Varro de vita populi Rom. lib. III, cùm ait, *Propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum: Vt dum ſupra terram eſſet, riciniis lugerent: funere ipſo, pullis palliis amictæ.* Hęc ille. Vt ante nouẽdiale ſacrum, ſupra terram eſſe diceretur: vbi vreretur, locus ille, Vſtrina: cùm conditus eſſet, funus: poſt denicale ſacrum, humatus: vbi humatus, locus ille ſepulchrum, & τύμβος. In verbis Varronis quædam, quæ corrupta legabantur apud Nonium, emendauimus: & diuulſa duo teſtimonia in vnum coniunximus.

6 AVT SI os exceptum eſt mortui ad familiam expurgandam.] Etiam digitum abſcindi ad eam rem teſtatur Feſtus. Membrum, inquit, abſcindi mortuo dicebatur, cùm digitus eius decidebatur: ad quod ſeruatum iuſta fierent, reliquo combuſto. Id autem ad pur-

gandam familiam certo genere februi, quod vocabant Exuerrias

6 FVNESTA manet,& dicitur humilior.] Nō tantum doleo vicem huius loci, quanquam peſſimè eſt acceptus: quantum admiror non eſſe animaduerſum ab iis qui hunc autorem purgandum ſuſceperunt: vt ſatis conſtet inſigniter eſſe deprauatum. Et ſine magno negotio vulnus aperiri, fortaſſe etiam curari poterit. Diſputabat enim Varro de hoc nomine *Humus*, & ab eo deriuatis. Ea diſputatio non continuata eſt, ſed propter pagellarum tranſpoſitionem perturbata, ad eum vſque locum vbi iterum de deriuatis ab humo diſſerit, ibi, *Vbi nunc eſt Roma ſeptem montium*, &c. Quæ ſanè olim coniuncta erant cum hoc loco. Quòd enim hoc verum non ſit, nemo aduerſabitur, qui viderit in duobus his locis Varronem non ſibi conſtare: hîc, quòd ſubitò interruperit eam diſputationem: ibi, quòd ex interrupto eam repetierit, neque loco neque ratione vlla ita poſtulante. Aliter enim neutrobi cohærent illa. Neque eſt quòd quis miretur tantum interualli & hiatus interiectum eſſe. id enim non ſolùm hîc ſed & alibi in hiſce libris accidit, & in Nonij Marcelli commentariis. Vnumquodque autem ſignificabimus ſuo loco. Igitur ita hęc reſtituenda ſunt in ſuam priſtinam ſedem: *Et dicitur humilior. Hinc Vbi nunc eſt Roma, ſeptem montium demiſſior, infimus: humillimus, quod in mundo infima humus. Humor hinc itaque. Ideo Lucilius.*

Terra abit in nimbos, imbréſque— Pacuuius:

Exhalat auram terra, atque auroram humidam: humectam. *Hinc ager Vliginoſus, humidiſſimus. Hinc Vdus, Vuidus. Hinc ſudor aquæ Vis deorſum. Hinc terra Vmbria humilius. Sunt quæ ab humo, Vt Apulia, & Latium,* &c.

6 ET DICITVR humilior.] Si non eſt mendum, familia quæ in luctu eſt, non dicetur humilior, vt putat Vertranius: ſed potius mortuus ipſe ante nouendiale ſacrum. Nam & eodem modo ſupra terram eſſe dicebatur, vt ſuprà annotauimus. Sin aliter, legendum cum iis quæ diſtracta eſſe demonſtraui, ita, *Hinc quæuis deorſum terra, Vt Vmbria, humilior.*

6 QVAE ad humum, &c.] Hîc quoque ordo inuerſus multùm nocuit, & Varronem ſibi ipſi aduerſari facit: cùm ita potius ſcribendum ſit: *Sunt quæ ab humo, vt Apulia, & Latium: aut declinata ab hominibus, vt Sabini, & Lucani: vtrũque, vt Etruria, & Tuſci.* Quippe docet ab humo declinari, quòd Etruria: ab hominibus, quòd Tuſci dicerentur.

7 VT NOSTRI Augures publicè dixerunt.] Lege, *Vt noſtri Augures publicei diſſerũt.* Publicei pro publici. Cicero, *Publici Augures ſignis & auſpiciis poſtea vidento.*

7 QVOCIRCA Gabinus quo ſiue peregrinus.] *Quocirca Gabinus quoque peregrinus.* Neque enim vera eſt aliorum correctio. Et ſuprà, *Eo enim ex agro Romano primùm progrediebantur:* lege *Romani.* alij legunt *Romam.*

7 QVOD fructus capiebant ex agro plano, Campus dictus.] Inepta eſt hæc etymologia, ſicut & de agro culto, à coaleſcendo potius quàm à colendo. Siculi circum, aut hippodromum, καμπὸν vocabant, à flexu equorum, & quadrigarum quæ ibi certabant. Inde omnia plana καμποὶ dicti: poetæ vocant Æquora terræ. Vnde καμπτῆρ, metæ. Pacuuius Tantalo, citante Nonio:

Extremum intra campterem, ipſum
Iam prægreditur Parthenopæum.

8 DIVIDIT in eos cùm ſcribit Sulpicius.] Sæpenumerò accidit vt vna vox corrupta aliã ſecũ trahat aduentitiam, & alienam: vt hîc videre poſſumus. Olim enim ſine dubio prępoſitio IN hîc non legebatur: ſed factum eſt vt propter verbum *Diuidit*, quod quidem corruptum eſt, ea huc irrepſerit. Hæc enim eſt vera lectio, *Alludit eò cùm ſcribit Sulpitius.* Nã prima litera coaluit cum vltima præcedentis vocis *Rura.* & ex i factum eſt l. vt ſuprà, in *Cauilæ*, pro *caullæ.*

8 PLEBEI rura largitur ad areã.] *Ad aream*, potes interpretari, ad annuas meſſes percipiendas. id eſt, vt quotannis percipiantur fructus. Suſpicor tamen legendum eſſe, *Plebei rura largiuntur adoream*, vel *largitura.* Id eſt, quę vberes fructus fundunt, & largo manat copia cornu. Antiqui Romani omnem ex agris prouentum vocabant Adoream. Plautus Amphitruone:

Quis

Qui præda atque agro adoreáque affecit popularis ſuos. Falſum verò eſt quod dicit Varro, Rura dicta, quòd rurſus ex iis percipiantur fructus: cùm ſint ex Græco ἄρουρα, prima litera abiecta: vt ἀμέλγω, mulgeo: & alia eiuſmodi.

8 PRAEDA dicta, &c.] Hîc hiatum factum eſſe in Varrone, & cæco apparet. Quare enim Varro de præda iniecit mentionem, cùm quæreret etymon Ruris? ſed, vt quod ſentio aperiam, videntur ea deeſſe, in quibus explicabat Varro quid eſſet Adorea in exemplo Sulpitij antea adducto. Ad quod declarandum videtur laudaſſe verſiculum Plauti ex Amphitruone ſuprà à nobis productum,

Qui præda atque agro adoreáque affecit popularis ſuos. Vnde, quòd nunc differat de præda, id eſſe ex teſtimonio Plauti, quod ipſe explanat propter verba illa Sulpitii. Porro nihil eſt mutandum in verbis Varronis, vt putat Vertranius. nam etiam prædam vocabant id quo in locationibus & rebus mancupi & aliis eiuſmodi publicè cauebatur.

9 HINC ſudor quamuis deorſum in terra vmbra.] Quidam legunt: *Hinc ſudor quiuis in terra imber.* Quod ſanè falſum eſt, etiamſi neſcio quid ſimile voluerit Empedocles. Alii veriſimilius, nihilo tamen verius: *Hinc Vdor. Aquæ Vis deorſum in terra, imber.* Ego puto: *Hinc Vdor, aquæ Vis deorſum. Hinc terra Vmbria.* Quòd ſcilicet ab aquarum vi, Vmbri: nimirum ἀπὸ τῶν ὄμβρων. Autores, Diodorus, Solinus, & alii. Vel de Vmbria iniecit mentionem, quòd cùm agat de infimis locis, & quę in eis ſunt, fortaſſe humilem ſitum Vmbriæ innuit: & ita tunc legendum eſſet, *Hinc Vdor. Hinc quæuis deorſum terra, Vt Vmbria, humilior.* Ita etiam locutus eſt in libris De re ruſtica. Nam *deorſum habitare* dixit, pro, in humilibus locis habitare. De ſitu verò Vmbriæ, notum eſt, humilem maxima ex parte eſſe. Hinc Propertius dixit Meuaniam ſitam loco plano & cauo. Athenæus quoque lib. XII, ait luxui maximè deditos fuiſſe, quòd ſimilem ac Lydi regionem haberent, qui & ipſi deliciarum infamia flagrarunt. Etiam Lydiam planam eſſe, & humilem oſtendit prouerbium, Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖν. Quare & Vmbrorum talem fuiſſe, & Sybaritarum: de quibus di-

ctum propterea, quòd neque orientem ſolem neque occidentē viderent. Verba Athænei ſunt hęc: τὸ τῶν Ὀμβρικῶν ἔθνος ἐπιεικῶς εἶναι ἁβροδίαιτον, παραπλησίως τε βιοτεύειν τοῖς Λυδοῖς, χώραν τ' ἔχειν ἀγαθήν. ὅθεν παρελθεῖν εἰς εὐδαιμονίαν. propterea dicūtur pingues Perſio. Eò etiam ſpectauit Plautus Milite, cum ait:

Minimè ſputator, ſcreator ſum: itidem minimè muccidus.
Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulia, aut Vmbria.

ruſticos & crapulæ deditos innuit. Catullus quoque in Scazonte in Egnatium videtur idem voluiſſe, & ita corrigendus verſiculus in eo epigrammate:

Aut porcus Vmber, aut obeſus Etruſcus. Vbi hodie perperam, vt puto, legitur, *parcus Vmber.* Ita enim veteres, vt nos quoque hodie vulgò facimus, homines pingues & obeſos, porcos vocabant. Pomponius Vernionibus:

Porcus eſt, quem amare cœpi, pinguis, non pulcher puer.

Hodie vulgò apud Nonium falſò legitur *Orcus*. Menander in Piſcatore, loquens de Dionyſio Heracleæ Ponticæ tyranno, παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα. De huius Dionyſii edacitate, & immenſa corporis mole, plura Athenæus lib. x 1 1. Itaque errat Alciatus, qui, vbicunque fit mentio Vmbrorum apud Plautum, Ouidium, & alios, parcos vult intelligi. Quod ita non eſſe, demonſtratum eſt. Etiam magnus ille vir eo errore in alium longè maiorem protractus eſt: qui apud Plutarchum in Sympoſiacis putarit de Vmbrorum cœnis parcis & frugalibus mentionem fieri: cùm tamen neque ipſi frugales fuerint, neque ea ſit mens Plutarchi. Locus autem quem ille intelligit, neque poſuit, eſt Sympoſiacῶn lib. 1 1, ca. x, τὰς γὰρ Ὀμβρικὰς ἐκείνας δαῖτας οὐ χρὴ μεταφέρειν ἐκ τῶν στρατιωτικῶν καὶ παρεμβολικῶν ἐνταῦθα δείπνων. ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν παλαιῶν φιλανθρωπίαν ζηλοῦν, οὐ μόνον ὁμοβίους, οὐδὲ ὁμορόφους, ἀλλὰ καὶ ὁμοχοίνικας καὶ ὁμοσίτους (poteſt & ὁμοσιπύους) τὸ πᾶσαν σέβεσθαι κοινωνίαν ἐν τιμῇ τιθεμένους. Nam ibi non intelligendum de Vmbrorum cœnis, ſed catulorum, & ferarum. ὀμβρίκια enim & ὄβρια Æliano, & ὀβρίκαλα Æſchylo dicuntur catuli ferarum. Vnde etiam ex muſimone fero animali & ouibus natos priſci

Latini Vmbros vocabant. Intellexit ergo Plutarchus prandium ferarum, καὶ τὸ μονοφαγεῖν, cuius nemo particeps eſt: atque adeò, vt Plautus ait, *cùm quis ſingulas eſcas deuorat.* Quod & prouerbialiter dictum Plutarcho: & alluſit Seneca epiſtola x i x, *Viſceratio*, inquit, *ſine amico, vita leonis ac lupi eſt.* Latius equidem diuagatus ſum. ſed & neceſſe fuit ea adducere quæ opus eſſent ad probandã coniecturam noſtrã, & ad ea diluenda quæ contrà obiici poſſent. Quare de Vmbria intellexit Varro, aut quòd ἀπὸ τῶν ὄμβρων, aut quòd humilis eius ſit. agit enim dè humo.

9 VNDE ſumi poteſt, puteus.] In ſuperioris memoriæ excuſis, *Vnde ſumi pote, Puteus.* Quæ vera eſt lectio, quanquam eodem ſenſu. Si aliquid mutandum eſſet, legerem: *Vnde ſumitur potus, puteus.* Sed nihil mutandum. Ita enim alibi locutus eſt, vbi ſcribit Simpulum vas dictum à ſumendo. Eſt autem valde λεπτολόγος καὶ στωϊκωτάτη, hoc eſt ineptiſſima, etymologia: ſi quidem putat ab illo nomine *pote* dictum *puteum.* Quare enim fons quoque, ex quo ſumi pote, ita dictus non eſt?

9 NISI potius, quòd Æoles dicebant ποταμόν: ſic potura à potu, non vt nunc.] Editio Romana, *Niſi potius, quòd AEoles dicebãt* τὸν πύθιον καὶ ποταμόν. Atqui neq; πύθιον Greca eſt dictio in eum ſenſum: neque ποταμὸς puteum ſignificat. Et tametſi alterutrum id ſignificaſſet, vno tãtùm contentus fuiſſet Varro: & etymon alicuius vocis nõ poteſt deduci à duabus vocibus ita diſſimilibus, vt ſunt ποταμὸς καὶ πύθιον. Vertranius certè pro vera hanc amplexus eſt lectionem: cùm meo quidem iudicio illa vera ſit quam reponemus, ſic, *Niſi potius, quòd Aeoles dicebant* ποτῆρα, ἀπὸ τοῦ πότου, *non, vt nunc,* φρέαρ. Vt taceam de *potura*, voce nihili, & nunquam à bono autore vſurpata. Eſt autem ποτὴρ, quæ πίστρη apud poetas, niſi me fallit iudicium. Et non eſt quòd pro legitimis vocibus ſpurias & adulterinas ſupponamus. Nam in eadem editione Romana, quòd poſtrema verba legerint ſic, *Non, vti nunc*, à πόσθω: quid ſibi velint ea voce nulli rei, non video: nihil enim ſignificat. Vertranius certè eam ſecutus eſt. Quod autem eos induxerit vt πύθιον hîc repoſuerint, id accidit, puto, quia apud Heſychium

legerant, πύθιον, τὸ ὕδωρ, Θουκυδίδης. Cùm tamen in Thucydide ſemper πύθιον pro templo Apollinis accipiatur: vtpote quod alium ſignificatum non habeat. Quare aut errauit Heſychius, aut locus ille mancus & corruptus eſt.

9 PVTEOLI.] Strabo lib. V, ἑξῆς δέ εἰσιν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις· ἦν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον· κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν συνῴκισαν Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους, ἀπὸ τῶν φρεάτων. οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων, ὅτι ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ, μέχρι Βαϊῶν, καὶ τῆς Κυμαίας, θείου πλῆρές ἐστι, καὶ πυρὸς, καὶ θερμῶν ὑδάτων. Stephanus ab vtroque, Δικαιαρχία, inquit, πόλις Ἰταλίας. ταύτην δέ φασι κεκλῆσθαι Ποτιόλους. πότια δὲ τὰ φρέατα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ὄλειν δὲ, τὸ ὄζειν.

9 ITAQVE eum Afranius Puticulos in Togata appellat.] *Putilucos* legendum eſſe, ipſius Varronis verba facilè demonſtrant.

9 STAGNVM à Græco.] Reſtitue, *Stagnum à Græco* στεγνόν. Malè enim in editione Ro. σεμνόν. Aliud enim eſt σεμνὸς, vt ſciunt qui legerunt ſaltem Ariſtophanem. Στεγνὸν igitur, quòd contineat aquam, neque manare poſſit, vt etiam Feſtus ſcripſit. Vnde Statiuæ aquæ dicuntur, quæ cõtrariæ ſunt manantibus, & perennibus: cuiuſmodi ſunt fontes, riui, fluuii. Varro de admirandis, ad Fundanium ſocerum: *Secundò de ſtatiuis aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria.* Plinius lib. II, cap. LXXXIIIX, *In eadem & oppidum hauſtum profundo, alióque motu terræ ſtatiuas emerſiſſe.* Ita enim lego, nõ *Statinas*, vt habent vulgata exempla: præcipuè, cùm in veteribus calamo exaratis legatur *ſtagnũ*, quod ſanè declaratio eſt eius vocis: deinde in textum irrepſit, cùm eſſet ab aliquo ſtudioſo in ora libri annotata. *Statinas* verò repoſuit, qui legerat apud Statium *Statinas* renatas dici: quaſi ea ſit mens Plinii. Nam ſi ita eſſet, Plinius dixiſſet inſulam in planitie campi extitiſſe. Quod ſanè non ridiculum modò, ſed & ἀδύνατον. Statiuas verò dicebant, quomodo calidas & frigidas, & Baianas, & Albulas, cùm ſubintelligerent Aquas.

9 QVOD nomẽ habet primã.] In editione Romana de ſuo correxerunt, *Quod nomen habuit primũ*: malè, nam

nullo negotio emēdari poterat: *Stagnūm à Græco* στεγνόν, *quod non habet rimam.* Siquidem Græci vocant στεγνὸν, quod minimè rimoſum eſt, & fideliter continet: cui contrarium Latinum Futile. Sequentia Varronis verba facilè probant coniecturam noſtram.

9 STILLICIDIA, fluuia,quæ vt ita fluant,cadántque.] Repono, *Stillicidia, flumina, aquæ, vti fluant cadántque.* Vt in Senatuſconſulto quod extat apud Frontinum, *Quominus ea aqua ire, cadere, fluere, &c.* Vnde caducæ aquæ,quæ ex diuidiis, ſeu caſtellis, & fiſtularum manationibus fluebant.

9 AMITERNINI.] Nempe qui ἀμφιτέρμονες poetis Græcis.

9 QVI aliter facit, indagabili ex ambitu cauſſam dicit.] Si non eſt mendum in nomine *indagabili*, erit quod Græci dicunt ὑπεύθυνος: tunc autem legendum erit *indagabilis.* Sed nihil affirmo. Eſt autem ex veteri formula dictum, quæ ſeruabatur in legibus ſcribendis: QVI ALITER FAXIT, CAPITALE ESTO. Vt in legibus Numæ Regis, SI QVIS ALIVTA FAXIT, IPSVS IOVI SACER ESTO. ἐὰν ἀλλῶς, ἐὰν ἄλλως ποιήσῃ τὶς, τῷ νόμῳ ἔνοχος ἔστω. familiare apud Demoſthenem. Forſitan igitur *Indagabilis ex ambitu*, ἐξεταστέος, ὑπεύθυνος, ἔνοχος. Sic dictum apud bonos autores, Indagare crimen.

10 APPELLATVM Tibrim.] Tebrim ex Plinio lib. III, cap. V. In editione Romana, *Debeberim.* Et ſuprà, *Tiberis, quod caput extra Latiū:* lege *quoius caput.*

10 SVNT & nomina.] Multa deſunt.

11 AB EO latè Saturniam terram, vt etiā Ennius appellat.] Apparet manifeſtò eſſe verſiculum Ennij,

-Saturnius illi
Nomen erat, de quo latè Saturnia terra.

In fragmētis Originum quæ extant nomine Catonis, idem Ennij ἀκροτελεύτιον legitur: *A quo Saturnia olim, vbi nunc Capitolium: & ab ea latè Saturnia terra.* Itaq; illud Virgilij deſumptum eſt ex Ennio,

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

11 CVIVS veſtigia, quòd qua tum itur, &c.] Ita

hic locus legendus eſt, nulla penè licentia : *Cuius veſtigia, quod qua num itur, Velabrum: & vnde aſcendebant ad Rumiã, Noua via: vbi lucus, & ſacellũ Larum.* Duo, inquit, ſunt veſtigia, quòd ille locus olim aquis inundatus eſſet : Primum, quòd, qui locus nunc pedibus aditur, retinet nomen Velabri: quæ quidem appellatio oſtendit, olim ſolitum velaturis traiici. Alterum, quòd, vnde aſcendebant, dicitur nunc Noua via, vtpote quòd antea ibi ſemper via non fuiſſet. Vertranius ſecutus eſt eam lectionem quæ ex duabus maximè corrupta erat. itaque ei non aſſentior.

11 CVM Argeorum ſacraria in ſeptem & XX partes vrbis ſint diſpoſita.] Diſtributa primùm fuit vrbs in quatuor vrbanas tribus, Eſquilinam, Collitiam, Palatinam & Suburanam. Per quas diffuſi erant Argei, per XXVII ſacraria. Ab eo infrà in ſacris Argeorum ſcriptum eſt, PRIMAE REGIONIS QVARTVM SACRARIVM. Itaque videtur Vertranius aliter ſenſiſſe: in quo ſanè errat.

12 SACRA quotquot menſibus feruntur in arcem.] Quot Idibus ſcilicet, cùm mactabatur agna Ioui. Ouid. *Idibus alba Ioui grandior agna cadit.* Ab eo dicebatur agna Idulis, ex cuius lana conficiebant Flamines Diales albogaleros ſuos. Et ſacra illa quæ hîc innuit Varro, dicebantur Idulia. Feſtus de ſacra via loquens: *Quidam*, inquit, *dictam putant, quòd eo itinere vtantur ſacerdotes idulium ſacrorum conficiendorũ cauſſa.* Quare non aſſentior viro eruditiſſimo A. Auguſtino, qui *Edulium* legendum putat.

12 QVOD ibi lucus Fagutalis & Larium. Querquetulanum ſacellum, & lucus Martis.] Puto legendum: *Quod ibi lucus Fagùtalis, & Virarum querquetulanum ſacellum, & lucus Meſitis.* Feſtus, *Querquetulanæ Viræ putantur ſignificari Nymphæ præſidentes querceto vireſcenti: quod genus ſyluæ indicant intra portam, quæ ab eo dicta ſit querquetulana.* Ergo Viræ querquetulanæ nihil aliud ſunt, puto, quàm quæ Græcè χλωείδες ἢ ἁμαδρυάδες dicuntur. De Meſiti verò meminit Feſtus & Seruius.

12 QVORVM anguſti fines,non mirum.] Taxat luxum ſui temporis. Quare verba eiuſdem Varronis ex libro I de vita populi Rom. huc ſpectant. Citantur quidem illa tribus locis diſperſa apud Nonium : quæ nos coniunximus ad hunc modum : *Hæc ædis, quæ nunc eſt, multis annis poſt facta fuit : quia omnia regiis temporibus delubra parua facta, vt in cætero cultu. Quæ ſunt conſentanea, quod ſint paupertina, ſine elegantia, ac cum caſtimonia. Quid inter hos Ioues interſit, & eos qui ex marmore, ebore, auro, nunc fiunt, potes animo aduertere & horum temporum diuitias, & illorum paupertates.* Hæc ille. Ouidius, *Iuppiter anguſta vix totus ſtabat in æde.* Videntur ea, quæ ex eodem Varrone adducit Clemens Alexãdrinus, non longè ab ſuperioribus abfuiſſe. τὸ παλαιὸν, inquit, δόρυ φησὶ γεγονέναι τοῦ Ἄρεως τὸ ξόανον Οὐάῤῥων ὁ ξυγγραφεὺς, οὐδέπω τῆς τεχνίτης ἐπὶ τὴν εὐπρόσωπον ταύτην κακοτεχνίαν ὡρμηκότων.

13 SEPTIMIVS mons quinticepſos lucũ Poetilium, ex quibus eſt.] Lego, *Septimius mons quinticeps lucum Poetilium, Eſquiliis eſt.* Et frequens mendum hîc inoleuit. Nã malè *quinticepſos, ſexticepſos* ſcriptum eſt, pro, *quinticeps, ſexticeps, &c.* Neque enim *primicepſos* dixit, ſed *primiceps.*

13 COLLIS ſalutaris quarticeps aduorſum eſt Pilonoris ædem Salutis.] Subſtituerunt hîc nonnulli *Pilonoris* pro *Pila Naris*: vt eo modo dicta ſit *Pila Naris*, quomodo Pila Tiburtina. Sed quomodo reliqua cohærere aptè poſſint, ipſi viderint. Alij *Pila Honoris*, alij *Honoris ædem*, maiore imprudentia. Non enim, niſi fallor, antiquior fuit Honoris ædes, ea quæ vota eſt à Cl. Marcello, bello Gallico, ad Claſtidiũ. Alia autẽ à C. Mario ex Cimbricis manubiis dedicata fuit. Tantum verò abeſt vt vtrauis harũ hîc intelligatur, vt libri Argeorum non minus CCC annis præcedãt Cl. Marcellũ. Sed profectò errarunt librarij, qui non meminerunt, cùm hæc exſcriberẽt, in iis multa eſſe quæ poſtea non fuerunt in vſu: ex quo factum eſt vt *Pilonoris* corruptũ fuerit ex antiquo genitiuo *Apolineris*. Ita enim legendum fuerat: *Collis ſalutaris quarticeps aduorſum eſt Apo-*

linerii ædem & Salutis. In colle enim Quirinali hi particulares fuerũt, Collis Salutaris, Apollinaris, Martialis, Latiaris. Apolineris vel Apelineris, antiquo declinatu, vt Boueris, Sueris, Ioueris, regerum, lapiderum, nucerum. Sic apud Feſtum *Nec erim*, pro, *Nec eum*. Sic puto Cn. Martium vatem, autorem vetuſtiſſimum, eo declinatu vſum eſſe, cùm præſertim aliter in hexametro verſu vix facilè locum habere poſſit nomen Apollinis. Extat autem apud Liuium carmen illud, ſeu vaticiniũ, alienis quidem verbis, & quaſi mitigatum à Liuio, deterſo illo ſitu & ſqualore vetuſtatis. Veritus enim fuit ne ſimplex illa ruſticitas verſuum inquinaret delicias illas & lucem orationis ſuæ. Non tamen ita mutauit, vt diuinandi locum maxima ex parte non reliquerit illis qui reſtituere vellent. Quæ, niſi fallor, ita ab autore relicta fuerant,

Romulidæ, ſi perduellis expellere Voltis,
Et Vomicam, quæ gentium longe alienigenarum
Venit, Apolineri Voueatis cenſeo ludos,
Quiqui Apolineri fiant commune quotannis.
Prætor ibus ludis faciundis ollu' præſto,
Qui ſummum poplo plebeique endo Vrbe dabit ius.
Poplos poblicitus cum diderit è ſtipe partem,
Conferinant Vti priuatim pro ſeque ſuisque.
At bis quinque Viri ſacra Græco ritu obeunto.
Hæc ſi faxitis recte, gaudebiti' ſemper,
Atque adeo fiet melior res poblica Voſtra.
Nam is Dius Voſtros perduellis ſtinguet ad Vnum,
Qui Voſtros campos placide nunc ruraque paſcunt.

13 COLLIS Mutialis.] *Collis Martialis* legẽdum eſſe, autor Dionyſius lib. IX, ἐν δὲ τῇ πόλει, inquit, τὸν νεὼν τοῦ Πιςίου Διὸς Σπόριος Πόςουμιος ὁ συνύπατος αὐτοῦ καθιέρωσε, μηνὸς Ἰουνίου ταῖς καλουμέναις νώναις, ἐπὶ τοῦ Ἐνυαλίου λόφου.

13 APVD Turaculum.] In antiquitus excuſis, qui ſemper aliqua veræ lectionis veſtigia retinent, legitur *Auraculum*. Quod ſanè oſtendit legendum eſſe *Auguraculum*. ad verbum id eſt τὸ οἰωνοσκοπεῖον. Feſtus, *Auguraculum appellabant antiqui quam nos arcẽ dicimus: quòd ibi augures publicè auſpicarentur.*

13 EVNDEM hunc locum à pecore dictum putant quidam.] Nihil deeſſe videtur: quia cùm dicit *à pecore dictum*, forſan intelligit à pecoris balatu, vt Næuius. Videndum tamen num ita ſcripſerit Varro, *Eundem hunc locum Pecuſcum à pecore dictum putant quidam.* Feſtus, *Pecuſcum Palatij dicta eſt ea regio Vrbis, quam Romulus obuerſam poſuit ea parte in qua plurimũ erat agri Romani ad mare verſus, & qua molliſsimè adibatur Vrbs.* Equidem nil certi ſtatuo: tamen non abs re eſſe putaui, indicare de ea re ſuſpicionem meam.

14 QVOD ad ficum Ruminalem & hi ibi inuẽti.] Vera lectio, *Quod ad ficum Ruminalem è Tibri inuecti.* Nemo paulò doctior negabit hãc veram eſſe, non quæ extat in editione Romana.

14 ET STE Harpocrates digito ſignificat.] Ita emendatum eſt in Romana editione. ſed ST vera eſt lectio. ST enim nota indicentis ſilentium apud Plautum & Terentium. Ita etiam legendum in exemplo Pomponij Attellanarij poetæ, adducto à Nonio,

Pater. at ſt. negato eſſe hic me: operibo caput. Non tamen hîc Varro Harpocratis iniecit mentionem, tanquã tertij Dei, cùm ſatis eſſet Serapis & Iſis: vt alterũ, eundem cum Saturno, alteram, eandem cum Iſide faceret. Sed apparet eſſe ex quodam poeta, qui horum trium ſimul mentionem faceret. Videtur autem ita ſcripſiſſe quiſquis fuit vetus ille poeta,

-Sanctu' Serapis,

Iſis, & Harpocrates, digito qui ſignificat ſt. Suſpicórque eſſe Lucillij: neque longè abfuiſſe ab iis quæ adducit Lactantius ex eodem poeta, de ſuperſtitioſo cultu deorum. Porrò Auſonius noſtrâs vocat eum Sigalionem, eo verſu,

Aut tua Sigalion AEgyptius oſcula ſignet. Poſt hæc verba in codice Romano legitur, *Qui ſunt Taautes, & Aſtarte apud Phœnicas.* Quæ tamen verba non hîc magnopere neceſſaria videbantur. Quare ſuſpicor de opinione potius addita fuiſſe: vt etiam addam, Taautem illum, non Phœnicum ſed Ægyptiorum numen fuiſſe: quem alij Theuth vocant, vt Cicero in libris de Na-

tura Deorum. Aſtarte verò ea eſt quæ Aſtarot in diuinis literis vocatur. Id Phœnicum lingua ſonat greges, καὶ τὰ μῆλα: tanquam ſuſpiceris dictam à victimarum multitudine. Ea colebatur à Sidoniis, ſicut Dagon à reliquis Phœnicibus & Aſſyriis. Græcis dicitur Δερκετὼ, καὶ Δερκῖτις: nimirum detorta voce à Syriaco Adardaga. Significatio à piſce. Apud Macrob. Saturn. lib. I, cap. XXI, *Architidis* perperam, pro *Dercitidis* hodie vulgò legitur.

14 QVAS Samothracia ante portas ſtatuit.] In codice Romano, *Quas Ambracia ante portas ſtatuit*: puto ex veteribus libris. Si enim alio conſilio fecerunt, rationem certè non habent cur hîc *Ambraciam* potiùs legi malint quàm *Samothraciam*: cùm ipſi dij magni nõ in ea gente, ſed in Samothracia (vt & norunt omnes) colerentur. Quòd ſi de ſuo emẽdarunt, non eſt quòd eorum coniecturis priorem lectionem poſtponamus. Sin autem ex veterum codicum autoritate, (quod magis puto) ſanè legẽdum eſt *Imbraſia*. Ita enim Samothraciam dictam eſſe à fluuio Imbraſo tam notum eſt, quàm Imbraſum in Samothracia eſſe, qui prius Parthenius dicebatur: teſte Callimacho, ita canente,

Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασος Παρθενίου. Vide Stephanũ. Vtut autem legeris, *Imbraſiam*, aut *Samothraciam*: habes vtriuſque rei autoritates.

14 DIVI potes.] De his multi multa: Dionyſius lib. I, Macrob. interpres Apollonij. Dicuntur & κάβειροι. Quæ vox Phœnicia aut Syriaca eſt. Cabir enim eius gentis lingua ſignificat potem, ſiue potentem. Tertullianus libro de ſpectaculis, *Ante eas (columnas) tres aræ trinis Diis parent*, MAGNIS, POTENTIBVS, VALENTIBVS. *Eoſdem Samothracas exiſtimant.* Hæc ille. Pauſanias Caſtorem & Pollucem putat eſſe θεοὺς μεγάλους. Varroni ea opinio non placet.

15 OVA parire ſolet.] Sumptum ex Epicharmo,

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον.
Ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ πάντα, καὶ γνώμαν ἔχει.
Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος,
Αἰ λῇς καταμαθεῖν ἀτενὲς, οὐ τίκτει τέκνα

ζῶντ', ἀλλ' ἐπῳάζον ποιεῖ ψυχὴν ἔχειν. Habētur apud Laertium in Platone.

15 EPICHARMVS.] Epicharmi, poetæ Pythagorici, quædam περὶ τῆς παλιγγενεσίας interpretatus eſt Ennius. Ab eo opus ſuum Epicharmum inſcripſit: in quo illam παλιγγενεσίαν ſibi accidiſſe in ſomnis, teſtatus eſt hoc verſu, *Nā videbar ſomniare ego med eſſe mortuum.* Huc alluſit Horatius,

Ennius, & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare videtur
Quo promiſſa cadant & ſomnia Pythagorea.

Caue autem confundas cum altero ſomnio eiuſdem poetæ, cuius meminerat in primo Annali: in quo apparuiſſe ſibi Homerum dicit in eo acroteleutio, --*viſus Homerus adeſſe poeta.* Itaque ſcribit Lucretius,

Vnde ſibi exortam ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpeciem.--

In eo ſomnio narrabat Homerus Ennio animam ſuam mutatam in pauonem, ea acroteleutide, *Commemini fieri me pauum,*-- vt citat Chariſius. Deinde ita mutatam in Ennij corpus inſinuaſſe. Perſius,

Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides, Quintus pauone ex Pythagoreo.

Poſtquam autem Q. Ennius factus eſſet κατὰ μετεμψύχωσιν ex illo pauone Pythagoreo, ſtatim factum eſſe poetam, dum in Parnaſſo ea ſomniaret. Propertius,

Viſus eram molli recubans Heliconis in vmbra, &c.

Deinde,

Vnde pater ſitiens Ennius antè bibit.

Quare alluſit Perſius ad illud ſomniū Ennij, in quo narrabat ſe eſſe factum poetam: quod tamen pauci animaduerterunt, cùm ſcribit,

Nec fonte labra prolui Caballino:
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repentè ſic poeta prodirem, &c.

15 ISTHIC eſt de ſole ſumptus ignis.] Ita diſtinguenda ſunt hemiſtichia iſta trochaica,

Iſthic eſt de ſole ſumptus ignis, id eſt, ſol eſt. Deinde,
--*Iſque totus mentis eſt.* Nam *mētis* pro *mens* dictum

eſt: quomodo idem in eodem opere alibi,

Terra corpus eſt: at mentis ignis eſt.-- id eſt *Mens.* Ita citat Priſcianus ex Epicharmo Ennij. Puto autem tia integrum verſum enuntiandum eſſe,

Iſtic eſt de ſole ſumptus ignis, iſque mentis eſt. De hoc autem loco ſenſit idem Varro libro I De re ruſtica, capite IIII, *Eius principia, quæ mundi eſſe Ennius ſcribit, Aqua, Terra, Anima & Sol.* Pudet me referre quàm malè acceptus ſit hic locus in editione Romana: adeò vt qui antea vulgò integer legebatur, nunc totus vitioſus in ea habeatur.

15 ATQVE humori ariditatem.] *Aritudinem* ex veteribus libris. Ita etiam Varro ipſe Prometheo lib. I penè iiſdem verbis,

Humanæ quandam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calori atque humori aritudinem
Miſcens.-- Qui verſus confuſi & valde deprauati vulgò leguntur apud Nonium Marcellum.

15 ESSE corpus terram, quæ peperit, ipſam capere, neque diſpendij facere hilum.] Verſus duo, qui ſunt excogitati à correctoribus Romanæ editionis, & nullius ſenſus ſunt, & longè abſunt à ſententia Varronis. Quanquam non caret ratione, quod pro *peperit*, reſtituerint deperit: quòd videntur ſuſpicati eſſe, Ennium hîc agere de coniunctione cæli & terræ, adducti illis verbis Euripidis,

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ᾽ ὅταν ξηρὸν πέδον, & quæ ſequuntur. Sũt enim vulgò noti apud Athenæũ: item ex Æſchylo,

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα &c. Vnde illud,

Tum pater omnipotens fæcundis imbribus AEther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit.-- Papinius,
--ipſum in connubia Terræ
AEthera, cum pluuiis rareſcunt nubila, ſoluo. Quod eſt ex Scytharum opinione. Herodotus libro IIII, Θεοὺς δὲ μούνους τούσδε ἱλάσκονται, Ἱστίην μὲν μάλιστα, ἐπὶ δὲ Δία τε καὶ Γῆν· νομίζοντες τὴν Γῆν τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα. Eſt apud Pauſaniam, Γῆς ἄγαλμα ἱκετευούσης ὗσαί οἱ τὸν Δία. Hæc ſunt quæ poſſunt nobis obiicere, vt tueãtur correctionem ſuam: quæ tota verſatur in verbo *deperit*. Id verò alieniſſimũ

eſt mente Varronis,aut Ennij.Id enim volebat ille:animam ex æthere, corpus ex terra eſſe: vnumquodque verò illuc, vnde profectum erat, reuerti: vt idem Epicharmus, forſan in eodem opere, teſtatus fuerat, cùm ait, συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθε, πάλιν· γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν; Id ergo concludit elegãti metaphora, ſumpta à fœneratoribus: Terram, quæ dederit corpus, iterum illud recipere, neque pati vt vllum diſpendium, aut intertrimẽtum crediti fiat, quominus quod credidit, id ipſum recipiat. Vſurpat ergo Varro non verſum, ſeruata metri lege, ſed verba tantùm. Nam verſus ipſe citatur ab eo, lib. V I I I,

Quæ dedit illa, capit, neque diſpendij facit hilum.

Quare nihil mutandum in hoc loco: hoc vno excepto, quòd pro *peperit*, legendum eſſe *dederit*, verſus ille iam à nobis productus docet. Ex quibus vides quàm ridiculè illi duo verſus huc quaſi obtorto collo in alienas ſedes irrepſerint.

15 IDEO ea in nuptiis in limine adhibentur.] Idẽ Varro lib. X I de vita populi Rom. huius rei mentionem faciebat. Cuius duo exempla citãtur apud Nonium diuerſis locis, quæ cõiungenda eſſe ſententia ipſa indicat, ita, *Cùm à noua nupta ignis in face afferretur è foco eius ſumptus, fax ex ſpinu allata eſſet, vti eam puer ingenuus afferret: contra nouo marito cùm item è foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet.* Reliqua deficiunt, in quibus, vt apparet, explicabatur februi genus, in quo torris ardens demergebatur in aquale: quod Græci vocant χέρνιβα. Idque plurimi erat apud veteres, vtpote cùm his cõſtare vitam humanam crederent. Adeò vt quem vita priuari vellent, ei his duobus interdiceretur: eúmque vocabant extorrem, tanquam torris illius & χερνίβων exſortem. Itaque apud Heſychium vbi hodie vulgò legitur, ἄφικτρος, ἀκάθαρτος, μιαρός, malo legere ἄφιτρος: quod eſt ad verbum extorris. φιτρὸς enim etiam torrem ſeu titionem ſignificat, vt apud Lycophronem: quanquam ἄφικτρος, παλαμναῖος poſſet videri dictus, propter Iouem ἀφίκτορα, id eſt ἱκέσιον. Sed prior lectio magis placet. In verbis Varronis *ſpinucor-*

reximus, cùm anteà *pinu* legeretur. Apud Ouidium quoque ita legendũ eſt, *Exoptat puros ſpinea tæda deos.* Hodie perperam *pinea tæda.*

15 VENVS Cæligena.] οὐρανία. Plato Sympoſio de duabus Veneribus loquens, ἡ μὲν γέ που, πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ, νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν. Pauſanias, ἔθετο δὲ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὰς ἐπωνυμίας ἡ Ἁρμονία, τὴν μὲν, οὐρανίαν, ἐπὶ ἔρωτι καθαρῷ καὶ ἀπηλλαγμένῳ πόθου σωμάτων· πάνδημον δὲ, ἐπὶ ταῖς μίξεσι· τρίτην δὲ, ἀποστροφίαν, ἵνα ἐπιθυμίας τε ἀνόμου καὶ ἔργων ἀνοσίων ἀποστρέφῃ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Primam ergo, hoc eſt οὐρανίαν, Cæligenam interpretor, vt hîc: πάνδημον verò Volgiuagam. Lucretius, *Volgiuagáque vagus Venere.* ἀποστροφίαν autem Vorticordiam. *Vnde Venus verſo nomina corde tenet*, Ouid. Ælian. de animalib. lib. x, ait τὴν οὐρανίαν Ἀφροδίτην coli ab Ægyptiis. Cenſebatur verò inter eos deos quibus fiebãt ſacra νηφάλια, cuiuſmodi Romæ fuit Rumia dea. Id puto quòd ei attribueretur diuinatio, cui qui dabãt operam, carebãt temeto. Artemidorus de ea loquens, ἀγαθὴ δὲ καὶ μάντεσι. πάσης γὰρ μαντικῆς καὶ προγνώσεως εὑρετὶς εἶναι νενόμισται. Nõ immeritò igitur Ennius ait Anchiſem edoctum fuiſſe vaticinandi ſcientiam à Venere: cuius hos duos verſus citat Probus:

Atque Anchiſes doctũ Venus quem polchra dearum
Fari donauit diuinum pectus habere.

16 IN ASOTO Ennij.] Non Aſotum ſcripſit Ennius, ſed Cæcilius. Itaque antiquitus excuſi non *Aſoto*, ſed *Sota* habent: quæ vera eſt lectio, ſed decurtata. Nam *Sotadico* legendum eſt. Citatur à Feſto Ennius in Sotadico, --*Cyprio boui merendam.* Quod ſanè eſt comma Sotadicum. Sicut iſte verſus eſt Sotadicus ex Ionicis à maiore,

Ibant malacam viere Veneriam corollam. Apud Feſtum idem error inoleuerat, qui & hîc, *Aſota*, pro *Sotadico*, vbi citat hunc verſiculum,

Aliúſque in mare volt magno tenere tonſam,
Alij rhetoricam tongent.-- Sed altera ἀκροστιχὶς à nobis addita eſt. Eſt & hîc ex Sotadico Ennij apud eundem grammaticum,

Prope ſtagna,genus Vbi lanigerum piſcibu' paſcit.

16 IBANT malam viere Veneriam corollam.] Hic verſiculus deprauatior legitur apud Cenſorinum, *Ibant mala eluere Veneriam corollam.* In aliis legi *malacci,* admoniti ſumus ab iis qui hunc autorem Romæ ediderunt. Quam veram quidem lectionem, non tamen penitus à mēdis vacuam Vertranius reiecit: cùm parua licentia reſtitui in integrum poſſit, ſi legeris *malacam* pro *malacci.* Coniecturam noſtram confirmat Sotadicus verſus, qui citatur ab Hephæſtione: & mirum ni ex eo ſuum tranſtulerit Ennius. Eadem enim ſententia, idem genus metri,

Ποίης τέρεν ἄνθος μαλακὸν μαπεῦσαι. At Vertranius ex ea corrupta voce putauit μαλάχην legendum eſſe: quaſi verò difficile eſſet μαλακὴν diuinare.

16 PALMA, quod ex vtraque parte.] In Romana editione, *Palmam dicunt,&c.* Sed prior lectio germana eſt & legitima, non quam ipſi ſuppoſuerūt. Dixit enim, *Ideo hæc cum corona, & palma*: corona, quòd vinculum capitis: palma, quòd ex vtraque parte natura vincta habeat paria folia. Et ita Plutarch. Sympoſ. lib. VIII, ἔφη δὲ ἀπορεῖν τί δή ποτε τῶν ἀγώνων στέφανον ἄλλος ἄλλον ἔχει, τὸν δὲ φοίνικα κοινῇ πάντες. οὐ γὰρ ἐμέ γε, ἔφη, πείθουσιν οἱ τὴν ἰσότητα τῶν φύλλων, οἷον ἀντανισταμένων ἀεὶ καὶ συμπαρεχόντων, ἀγῶνι καὶ ἁμίλλῃ παραπλήσιόν τι ποιεῖν φάσκοντες.

16 QVAM haberent vim ſignificantes Veneris.] Legendum, *Quam haberet Vim ſignificantes Veneris.* Significātes, inquit, vim illam quam haberet Venus. Nihil planius hac lectione: tamen Vertranius emendauit, *Veneris res*: malè ſanè, vt apparet.

16 QVARE quod cælum principium, ab ſatu dictus Saturnus: & quod ignis Saturnalibus cerei ſuperioribus mittuntur.] Quòd, inquit, principiū ſit rerum, ab ſatu Saturnus dictus: & quòd ignis, quem conſtat generationis principium eſſe, propterea Saturnalibus ignes, id eſt, cerei lucentes dabantur. Nam quòd hîc mutarit quædam Vertranius, valdè falſus eſt, cùm ſenſum Varronis aſſequi non quiret. Porro Saturni nomen Tuſcū eſſe omnes mihi concedent qui ſciunt Syriacè,

& pro certo habent olim Tuſcorum linguam Aramæam fuiſſe. Saturnus enim lingua Syriaca ſignificat latentem. Vnde in agro Latino quaſi interpretãtes vocarunt eum Latium, & eius vxorem Opem, Latiam. Et in Pontificalibus indigitamentis dicebatur, LATIA SATVRNI. Gellius libro XIII, capite XXI, Et ab eo Latium.

16 HAEC enim terris gentes dat.] Vſurpat verba ex Epicharmo Ennij, nulla religione metricæ legis, vt ſuprà feciſſe demonſtrauimus. Ita enim concinnandi ſunt,

Iſthæc terras gentes omnes peperit, & reſumit denuo:
Iſthæc dat cibaria: iſthæc omnibus fruges gerit.

16 QVAE quod gerit fruges, Geres.] Cicero quoque eidem etymo aſſentitur. Sed nos putamus dictam eſſe à Cereo antiquo verbo, quod eſt Creo. Niſi fortaſſe prius dicta fuerit Geres, vt volunt ipſi. At ne tũc quidem à gerendo erit, ſed à Græco Γῆρυς: ita enim prius vocabatur. Heſychius, Ἀχερὼ, καὶ Ὦπις, καὶ Ἑλλὴ, καὶ Γῆρυς, καὶ Γῆ, καὶ Δημήτηρ, ἡ αὐτή. Ex quibus etiam videas Opem Conſiuam, non ab ope, vt vult Varro, dictam: ſed veteribus quoque Græcis eam dictam Ὦπιν. à quo Latinè Ops.

16 ISTHIC eſt is Iuppiter, quem dico, quem Græci vocant Aerem.] Trochaici ſunt ex Epicharmo Ennij. Itaque omnes diſtinguendi ſunt, vnuſquiſque ordine ſuo. Quod tamen adeò negligenter præſtiterũt autores editionis Romanæ, vt plurima vltrò huc inferſerint inutilia, & aliena à lege metrica. Nihil enim mutandum in vulgata lectione, in qua conſtat ratio verſuum, modò vnumquenque verſum ordini ſuo reddas.

16 QVEM Græci vocant Aerem.--] Æſchylus apud Clementem Stromate V,

Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, ζεὺς δὲ γῆ, ζεὺς δ' οὐρανός.
Ζεύς τοι τὰ πάντα, χ' ὅ, τι τῶνδ' ὑπέρτερον. Item Democritus apud eundem in Protreptico: ἐνταῦθα, ὃ νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμυθέεται, καὶ πάντα αὐτὸς οἶδεν, καὶ διδοῖ καὶ ἀφαιρέεται, καὶ βασιλεὺς αὐτὸς τῶν πάντων. Plato Comicus,
Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία. Pacuuius Chryſe:

Hoc

Hoc vide, circum ſupráque quod complexu continet
Terram, quod noſtri Cælum memorant, Grai perhibent
AEthera.
Quicquid eſt hoc, omnia is animat, format, auget, alit,
ſerat,
Sepelit, recipítque in ſeſe omnia, omniúmque idem eſt
pater.
Indidémque eadem, quæ oriũtur, deintegro æquè eodem
occidunt. Primus verſus adducitur à Varrone, ſecundus à Cicerone: reliqui ab eodem Cicerone. Itaque tria illa membra diuerſis locis diſtracta ita connectenda eſſe non dubitamus. Lucretius imitatus eſt Pacuuium, cùm ita canit,

Denique iam tuere hoc, circum ſupráque quod omnem
Continet amplexu terram, & quæ ſequuntur. Huc pertinent etiam verba Ennij,

At denſis Aquila pinnis obnixa volabat
Vento, Graiugenum perhibet quémne AEthera lingua.
Nam vẽtus ἀήμος, pro aere, vnde Animus. Citantur autem à Probo grammatico.

16 ET IDEM cùm exit quod oritur.] Lege, *Et idem tum exit, quom oritur.* Vetus ſcriptura decepit Vertranium, *Quom*, pro *Cum*. Ex quo imperiti librarij infinitis locis formarunt Quod.

17 QVIDAM negant ſub tecto per hunc deierare oportere.] Meminit Plutarch. Quæſtionib. Romanis cap. XXVIII. item idem Varro de liberis educandis: *Itaque domi rituis noſtri, qui per Dium Fidium iurare volt, prodire ſolet in publicum.*

17 SANCTVM.] Qui res Romanas Græcè ſcripſerunt, vocant Σάγκτον. Tamen Sanqualis porta dicta ab eo deo, oſtendit *Sancum* dicendum eſſe. Propertius etymon aperit,

Hunc, quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
Sic Sancum Tatiæ compoſuere manus. Dionyſius πίστιον Græcè reddit, quod Fidius Latinè: in quo multi errarunt, qui id nõ animaduerterunt. Apud Ouidium,

Quærebam, Nonas, Sanco Fidió ne referrem,
An tibi Semipater.-- mendũ eſt poſtremo verſu:

cùm ſit legendum *Semo Pater.* Semonem eundem cum Sanco facit T. Liuius lib. VIII. Tamen in veteri inſcriptione Reatina legitur SEMIPATRI SANCO.

17 QVORVM, quod finis ortus, ortus dictus.] Poſterior vox perperam repetita eſt. Itaque hæc vera lectio, *Quorum quod finis, orcus dictus.* Quia, inquit, finis omnium rerum, propterea orcus dictus: quem orcum finem eſſe rerum iam omnes ſciunt. Sic Amphiaraus in Thebaide Statij, de orco loquens,

--ô cunctis finitor maxime rerum. Sanè Dieſpitrem eundem eſſe cum Dite nemo ignorat.

17 NOCTILVCA.] Horatius quoque eandem cum Luna facit: *Rite creſcentem face Noctilucam.* Leuinus verò vetuſtiſſimus autor videtur eam Venerem nominare: *Venerem igitur almum adorans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti alma Noctiluca eſt.* Quare ab eadem ratione dicitur Noctuuigila à Plauto Curculione, hoc eſt νυκτιλαμπής. Dicitur etiã hoc nomine lucerna. Varro Bimarco, *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit.*

17 ET HIC, quod Luna in altitudinem & latitudinem ſimul, Diuiana appellata.] Scio hunc locum aliter in Romana editione legi: ſed qui eum emendare conati ſunt, veram lectionem aſſecuti non ſunt. Ea autem talis eſt, *Et hæc quod diuia in altitudinem, &c.* Satis patet cur ita legendum ſit: rationibus ſuperſedebo.

17 IGNIS à naſcendo, quòd hic naſcitur, & omne quod naſcitur, ignis ſcindit.] Hic facta eſt verborum tranſpoſitio pro, *Quod hinc naſcitur omne, & quod naſcitur, &c.*

18 IGNIS ſcindit.] *Igneſcit*, alij: non malè. Fortaſſe melius, *Ignis indit.*

18 QVI denaſcitur.] Appoſitiſſimo verbo vſus eſt, imitatione Græcorum, qui eodem modo dicunt ἀπογίνεσθαι. Vſurparat & Caſſius Hemina, vetus autor. *Quæ nata ſunt*, inquit, *ea denaſci aiunt.* Nimirum extulit prouerbium Græcum,

Πᾶν τοι γινόμενον καὶ θανεῖν ὀφείλεται.

18 ET FVLGVR, quod fulmine ictum contrariis diis.] Repone, *Fulguritum, quod fulmine ictum cõtrariis diis.* Nam quomodo legit Romana editio, ſiue ex veteribus libris ea lectio, ſiue de opinione repoſita fuerit: ineptiſſima eſt: quam tamen Vertranius veritus eſt reiicere, adeò vt illam conatus ſit emendare. Fulgurita igitur loca, fulgure icta, quæ & bidentalia. Ab eadem ratione fulguritæ arbores: ad quas qui ſacrificia commouebant dicebantur ſtrufertarii, à ſtrue, & ferto, ſacrificii genere, vt docet Cato. Dicebantur & obſtita loca, de cælo tacta, & fanatica.

18 AD LACVM Cutilienſem.] Quod de Iuturnenſis aquæ ſalubritate Varro ſuprà dixit, idem Strabo de Cutilienſi lacu: καὶ τὰ ἐν Κωτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ᾽ ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Siquidem oppidum quod ad eam paludem erat, dicebatur numero plurali Cutiliæ: & fortaſſe apud Catonem cap. CXXXV, vbi hodie legitur, *Vomeris indutilis optumus erit, trapeti Pompeiis: Romæ ad Rufi maceriam claues:* fortaſſe, inquam, legendum, *Vomeris Cutiliis optumus erit.* De quo ad eruditos referendum puto.

18 A QVO nuptiæ nuptus dictus.] *A quo nuptu, nuptiæ dictæ.* vel *nupta dicta. Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.* In Romana editione minus rectè.

18 AC VENTO illo quem Plautus dicit.] Etymon Veniliæ deducit Varro ab eo genere loquẽdi quo aduenientem aliquem excipiebant, cùm dicebant, *Ventum gaudeo:* quod vſurpauit Plautus in verſu modò à Varrone adducto. Ad quod idem alluſit facetiſſimè in Curculione his verbis,

> CV. *Obſecro hercle facite ventum vt gaudeam.*
> PH. *Maxumè.* CV. *Quid facitis, quæſo?* PH. *Ventum.*
> CV. *Nolo equidem mihi*
> *Fieri ventulum.* PH. *Quid igitur vis?* CV. *Eſſe, vt ventum gaudeam.*

Nam τὸ ῥιπίζειν dicebant Facere ventum. C. Licinius Imbrex, vetus comicus,

> *Reſupina, obſtito capitulo, ſibi ventum facere tunicula.*

Quanquam melius & frequentius dicerent *Facere ven-*

tulum: vt paraſitus correxerit imperitum iuuenem, ob inſolentiam loquendi. Terentius Eunucho:

Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito. Vertranius putauit hîc agi de vento ſecundo. In quo inſigniter lapſus eſt. Nam quòd Varro nõ poterat ſatis exprimere genus illud loquendi, iccirco adduxit verſum Plauti. Si enim de vento ſecundo intellexiſſet, non opus erat verſum Plauti laudare.

18 MAMERS.] Nouit & hoc nomen Martis Lycophron, cùm ait,

Κανδάον, ἢ Μαμερτὸν ὁπλίτην λύκον. Item,

Πολλῶν δ' ἐν ... μάξ πημάτων ἀπάρξεται

Κανδάος, ἢ Μαμερτός.--

18 VIRTVS, vt viri vis, à virilitate.] Suſpicor; *Virtus, vt viritus, à virilitate.*

18 AB IISDEM dicimus Herculem, Veſtam.] Quomodo Herculem, ſi Græcè ἡρακλῆς; Quare meritò confodienda eſt hæc lectio, legendúmque, *Herem.* Imperitus ſcilicet librarius, cùm hæc exſcriberet, putauit contractum nomen Herculis eſſe, ſcripſitque *Herculem.* Romana editio videtur huic meæ cõiecturæ ſuffragari: habet enim *Laram.* Quæ lectionis varietas meritò hũc locum ſuſpectum reddit. Herem Marteam colebãt veteres, poſtquam creuerant hæreditatem.

18 FORTVNAM Fortem, Fidem. Ea re Sabinorum linguam olent, &c.] Lege, *Fortunam, Fortem, Fidem, Lares. Sabinorum linguam, &c.* Huius voti Tatij regis meminit Auguſtinus ex monumentis Varronis.

19 VT QVIDAM Græci greges Gergera.] Suſpicor legẽdum ἀγγαρεία: quod nomen Græcis pro quauis multitudine ſumitur. De quo ſatis multa Macrobius in Saturnalibus, itémque interpres Ariſtophanis ἀχαρνεῦσι. Apud Heſychium legitur γέργυρα, τὰ πάντα. Fortaſſe & illud quoque hîc locum habere poſſit.

19 VRAEON.] Græci grammatici, τὰ οὐραῖα μέρη τῶν ἰχθύων, ſed propriè thunnorum. Perſius,

--*rubrúmque amplexa catinum*

Cauda natat thunni.-- At verò οὐραῖον aliud eſt Athenæo, ex thunno quoque & illud. Item οὐραῖα, quæ ad

verbum bellaria dicimus.

20 HIPPOPOTAMVS.] Dicebatur & Hippocampa, aliud ſanè ab Hippocampo: quippe ἱππόκαμπος animalculum apud Dioſcoridem : at Hippocampa, quòd Campas equos marinos dicerent, authore Feſto: vel potius quòd κάμπας omnia cetacea : vnde finxit vocem καμπίκητος Epicharmus. Menander tamen Hippocampum non hippocampam dixit pro Hippopotamo, aut potius equo marino. Nonius, *Hippocampi, equi marini, à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt: & eſt Græcum. Menander, Vehutos hippocampos in æternæ vſus, ſcire nocitur Delphino cinctis vehiculis, hippocampiſque aſperis.* Quæ verba ſi priſtinæ integritati ſuæ reſtituero, putabo me ſtudioſorum gratiam eo nomine nõ parum demereri poſſe. Videamus igitur num ita ſcripſerit ille grammaticus. Menander,

Οὐχ ἕτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι;

Nam & Centauri & Hippocampi & multa eiuſmodi apparent in aere, vt eſt in Nebulis Ariſtophanis. Deinde Næuius,

--ſirenes citis
Delphino iunctis vehiculis, hippocampiſque aſperis.

Videntur eſſe ex Ægiſtho Næuij: ex qua hos verſus quos mox adducturi ſumus, citat idem Nonius: & cum ſuperioribus coniungendi ſunt ad hunc modum:

--Tum autem laſciuum Nereiſimum pecus
Ludens ad cantum claſſium luſtratur: ſirenes citis
Delphino iunctis vehiculis, hippocampiſque aſperis.

Ridiculum eſt, iunctos dicere currus immanes Nereidum iis piſciculis qui dicuntur Hippocampi. Sed nimirum hìc Hippopotami, vel alia quædam immania mõſtra ex genere cetaceo. Nam κάμπας Cete vocabant, vt ſuprà admonuimus. Sanè hippopotamis vehi Neptunum indicat Statius in Thebaide,

Illic Ægæo Neptunus gurgite feſſos
In portum deducit equos: prior haurit habenas
Vngula, poſtremi ſoluuntur in æquora piſces.

Ex quibus apparet non intelligi ἱππόκαμπον Dioſcoridis, ſed longè maius animal ex cetaceis: quod tamen commen-

titium putem, ſicuti pleraque alia veterum. Plinius quoque lib. XXXVI, cap. V, cùm ait, *In maxima dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, Thetis, atque Achilles, Nereides, ſupra Delphinos & cete & Hippocampos ſedentes*: apertè recenſet eos inter cete, aut monſtra potius marina: ne quis putet eſſe ἱππόκαμπον Dioſcoridis & Galeni. Quod tamẽ quidam putarunt. At nos vidimus apud patrem noſtrũ σκελετὸν hippocampi admodum elegantẽ: neque is excedebat trientalem magnitudinem, cùm ad dodrantalem peruenire velint quidam.

20 QVERQVEDVLA, Cercuris.] Illud κερκουρὶς, quod à duabus caudis confectum eſt, putamus adulterinum eſſe, & temerè in alienam poſſeſſionem irrepſiſſe. videtur enim potius κερκιθαλὶς reponẽdum eſſe. Illud enim ἐρῳδιὸν veteres grammatici interpretantur: quanuis diſcrimẽ eſſe ſcio inter querquedulam & erodium. Certè hæc aliquando confundunt boni autores. Nam cùm attribuat Aratus ἐρῳδιῷ προγνωστικὰ pluuię, Virgilius item illam Ardeam interpretetur: Varro contra eius ſimilem querquedulam id faceret canit, his verſibus:

Aut frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis
Præinnuere aquatiles querquedulæ natantes. Quanquam & aliæ quoque aues futuram tempeſtatem prædicunt, vt cornix, & miluius, de quo ita idem Varro Seſquivlyſſe: *Iugere volitans miluos viſus, aquam è nubibus tortã indicat fore, vt tegillũ ſibi paſtor ſumat.* Apud Nonium hodie legitur, *Vigere volitans mulſus.* Nos de coniectura ita correximus, cùm ſciremus ex Feſto miluios iugere dici, cùm vocem emittunt.

20 ATQVE eas diſſoluere, ab lytra.] *Atque eas diſſoluere, ab luere.* At Romana editio, itẽ vulgata, corruptè habebat *ab lytra.* Vertranius, ἀπὸ τῆς λύσεως, haud ſcio quàm bene.

20 ANTIQVI fibrum dicebant extremum.] Vt à cerno cribrum: à facio faber: à tumeo, tuber: à luo liber: deglubitur enim: à creſco, creber: à glubo, glaber: à ſcarreo (vnde ſcarroſus Lucilio, λεπρὸς) ſcaber: à ſuo, ſuber (inſuitur enim ſolo calceamenti: vnde

ea dicuntur κατῆτύματα Græcis) à craceo, craber, qui poſtea crabro, σφήξ. (Cracere ſignificat gracilem eſſe Ennio, & σφηκώδεις graciles dicuntur apud veteres comicos.) Sic à finio, Fiber, extremus. Ab eadem mēte Mulciber, à mulcendo, non à mulcendo ferro. Nam Mulciber apud vetuſtiſſimos Latinos eſt propriè μειλίχιος θεός: qualis colebatur Athenis, qui & μαιμάκτης. Plutarchus περὶ ἀοργησίας.

21 FLAMINES, quod in Latio capite velato erant ſemper.] Illud *in Latio*, quidam ſuſpectum habuerunt, non immeritò. Quis enim non videt illud παρέλκειν. At quod pro eo *in ſacro* repoſuerunt, nihil prę̨ter ſuſpicionem afferre poſſunt. Nos hác veram lectionem eſſe putamus: *Flamines, quòd licio in apice velati erant.* De apicibus vide quæ annotauimus lib. VI. Velati dicebantur qui caput cinctum licio laneo habebāt. Liuius lib. I, *Legatus vbi ad fines eorum venit vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen erat) audi Iuppiter, inquit, audite fines, &c.* Virgil. lib. XII,

Velati lino, & verbenis tempora vincti. Sic ſupplica & velamenta dicebant τὴν ἱκετηρίαν, quòd nimirum filo laneo velatū erat caduceum. Itaq; ab eo dixit Plautus Orare velatis manibus. Hoc etiam vocabant velamina, & velatam colū. Græci dicunt στέμματα. Eurip. Oreſte, ᾧ στέμματα ξήνας τ' ἐπέκλαςε θεᾷ Ἑ.... id eſt vellera. Varro De re ruſtica: *quam* (lanam) *demptam, ac conglobatam, alij vellera, alij velamina appellant.* Quāquā apud Varronē pro velamina vulgo legatur vellimina.

21 VT APOLLINI etiam nunc.] Vera lectio, vt *Neapoli etiam nunc.* Strabo lib. v. loquens de Neapoli, πλεῖστα δὲ ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐν ταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε, καὶ ἐφήβια, καὶ φρατρίαι, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικὰ, καίπερ ὄντα Ῥωμαίων. Satis hoc vno Strabonis loco hęc emēdatio cōfirmatur.

21 QVAS in tuguriis certis &c.] Ita legit Vertranius. Neque tamen id commiſiſſet, niſi editione Romana motus. Tamen falſus eſt, vt puto. Nam in auguriis certis obſeruari aues Titias dixit, quòd non in omnibus obſeruarentur, vt ex hoc loco apparet.

21 NAM PER hos fiebat vti iuſtum concipę-

retur bellum, & inde deſitum.] Poſtremas duas voces putarunt vacare, cùm tamen dicat Varro, hoc iam obſoleuiſſe temporibus ſuis. Quod etiam idem ait apud Nonium. Itaque inde petat lector.

22 QVI vere nuntii Senatus eſſent.] Lege, *Quiue nuntij Senatus eſſent.*

22 DICIT eſſe Græcè cohorton apud poetas dictum.] Certiſſimum eſt, vna litera dempta *Chorton* legendum. χόρτος, ὁ περίβολος apud poetas. Ἰλιάδ. λ,

Πίονα μηρί' ἔκηε βοὸς Διῒ τερπικεραύνῳ.

Αὐλῆς ἐν χόρτῳ — Item Ἰλιάδος ω,

Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον. Inde Euripidi σύγχορτα πεδία. In editione Romana emendarunt κούρδον. Miror cur non nouas aures quærerent, quibus talia perſuaderent, qui noua vocabula commenti ſunt. Eſt enim hæc vox planè apud omnes autores inaudita.

22 MANIPVLOS exercitus noua manus.] *Manipulos*, pro *manipulus*, more antiquo, vt maritos apud Catullum. Quare facilè noris qua temeritate hæc lectio mutata ſit in editione Romana.

23 NON à medendo, ac ſuendo, quæ omnino vltima. Huic rei earum rerum radices, &c.] Interpungendum ita: *Quæ omnino vltima huic rei.* Deinde, quæ ſequuntur, tranſpoſita ſunt: quæ ita ſuo loco reſtituenda ſunt, *Earum rerum radices in proximo libro aperientur: nec multa in eo obſcura relinquam. Quare quòd ab arte artifex dicitur: ſimilis cauſſa, quæ ab ſcientia vocatur aliqua, &c.*

24 QVOD ſequitur verbum aduentum, & in ventum.] Diuerſè caſtigatur, vel potius cruciatur, hic locus ab aliis. At hæc erat vera lectio: *Quod ſequitur cernuum ad ventum.* Error natus, vt ſolet, ex ignoratione veteris ſcripturæ, quam non animaduerterant imperiti librarii. *Cerbum* enim ſcriptum erat, pro quo *verbum* legerunt. Idem error mirum quàm frequens ſit in Nonianis codicibus: vt in exemplo Siſennæ, *Ferabite*, pro *fera vite. Et partim fera vite, partim lauro & arbuſto ac multa pinu ac murtetis abūdat.* Nec defuerūt qui in ſuis magnificis Theſauris tanto labore conſarcinatis *Fera-*

bitem pro agreſti ſumi apud veteres autores admonuerint. Itidem ſimile erratum apud eundem grammaticum in exemplo Varronis ab eo citato, verbo *ſatullare*. Nam cùm vetus librarius ſcripſiſſet *poluuro* pro *polubro* : ex eo factum vt *poluere* hodie legatur in codicibus Nonii:ſed perperam,vt dixi,pro *polubro*:

Nec in polubro myſtico coquam carnes,
Quibus ſatullem corpora, & famen Ventris. Item eodē modo deprauatè leguntur verba Lucillij apud eundem: *Maximus ſi argento in Verbi androgyni barbati mœcho cinædi.* Vbi tantum abeſt vt in ſcriptura ſolùm peccatum ſit, vt etiam verba Lucillij manca ſint. Nam ita ſcripſerat Lucillius,

Maximu' ſi argenti ſexcentum ac mille reliquit
Imberbi androgyni barbato mœchocinædo.

In Verbi ergo pro *Imberbi*. Et volebat oſtendere Nonius, imberbē, non imberbū, vſurpatum eſſe à Lucillio.

24 ET INVENTVM.] Vertranius *in Ventum*. Forſan, *Hinc Venatus*.

24 PECVS.] *Pecus ab eo quòd paſcebant: à quo pecora Vniuerſa. Et quòd in pecore pecunia tum conſiſtebat paſtoribus, & ſtandi fundamentum pes (à quo in ædificiis dicitur area pes magnus, & qui negotium inſtituit, pedem poſuit) à pede pecudem appellarunt, Vt ab eodē pedicam & pediſequam.* Ex his, quæ ſatis per ſe clara ſunt, & Varronis mentem apertè demonſtrant, ſatis cōſtat, immeritò hęc in editione Romana mutata fuiſſe. Quod qui fecerunt, non videbant ſanè quò ſpectabat mens Varronis, cùm pecudis etymon explanaret, quanquam nimis anxiè & exiliter. Quòd enim veteres paſtores eſſent, id eſt pecuariam exercerent, & omnis eorum copia in pecore conſiſteret: conſiſtendi autem fundamentum pes : à pede, inquit, pecudes appellarunt. Quia vt pes in homine, ſtandi, ſic pecus in re familiari pecuniæ fundamentū erat apud veteres. In quo vides Varronis λεπτολογίαν in diſquirēdis verborū etymologiis: cùm dubium nō ſit pecudes quòd tonderentur πεκάδας dictas. Vnde πόκος apud Græcos, vellus apud nos remanſit. Latini verò pecudes potius quàm pocudes dixerunt,

more ſuo:cùm & Apellinem pro Apolline dicerent:itē temperis, & pigneris,& elera, pro olera. Vnde Eluela, olera minuta, & Elueola vitis, quæ herbacei coloris eſſet. Titinnius:

Lenti calido eluela, rapula, rumices. Sic etiam *hemonem* pro homine.

24 PES MAGNVS.] *Pes magnus*, id eſt conſtratus. Ita vocabant veteres ἐπίπεδον τὸ ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος. Sic in libris de limitibus agrorum legitur: *Planum eſt quod Græci ἐπίπεδον appellant, nos conſtratos pedes: in quo lōgitudinē & latitudinē habeamus: per quem etiā agros, ædificiorū ſola, & quib⁹ altitudo & craſſitudo ponitur: & opera tectoria, inauraturas tabularū intelligimus, &c.* Plani nomine hîc intelligitur quod apud Varronē pesmagn⁹.

24 ET QVI negotium inſtituit pedē poſuit.] Romani correctores caſtigarūt de ſuo, *& qui fundamentū inſtituit, &c.* malè: quanquam in muſica qui πόδα inſtituit, dicitur βάσιν τιθέναι. Atqui non neceſſariò de ædificiis loquitur Varro: ſed de iis tantùm quę μεταφορικῶς deducuntur à pede. Itaque alluſit Plautus Aſinaria,

Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. LIB. *Ego pes fui.* Ergo pes quoduis fundamentum. Hinc puto Nepotes dictos. Eſt enim vocabulum Græcum νέποδες, nepotes: quòd πὲς ipſe, id eſt fundamētum generis, nō eſſent, ſed tantùm ἀπόγονοι. Theocritus enim & Apollonius vſurparunt νέποδας pro nepotibus, ἀντὶ τῶν ἀπογόνων. Quod & Feſtus annotarat, vt cognoſcimus ex eius reliquiis, in quibus etiam apparet citaſſe Callimachi autoritatem. Itaque puto me incidiſſe in eum locum Callimachi, quē Feſtus laudarat. Nam cùm ita citatum repererim apud grammaticos, οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ χῖος ὑλλικουῦ ἔπους. equidem non dubito ita legere,

-ὀυ γὰρ ἐργάτιν τρέφω

Τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Intelligit de Simonide.

24 PEDISEQVVS.] ὀπάων, ὀπαδός. Ab eadē ratione vocabāt A pedibus, & pedes. Plaut. Menæchmis: *Aſſeruatote hoc ſultis nauales pedes.* Qui & pueri dicuntur, & Græcè παῖδες. Antiquitus παῖς por dicebatur, vnde Puer

factum: quòd Laconicè & pleriſque Dorienſibus pes πὸρ diceretur. Hinc Marcipor, Publipor, Quintipor. Varro, *Quintiporis Clodiani foria ac poemata gargaridians dices, O fortuna, ô Fors Fortuna.*

24 ID ENIM peculium primum.] *Indidem peculium primo: hinc peculatum, publicum furtum, & peculatorie oues, aliúdue quid.* Hæc enim inuerſa erant.

24 PRIMO, vt cum pecore diceretur multa.] Nimium præceps fuit Vertranius in hoc loco transponẽdo. Dicit enim Varro peculatũ eſſe propriè, cùm auerſa pecunia eſſet ex multa publica, quæ fiebat pecore: à quo pecore peculatum vult dictũ, cùm ea multa auertebatur. Nihil igitur mutandum.

24 EX QVA fructus maior.] Hoc ſanè corrigere operoſum fuerit, cùm cætera deſiderentur. Neq; ſolùm ea deficiunt quibus de multa agebatur, ſed etiam totum principium ſequentium, in quibus animalium etymologias perſequebatur. Tamen legerim, *Ex qua fructus de malo.* Nam facile fuit l in i mutari, vt alibi ſæpe id accidit. Quod cùm factum eſſet, ex *maio, maior* fecerunt. Deinde addita præpoſitio, vt infinitis locis in his libris commiſſum eſt. Æs, fructum, lucrum de malo habere dicebantur, qui interuertendo aliquem lucrabantur. Ita loquuntur Plautus & Apuleius. Hoc eſt quod ait Ariſtophanes,

Οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι.

24 HINC eſt quod Græcis illis vſus, quod βοῦς bos.] Manifeſtò huic tractatui deeſt principium. quod miror in neutra editione animaduerſum eſſe. Neque tamen in eo ſolùm errarunt: ſed etiam cùm vocem illam *vſus* ſuſtulerunt, quam putarent vacare. Atqui ex ea faciundum erat planè, & diſertè, ὗς, ſus. *Quod Græcis ὗς, ſus, quod βοῦς, bos.*

24 CAPRA, carpa.] Turrenum ſiue Etruſcum vocabulum. Heſych.

24 OMNICARPAE capræ.] Quiſquis fuit is poeta qui hoc dixerit, ſenſerat capras ποικιλοφάγους eſſe: propter quod Archelaus ſemper febre laborare eas putauerat. Eupolis quoq; comicus idẽ ſentiebat, cùm ita

capras loquentes introduxerat, βοσκόμεθα ὕλης πάντοδαπῆς ἄπο, ἐλάτης κομάρου τε πτόρθους ἀποτρώγουσαι, & quę ſequūtur. Valde enim manca & corrupta ſunt apud Plutarchum, & eius ſimiam Macrobium.

24 PORCVS, quod Sabini dicunt à primo porco, poride porcus.] Alii inferciunt pro animi ſententia quicquid in buccam, vt aiunt. Hoc igitur quod in manu eſt agamus. Nam hæc eſt, quam veram putamus, lectio: *Porcus, quod Sabini dicunt aprum porcum: proinde porcus.* Qui meliorem attulerit, cauſam non dico quin meritò noſtra explodatur.

24 Κάπρος καὶ πόρκω.] Idem De re ruſtica lib. II, *Porcus Græcum nomen eſt antiquum, ſed obſcuratum: quòd eum nunc vocant* χοῖρον. Vtrunque verum eſt. nam & Græca eſt vox, & ita obſcurata vt neminem veterum, quod ſciam, qui quidem hodie extent, ea vſum eſſe putem, pręter vnum Lycophronem. Cuius aſcribam verſus ex Alexandra,

Σιθῶνα σε πάτρα, καὶ τάφους Ἀτλαντίδος
Δύπτου κέλωρος, ὅς ποτ' ἐν ῥαπτῷ κύτει,
Ὁποῖα πόρκος ἴστριος τετρασκελὴς
Ἀσκῷ μονήρης, ἀμφελυτρώσας δέμας,
Ῥειθυμνιάτης κέπφος ὥς, ἐνήξατο.

Nam quod interpres fratris ſimillimus, homo glorię & vanitatis Græcanicæ plenus, commētus eſt de neſcio quo animali, quis non videt fabuloſum eſſe? Non enim vult poeta Dardanum nataſſe vt porcum, aut potiùs vt animal illud quod excogitauit Tzetzes: ſed vocat μονήρη, vt aprum. Nam apri μονιοὶ dicuntur, vt & apud Latinos poſteros Singulares. Ælianus, καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν μονιοί τινες. Stultè enim facit, cùm putat duas comparationes eidem rei attribui: prima enim tātùm quòd ſolus natarit: altera, quòd vt κέπφος. Quæ eſt de Homero ſumpta, cùm idem de Mercurio canit. Deinde quàm ridiculus eſt in interpretatione illius vocis ἀσκῷ, quaſi nō potiùs vtribus natarit. Quod dictum eſt per appoſitionem ῥαπτῷ κύτει. Et cùm vocat ἴστριον, manifeſtò Ercynium aprum intelligit. Ergo qui poſtea κάπρος, primò apud veteres dictus eſt πόρκος.

24 NOSTRI aruiga.] Scribendum puto *Aringa.* Heſychius, ἄριγα, ἄῤῥεν πρόβατον. Quæ ſcriptura reponenda in Feſto & Donato : apud quos mendoſè *Aruga* & *Haruga* legitur.

24 ET IN Pontificiis libris videmus.] Vel *Pontificalibus.* Interpungendum autem poſt verbum *Videmus.* Quod cùm in editione Romana factum non ſit, tantum ſibi permiſerunt vt alterum verbum deleuerint : quòd viderent hæc duo commata aliter aptè hærere non poſſe. Cæterùm ita ſenſus perfectus eſt, nihil vt præterea ad ſententiam deſiderari videatur. Putarim tamen ita meliùs legi poſſe, *Et in Pontificalibus libris bidentes.* Nam hîc quoq; idem error nocuerat, de quo ſæpe iam admonuimus : quia ſcriptum eſſet *Videnteis.* Certè bidentes erant hoſtiæ quæ & corrigeræ eſſent, & duos dentes eminulos haberent : in qua ſententia eſt Feſtus, etiamſi aliter diſputetur apud Gellium. Heſychius, κεραΐδες, τῶν προβάτων τὰ θήλεα τὰ ἔνδον ὀδόντας ἔχοντα. Aliter, vt puto, ſi carerent illis, ἀτελεῖς erãt, & ad ſacrificia ineptæ. Nam ſi bidens dicta eſt, quaſi biens, cur bidentis, non bidennis, aut biennis, dicitur? Atqui magis aperit etymon, quòd & ambidentes apud veteres vocarentur. Sed id requirebatur in hoſtia, vt duos dentes haberet cæteris longiores : quemadmodum & in tauro τελείῳ, vt diuerſa cornua haberet, & patentia. Ab eo dicebantur Patales boues. Plautus Truculẽto: *Ego ruri hamaxari me mauelim patalem bouem.* De hoc loco intelligit Feſtus, cùm ſcribit patalem bouem dici à Plauto, qui diuerſa cornua habeat, & patentia. Meminit & dictione *Propatulum.* Itaq; & Græci quoque ab eadem mente eiuſmodi boues vocarunt πεταλεῖς. Athenæus libro IX, πεταλίδων δὲ συῶν μνημονεύει Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Αἴθωνι Σατυρικῷ. deinde, πεταλίδας δὲ αὐτὰς εἴρηκε, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. οὗτοι γὰρ πεταλοὶ λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσι. Item & πετηνοί. Heſychius, βοῦς πετηνὸς, ὁ ἔχων ἀναπεπταμένα κέρατα.

25 AGNVS.] Ἀμνός. Item canis, κύων, κυνός. υ in α. vt κύλιξ calix.

25 NOCTICVLVS in cuſtodia.] Miror corre-

ctores iſtos non vidiſſe, hanc vocem, quia nihil ſignificaret, corrigendam fuiſſe: præſertim cùm etiam locos integros attentare conati ſint. Hîc enim opus eſt eo epitheto quod iuuet Varronis ſentẽtiam, qui à voce canis vult deduci nomen ipſius animalis: vt ita legendum eſſe appareat: *Quod hic item nictaculus in cuſtodia, & in venando ſignum voce dat, canis dictus.* Eſt enim elegantiſſima vox à nictando detorta, quod Græci dicunt σκυζᾷν: quod ſolent facere canes in venatu, & in cuſtodia. Ab illa ergo nictatione, qua ſignum dat (ſigna verò canere dicuntur) anxiè nimis & putidiuſculè Varro canis etymon deducit. In libro P. Victorii ſcriptum *Noctulucus*: an perperam pro *Noctulugus*? Hanc etiam vocem vſurpauit Lucillius pro obſcœno, id eſt mali ominis, quales ſunt bubones, aut ſimiles aues noctu lugentes. An quòd in ſomnis noctu σκυζᾷν ſolent? de quo elegantiſſimi verſus Lucretij extant, & ſcripſit Æſchylus in Diris,

> Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις θ' ἅπερ
> Κύων, μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.

25 IN cuſtodia.] Veteres canes vocabant cuſtodes: & contrà, qui cuſtodiæ præfecti erant, canes. Æſchylus Agamemnone,

> Γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολὼν,
> Οἵαν περ οὖν ἔλειπε, δωμάτων κύνα.

Item ibidem,

> Λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε, τῶν σταθμῶν κύνα,
> Σωτῆρα νηός.-

Columella, *Nunc, vti exordio ſum priore pollicitus, de mutis cuſtodibus loquar: quanquam canis dicitur falsò mutus cuſtos.* In carmine obſcœno,

> *Ne, dum me colitis, meúmque numen,*
> *Cuſtodes habeatis irrumatos.*

id eſt canes. Plautus quoque in Milite αἰνιγματικῶς huc alluſit. Cuius hæc verba,

> *Nam os columnatum poetæ ineſſe audiui barbaro,*
> *Cui bini cuſtodes ſemper totis horis accubant.*

Næuium ſentit poetam illum coniectum eſſe in vincula. Canem verò genus eſſe vinculi nemo paulò humanior

ignorat. Itaque cuſtodes vocauit, quia ita canes quoque vocabantur.

25 ALEXANDRIA camelopardalis nuper adnecta.] C.Plinius lib. VIII, cap. XVIII, *Camelopardalis Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primùm viſa Romæ.* Dion lib. XLIII, περὶ δὲ δὴ τῆς καμηλοπαρδάλεως ὀνομασμένης λέγεται, ὅτι τότε πρῶτον εἴς τε Ῥώμην εἰσήχθη, καὶ πᾶσιν ὑπεδείχθη, & quæ ſequuntur. graphicè enim eam deſcribit.

25 CERVI quòd magna cornua gerant, quaſi Gerui.] Cur non κεραοὶ potiús? Item Volpes, quòd volat pedibus: quaſi non ſit ex ἀλώπηξ. Item virgultum à viridi: non autem, quòd prius, virguletum. Virgulæ, θάμνοι.

25 NVX.] Alij à nocendo, quomodo & Græcè quoq; κάρυον, παρὰ τὸ καρηβαρεῖν. Eſt autē vox Syriaca Luz. Sed L in N abiit: vt Lympha, Nympha.

26 RVTA, quam nunc πήγανον appellant.] Interpres Theriacorum Nicandri, Ἰόλαος ἐν τῷ περὶ Πελοποννησιακῶν πόλεων, τὸ πήγανον ὑπὸ Πελοποννησίων ῥυτὴν καλεῖσθαι φησί. Heſychius, ῥυτὰ, τὰ σέμφυλα, καὶ πήγανον λευκόν.

26 CVCVMERES.] Cucumis, κικυὸς apud veteres dicebatur. Inde noſtrum Latinū: ne putes Varroni de hac re aſſentiendum.

26 EXTA ollica, quo, &c.] *Ollicoqua* ex Feſto. Inde extaris aula Plauto.

26 PVLS ita appellata, quod ita Græci.] πόλτος. Vide Athenæum.

26 QVOD ita ſonet, cum aqua feruēti inſipitur.] Obſipare tamen & Inſipare farinam, non Inſipere, dicebant veteres: tametſi eodem modo Pomponius Attellanarum ſcriptor vſurpauit,

Facite vt ignis feruat, ligna inſipite, far cōcidite. Quod verò dixit de ſono feruētis pultis, ſimile Næuij *-bilbit amphora.* Item Eubuli comici apud Athenæū lib. VI,

Λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι.

Patina cachinnat bulliente murmure.

26 PANIS.] Athenæus lib. III, πανὸς, ἄρτος, Μεσσάπιοι. καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια, τὰ πλήσματα. Deinde, καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πάνα τὸν ἄρτον καλοῦσι. Tamen non caret ratione quod ait Varro. Panus enim πηνίον, glomus. Vnde

quædam placentæ, quòd ad eum modum confictæ eſſent, τολύπαι dicebantur. Meminit Athen. lib. I I I. Clemens Alexand. Protrept. οὐ σησαμαῖ ταῦτα, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα. Glomus vocabatur Latinè, quòd πολύπη glomus. autor Feſtus. Vel eſt quod Pollux lib. V I, ὠνομάζετο δέ τινα καὶ πηνία, ἃ καὶ τοῖς πλακοῦσιν ἐπετίθετο, προσεοικότα πηνίοις. λευκὰ δὲ ἦν τὴν χρόαν. quod Varro videtur innuere. Alioqui ſcio πηνίον, & Doricè πανίον, ἀντὶ τῆς ἀτρακτυλλίδος ſumi: cùm hîc ἀντὶ τῆς τολύπης. Vnde & tumor inguinum (qui morbus pueros infeſtare ſolet) vocatur panus: & paniculæ Plinio τὰ τολυποειδῆ. At Panicæ in milio aliud eſt: id enim à Græco etiam manauit. πηνίκη enim αἱ τρίχες, καὶ ἡ κόμη. Theophraſtus φόβην vocat. τὰ μὲν, inquit, ἔχει στάχυν· τὰ δὲ χεδροπά, λοβόν· τὰ δὲ κεγχρώδη, φόβην. ἡ δὲ καλαμώδης ἀπόφυσις, φόβη. Vnde apud eundem, ἀποχεῖται δὲ οὐκ εἰς στάχυν, ἀλλ' οἷον φόρβην, ὥσπερ ὁ κέγχρος, καὶ ἔλυμος. in illis, inquam, verbis perperam φόρβην legitur pro φόβην. Apud Plinium quoque libro X V I I I, cap. V I I, mendum inſigne, vix paucis animaduerſum, inoleuit, in illis verbis: *Milium*, inquit, *inter hos* X *annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine* V I I. *prægrandibus culmis: lobas vocant: omnium frugum fertiliſſimum.* Nam *phobas* pro *lobas*, ex Theophraſto.

26 VNDE ID dictum, niſi ab eo quod Græci κόκκον.] *Vnde id dictum, ab eo quod Græcis κοκκών: à quo Græcis κόκκος granum dictum.* Poteſt ita legi vt poſuimus.

26 TRITICVM, quod tritũ eſt ſpicis.] E ſpicis.

26 LIBVM, quod libaretur priuſquam eſſet coctum.] Forſan, *quòd libaretur, prius quàm eſſent, coctum:* Quòd id libaretur coctum, priuſquam eſſent, id eſt, comederent. Et fortaſſe illa vera eſt lectio.

27 CIRCVITVM æqualiter fundebant.] Hîc fundere, ἐλαύνειν. vnde νεήλατοι genus libi.

27 TRITON & placenta.] Poterat legi *Itrion*, ἴτριον, vt aliquando putauimus: poſtea tamen vera viſa eſt lectio, *in tritum*: præſertim cùm apud Latinos Itrion nunquam reperiatur. Eſt enim ἔνθρυπτον, καὶ πλακοῦς.

Athen.

Athen. interpretatur πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος. Demoſthenes, μισθὸν λαμβάνων τούτων ἔνθρυπτα, καὶ στρεπτοὺς, καὶ νεήλατα. Heſychius, ἔνθρυπτα, τὰ ἐκπέμματα, ἢ τὰ ἐντειβόμενα βρώματα. Meliùs tamen alibi legitur, ἔντειτον, τὸ Διονυσίου ἔμβρεγμα, ὃ Γαλάται ἐκβρεκτόν φασιν. Apud Apitium libro I X, Embractum Baianum legitur: quod eſt genus intriti: vt non dubitem legere intritum, καὶ πλακοῦντα. Tamen interere eſt verbum culinarium apud Terentium: *Tute hoc intriſti*: vnde Intritum potius deducendum erat. Aliorum ridicula comměta nihil moramur, qui cùm hîc inepta vocabula τρύφον καὶ θρύλλον induxerint, facilè indicant ea ex ſua culina, non ex Græcorum monumentis produxiſſe.

27 PVLMENTVM, quod edebant cum pulte.] Chariſius legit, *Pulmentum, quòd id cum pulte eſſent, Vt Plautus. inde pulmentarium dictum:* longè meliùs ſané. Locus verò Plauti, quem intelligit, extat in Aulularia,

Pulmentum quin ei pridem eripuit miluius. vt Vertranium defecerit memoria, aut diligentia, qui in nulla comœdia Plauti extare putauerit.

27 HOC primum debuit paſtoribus.] *Tepuit*: facetè. Hoc enim vult, Anteà paſtores crudis tantùm veſcebantur: cùm autem cocta cœperunt eſſe, hic fuit primus cibus inter illa cocta: maximè cùm puls, à quo pulmentum, ſit primum coctorum edulium. Romana editio & Vertranius hæc valde corrupta habent.

27 QVOD terræ rure Ruapa, vnde Rapa.] Romana editio, & Vertranius, οὐδὲν ὑγιές. Ita legendum erat, *Quòd è terra ruerent, Ruapa. Vnde Rapa.* ſanè ineptè è terra hæc etymologia eruitur à Varrone, quæ adeò terreſtris ſit & plena ruris. Græcum enim eſt ῥάπυς: vnde etiam ῥάφανος. Athenæus lib. I X, Σπεύσιππος δὲ ἐν δευτέρῳ ὁμοίων, ῥαφανὶς, φησὶ, γογγυλὶς, ἀνάῤῥινος, ὅμοια. τὴν δὲ ῥάφυν Γλαῦκος ἐν τῷ ὀψαρτυτικῷ διὰ τοῦ π ψιλῶς καλεῖ ῥάπυν. Etiam ſuprà, vbi ait, *Caulis, lapathium, radix*. Sic enim antiqui Græci, quam nunc ῥάφανον. puto legendum καυλὸς, λαπάθιον, ῥάπυς. Nam ῥάδιξ aliud eſt.

27 SVILLA ſic ab illis generibus cognominata.] Meliùs legeretur *à ſuillis generibus.*

27 PERNA à pede ſuis, à nomine eius.] In antiquitus excuſis (apud quos ſemper certior lectio) ita legitur: *Perna à pede: Sueris à nomine eius.* Legerem, *Perna à pede ſueris:* ſi veriſimile eſſet Varronem ita locutum eſſe ſicut temporibus Catonis, in quibus boueris, & loueris & ſimilia dicebant. Sed neque, vt mihi perſuadeo, ita Varro locutus eſt: neque, ſi ita legas, cætera quæ ſequuntur, cohærent. Quid enim erit illud, *à nomine eius?* Quare videtur rectè legi in antiquitus excuſis, vt ſit, *Perna, à pede. Sueres à nomine eiuſdem:* nempe ſuis: de quo paulo antè dixerat. Sueres verò inter ſuillæ partes annumerat Plautus Carbonaria, citante Feſto, dictione *Spetile,*

Edo pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia. Eſt autem ſpetile, pars carnoſa infra vmbilicum ſuis. autor Feſtus. Græcè ἦτρον, τὸ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ μέρος. Vel dicamus Varronem veterem caſum vſurpaſſe, *Perna à pede ſueris,* ex verbis veteris grammatici, puta Siſennæ, aut Ælij. Deinde, *A nomine eius Offa.*

28 MVRTATVM à murta, quod ea largè fartũ.] Murta genere fœminino apud veteres, vt apud Catonem. Quare non mutandum erat: neque ego muto. De murtato Plin. lib. XV, de murto loquens, *Et alius bacæ vſus fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illã obtinens vicem: quodam etiam generoſi obſonij nomine inde tracto, quod etiamnum Murtatum vocatur.*

28 AVGVMENTVM.] Meminit Arnobius libro VII.

28 MAGMENTVM.] Meminit idem eruditus ſcriptor, eodem libro. Erat autem daps quæ profanabatur à ruſticis, Iano, Siluano, Marti, Ioui dapali &c. quãuis id non interpretatus ſit Arnobius.

28 QVOD ad religionem magis pertinet.] Videtur legendum, *quod ad regionem magis pertinet.* Subiicit enim: *Itaque propter hoc montana fana conſtituta certis locis.* Nam ad id tantùm conſtituta erant, vt Iano, Marti (vt eſt apud Catonem) & Ioui dapali, item Siluano res diuina ſuſciperetur à quodam ruſtico, ſiue ingenuo, ſiue ſeruo: cui ſacro non intereſſent mulieres. Cato,

Mulier ad eam rem diuinam ne adſit, niſe videat quomodo fiat. Itaque dixit Iuuenalis,

Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas ſubſtringere debet,
Cædere Siluano porcum, quadrante lauari.

28 QVOD imponeretur macte, ab eo quod Græci μᾶλλον.] Hæc eſt lectio veterum excuſorum. Omnes enim illi *macte* habent: quæ vera eſt lectio. Quòd autem illud *macte* putant quidam Græcè exponere velle, hoc fruſtra eſt. Illud enim peccatum eſt propter ea quæ ſtatim ſequuntur, *Item Græci ſigillatim, &c.* cùm ita, niſi fallor, ſcriptum reliquerit Varro: *Vel ab eo quòd, cùm imponeretur, macte dicerent.* Ipſi verò putarunt verbum *Dicerent* ſine nomine, vacare. Extiterunt deinde qui illud *Macte* à Græco deduci ſibi perſuaſerint. Itaque nonnullis viſum eſt ſubſtituere μᾶλλον: aliis, μάπυς. Quidam etiam μάζαν ſuppoſuerũt. Et quem lapidem non mouerunt vt Græcam vocem, quam putarent deſiderari, ſupponerent? Nec defuerunt qui *mactre* legerent: quòd ita μάκτρα dici Græcè ſcirent. Quæ omnia magis eorum negligentiam quàm Varronis mentem aperiunt. Namque Magmenti duo etyma poſuit Varro: vel quòd magis ad regionem faceret: vel quòd, cùm id Deo pollucerent, MACTE dicerent. Quòd enim ita dicerent in pollucenda dape, diſertè legitur apud Catonem, *Macte hoce vino inferio eſto: Macte hoce ferto eſto: Macte hace dape pollucenda eſto.* Eſt ergo illa vera lectio, quam coniectauimus, niſi valde nos fallit augurium noſtrum. Non tamen alibi vſquam corruptior eſt quàm in editione Romana. quod cum bona venia eorum qui eius correctionis autores fuerint, dictum velim.

28 QVOM id imponeretur.] Imponere, verbum ſacrorum. Ouidius, *-Cereale ſacerdos*
Imponit libum- Iuuenalis,
& farra imponite cultris. Ariſtoph.
Οὐδ᾽ ἂν θύσαιμ᾽, οὐδ᾽ ἂν σπείσαιμ᾽, οὐδ᾽ ἐπιθείην λιβανωτόν.

28 ITEM Græci ſingillatim, vt ouum, bulbum.] Puto, *Itē Græca fingit Latinum, vt ouum, bulbū,* ὠὸν, βόλβον,

Neque multùm ab hoc ſenſu mens Varronis abfuiſſe videtur.

28 LANA Græcum.] Poſſet putare quiſpiam hîc intelligi λάχνη, & extrita media, factũ lana, vt ab ἀράχνης, araneus. Sed non ita eſt. λῆνος enim prius dicebatur, & Doribus λᾶνος. Apollonius lib. IIII,

Βεβρίθει λῄνεσσιν ἐπηρεφές. Et λανισταί, οἱ κτενισταὶ apud veteres dicebantur, qui carebant (hoc eſt carminabant) lanam. Nec ſine cauſſa ad hoc teſtimonio Callimachi vtitur Varro, cùm & Æſchylus ipſe, cùm hanc vocem vſurparet, eam, vt à vulgi opinione paulò remotiorem interpretatus ſit. Cuius hæc verba ex Diris,

> Λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,
> Ἀργῆτι μαλλῷ· τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.

Solet enim interdum ille poeta, cùm quædam inſolentia verba aut duriuſcula ponit, eorum interpretamentum ſubiicere: vt in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

> Ἅλω δὲ πολλὴν (ἀσπίδος κύκλον λέγω)
> Ἔφριξα δινήσαντος· οὐκ ἄλλως ἐρῶ.

Porrò ante hæc quædam deeſſe ſenſus ipſe ſatis docet.

28 TRAMA, quod trameat frigus, genus veſtimenti.] Omnino legendum, *Quòd trameat frugionis veſtimentum.* Frugionia veſtimenta ſunt ea quæ *ricamata* vocant Itali dictione Syriaca: in quibus tramæ diuerſis modis retortæ, & perplexi mæandri ſunt. De Phrygione Varro κοσμοφθορεύς, *Phrygio, qui puluinar poterat pingere, ſoliar læuigabat.* Ita legendum in Nonio.

28 TRAMA, quod trameat.] Trameat enim ſtamen & ſubſtemen. Perſius metaphoricôs,

> *-mihi trama figuræ*
> *Sit reliqua: aſt illi tremat omẽto popa venter.* Ex Eurip.
> Τρίβωνες ἐκλιπόντες οἴχονται κρόκας.

Vnde defloccati ſenes dicuntur, metaphora ſumpta à veſtibus, quæ fratillos ſuos, id eſt villos, amiſerunt. Quæ & decotes dicebantur.

28 PANVELIVM: à panno, & voluendo filo.] Apud Iſidorum non prorſus malum autorem legitur

pannelium: item Heſychium, qui in Græca voce explicanda vſus eſt vocabulo Romano. Πλωίον, inquit, πανύκλιον, ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. Quæ ſi vera eſt lectio, videtur à pano luendo Panuelium dictum. Vnde hodie *deuidere* dicunt Francæ mulieres, à diuidendo, hoc eſt, luendo filo. Niſi ſit quaſi à deuiduando. Ariſtoteles libro v, Hiſtoriæ animalium, ἐκ δὲ τούτων βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι. Nonius Panulam vocat.

29 CONVM, quod cogitur in acumen verſus.] At ego, quod Græcè κῶνος.

29 HASTA, quòd aſtans ſoleat ferri.] Antiquitus enim ſine aſpiratione ſcribebatur: & aſtare, pro adſtare dicebant: vt Plautus aſſum, pro adſum.

29 SCVTVM à ſectura.] Fallitur. Eſt enim σκύτος, quòd eſſet ὠμοβόϊνον.

29 VMBONES, aut à Græco: vel quòd ambones.] Lego, *Vmbones à Græco, quòd ἄμβωνες.* Græci ἄμβωνας vocant quicquid extumidũ eſt & prominet, vt ventrem ampullarum Plutarchus Lycurgo. In montibus quoque ὑψηλοὺς τόπους ita vocant. Itaque quidam poeta vetus ſic ſcripſerat, -ἐπ' ὄρεος ἀμβώνεσσι. Sic quoque Latini vmbonem in eam ſignificationem vſurparunt. Statius Achilleide,

-Vndiſonæ quos circuit Vmbo Maleæ. Id eſt quod poetis Græcis ῥρίον. Idem in Thebaide,

Stant iuga, & obiectus geminis Vmbonibus agger
Campum exire vetat- Idem in via Domitiana,
Tunc Vmbonibus hinc & hinc coactis. In Thebaide,
-vaſto metuenda Vmbone ferarum
Excutiens ſtabula- Idem in Hercule Surrentino,
-quòd ſolidus contra riget Vmbo maligni
Montis- Satis apparet cur poſtea vmbones in clupeis appellarunt: quos vocat ὀμφαλοὺς Polybius lib. v i, qui & plura addit de forma clupei Romani.

29 GLADIVS à clade.] Clades dicebatur ſurculorum detritio. Κλάδος, ramus. Sic Calamitas, calamorum: Strages, ſtratorum arborum: deinde ad homines tranſlata.

29 EX ANVLIS ferream tunicam.] *ἁλυσιδωτὸν* Diodorus Siculus libro v. Etiam hodie loricam vocant *Hallecret*, quaſi *ἁλύκροτον*, pro *ἁλυσίκροτον*.

29 OCREA, quod opponebatur ob crus.] Ocrem antiqui vocabant aſperum montem & confragoſum, vt etiam docet Feſtus. Inde ocreas dictas, quòd inæqualiter tuberatæ eſſent, vt idem ait. Vſurpauit eam vocem Liuius Andronicus in Odyſſea,

Celſóſque ocris, aruáque petrita, & mare magnum.

Ita putamus legendum ex Homero in Odyſſea,

Ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα
Βέβρυχε ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.

29 GALEA à Galero.] Olim galeæ ex diuerſorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipſis nominibus apud poetas. Sunt enim apud illos *κυνέαι, λυκέαι*. Sic etiam, quòd ex felina pelle fiunt, *γαλέαι* dictæ. *γαλῆ* enim feles, vel ſimile animal ei quod vocant Græci *ἴκτιν*. Quare & Homerus quoque *ἰκτιδέην* galeam vocauit. Ex quibus apparet Varronẽ non rectè ſenſiſſe, qui à galero deduxerit.

29 VALLVM, quod ea varicare nemo poſſet.] Quid certi afferam de huius loci lectione, nihil habeo. nam vulgarem recipere, ſanè religio eſt. Fortaſſe non ineptè legi poſſet, *quòd ea vari, ac ærumnæ eſſent.* Erant vari propriè bacula furcillata, vt interpretatur Varro, & informia. Alii ſcribunt Varri. Vnde Varrones, duri *καὶ σκληροὶ* homines, quos Ariſtophanes *πρίνινες* vocat. Lucillius,

Varronum ac rupicum ſcarroſa, incondita roſtra.

Hinc Varronum cognomen Romæ. Erant & furcillæ quibus tolluntur retia, quæ *σκανδάληθρα καὶ σκάμβυκες* Græcè dicuntur. Lucanus,

--Diſpoſitis attollat retia varis. Ex varo igitur Vallus fit. Hinc vallum, quòd ex iis fieret. Ærumnas verò furcillas quoque eſſe nemo dubitat, qui ſaltem legerit Feſtum. Cæterùm de veritate lectionis præſtare non poſſum: mihi ſufficit, quod in animo haberem indicaſſe.

29 CERVI.] In vallo caſtrenſi per ſpatia pone-

bantur cerui. A quo interſtitium illud inter ceruos dictum Interuallum. Id quod ex Cæſare nouimus, item ex Silio Italico libro x,

Ceruorum ambuſtis imitantes cornua ramis.

Brachia vocat Lucanus,

--crudáque extraxit brachia terra. Item,

Aut circum largos curuari brachia fontes. Vtrunque à ſimilitudine.

29 VT TROVLLA. Hinc Græci trullam.] Inuerſum eſt, pro *Torulla. Hinc Græci* τορύνην. Ariſtophanes Auibus,

Ἔλυες δ᾽ ἐπιθυμεῖ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας. Interpretantur τὸ κινητήριον τῆς χύτρας. Truam verò τὸ κινητήριον τῆς χύτρας eſſe, vnde & Truare, τὸ κινεῖν apud veteres, indicio ſunt hi verſiculi Titinii, poetæ comici,

Sapientia gubernator nauim torquet, non valentia.
Cocus magnū ahenū, quando feruit, paula cōfutat trua.

Cui ſimile illud Ariſtophanis ex Equitibus,

Ἀνὴρ παφλάζει. παῦε, παῦ᾽
Ὑπερζέων. ὑφελκτέον
Δὲ τῶν ξύλων, ἀπαρυστέον τε
Τῶν ἀπειλῶν ταυτηί. Quæ Titinii ſententia tracta ex

Homero,

Μήτι τοι δρυτόμος μέγ᾽ ἀμείνων ἠὲ βίηφι.
Μήτι δ᾽ αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι.

29 HINC Græci Trullam.] Romana editio τρυβλίον. At neque τρυβλίον, trulla: neque, ſi eſſet, bis eam Varro nominaſſet. Aliquid eſſet, ſi repoſuiſſent τρυπήλην. eam enim etiam τορύνην interpretatur Heſychius.

30 POSTEA acceſſit Magnus cum Græco nomine, & cum Latino nomine Græca figura Barbatos.] Legendum: *Poſtea acceſſit Nanus cū Græco nomine, &c.* Feſtus, *Nanum Græci vas aquarium dicunt, humile & concauum, quod vulgò vocant ſitulum barbatum. Vnde Nani pumiliones vocantur.* Nam de μάγνος, quod alii repoſuerunt, ipſi viderint. Mihi certè nihil temerè perſuadebunt.

30 PELVIS,pedelauis.]Non,ſed à Græco πέλυς. De quo vide Pollucem, itémque alios veteres grammaticos.

30 QVOD Siculi κάπνον.] Scribe κάτανον.

30 PATINAS à patulo.] Satis notum à Græcis originem trahere. Nam vt à κάτανος, catinus: ſic à πατάνη,patina. Eubulus Comicus apud Pollucem & Athenæum,

Καὶ πνικτὰ Σικελικὰ πατάνια στωρβύματα.

Plautus Menæchmis ad verbum videtur eum verſiculum tranſtuliſſe,

Tantas ſtruices concinnat patinarias.

Tamen in nonnullis legitur βατάνια.Vnde etiam Latini batillum fecerunt.

30 A QVO illa Capit, & Capulæ.] In omnibus editionibus locus hic deprauatus eſt,qui ita legi debet: *Menſa rotũda nominabatur Cilibantum, vt etiamnum in caſtris.Id videtur declinatũ à Græco,* ἀπὸ τοῦ κύλικος. *A quo illa Capis,& minores Capulæ,à capiendo.*De Capidibus notum ex Feſto. Capedines aliter dicebantur, & Capedunculæ Ciceroni. De Capedũculis vel Capulis meminerat & ipſe Varro libro I de vita populi Romani, *Etiamnum pocula, quæ vocant capulas,ac capides, quod eſt poculi genus: item armillũ, quod eſt vrceoli genus vinarij.* Puto tamen capidem Græcũ eſſe: quòd id genus vaſis καπίδη dicatur à Græcis. Κιλίβαντες Græcum eſt:ne fortè putes legendum eſſe *Cilibathum*,vt alii.

30 CVM magiſtri fiunt.] Iidem & modiperatores dicebantur. Sic Catullus legem συμποτικὴν vocauit magiſtram: *Vt lex Poſtumiæ iubet magiſtræ. Lex Poſtumiæ*, pro, *Lex Poſtumia*: vt Vrbs Romæ. & Horatio, Herba lapathi. Plinius libro XIIII, *Numæ Regis Poſtumia lex eſt.* VINO ROGVM NE RESPERGITO. Cur id Numa vetat,cùm ex veteribus autoribus ſatis conſtet,vino rogum reſpergi? Apparet eas leges Numæ συμποτικὰς fuiſſe, non πολιτικάς. Itaque alluſum eſſe ad voluptariorũ dicteria, cuiuſmodi ſunt hæc in epigrammatis Græcis,

Μὴ μύρεσι μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,

Μὴ δὲ τὸ πῦρ βρέξῃς. εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.

Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι. τέφρην δὲ μεθύσκων,

Πηλὸν ποιήσεις, οὐχ ὁ θανὼν πίεται. Quãquam in duodecim ſcriptum fuit: MVRRINAM MORTVO NE INDITO.

31 DEPESTA.] In veteribus excuſis *Flepeſta.* Quæ lectio quamuis corrupta, tamen veræ lectionis nobis index fuit. Perperam enim *Depeſta* pro *Lepeſta,* quæ à Græco λεπαστή. Cuius præter quod veteres grammatici, Athenæus & Pollux, meminerunt, ipſe quoque Varro eadem penè, quæ hîc, monuerat, libro 1 de vita populi Romani. *Lepeſtæ,* inquit, *etiamnum Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt aut æneæ.* Nam Varronem δέπαστρον ſcripſiſſe non facilè mihi perſuaſerim.

31 SIMPVLVM à ſumendo.] Id eſt bibendo. *Vnde ſumi pote, puteus.* Id eſt, vnde bibi poteſt. Cicero, *ſi ſumpſeirt meracius,* id eſt biberit. Apud eundem, *Fluctus in ſimpulo excitare,* τὸ πομφολυγεῖν. prouerbium. Eſt autẽ Syriacum. Nam vt Abub, Ambub, αὐλός: ambubaiarum collegia: à copher, camphora: à ſadon, ſindon: à ſabeca, quod eſt apud Danielem, ſambuca: ſic à ſephel, ſempel, & inde ſimpulum fecerũt. Scio ego me dicere hoc cum magno odio eorum qui non ſolùm literas Hebraicas & Syriacas ignorant, verùm etiam oderunt. At tam mihi facile eſt eos contemnere quàm ipſis procliue eſt eas odiſſe.

31 EPICHYSIS.] Apud Pollucem eſt genus coquinarii vaſis: ídque probatur ex Ariſtophane δαιταλεῦσι. Ego verò inueni etiam pro poculi genere, ex Menandri Philadelphis, apud Athenæum loquentem περὶ τῆς λαβρωνίας,

Ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,

Πέρσαι δ' ἔχοντες μυοσόβας ἑστήκεσαν.

Meminit & Plautus.

31 ET IN ea & cum ea ænea vaſa.] Omnino legendum, *Et tina, & cum ea ænea vaſa.* Meminerat huiuſce rei 1 de vita populi Romani. *Antiquiſsimi,* inquit, *in conuiuiis vtres vini primò, poſtea tinas ponebant.*

31 VRNARIVM.] Varro ταφῇ Μενίππου, *Sed quæ neceſsitas te iubet aquam effundere domi tuæ? Si vaſa habes pertuſa, plumbum non habes? Ad quam rem nobis conflauium? ad quam vrnarium? In pauimento non audes facere lacunam, at humi facis calceos elixos? Antiqui noſtri domibus lateritiis paululum modo lapiditus ſuffundatis, vt humorem effugerent, habitabant. Non vides in magnis periſtyliis, qui cryptas domi non habent, ſabulum iacere à pariete, aut è xyſtis, vbi habitare poſsint? Non vides in publica noſtra taberna, qua populus ambulando, perinde vt in arato, porcas reddit?* Quæ teſtimonia quinque ita connecti debere, ſententia ipſa ſatis demonſtrat. Ad quorum interpretationem vide Vitruuium libro VI, capite IIII, in fine: Palladium libro I, capite IX, item in fine.

31 IMBVRVM fictum ab vrbo.] Varro cùm ab vrinando Vrnæ veriuerbium deduceret, vrinare quoque, vnde eſſet, declarabat. In quibus poſtremis verbis peccatum eſt ab imperito librario. Quæ ita reſtituenda ſunt, *Vrinare, eſt mergi in aquam in vrbum: fictũ ab vrbo, quod ita flexũ vt redeat ſurſum verſus: vt in aratro, quod eſt vruum.* Quòd enim *in vrbum* ſcriptum eſſet, non *in vruum*, cauſſa fuit erroris indocto librario, vt ſæpe accidiſſe aliàs admonuimus. Eſt autem vruũ, ſiue vrbum: (vtrunque enim inuenimus) τὸ ἀνάσιμον, ſurſum verſus reflexum. Qui in aquam mergitur, vt iterum ſurſum verſus exiſtat, dicitur vrinare. Quod etymon Varronis, mihi & eruditum valde & verum eſſe videtur. Vruare ergo, ita ſe iactare vt ſurſum denuo excitet ſe. Vnde Amburuare apud Lucillium dicũtur Salii, qui eo modo corpora ſaltu reciprocabant,

Præſul vt amburuat, ſic volgu' redandruat inde.

At in Feſto & Nonio mendoſiſſimè ille verſus legitur hodie. Græcè dicitur κυβιστᾶν, id eſt κολυμβᾶν, interprete Suida: quod Curetes (qui iidem Latinè Salii) faciebant. Id aliter dicitur Reciprocare. Plautus Aſtraba,

Quaſi tolleno, vel pilum Græcum reciproces plana via,

Tollenones enim, & pila ruderaria, modò ſurſum modò deorſum in opere ipſo aguntur. Itaque eleganter &

venuſtè apud Ariſtophanem, citante Polluce,

Ὥστε κηλώνειον, ἀνακύπτων, καὶ κατακύπτων. Apud Plautum Pœnolo:

-ſunt Græca celonea: ſuſtolli ſolent. Eodem modo dictum quo in Aſtraba, pilum aut tollenonem Græcum reciprocare. Quod à nobis ita reſtitutum eſt ex veteri ſcriptura. Ita enim legitur in manu ſcripto, *Treca ſunt celonnæ.*

31 CACABVM.] Κακάβου meminere Pollux & Athenæus lib. XIII. Non enim Latinum eſt, quod putat Varro. Itidem ineptit de calice, à caldo, non à κύλιξ.

31 SEDVM.] Solum, vel ſolium.

32 ARCA, quod arcebantur fures ab ea clauſa.] Sic Græci φωριαμὸν, παρὰ τὸ τοὺς φῶρας εἴργειν. Cùm tamen Eratoſthenes ex commẽtitia fabula deducat originem, in hymno εἰς Ἑρμῆν,

Φωριαμὸν δ᾽ ὀνόμηναν, ὅμιν κύδε φάριον ἄγειν.

Ἐκ τοῦ φωριαμὸς κεκλήσεται ἀνθρώποισι. At potiùs Arca ab arcendo: quòd arcere apud veteres ſignificaret continere. Vnde arcus in fornicato opere παρὰ τὸ ἀρκεῖν.

32 VESTIS, &c.] Poteſt & ita legi, *Veſtis à Velis: Vel ab eo quòd Vellus lana tonſa vniuerſæ ouis: id dictum, quod lanam Vellebant: ex lana autem facta Veſtis.* Certè ea mens eſt Varronis. Tamen quis Veſtem à Græco deduci dubitarit? At Varro, quòd veſtis ex lana, lana autem vellus diceretur, iccirco veſtem vocatã ait. φεῦ τῆς ἀφυότητος.

32 RICA.] Ricam Feſtus ex Granii ſententia ait eſſe muliebre cingulũ capitis, quo pro vitta Flaminica redimeretur. Apud Gellium lib. X, cap. XV, vbi de Flaminica loquitur: *Et quod Vrica ſurculum de arbore felici habet:* ſcribendum, *& quod in rica ſurculum de arbore felici habet.* Surculum autem eum intelligit quem vocabant Inarculum. Is erat è Punico malo, vt ait Feſtus. Ego verò puto, ex omni felici arbore. Non referam hîc quæ perperam ad huius loci emendationem attulit Cælius Rhodiginus.

32 CAPITIVM, quod capiat pectus.] Idem de vita populi Rom. lib. IIII, *Neque id ab orbita ma-*

trumfamiliâs inſtituti : quòd ea pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Planè hic capitia pectori tegendo, non capiti, vt voluit Nonius. videtúrque eſſe quem Græci μαχαλιστῆρα vocabant. Erant & ad vinciendum pectus ſtrophia, & faſciæ, de quibus Terentius intellexit, de puellis loquens quas matres ſtudent eſſe,

Demiſſis humeris, vincto pectore, vt graciles ſient,
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum.

Nam faſciis illis ὁμαλεῖς & æquos humeros reddebant, cùm contrà in pugilibus ſint toroſi. Xenophon, ὥσπερ οἱ πύκται τοὺς μὲν ὤμους παχύνονται, τὰ δὲ σκέλη λεπτύνονται. Ergo ſtrophio tumorem papillarum cohibebant, faſciis illis humerorum caſtigabant ſuperfluum, & quaſi luxuriantem καὶ ἐκπεφευγότα habitum. Itaque apud Ouidium,

Conueniunt humeris tenues ameletides altis: ego lego *omaletides.* ὁμαλήτιδες enim videntur vocatæ eſſe quòd iis æquabantur humeri & complanabantur.

32 VOCABVLA apparet eſſe Græca, vt asbyſton.] Hìc non melior editio Romana quàm vulgata prior. quinetiam vetus melior. in ea legitur *abaſton.* Ex quo iſti interpolatores mirifici fecerunt *asbyſton*, aut *asbeſtum.* Quaſi verò id lini genus inter veſtimenta annumerandum ſit : & non potiùs ex eo mappæ conficerentur, nō veſtes. ne mihi interim obtrudat quæ de eo Plinius, Pauſanias, & Stephanus ſcripſerunt. Ego mehercule illam lectionem ſuppoſititiam reiicio: hanc autem, quam ponam, germanam eſſe quouis pignore cōtenderim: *Vt ambuſtum Amictus dictū, quod amiectum, id eſt circumiectum.* Accedit eiuſdem Varronis autoritas ex libro VI, *Ambagio,* inquit, *dicta, vt Ambuſtum, quod circum uſtum eſt.* Feſtus, *Amiternini, qui circa terminos prouinciæ manēt: vnde Amiciri, Amburbium, &c.* Dictionem verò Græcam hîc deſiderari qui putarunt, moti ſunt præcedentibus verbis, vbi dicit Varro vocabula veſtium multa eſſe Græca, &c.

32 ANTIQVISSIMI amictui ricinium.] Legendum *amictuis.*

33 PARIA.] ἢ διπλοῖς. In vita Anreliani imperatoris, *Mantelia duo Cypria, paria duo.* Ab eo quòd pares olim dicebãtur duo. Feſtus, *Paribus equis, id eſt duobus, Romani vtebantur in prælio.* Intelligit enim ἀμφίππους equites. Vnde pararium illud æs dicebatur, quod duplex equiti dabatur pro duobus equis: Grçcè κατάστασις. vide Sudam. Ab eadem mente Pararius Senecæ, προξενητής, quòd inter duos ſtipulantes eſſet μεσεγγυητής.

33 PARAPECHY.] Heſychius, παράπηχυ, τὸ ἱμάτιον τὸ παρ' ἑκάτερον μέρος ἔχον πορφύραν. Pollux lib. VII, τὸ δὲ παράπηχυ, ἱμάτιον ἦν λευκὸν πῆχυν πορφυροῦν ἔχον παρυφασμένον. Et li. IIII ita lege, συρτὸς πορφυροῦς, παράπηχυ λευκὸν τῆς βασιλευούσης. In eodẽ, τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι ϗ στλεγγὶς, ϗ λήκυθος, ὡς τοῖς ἀγροίκοις λαγωβόλον. ἐνίαις δὲ γυναιξὶ ϗ παράπηχυ, ϗ συμμετρία. In quibus etiam verbis Pollucis, quòd attribuitur paraſito στλεγγὶς ϗ λήκυθος, ita eſt accipiendus locus Plauti ex Sticho,

Aut perturatiunculas paraſiticas,
Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam,
Paraſitum inanem, quo recondas reliquias. Ex his igitur potes videre ineptè mutatam eſſe lectionem in editione Romana, in qua παραπλεκεῖα pro *parapechy* ſuppoſitum eſt.

33 SARCVLVM à ſerendo ac ſarriendo.] Lege *ſerãdo.* vt lib. VI, Sarrire à ſerare, id eſt operire, dictum. Serare ſignificare claudere, operire.

33 RVTRVM.] Hîc ſignificat quod Grçcè κρανίον. Varro apud Nonium, *Rutro caput diſplanauit.* Imitatus eſt Pherecydẽ, qui dixerat, τοῦ κρανίῳ παίσας ἀπέκτεινε. Significat & hoſtorium: quod Græcè ῥόχανον. Lucillius,

Frumentarius eſt, modium ſecum atque rutellum
Vnum adfert--Ruere enim eſt modio cumulum adæquare. Cicero Attico, lib. XVI, *De laudibus Dolabellæ deruã cumulum.* Plautus, -*æris aceruos ruit,* ἐπιμετρεῖ ſcilicet. Horatius idem intellexit, *Vt metiretur nummos.* Id eſt, Etiamſi modiis metiretur & rueret aceruos nũmorum. Eſt enim prouerbium, ἀργύριον μεδίμνῳ ἀπομετρεῖν. Xenoph. Ἑλλην. γ'.

33 IRPICES.] Cato vocat. Vrpices, vel Hurpices

cap. x, ab ἅρπαξ καὶ ἁρπαγὴ Græco. Eurip. Cyclope,
Σαίρῳ σιδηρᾷ τῇδε μ' ἁρπαγῇ δόμους.
Quare errat Varro, qui à ſerpendo. Ita enim videtur legendum, *Irpices, regula cum pluribus dẽtibus, quam itidem vt plauſtrum boues trahũt, vt eruant quæ in terra ſerpunt, Sirpices: poſtea, S, detrita à quibuſdam dicti.* Heſychius, ὀξίναι, ἐργαλεῖόν τι γεωργικὸν, σιδηροῦς γόμφους ἔχον, ἑλκόμενον ὑπὸ βοῶν, Manifeſtò vocat ὀξίνας *Sirpices.*

33 VT ERVANT quæ in terra ſunt, ſirpices.] Quæ in terra ſerpunt: vt infrà, *Spinæ quæ in agris ſerpũt.* A quo verbo deducit ſirpices.

33 RASTELLI.] *Raſtelli, vt Irpices ſerræ leues: ita quia homo in pratis per fœniſicia feſtucas abradit, ab eo raſu, Raſtelli dicti.*

33 ATQVE eruunt, à quo rutubatri dicti.] In Romana editione *Rutabri.* Fortaſſe *Runcaſtri.* Aliter de veritate lectionis mihi non conſtat. Forſan apud Gellium pro *Rumigeſtri* reponẽdum *Runcaſtri,* lib. x, cap. x x v, vel *rumiceſtri.* Rumices, Lucil. *Tum ſpara, tum rumices, &c.*

33 FALCES a farre.] Purum putum Syriacum eſt. Pheléq, à quo πέλεκυς: & in ſtatu abſoluto (vt eius gentis grammatici vocant) *Phalqa.* vnde Falx. Itaque ſæpe labitur Varro ignoratione peregrinarum linguarum.

33 ADOREAE.] Alii *arboreæ.* Cato, *Falces fœnarias* I I I, *ſtramentarias* V I, *arborarias* V.

34 HAS phancillas chermoneſice dicunt.] Scripſiſſem, *Zanculas.* Ζάγκλη enim δρέπανον Syracuſia lingua. Sed quid faciemus illa voce nihili, *Chermoneſice?* Eſſet aliquid *Cherſoneſitæ.* Sed quínam Cherſoneſitæ ita vocant falcem? aut quínam Cherſoneſitæ κατ' ἐξοχὴν dicũtur? Nam, num & alij præterea Cherſoneſitæ? Niſi in vltima Italia ea pars Cherſoneſi nomine intelligitur, quæ pertinet ad Leucopetram. Quod ſi verum eſſet, facilè inducerer vt hîc legendum putarem *Zanculas:* quòd ſciam eam partem Italiæ cum Sicilia ita vocaſſe falcem. Nihil autem affirmare poſſum. Fortaſſe legendum, *Has falcillas chermes Pœnicè dicunt.* Scio enim

Chermes falces vocatas olim à Syris & Phœnicibus, quorum colonia ſunt Pœni in Africa. Et fieri poteſt vt hoc dixerit Varro ex Magonis libris, qui Pœnicè ſcripti erant de re Ruſtica. Hæc verò aſſeuerare vt vera nolumus. Scimus tamen ex eiuſcemodi coniecturis ſæpenumero veritatem erutam fuiſſe.

34 INDE poſt in vrbe Lucilli.] In excuſis antiquis legitur ſine præpoſitione *In*. Quæ proculdubio ab aliquo audaci hîc temerè inculcata fuit, & totum locum hunc obſcurabat. qui ita legendus eſt: *Inde piſtor, vel Lucilij piſtrina, vel piſtrix*. Nã qui primùm lectionem corrupit, fecerat, *Inde poſt vrue*. Deinde *in vrbe* degenerauit. Citauit teſtẽ Lucillium de piſtrina, & piſtrice, vocibus, quaſi minus vſitatis. De piſtrina quidem Chariſius lib. I, *Piſtrinum*, inquit, *neutro dicitur*. Sed Lucillius lib. XXVI, fœminino extulit,

media à piſtrina ad tabernam referens.

De piſtrice non ita obuium. Incidimus tamen in verſiculum Lucillii, qui eam vocem vſurpauit: & niſi fallor, eſt ille quem Varro intellexit. Extat autem apud Feſtum dictione Mamphula:

Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt,
Addas empleurum, mamphulas quæ ſciat omnes.

34 TRAPETES à terẽdo, niſi Græcum. [τραπεῖν, τὸ ληνοπατεῖν. Ὀδυσ. η,

Ἄλλας δὲ τραπέουσι, πάρειθε δὲ ὄμφακές εἰσι.

34 MOLAE a molendo.] Imò contrá. Itaque videtur ſcripſiſſe *à molliendo*. Subiicit enim, *Harum motu eo cõiecta molliuntur*. Similis error in Truculẽto Plauti,

- meretriculis Molliendis rem coegit. meliùs *molendis*. *- non alienas Permolere vxores -* Horat. Putarunt nonnulli apud Theocritum τὸ μωλεῖν idem ſignificare: at eos maximè arguit ſcriptura, quòd ſcriptum ſit duplici λλ. Deinde μωλεῖν non molere ſignificat, ſed ſuere. Vnde Latini veteres Mullare dicebãt, pro ſuere: & Mulleos calceos, à Mullando. Itaque Theocrito τὸ μωλεῖν eſt quod vſitatius dicitur περαίνειν. Vnde ſubulones vocauit Lucillius pædicones apud Auſonium, *Lucillij vatis ſubulo, pulliſpremo.*

Ergo molere non eſt τὸ μυλλεῖν Theocriti. Porro Varro apud Nonium videtur in obſcœnum ſignificatum accepiſſe, *Hic alius*, inquit, *tibi molit ac depſit*. Depſere enim etiam obſcœnum verbum: vt etiam Cicero ad Pætum oſtendit. Apud Catullum verò mendum eſt:

--patrui perdeſpuit ipſam Vxorem-- legendum enim *perdepſuit*.

34 VOLANT inde leuia.] ἄχνη. ἀχυρμιαί. Vallus verò ex vanno ὑποκοριστικῶς.

34 TRAGVLA.] *Trabula* puto ſcribendum. ὑποκοριστικὸν à Trahea, vel Trahes. *Tribulaque, traheæque*. Virgilius.

34 SIRPEA.] Lucillius, *Tintinnabulum abeſt hinc, ſirpiculæque olerorum*. Eſt autem vehes ex crate. Sunt enim hîc duo genera vehiculorum, ſirpea, aut ſirpiculæ, & tintinnabulũ. De ſirpeis habes hîc apud Varronem. De tintinnabulo non ita cognitum omnibus. Plautus Pſeudolo.

-lanios inde arceſſam duo cum tintinnabulis.

Eadem duo greges virgarũ indidem vlmearũ adegero.

Quod tamen vocabulum ſcholaſticorum & grammaticorum nationi antea ignotum fuit.

34 QVAE virgis ſirpatur, id eſt colligando implicatur.] Sirpare à ſirpo, σχοίνῳ, ex quo omne πλέγμα fiebat. Vnde quęſtiones obſcurę ſirpi olim Latinis, Gręcis verò γρῖφοι dicebãtur: quòd vt γρῖφοι erant πλέγματα ἁλιευτικὰ ex ſirpo: ita etiam ex ſirpis naſſæ piſcatoriæ, quæ dicebantur ſirpiculę, vt Plauto, Lucillio, & Propertio. Itaque improbè fecerũt qui apud Gellium ex ſirpis ſcrupos fecerunt.

34 ARCERRA.] Puto in Epiſtola ad Marium legendum *arcerrarum* pro eo quod hodie legitur *Craterrarum*. Vbi ſanè crateræ opus nõ erant, ſed plauſtra & carpenta.

35 IN GLADIATORIBVS Samnites.] Cur ita vocatum genus id gladiatorũ, vide Liuium lib. IX. Poſſunt & dici à Samnite quodã, qui primus ſcuti vſum inuenit, quod geſtabant gladiatores. Autor Clemens Alexandrinus Stromate I. Athenæus ſequitur opinio-

opinionem Liuii:cuius hæc verba ex lib.vi,vbi de Romanis loquitur:ἔλαβον δὲ καὶ παρὰ Τυῤῥηνῶν τὴν μάχην φαλαγγηδὸν ἐπιόντων, καὶ παρὰ Σαυνιτῶν δὲ ἔμαθον θυρεοῦ χρῆσιν.

35 FVNDVLA à fundo, quòd exitum non habet, ac peruium non eſt.] Græciſmus. ὅθεν οὐκ ἐξιτά. Alii, *peruia non eſt*: ſed non aſſecuti ſunt modum loquendi.

36 Μάκελλον.] Μάκελλα, τὰ δρύφακτα καὶ φραγμοὺς interpretantur. Vnde Maceria.

36 AD IVNIVM.] Vertranius, *ad Iunonium*. Sed fortaſſe neque Varro de illo foro intelligit quod erat in regione palatii, ſed de illo quod erat trans Tiberim, vbi Volcanalibus piſcatores pro ſe animalia in ignem proiiciebant. Nam quod dixit *Secundum Tiberim*,id valet,vltra Tiberim: vt alibi Fanum fortis Fortunæ ait eſſe ſecundum Tiberim,quod in Trãstiberina regione fuiſſe certũ eſt.Quanquam non puto omnino, ſecundũ Tiberim, eſſe vltra Tiberim,ſed ad ripas Tiberis.neq; Ianus, vulgò Iunonius dicebatur,ſed tãtùm in Pontificalib.indigitamentis. Quòd ſi Varro intellexit de eo quod erat in Palatina regione, ego legerim, *ad Ianium*, vt Dianium, Mineruium. Quid quòd & trans Tiberim in ea parte vrbis erat etiam ara Iani? Quare pro,*ad Iunium*,ego puto legendum,*ad Ianium*.

36 FORVM Cupedinis à Cupedio.] In hoc quoque fallitur Varro, vt de macello. Nam vt illud à mactandis pecoribus, ita & hoc quoque à cupediis. Quæ dicta ſunt quaſi Caupedia, vt laura, lura: claudus,cludus:*clauda anus* apud Plautum.Itaque Cupedia,omnia lautiora eſculenta vænalia, à cauponando. Cauponari enim non de vna tãtùm re,vt nunc, ſed ad multa quoque alia extendebatur:vt καπηλεύειν Græcum.Itaque Ennius dixit *Cauponare bellum*: quod ex Æſchylo deſumpſit,qui dixit, οὐ καπηλεύων μάχην. Quare Cupo, caupo, Cupa,caupa,.Apud Ciceronẽ in Piſonem,*Panis & Vinum, à propola, & de cupa.* Significatur eum nunquam de penu & promptuario viuere, ſed de caupona.quod Horatius vocat numeratò viuere. Cupam vocauit quam Virgilius Copam: *Copa Syriſca, &c.* Vt à πίθω

κοσσυπίθων, à *κάνθηλος*, *κάνθων*, ſic à *κάπηλος*, *κάπων*. Vnde Latinè Caupo, qui & Copo.

36 LACVM Curtium à Curtio.] Apud Sudam monachum, quidam Græculus (vereor ne ipſe quoque monachus) deſcribens hanc hiſtoriam, poſteaquam ſatis ex fide, vt extat in monimentis Latinis, eam narrauit: mox aliam hiſtoriam cælo Latino incognitam refert, his verbis *συνελθούσης δὲ τῆς γῆς, ἡρωϊκὰς τιμὰς τῷ ἀνδρὶ κατὰ μέσην ἀγορὰν Ῥωμαῖοι ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐπιτελεῖν διέγνωσαν. τόν τε τόπον Λίβερνον ἐκάλεσαν, βωμὸν οἰκοδομήσαντες. ἐξ οὗ δὴ καὶ Βεργίλιος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο.* Primùm non colebát Curtium Romani, neque ara ei poſita fuit. Nam, ſi ita eſſet, quare dubitaret Varro vnde ille locus Curtius diceretur? Deinde, quòd locus ille Liburnus diceretur, nemo, qui hanc hiſtoriam tractauit, meminit: Varro, Plutarchus, Liuius, Valerius, alii. Poſtremò, quis ferat mentientem de Virgilio? Tantum enim abeſt vt Virgilius ab eo poema ſuum auſpicatus ſit, vt etiam nunquam eius mentionem fecerit, niſi in Culice.

36 DEVM manium poſtulionem poſtulare, id eſt, ciuem fortiſſimum eodem mitti.] Lege, *poſtulionem poſtulare, ciuem fortiſſimum eo dimitti.* Poſtulionem, pro poſtulationem. Deum Manium, Summanum. Poſtularia oſtenta, fulgura, prodigia vocabant, quæ neglecta fuerant, nec procurata: ideóq; expiatione indigebant. Cicero, *Quod eodem oſtēto Telluri poſtulatio deberi dicitur.*

36 A CONCORDIA conuerſum.] *Ad concordiæ conuerſum.* Eò enim conuerſum ſupplices manus protendiſſe colligimus ex Liuio: *Silentio,* inquit, *facto tēpla Deorum immortalium, quæ foro imminēt, Capitoliúmque intuentem, & manus nunc in cælum, nunc in terræ patētis hiatum ad Deos manes porrigentem, ſe deuouiſſe.* Formula deuotionis, quantum ex aliis imitari potuimus, plus minus ita concipi poterit: IANE, IOVIS PATER, MARSPITER, QVIRINE, LASES, DIVI NOVENSIDES, DII INDIGETES: DIVI, QVORVM EST POTESTAS POPOLI ROMANI QVIRITIVM, MEIQVE:

DIIQVE MANES, SVB VOS FLACO, VENERÓRQVE: VENIAM PETO, OBSECRÓQVE, VTI POPOLO ROMANO QVIRITIVM VITAM SALVTÉMQVE PROSPERETIS. VTI EGO AXIM PRAE ME FORMIDINEM METVMQVE OMNEM, CAELESTIVM INFERNVMQVE OMNIVM DÍRAS, SICVTI VERBIS NVNCVPASSO: ITA PRO REPOPLICA POPOLI ROMANI QVIRITIVM, VITAM SALVTÉMQVE MEAM DIIS MANIBVS, TELLVRÍQVE DEVOVEO. Decium quoque filium exemplo patris ſe pro patria deuouentem introduxerat in Prætextata L. Attius, cui Æneadas ſeu Decium nomen fecerat. Atque hæc verba citata à Nonio, non obſcurum eſt ab ipſo proferri:

Patrio exemplo me dicabo: animam deuorabo hoſtibus.

Deinde poſuerat formulam deuotionis, quæ hæc eſt:

Te ſancte venerans precibus inuicte inuoco,
Portenta vt popolo patriæ verrunces bene.

Ac neſcio an idem intellexerit Ennius Annali VI,

-audite parumper,
Vt pro Romano popolo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

ITAQVE dictum in Cornicula millies aduentu, quem circumeunt ludentes.] Vertranius, *Mulieris ad reſtim.* Et reſtim ducere interpretatur Cordaca. *Quòd*, inquit, *præſultor funem duceret: quo apprehenſo illum alij ſequebantur.* Nolo hîc alienis erroribus refutandis triumphare, neque ex illis ſpolia reportare. Tantùm dicam, neque κόρδακα illud eſſe quod putat ille, tanquam à χορδῆ eſſet: neque, ſi eſſet, χορδὴν funem aut reſtim ſignificare, ſed neruiam, aut fidiculam. Putamus verè legi: *Itaque dicunt milites ad vectim, quem circumeunt ludentes.* Nam Cornicularia, nomẽ comœdiæ, facilè indicat milites legendum eſſe. Ludunt milites, vt apparet, qui palum ad terram deſtitutum, ſeu

vectim circumeant, vocéntque illum ideo Circum. Ex qua circuitione Varro etymologiam ſuam probare conatur. Quanquam tranſlatio potiùs eſt. in eundem enim ſenſum Plautus ipſe Milite tranſlatè dixit: *Iam eſt ante ædis Circus, Vbi ſunt ludificandi mihi.* Eſt enim idẽ iocus qui in Cornicularia. Poſidippus itẽ apud Athenæum eadem tranſlatione luſit:

Ἱππόδρομος οὗτός ἐστι σοὶ μαγειρικῆς.

Quòd autem hîc vectim in terra deſtitutum eſſe cognoſcimus, quem milites circumeunt: fortaſſe eſt ex vulgato exercitamenti genere in militia veteri: quòd milites ad palum ſe exercerent. Qui locus veteribus Palaria dicebatur, vt ait Chariſius. Nam alioqui cùm ſingulari congreſſu duo ſe exercebant, locus Batualia, ipſi Batuatores dicebantur. Batuere enim, ferulis velitari, aut verberare, vt apud Suetonium in Veſpaſiano legimus. Tamen Cicero poſuit inter κακέμφατα in erudita illa epiſtola ad Pætum. Quia Syracuſanè βατεύειν dicebatur cùm mas init fœminam. Theocritus,

- ὅκκ᾽ ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται.

Varro propriè dixit inſilire equilam. Quare cùm Vertranius alibi dixerit hanc vocem Latinam non eſſe, videndum eſt num putet apud Ciceronem barbara vocabula extare, quæ ipſe mutare velit. Nos certè longè aliter rem ſe habere oſtendimus ex illo Ciceronis loco, qui, antea obſcurus, à nobis illuſtratus eſt.

39 QVOD ab iis viris dicuntur ædificata.] *Viocuris* ſe vidiſſe ſcriptum in vetuſto exemplari admonuit me doctiſſimus Adrianus Turnebus: ex cuius fide hæc reponimus. Viocuris verò, id eſt, Ædilibus. Meminerat huius vocis & ſuprà in proœmio libri.

39 CARPENTVM iniceret.] Vnius literæ mutatione, *inigeret*. Verbũ ruſticorũ: à quo dicebãt inigere pecudes: vt contrà exigere, cùm è ſtabulis educebant.

39 AD FLORALES vſus, verſum ſed capitoliũ vetus.] Legendum *ſuſus verſum*, aut *ſuſum verſum*: ſed & *ſuſus*, vt rurſus, & prorſus, legi poteſt. *Suſus*, pro ſurſus: vt proſum, ἀντὶ τοῦ prorſum. Afranius Emancipato:

Vetuit me ſine mercede proſum Paccius

Remeare ad ludum- Feſtus Remeare.

39 NAM cuprum Sabine bonum.] Ex Syriaca lingua, qua vſi Tuſci antiquitus.

39 CAVVM ædium.] Cauum ædium, vel Cauedium. ἢ μέσαυλος.

39 ATRIVM ab Atriatibus Tuſcis.] Vel potiùs, quòd αἴθριον.

40 TVTILINA loca.] Quidam ſcribunt *Titulinam*. Varro Menippea, Hercules tuam fidem: *Nō titulinam, inquam, ego ipſe inuoco: quod meæ aures abs te obſidentur*. Hâc qui inuocabāt, ferias obſeruabant. Itaque ara ei dicata in Auentino ad tutelam populi Ro. ſicuti etiam Tutani extra portam Capenam. Quòd quando Annibal, vt ait Ennius,

Ob Romam noctu legiones ducere cœpit: tantus terror ex quibuſdā terriculamentis nocturnis inuaſit Pœnum, vt inde pedem retulerit. Quo facto fanum ibi conſecrarunt, ab euentu Rediculum appellatum: Deum verò, cui conſecrarunt, Tutanum. Ita collegimus illa ex Feſto & Plinio lib. x, hæc ex eadem Satyra Varronis, quam inſcripſerat, Hercules tuam fidem.

Noctu Annibalis cùm fugaui exercitum,
Tutanus hoc, Tutanū Romæ nuncupor.
Hoc propter, omnes qui laborant inuocant.

Vbi non prætereundum, ex prioris verſiculi autoritate confirmari quoque opinionem Val. Probi, qui obliquorum penultimam producebat in huiuſmodi nominibus Pœnis, Aſdrubal, Annibal, Hiempſal. De quo extat integrum caput in Gellianis animaduerſionibus.

40 QVAE habet gradus in noualia.] Ego profectò, quę ſint iſta noualia, & qua parte vrbis fuerint, apud nullum veterum inuenio. Alii *Naualia* legunt. Vbi dupliciter erratur. nam neq; ita Latinè loquimur, & Varro de quadratæ Romæ portis agit: cùm tamen Naualia trans Tyberim fuerint, vt cognouimus ex Liuio & Plinio. Planè non dubito legere, parua admodum licentia, *Quæ habet gradus in noua via*. De hac noua via alibi meminit ipſe.

40 IANVALIS porta.] Δίπυλον Ἰανοῦ Plutarcho. &

πολέμου πύλη. Sunt geminæ belli portæ, &c. Virgil. Plutarchus dè Fortuna populi Rom. Ἰανῦ δίπυλον, ὃ πολέμου τύχlw καλοῦσι. Budæus fortunam belli vertit. Non vidit πύλlw, non τύχlw legendum: præſertim cùm in vita Numæ eadem repetat Plutarchus.

41 VT etiamnum fit in caſtris.] Lecticæ militares dicebantur Cubæ Sabina lingua, Græcè χαμευνάδες. Plato Sympoſio, πλουτοῦντες δέ τινες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ θέρος ἦν δειπνήσαντες (καὶ γὰρ τότε θέρος ἦν) χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον, ἅμα δὲ ἐφύλαττον αὐτόν. Loquitur de militibus, ex quibus erat & Socrates. Euripides Rheſo, λεῖπε χαμεύνας φυλλοστρώτους. Ariſtophanes & alij vocant στιβάδας.

41 QVAM lecticam inuoluebant.] Lege, *Qui lecticam inuoluebant.* Varro de vita populi Rom. *Hoc, quod injicitur, toral dicitur; lecticam qui inuoluebant, Segestria appellabant.* De ſegeſtri Lucillius,

Penula, ſi quæris, canterius, ſerui, ſegeſtre
Vtilior mihi quàm ſapiens– Erat enim teges, quæ à ſegetibus (vt vult Varro) quòd ex eis fieret, dicta fuit. Poſtea factam eſſe ex pellibus teſtatur Plautus apud Porphyrionem, qui dixerit de anu dormituriente,

Anus hæc in pellis periculum protenditur. Val. Maximus ait Catonem hœdinis pellibus vſum fuiſſe pro ſtragulis, tanquam nihil mutaſſet è priſca frugalitate. Certè στέγαστρον pelles ſignificat. Et noſtrum Dormio ἀπὸ τῶν δερμάτων: nam dermio veteres dicebant.

42 QVOD in eas ſagus, aut tomentum, aliúdve quid inculcabant.] In Romana editione *ſagum.* bene ſanè, quòd videbant aliter Varronem σολοικίζειν. At vbinam gentium vſitatum fuit, pro tomento ſaga in culcitas inferciri? Meliùs ſanè tegendo corpori adhiberentur, quàm centonibus farciendis & inculcandis. Sed nugas omittamus. Tomenta propriè ſunt ex ciliciis pilis: *borram* vulgò vocamus. Iis igitur tomentis aut ciliciis pilis implebant culcitas. Tamen olim, vt etiam hodie, culcitæ inferciebantur acere & glumis ſpicarum. Quocirca ita ſcripſit Varro, *Quòd in eas acus, aliúdve quid inculcabant.* Acus, ἄχυρον. Ariſtophanes

βαβυλωνίοις apud Pollucem, loquens de ceruicalibus, aut puluinis, ἔχει ἄχυρα ἢ χνοῦν, ait. Latini autem quicquid tomento inculcabant, vocabant culcitam. vnde ei nomen. Itaque centunculum, quod Dioſcorides πίλημα vocat, id eſt pululllum, culcitam appellat Plautus Milite,

Cauſiam, inquit, habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.

42 POLVINAR à pellulis.] Scribendum puto, *A polulis*. Polulæ, ſeu Polæ, erant pilę ex aluta, molli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro. Vnde polire, pila ludere dicebāt veteres. Autor Feſtus. Id tractum à Græco. Nam φαλλὸς Græcè ſignificat veretrum, quod geſtabatur in pompa Liberi. Primùm ita vocabatur, quandiu fieret ex ficu: poſtquam ex aluta rubra fieri cœptus, dictus πολίων. Ab eo Polæ Latinæ, quæ ex aluta fiebant. Et Polimenta, teſticuli porcorum dicti, poſtquam ex illo folliculo euaginati erant in caſtratione. Verrius ineptit à politione. Sic à φαλλὸς follis, qui & ſuffiſcus in teſticulis. Ergo poluinar à polis: quòd ex alutaceo ſcorto. Vnde σκύτινα προσκεφάλαια Polluci. Inde cognomenta Romana, Polliones & Pollæ.

43 IN HIS multa peregrina, vt ſagum, reno Galli quid Gaunacumma eius ſagum, & amphimallon Græca.] Hæc quoque pariter mendoſa leguntur in editione Romana. Quæ tamen non multùm abſunt à vera lectione: *In his multa peregrina, vt ſagum, reno Gallica: Gaunacum maius ſagum, & amphimallon, Græca.* Interpretatur Gaunacum maius ſagum, quòd eſſet craſſum veſtimentum. Ariſtophanes Veſpis,

Οἱ μὲν καλοῦσι περσίδ', οἱ δὲ καυνάκην.

Pollux tamen ibi legit καυδίκην. Apud Athenæum lib. XIIII, αὔνακας ἀμφιβεβλημένοι, perperam pro γαύνακας. Vide Heſych. & Pollucem lib. VI, & Ælianum de animal. lib. XVII, cap. XVII.

41 SAGVM.] Gallicam vocem eſſe Strabo & alij quoque teſtantur. Plinius ait inuentum Gallorum eſſe, ſcutulis ſagos diuidere. Quas Plinius in ſagis Gallorum vocat ſcutulas, eas πλινθία Diodorus, de iiſdem ſagis lo-

quens. Ait enim Gallos ſagula ῥαβδωτὰ geſtare πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένα: hoc eſt, quadris & maculis quibuſdam reticulatè diſtincta. Nihil enim aliud intelligit per πλινθία, quàm quas hodie Galli vocãt *lauſangias*, quaſi laurãgias, à lauri folio, quod habet Rhõbi figuram. Explicat & Plinius, qui maculas & plagulas in retibus, vocat ſcutulas, vt cùm de caſſibus araneorũ loquitur. Item Liuius, qui in funda ſcutale vocat, quod eſt reticulatum in medio fundæ. Scutulatũ ſagum igitur, reticulatè diſtinctum: ac propterea virgatum Virgilio & Propertio: non purpureum, quod nugatur Seruius: nec ab eo quòd ῥάβδοι in veſtibus dicerentur αἱ παρυφαὶ πορφυραῖ, quod quidam ex Polluce falſò accõmodarunt: ſed quòd maculas in retibus & ſcutulas vocari oſtendimus, id in retibus quoque ῥαβδοειδὲς Pollux vocat, hoc eſt virgatũ. Quod cùm ita ſit, virgati ſaguli, ſeu ſcutulati, ſunt reticulati, ac maculis diſtincti in ſpeciem cancellorum. ἔστι δὲ, inquit, βρόχος τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς δικτύοις τετράγωνον διάστημα, συνεστηκὸς ἐκ τεττάρων ἁμμάτων· οὗ τεινομένης τῆς ἄρκυος γίνεται ῥαβδοειδές. Vide quàm apertè macularum τὸ σχῆμα vocauit virgatum. Quod quidam non videns, mutauit, & vertit tanquam legiſſet ῥομβοειδές: qui ſenſum quidem Pollucis aſſecutus eſt, vim autem vocis ignorauit. Etiam Græci in capite humano conſuturas tranſuerſas, vt vocat Celſus, ῥαβδοειδεῖς eſſe dicunt: quòd videlicet alia aliam ſcandat, more cancellorum. Forſan etiã rete quadrangulũ vocauit Varro Parmenone, quod ῥομβοειδές. quod τετράγωνον τὸ σχῆμα βρόχων, vt ſuprà Pollux,

Lepuſculi timentis hoc quadrangulum
Dedit Diana, rete nexile, arcyas,
Viſcum fugelæ, lineámque compedam. Repoſuimus *arcyas* ex veteri ſcriptura.

41 RENO.] Ita vocant Galli pelles aux exuuias pecudum. Cæſar lib. VI, item Salluſt. apud Seruium, & Fl. Soſipatrum. Id videntur accepiſſe à Græcis, qui ῥῆνας τὰ μῆλα vocant, nam & ipſi Galli aliquando Græcè locuti ſunt, vt volunt quidam. In quo monendus mihi eſt Vertranius, qui non vidit eam vocem Gallicam eſſe; & putauit mutandam in Senones Gallos.

41 TORVS à toruo.] Torus eſt quiuis funis ex loris retortus: vnde nomen habet. Cato: *Funem exordiri oportet longum pedes* LXXII, *toros* III, *Habeat lora in toros ſingulos* IX, *lata digitos* II. Quòd autem toris lecti tenderentur, ab eo toros vocarunt. Herodotus τόνους vocat, τοὺς τόνους ἔχοντες τῶν κλινέων, ἐσιτέοντο. vnde illud Homeri ῥητοῖς ἐν λεχέεσσι.

41 QVID ſimplici ſcanſione ſcandebant in locum non altum.] Altiores enim cubiculares lecti quàm tricliniares, vt idem videtur innuere lib. VII, *Quod ſi eſſet analogia petenda in ſupellectile, omnes lectos haberemus domi ad vnam formam: & aut cum fulcro, aut ſine eo: tum ad tricliniarem gradum, non ad cubicularem.* Vnde prouerbium Varronis apud Nonium, *Fulmentum lectũ ſcandit*: fortaſſe ad differentiam cubicularis, qui ſine fulmentis ſcandebatur. Eſt autem *Fulmentum lectum ſcandit*, ſimile illi, ἄνω ποταμῶν παγαί.

41 PERISTROMATA.] Plautus Sticho,

Tum Babylonica peristromata, conſutáque tapetia
Aduexit nimium bona rei-

Vocat conſuta tapetia, quæ Xenophon ῥαπτά. Ὑποτιθέντων δὲ τῶν θεραπόντων ῥαπτὰ, ἐφ' ὧν καθίζουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς, ἢ χύνθη ἐντρυφῆσαι, &c.

41 SIC aliquid item conuiuij cauſſa ibi.] *Sic aliquid item in conuiuiis, vt gauſapia.* Nam erant quibus mẽſa tegebatur: quæ nos hodie vocamus tapetia Turcica, villorum mollitia & texturæ artificio inſignia.

Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum. Martial.

41 VNCIA ab vno.] Et hîc quoque fallitur Varro, cùm Siculum ſit vocabulum. Quod teſtatur Ariſtoteles apud Pollucem lib. IX, καὶ μὴν ἐν Ἀκραγαντίνων πολιτείᾳ φησὶν Ἀριστοτέλης ζημιοῦσθαί τινα πεντήκοντα λίτρας· δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβολὸν Αἰγιναῖον. ἀλλὰ μέντοι παρ' αὐτῷ τις ἂν ἐν τῇ Ἱμεραίων πολιτείᾳ καὶ ἄλλα εὕροι Σικελῶν ὀνόματα· οἷον οὐγκίαν, ὅπερ δύνατας χαλκοῦν ἕνα.

42 IN ARGENTO nummi: id à Siculis.] Pollux eo, quem modò citaui, loco, ὁ δὲ νοῦμμος, inquit, δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος, ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς χύτραις φησὶν,

Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἀρνὲς, εὑρήσεισι δὲ

Μοι καὶ νόμμους, καὶ τὸ ἐν τῇ πωλατικῇ ταῖς ματέρες. Καὶ πάλιν,

Κᾶρυξ εὐθὺς ἰὼν πριῶ μοι δέκα νόμμων μόσχον καλήν. Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ φησὶ καλεῖσθαι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμμον, ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι Τάραντα τὸν Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχούμενον. Ergo vt ab ἀναβολὴ, & Doricè ἀμβολά, ἄβολλα fecerunt: ſic à νόμος, vnde νόμισμα, νοῦμμος. Quare ineptè Suetonius Tranquillus à Numa nummos appellari ſcribit. Hæc enim verba ex eo recitat Sudas: Ἀσσάριον Νουμᾶς ὁ πρῶτος βασιλεὺς, μετὰ Ῥωμύλον, Ῥωμαίων γεγονὼς, ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις, τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρωσάντων, ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία, ὥς φησι Τραγκύλλιος.

42 HAEC Græcè δωτίνη.] Repone δώς. Heſiodus,

Δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακή.

42 A GRAECIS ἀῤῥαβών.] At ne Græcum quidẽ: ſed merum Syriacum. Arabon enim apud ipſos dicitur. Deſcenditque ab eo verbo quod apud eam gentem ſignificat ἐγγυᾶν.

43 SINGVLAE dicuntur appellatæ eſſe multæ, &c.] Varro obuiam it obiecturis, quare ſingulæ multæ ita vocatæ eſſent, cùm multus adiectiuũ multitudinẽ ſignificet: eius rei cauſſam magis ſubtilem quàm verá reddit. olim enim vnum dixiſſe multa. Sed nimis tenuis & λεπτολόγος eſt in hac etymologia Varro. Nam veteres cùm plures culeos in dolium vnum indituri eſſent, primo addito, dicebant, multa: hoc eſt Numera. pro quo Galli dicunt *enprun*, id eſt, *en pro vno*. Id enim multare verbũ ſignificat. Plaut. Sticho, *cum quo multas vna multitiui miſerias.* id eſt ἐξηριθμησάμην. Quanquam propriè multare eſt polliceri in auctionibus, πλειστηριάζειν. Varro autem putauit illud *Multa* eſſe nomen, & ſignificare Vnum, quòd in primo numero ita dicerent.

43 SOPHRON.] Scripſit mimiambos, ſed proſa oratione. Eius imitatione mimiambos quoque ſcripſit Herodotus, vel Herodes quidam vetus ſcriptor, verſibus Hipponacteis: quem ſecutus Mattius Romanus poeta. Maurus Terentianus,

Hoc mimiambos Mattius dedit metro,
Nam vatem eundem eſt Attico thymo tinctum
Pari lepore conſecutus & metro. Intelligit, inquam, Herodotum, cuius ſcazontas adducit Stobæus. Sed apud eum perperam ἡμιάμβους legitur pro μιμιάμβους. Hic eſt ille qui apud Athenæum dicitur λογόμιμος. Mattius verò ſæpe in mimiambis adducitur à Gellio.

43 MOETON anthymo.] Heſychius habet μοῖτον ἀντὶ μοι. Puto, μοῖτον ἀντίτιμον. quaſi dicas, ἡ χάρις, ἀντὶ ἀποτίσεων. quòd gratus animus ſufficit ad rependendum beneficium. Vel potius μοῖτον ἀντίτιμον, Par pari. nam ἀντίτιμα, τὰ ἄποινα. & fortaſſe verum eſt. Porrò apud Heſychium deprauata ſunt verba, vbi explicat hoc prouerbium. Quæ ita corriges, μοῖτον ἀντίτιμον. παροιμία Σικελοῖς. ἡ γὰρ χάρις μοῖτος. Μοῖτον, χάριν. Ergo μοῖτον ἀντίτιμον, mutuas viciſſitudines, hoc eſt, Par pari.

44 ATTRIBVTA pecunia.] Attributa pecunia, quæ tradita erat ea lege vt hæc alii ſolueretur. Hoc Græcè προστίθεσθαι τὰ χρήματα. Xenophon Ἑλληνικῶν δ, Ὁ δὲ Φαρνάβαζος ἀκούσας ταῦτα, ἀπέστειλεν αὐτὸν προθύμως εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ χρήματα προσέθηκεν αὐτῷ εἰς ἀνατειχισμόν.

44 STIPEM à ſtipãdo.] Verum eſſe puto quod ait Varro: quòd & ſimile dictum in vita Lycurgi apud Plutarchum & Porphyrium περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, ὥστε δέκα μνῶν ἀμοιβὴν ἀποθήκης μεγάλης δεῖσθαι. Hãc pecuniam ſic repoſitam in cella dei Feſtus ait Impẽſam vocatam fuiſſe, quòd nondum eſſet penſa, ſed tantùm ſtipata. Vnde factum vt quæuis ſtipatio & farctura, impẽſa diceretur. Quod ſæpius vſurpauit Apitius: vt, *Indes impẽſam præſcriptam*, id eſt farcturam. Arnobius libro VII, *impenſarum varietate conditis*. Palladius lib. I, *Impenſa pumicea farciri muros*, id eſt, ſtipari acerato ex pumice tuſo.

44 DIIS cum theſauris aſſes dant, ſtipem dicũt.] Quæ ſcilicet colligebatur ab æruſcatoribus. Seneca in Epiſtolis, *Colitur autem non taurorum optimis corporibus contrucidatis, vel auro argentóque ſuſpenſo, nec in theſauro ſtipe infuſa, ſed pia & recta voluntate.*

IOSEPHI SCALIGERI CONIECTANEA IN LIBRVM quintum M.Terentii Varronis de lingua Latina.

PAGINA 45.

LVCIANVM.] *Lucienum*, ex veteribus excuſis.

45 AB SOLO,ſolum.] *Ab ſolo ſolium.* Solum & ſolium idem. Ennius,

-regni ſtabilita ſcamna, ſolúmque.

Solium, θρόνος.

46 TEMPVS interuallum mundi, & motus.] Otioſa eſt coniunctio *Et*, quæ totum hunc locum perturbat. *Tempus interuallum mundi motus.*

46 VNDE tempeſtiua, & à motore eorum.] *Tēpeſtiua ętas. Motor eorum.* Etas, pro ætas, veteri conſuetudine ſcribendi.

46 A MOTORE eorum.] Ita in veteribus excuſis: non, vt in aliis, *à motu eorum*. Lege, *Motor eorum, qui toto cælo coniunctus mundus Deo.*

46 MERIDIES.] Annotandum & illud, veteres meridiem pro media nocte dixiſſe: quomodo & æquidiale pro æquinoctio. Varro Marcipore,

Repentè noctis circiter meridiem,
Cùm pictus aer feruidis latè ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet:
Nubes aquali frigido velo leues
Cæli cauernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.
Ventíque frigido ſe ab axe eruperant,
Phrenitici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, ſirus.

Hîc planè ῥαψῳδοὶ fuimus. Nam teſtimonia tria, quæ diuulſa adducit Nonius, in vnum coniunximus, & aliquot mēda

ex ipſis ſuſtulimus, præſertim in tertio verſu: cùm ita ſciremus Platonem locutum eſſe in Timæo, cùm τὰς χορείας καὶ παραβολὰς ἀστέρων dixit. Item eius æmulū, magnum imprimis virum, Philonem Hebræum: τὰς περιφορὰς καὶ χορείας ἀστέρων διανοούμενος.

46 LEX Prætoria.] Vtrum *Prætoria* an *Pletoria* legendum, id verò incertum eſt. Vtrunque verò bene. M. Pletorius Tribunus plebis plebiſcitum tulit, in quo ſcriptum fuit, *Prætor Vrbanus, qui nūc eſt, quique poſthac fuerit, duos lictores apud ſe habeto. Vſque ad ſupremam ad ſolem occaſum ius inter ciues dicito.* Cenſorinus.

46 VT CATVLVS ait.] Variatum eſt hîc in nomine autoris, Catulus, pro Pacuuius. Varro De re ruſtica libro I, *Verum enim eſt illud Pacuuij, Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo vapore aut frigore fructus omnes interire.* Error verò accidit, vt alibi quoque monuimus, propter apicem ſummum, i, vt mutaretur in l. Quomodo apud Plautum in Pſeudolo erratum eſt, vbi hodie ita legitur, *Euge pellepide Charine, me meo ludo iam beas.* *Lamberas* enim planè ſcribendum ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ. Feſtus, *Lamberat, ſcindit, ac laniat.* Hæc coniectura noſtra confirmatur ex alio loco in Pœnulo,

Enimuero here meo me laceßis ludo, & delicias facis.

idem enim eſt.

47 EADEM ſtella vocabatur iubar, quod iubata.] Callimachus,

--ὅλος ἐθείρας Ἕσπερος.--

47 ENNIVS Aiace.] Alii, *Aiax, lumen iubárne in cælo cerno.* Quod verum puto: neque eſſe ex Aiace Ennii, quam verſam ex Sophocle indicio ſunt hæc verba quæ citantur à Feſto,

Sanguine emiſſo tepido tullij efflantes volant. Ex illo Sophoclis,

--ἔτι γὰρ θερμαὶ

Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν νέφος. Vbi etiam videmus σύριγγας Latinè *tullios* vocatos eſſe, qui & Salientes.

47 IN BRVTO Caſſii.] Hîc, & libro ſuperiore malè *Caſſij*, pro *Attij*. Meminit & Cicero eius fabulæ in

libris De diuinatione, & in Sextiana.

47 NOCTE intẽpeſta noſtram deuenit domum.] Verba ſunt Lucretiæ ad parentes ſuos, cùm de nefaria audacia Sex. Tarquinii conqueritur. Ouidius,

Nox erat, & tota lumina nulla domo.

47 SOLSTITIVM, quod ſol eo die ſiſtere videtur.] Meliùs, *quòd ſolo die ſiſtere videretur.* Nam altera etymi cauſſa à ſole.

47 AVT quod ſol ad nos verſum proximum eſt ſolſtitium.] Manifeſtò mendoſus locus. nam neque verba ipſa cohærẽt, neque etymi cauſſa explicatur. Nos ita legimus, *Aut quòd ſol aduerſum nos proxumè ſtet:* vel potiùs, *quòd ſol ad verſum proxumum ſtet.* tranſlatio à bubus. Verſum ſiquidem vocabant ruſtici, cùm ſulco ad finem perducto iterum reditur eò vnde arationis principium ſuſcipiebatur: quod verſum peragere dicitur Plinio lib. XVIII. Ab eo Græci, vt ait Pauſanias, βουστροφηδὸν γράφειν dicebant, cùm vno verſu peracto in pagina, inde ſumitur initium ad alium progrediendi, vt in arato. Quod nos contrà facimus. nam verſu peracto, idem ſemper initium progrediendi tenemus. Sic igitur ſol elegantiſſimè à Varrone dicitur ad verſum proximum ſtare cùm regreditur. Sic in porticibus verſura dicta eſt apud Vitruuium eodem modo. Item τριώλαξ, ἀγὼν παρθένων Lacedæmone, ab eo dictus quòd tres verſus percurrendi erant, quos vocant ὤλακας, tanquam ſulcos.

47 AEQVINOCTIVM.] Etiam Æquidiale apud veteres, vt ſuprà annotauimus. In quo ſecuti ſunt Græcos, qui ἰσημερινόν.

47 SIC magni dicebantur Circites anni.] Otioſa eſt vox *Circites:* idcirco delenda. Putauit enim ſciolus quidam hìc deſiderari vocem illam, qui legerat apud Feſtum, *Circites*, circulos magnos eſſe. Porrò nonnulli putant annum à Græco ἔννος deduci. Quos ſanè arguit primùm ſcriptura, quòd veteribus vno n ſcribebatur: deinde ſignificatio, quòd propriè circulum ſignificat. vnde diminutiuum anulus, & anus podex, eodem modo quo Græcis quoque δακτύλιος vtrumque ſignificat,

& podicem & anulum. Et mirum in Syriaca quoque lingua, quod anulũ ſignificat, idipſum & pro ipſa quoque parte pudenda ſumi.

47 QVARTVM autumnus.] Hic nonnulla deſunt quæ explanabant etymon autumni: quod eſt ab augendo. Iccirco à Græcis poetis illud tempus dicitur τελεσφόρος ὥρα: vnde autumnitas ipſe fructus. Varro Quinquatribus,

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem

De fronde Bromiæ autumnitatis vuidam. Quod venuſtiſſimum diſtichon deprauatum legitur apud Nonium: à nobis autem ita in integrum reſtitutum eſt.

48 DICTI ab agon.] Quaſi verò nõ & in omnibus quoque ſacrificiis obſeruari ſolitum doceat Seneca: item Plutarchus Sympoſ. VIII, cap. VIII, ἔρδειν μὲν, inquit, ἐκάλουν, καὶ ῥέζειν, ὥς τι μέγα δρῶντες, τὸ θύειν ἔμψυχον. ἄχρι δὲ νῦν παραφυλάττουσιν ἰσχυρῶς, τὸ μὴ σφάττειν πρὶν ἐπινεῦσαι κατασπενδόμενον.

48 QVOD interrogatur à principe ciuitatis.] Sanè, *interrogatur princeps ciuitatis* legẽdum eſt. Suprà ex Plutarcho patuit, interrogari ſolitum qui fundebat vinum inter cornua victimarum. Id autem honoris dari principi ciuitatis veriſimile eſt. Sic apud Maronem,

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido

Candentis vaccæ media inter cornua fudit. Quod ſanè illius qui principem locum teneret.

48 FERALIA à ferendo.] Ouidius, *Hanc, quia iuſta ferunt, dixere Feralia, lucem.* Demoſthenes, ἐπειδὴ τελευτήσειέ τις αὐτῶν, καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, &c. Inde inferiæ: & arferia aqua, quæ afferebatur ad ſepulcra, vt libaretur mortuis. Arferre pro Adferre dicebant veteres: vt Aruenire, pro aduenire: item Arcedere pro accedere. Turpilius Boethuntibus,

Qui verba mea venatur peſtis? arcedat, & ſermonem hinc ſublegat. Malè apud Nonium, *ars cedat.*

49 PROPE murum Megaleſion, in tẽplum eius deæ.] Hæc ita ſcripſiſſe Varronem vix quiſpiam vel leuiter doctus ſibi perſuaſerit, niſi qui Varronẽ σολοικίζειν velit. Puto legendum, *Quod ex libris Sibyllinis arceſſita*

ab Attalo rege Pergami, Peſimunte, vbi Megaleſion, templũ eius deæ. Nam Μεγαλήσιον, ὁ ναὸς τῆς μεγάλης θεᾶς, vt Μητρῷον: ſic Τυχεῖον, τύχης: Ἀνακεῖον, ἀνάκων. Vel, *Quod ex libris Sibyllinis arceſsita ab Attalo rege Pergami:* ἀπὸ μητρὸς μεγάλης, *vbi templum eius deæ.* vbi, id eſt, in regione Pergami. Nam qui legerat, *apo metros megales*, ex eo fecerit, *prope mœrum megaleſion.* Sed puto priorem coniecturam veram eſſe. Non enim veriſimile eſt Varronem de Peſimunte vrbe tacuiſſe, quam alii Peſinũta vocant per n.

49 A FORDIS bobus.] Fordæ boues, φοράδες. Itaque hinc petendum etymon.

49 PVBLICE immolantur boues prægnantes in curiis complures.] Triginta immolari tantùm ſolitas innuit Ouidius in Faſtis, pro numero Curiarum, quæ triginta fuerunt.

49 VINALIA.] Erat is dies in quo Ioui nouum vinum libabant. Paulus Feſti mutilator, *Calpar vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificij cauſſa ante quàm guſtetur. Ioui enim prius ſua vina libabant, quæ vocabant Vinalia.* Hæc ille. Id autem fiebat, ne reliquum, quod in apothecis illis vnde Calpar promeretur, remaneret, ſacrum eſſe inciperet, & omninò ex vſibus eriperetur humanis, ſed calpari libato, religione ſolueretur. Itaque cùm calpar libabant, inferium vocabant, quòd ſolùm inferretur, his verbis, *Macte hoce vino inferio eſto.* Apud Catonem malè legitur *vino inferiore:* tametſi ibi non agitur de Calpari. Et hoc præcipuè dicebatur de vino diffuſo & doliari. Nam alioqui de eodem muſto libabant: ſed id Sacrima vocabatur, poſteaquam polluxerant eas confectiones quæ vocabant Suffimenta, ex faba, milióque molito, mulſo ſparſo: quæ diis eo tempore dabantur quo vuæ calcatæ prelo premebantur. Quo modo & in frumentis quoque, quòd ſacrificii cauſſa antè pręmetebatur, Premeſſum appellabant (Lacones προλογίαν) quod verò Cereri offerebant poſt meſſem factam, Floriſertum. Quare ex illis quæ annotauimus, potes cognoſcere cauſſam ſuperſtitionis illius, cur vinum nouum tangere nefas eſſet, antequam Vinalia calarentur. Athenis verò, quandiu ferueret muſtum, religio

ligio erat tangere. Plutarchus Sympoſ.lib. v i i i, γλεύκους δὲ ζέοντος ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. Ad quam rem habebant ſuum feſtum vinale, quod ipſi πιθοιγίαν vocabant. Plutarchus Sympoſ. libro i i i, Τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πίνειν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι.

49 FLAMEN prorſus vinum legit.] Apparet morem fuiſſe vt prior Flamen auſpicii cauſſa vinum legeret.

50 FANVM Fortis Fortunæ ſecundum Tiberim extra vrbem.] Manifeſtò *ſecundum Tiberim* dixit pro Vltra Tiberim. nam Fortis Fortunæ tēplum in Transtiberina regione fuit. Sic ſuperiore libro, *Secundum Tiberim ad Iunium, forum piſcarium*: non intelligit de illo foro piſcario quod in regione fori Romani ponit P. Victor: ſed videtur & aliud forum piſcarium trans Tiberim fuiſſe, vbi piſcatorii ludi quotannis fiebant mēſe Iunio à Prætore vrbano, pro piſcatoribus Tiberinis: vt perperam videri poſſit Vertranius legiſſe *ad Iunonium*, quòd ita in Diebus Genialibus Alexandri Neapolitani legerat. Cùm tamē Ianus Iunonius in nulla parte vrbis ita vocaretur, ſed tantùm in Pōtificalibus indigitamentis. Ego ſanè nihil mutarim: quia vt de veritate lectionis mihi non liquet, ſic etiam vtrum deprauata ſit nécne æquè dubitari poſſit.

50 APOLLINARIBVS ludis docuit populum.] Quàm multa hinc exciderint, licet coniicere ex iis quæ Liuius libro x x v i i pluribus perſecutus eſt de Apollinaribus ludis, qui fiebant i i i Nonas Quintiles. Eorúmque origo ex Cn. Martii vatis carminibus petita, vt idem autor libro x x v. Ex quibus ſatis apparet, quæcunque de Apollinaribus Varro docuiſſet, ea hinc deperiiſſe. Neque eſt cur ſequaris editionem Romanam, in qua hæc verba mutila cum præcedēti hiſtoria cōnexa ſunt. Quod qui fecerunt, non viderunt, Varronem, qui antea de omnibus feſtis diebus ſeſe traditurum profeſſus eſſet, aut ſine ſtulto cōſilio celeberrimo-

rum ludorum mentionem prætermittere: aut, ſi eorum meminiſſet, eius hiſtoriæ ſummam paucis complecti nõ potuiſſe. Vnde perierint ea neceſſe, quæ ad ludorum Apollinarium cognitionem faciebant.

50 ET HORTI eius tutelæ aſſignantur.] Veneris tutelam hortos fuiſſe admonet idem & in 1 De re ruſtica, *Item*, inquit, *adueneror Mineruam, & Venerem: quarum vnius procuratio oliueti, alterius, hortorum: quo nomine ruſtica Vinalia inſtituta.* Plinius, *In remedio Satyrica ſigna, quanquam hortos tutelæ Veneris aſſignante Plauto.* Quod hîc Plinius Plautum dixiſſe ait, idem & Næuius quoque voluit, cùm dicit, *Coquos edit Neptunum, Venerem, Cererem.* Per Neptunum piſculenta intelligit, per Cererem panem, per Venerem olera. Non igitur difficile eſt cõiicere cur Menippeam ſuam Varro inſcripſerit, Vinalia περὶ ἀφροδισίων.

51 IS CVM eat, &c.] *Is cùm eat, ſuffibulum quod habeat ſcriptum: id dicitur à ſuffiendo, vt ſubligaculum.* Videtur enim lex fuiſſe, & in ea ſcriptum, EO PRAETER SACERDOTEM POBLICVM NE INTRO EVNTO; IS QVOM INTRET, SVBFIBVLVM HABETO. Eſt autem ordo, *quod ſcriptum, Suffibulum habeat: id dicitur, &c.*

51 SVFFIBVLVM, à ſuffiendo.] Feſtus ita dictum putat quòd fibula comprehenderetur. Sed Varro more ſuo anxiè etymologias comminiſcitur. ſciebat enim Veſtales maximè omnium ſacerdotum publicorum ſuffitionibus vti. In quibus erat præcipuum quod vocabant Exfit: quod erat genus ſuffitionis à Veſtalibus patrari ſolitæ. Fabius Pictor apud Nonium, vbi agitur de nomine SAL. *Exfit*, inquit, *eſt ſale ſordidum, quod vſtum eſt, & in ollam rudem fritilem obiectum eſt. Poſtea id ſal virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant.* Malè enim hodie apud Nonium legitur *Teſſit*, pro *Exfit.* Feſtus, *Exfit, purgamentum, vnde hodie remanet ſuffitio.* Fritilem ollam repoſuimus ex eodem Feſto: quòd & quoddam pultis genus fritilla diceretur: à Græcis ἀθάρα, vt ego quidem puto. Nam Frit, ἀθήρ. De quo ſuffimine vide amplius apud ipſum Feſtum, vbi de muria Veſtalium

diſputat. Eam enim muriam Exſit vocari iam cognoſcimus ex Fabii Pictoris exemplo à nobis citato & emendato.

51 NOVVM vetus vinum bibo.] Plinius, *Cur ad primitias pomorum hæc vetera eſſe dicimus, alia noua optamus?* Et quod dixit, medicamenti cauſſa, id volunt verba quæ ſuprà citauimus ex Plutarcho, καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι.

51 FONTANALIA.] Alii *Fontinalia*, vt Fontinalis porta. Vnde ſequitur, *Quod is dies*, eius ſcilicet Fontis, cuius delubrum fuit iuxta portam Capenam. Vnde & ipſa Fontinalis dicta eſt. Eius Fontis mentio Ciceroni II de Legib. niſi mēdum ſubeſt in ſcriptura.

51 ANGERONA.] Libentiùs ſcripſerim *Angenora*, quia cohibet os. Eſt enim dea ἐχεμυθίας. vt Sophocles, ὧν καὶ χρυσέα κλῂς ἐπὶ γλώσσα βέβακεν.

51 IN CVRIA accuſeia.] Ita habēt veteres excuſi. Quam lectionem cùm minùs exploratam haberēt quidam, factum eſt vt deteriora ſubſtituerint. Nam nunquam ipſi *Accalia* legerunt pro Laurentinis feriis. Ex veſtigiis illius lectionis legendū eſt, *Angenoralia, ab Angenora, cui ſacrificium fit eo die, ac cuius eæ feriæ publicæ. Laurētinæ, is dies, quem diem, &c.* Qui autem genitiuum relatiui ſubſtituerunt, nō viderunt eum latere ſub illa voce mendoſa: cùm tamen ſubſtituendus non eſſet, ſed ex illa voce corrupta eruendus.

51 DIE ſexto.] *Feſto* reponendum docet Licinius Macer hiſtoriarum lib. I, vt citat Macrobius, qui ait regnante Romulo Accam Tarrutio cuidam Tuſco diuiti denuptam, auctámque hæreditate viri: quam pòſt Romulo, quem educarat, reliquit: & ab eo Parentalia diémque feſtum pietatis cauſſa ſtatutum.

51 QVI atra dicitur. diem Tarentum Accas Tarentinas.] Etiamſi in his annotationibus nihil aliud præter veriſimiles quaſdam cōiecturas adducerem, tamen minimè operam luſiſſe viderer. Quòd enim ſalutem planè præſtare nō poſſum, at vulnera ipſa indicaſſe non parum erit. Igitur ſcripſerit Varro, *Laurentinæ, is*

dies, quem diem quidam in ſcribendo Laurentalia appellant, ab Acca Laurentia nominatus: cui ſacerdotes noſtri publicè parentant feſto die: quia altera dicitur ob ditem Taruntium, Acca Taruntia. Laurentinæ feriæ, ait Varro, ab illa inquam Acca quæ Laurentia cognominata eſt. quia altera Acca eſt ea quæ nupſit Tarutio cuidam Tuſco, nobili & diti viro: & ab altera cognomine Laurentiæ diſtinguitur, cui ſacerdotes noſtri in Velabro parentare quotannis ſolent. Fuerunt enim cognomine duæ Accæ: quarũ vni (vt ait Plutarchus) ſacrificabatur menſe Decembri: fuitque nutrix Romuli, & Laurentia cognominata. Alteri menſe Aprili res diuina fiebat. A multis Flora exiſtimata: ab aliis Tarracina, ſiue (vt eſt apud Gellium) Tarratia cognominata. Quanquam has inter ſe confundit Plutarchus. Error verò tam vitioſæ lectionis ex varietate ſcripturæ natus eſt. Nam qui hîc Taruntius vocatur, ita idem eodem modo apud Aurelium Auguſtinum: ab aliis verò & Tarrutius, & Taratius, & Tarratius. Græci etiam Ταῤῥούτιον. Sic quem Cicero in libris de Diuinatione Tarrutium vocat, in Solino idem Taruntius, in Stephano Λεύκιος Θαῤῥαῖος vocatur. Fuitq; ſummus mathematicus, ac Ciceroni quoque & ipſi Varroni familiaris. Non ſunt ergo audiendi illi qui non veriti ſunt Laurentinalia à Romanis ad Tarentinos transferre. Quos cùm videam ita αὐθάδως & licenter in hoc miſero autore vagari, cœpi (vt verum fatear) de eorum fide dubitare: potiúſque illis os obſtruere veris argumentis, quàm cõuiciis inceſſere, apud me decreui.

51 VT QVOD ibi propè faciunt diis manibus ſeruilibus ſacerdotes.] Sanè ſimplicius multo fuerit, vt ego quidem puto, ſi ita legimus, *Vt quod propè faciunt diis manibus eius ibi ſacerdotes.* vel, *Vt quod ibi propè faciunt diis manibus aruales ſacerdotes.* Sacerdotes enim aruales, qui & aruales fratres, Accæ ſeu Caiæ Tarratiæ rem diuinam facere ſolitos conſtat ex Gellio. Melius erat, inquies, tacere, quàm incertiorem ex incerta rem facere. Atqui memini me in his commentariis non κριτικὸν agere, ſed σκεπτικόν: & omnia arbitrario iure, non

certo, decidere. Itaque confidenter hîc, quicquid viſum fuerit, adducere poſſum, cùm iſta non ſint κύριαι δόξαι. Hoc tamen ſine arrogantia affirmare poſſum, hæc noſtra verecunda illorum audacibus commentis longè eſſe meliora.

51 SED montanorum.] Ad diſcrimen eorum qui deorſum in humilibus locis habitant. Sic in Attica diſtincti erant ἐπακριεῖς καὶ πεδιεῖς. Dionyſius, διελὼν δὲ οὗτος ὁ Τύλλιος εἰς ὁπόσας δή ποτε μοίρας τὴν γῆν, καὶ τοὺς ὀρεινοὺς, &c.

51 PAGANALIA.] In Paganalibus duo ritus explanandi apud Ouidium: etſi hæc annotatio hoc loco alienior erat. Primùm, quòd ſcribit,

Dum licet, appoſita velut in cratere camella

Lac niueum potes, purpureámque ſapam. Hæc potio burranica dicebatur, à colore burro, quem mulſum lacte dilutum facit. Feſtus, *Burranica potio lacte commiſtum ſapa, à rufo colore, quem burrum vocant.* Camella autem ea eſt quam Pollux σκάμιλλαν vocat. ἐντεῦθεν εἰρῆσθαι λέγουσι καὶ τὴν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις σκάμιλλαν. Deinde, quòd alibi,

Placentur matres frugum Tellúſque Ceréſque. Ceres in Paganalibus ſacris vocabatur Empanda. Varro apud Nonium lib. 1 de vita pop. Rom. *Hãc deam Aelius* (nõ *melius*, vt hodie perperam in Nonio) *putat eſſe Cererem, Sed quòd in aſylum qui cõfugerent panis daretur, eſſe nomen fictum à pane dando Pandere, hoc eſt aperire.* Intelligit ergo Empandam deam paganorum. Ego verò putarem dictam à latitudine: iccirco εὐρύστερνος. At Varro à pandendo: vnde & eadem cum Pale fuiſſe videtur. Hoc videtur innuere ipſe his verſibus,

Te Anna, & Peranna, Panda, καὶ Λατώ, *Pales,*

Nerienes, Minerua, Fortuna, ac Ceres. Ita enim lego primum verſum. Qui mos implorantium deos: nam ἐκπληκτικῶς ferè id faciũt. vt, Dii voſtram fidem. & Plautus, *Tuam fidẽ Venus Noctuuigila.* & Satyra Varronis, *Hercules tuam fidem.* Item Euripides, vt citant grammatici, σὲ τὸν αὐτοφυῆ τὸν ἐν αἰθερίῳ ῥύμβῳ. Porrò Varro videtur paganicas à Paganalibus diſtinguere: quòd Paganalia eſſent priuatæ feriæ alicuius pagi, Paganicæ verò

omnium. Tamen nihil tale apud Ouidium & alios.

52 SIC dictæ quinque cælo Iuno nouella.] Hæc putat ſe emendaſſe Vertranius, & tamen nihilo meliora quàm alii protulit. Forſan ne ipſe quidem ſuam emendationem amauerit, ſi hanc noſtram legerit: *Primi dies menſium nominati Kalendæ: ab eo quòd iis diebus Kalentur eius menſis Nonæ à pontificibus, quintanæ an ſeptimanæ ſint futuræ, in Capitolio in curia Calabra ſic,* DIES TE QVINQVE KALO IVNO NOVELLA. SEPTEM DIES TE KALO IVNO NOVELLA. Senſu ſanè plano & aperto, non inuoluto, vt prioribus editionibus: neque ſuſpenſo, vt Vertranius correxit.

52 IVNO Nouella.] Quòd in Iunonis tutela Kalendæ eſſent. Vnde Kalendaris Iuno. Non malè tamen Iana legeretur: ita vocabant Lunā. Varro De re ruſtica, *Nunquam rure audiſti, octauo Ianam Lunam creſcentē, & contrà ſeneſcentem: & quæ creſcente Luna fieri oporteret: & tamen quædam meliùs fieri poſt octauo Ianam Lunam, quàm antè?* Accepit autem ex Heſiodo,

Ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Ἔξοχ' ἀεξομένοιο βροτήσια ἔργα πένεσθαι.

52 NOVELLA.] Mirum mihi viſum eſt quod legitur in vetuſtioribus excuſis. Omnes enim illi planè habent *Couella*: forſan non malè, quòd Couum veteres Cælum vocabant: quod Feſtus ſcribit dictum à chao, ex quo poetæ dicunt Cælum eſſe natum. Imò potiùs, quòd χάος apud veteres ſignificabat aerem. Euripides Cadmo, vt inueni apud Probum grammaticum: οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς, φαέτων ἕδος δαιμόνιον. τὸ δ' ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ χθανὸς, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος, &c. Ariſtophanes ὄρνισι,

Διὰ τῆς πόλιος τῆς ἀλλοτρίας, καὶ τοῦ χάους.

Theocrit. πτέρυγι, ἃ πάνθ' ὅσ' ἕρπει δι' αἴθρας χάευς τε.

Ergo Iuno Couella, ἡ οὐρανία.

52 QVOD tunc ferias primas quæ futuræ ſint eo menſe, Rex prædicit.] Meliùs *ferias primas. Aut illud primas* erit, celebriores, maioris notæ ferias.

52 POSTRIDIE Calendas, nonas, idus appellati atri.] Afranius Fratriis.

Septembris heri Kalendæ: hodie ater dies. Vide Ouid. Plut. Macrob. Gell.

52 COMITIALES.] Cōtrarii nefaſtis. Itaque luſit Plautus Pœnolo,

Nō potuiſti adducere homines magis ad hāc rē idoneos:
Nam iſtorum nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri:
Ibi habitant: ibi eos conſpicias, quàm prætorem, ſæpius.

53 C. MVTIVS ambigebat.] *Ambigebat* dixit ex antiqua iudiciornm modeſtia, cùm diceret, ἔδοξε δικαίως ἀλῶναι: nunquam, δικαίως ἑάλω.

53 IVNIVS Gracchus.] Alii *Gracchanum* citāt.

53 Ἀφροδίτη.] Forſan de hoc loco Varronis ſentiebat Macrobius. *Cincio*, inquit, *etiam Varro cōſentit, affirmans ſub regibus nec Latinum nomen Veneris, nec Græcum fuiſſe: & ideo nō potuiſſe menſem à Venere nominari.* Sic & Arnob. lib. I I, nec Veneris, nec Apollinis mētionem factam eſſe in Numæ indigitamentis teſtatur. Quare minùs prudenter Ennius Veneris mentionem fecerit regiis temporibus. Nam cùm ad tertium vſque Annalem regiorum temporum geſta continuaſſe multis teſtimoniis inde productis conſtet, in primo Annali ſic quendam orantem inducit,

Te nunc ſancta Venus precor, & genitrix patri noſtri,
Vt nos de cælo viſas cognata parumper,
Téque Quirine pater veneror, Horámque Quirini,
Téque pater Tiberine, tuo cum flumine ſancto. Tamen illos verſus in duobus autoribus, tribus locis diuulſos leges.

54 ANTIQVVM oppidum Palatium.] Puto legendum, *Luſtratū antiquum oppidum Palati, nunc gregibus humanis cinctum.* Hoc enim dixit ad differentiam veteris oppidi, circa quod initio paſcerētur greges pecorum. Quòd temporibus Varronis, vrbe in tantam magnitudinem ampliata, & palatio in eam concluſo, totum eſſet cinctum gregibus humanis. Vſurpat autem alicuius veteris verba tanquam alludens.

55 QVARE ſi etymologos principia verborum poſtulet.] *Poſtuletur* legendum eſt: Et poſtea, *Et reliqua oſtendat, quod non poſtulat*: lege, *quod non po-*

ſtulatur. Eſt autem helleniſmus, vt etiam veteres Latini, Exigi pecuniam, exigi portorium.

56 SED cum hos agitamus quid, &c.] Niſi eſſet κακέμφατον, libenter legerem, *cùm nos agitamus*. Sed hoc cacephaton ridet in viro conſulari Cicero.

56 SIC coemptio, ſic compitum nominatur.] Potiùs, *Sic cottio, ſic comitium*.

56 APVD fullonem veſtimentum cùm cogitur, conciliari dicitur.] Imò conciliare à ciliis, & Græcè κιλίκια dicuntur. Ex iis coacta veſtimenta vulgò *Feltra* vocamus: nempe τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα. Vnde Cõciliare, fullonium verbum, τὸ συμπιλοῦν, πήζειν, ἰποῦν, καὶ συμπατῆσαι. A quo & Galli quoque *Fouler* dicunt. Hoc intellexit Titinnius Fullonibus:

-terra hæc noua eſt,
Quaſi vbi tu ſolitus pedibus argutarier,
Dum compeſcis cretam, & veſtimenta eluis.

Vnde ſaltus Fullonius Senecæ Epiſtola XV, *Curſor & cum aliquo pondere manus motæ: & ſaltus vel ille qui in altum corpus leuat: vel ille qui in longum mittit: vel ille, vt ita dicam, Saliaris: vel, vt contumelioſius dicam, fullonius.*

57 MAMVRIVM Veturium.] Pro vetere memoria Varro & Plutrachus. Alii nomen proprium viri faciunt ex hiſtoriæ cauſa. Sic ergo Romani in ſacris quędam nomina dicis cauſſa ſolebant proferre; in nuptiis Caiam Cęciliã & Talaſſionem: in Veſtali capienda Amatam: Nonis Caprotinis Caium, Marcum, Lucium: in cenſu vel delectu faciendo, Valeſium, Saluium, Statorium. Itaque ſcribit Cicero: *Itémque in luſtranda colonia, ab eo qui eam deduceret: & cùm imperator exercitũ, cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu* COSS. *obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine. Hæc ille.* Sic in Saliari carmine boni ominis cauſſa Luciam Volumniam, & Mamurium Veturium nominabant. Contrà ab eadem ſuperſtitione nullus ludis Apollinaribus Pomponius nominabatur. Sic cauebatur vt qui hoſtias duceret, bono eſſet nomine, vt iam ex Cicerone demõſtrauimus. Quare id voluit Plinius lib. XXVIII, vb

ait, *Cur*, inquit, *publicis luſtris etiam nomina victimas ducentium proſperè legimus?*

57 TERENTIVS.] Qui *Iuuentiū* legunt, vidétur ignorare duos fuiſſe Terentios: Pub. Terentiū Afrum, cuius extànt hodie ſex fabulę: & Terentium Libonem, cuius meminit Donatus ex Suetonio. Et forſan ille eſt quem citat Feſtus in Anagnorizomene.

57 PVERI dicũtur infantes.] Æſchyl' Choephoris,

Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις.

58 QVI futura prædiuinando ſolent fari, fatidici dicti.] Fari, τὸ προφητεύειν. Ennius,

Atque Anchiſes doctu', Venus quem polcra Dearum
Fari donauit diuinum pectus habere. Sic Caſſandra,
Miſſa ſum ſuperſtitioſis ariolationibus:
Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet.

Meliùs enim dixit quàm Græcus ille poeta, vnde accepit:

Ἄκραντον αὖ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
Καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι -

Citantur autē à Plutarcho in Commētario Politico, ὥσπερ οὖν τῆς Κασσάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις, Ἄκραντον αὖ με, &c.

58 IIDEM vaticinari, quod veſana mēte faciũt.] Fatuos primùm vates vocatos eſſe, poſtea pro væſanis accipi, apud omnes ſatis conſtat. Sic vult Plato ſuam μαντικὴν quaſi μανικὴν dictam. Vide in Phædro.

58 EFFARI templa.] Τεμενίζειν Græci: vt Thucydides. Idem eſt Siſtere fana, Feſtus, & Cor. Tacitus.

58 HINC etiam famiger, fabile.] Potiùs legerim, *famigerabile*. Et ita videtur legiſſe Sipontinus.

58 FALLO.] Græcum σφάλλω, & φάλλω.

58 LOQVI ab loco.] Quaſi arduum eſſet diuinare à λόγοις eſſe.

59 CONSOLANDI cauſſa.] Alloqui, παραμυθεῖσθαι.

59 CONCINNE loqui dictum à concinne.] *A concinere* ſcribendum eſt: Sic συνᾴδω τινὶ, Benè mihi conuenit cum aliquo. A cinno tamen deducit Nonius: meliùs ſané.

59 VT INTER ſe reſpődent aliud alii.] In anti-

quitus excuſis legitur, *& inter ſe cudãt aliud alii.* Quare tranſpoſitæ ſunt vocales, *cudant*, pro *cadunt*. Cicero, *Et eius verbum aliquod aptè ceciderit ad id quod ages.* συμπίπτειν. Herodotus Euterpe, οὐ γὰρ δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τῷ θεῷ καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι. Quare alicuius correctoris eſt verbum illud *Reſpondent.*

60 AENEA, quis eſt qui meum nomen nuncupat?] Apud Cenſorium,

Quis meum nominans nomen exciet,
Quanuis tumultu inuocans incolarum fidem? Videtur ex quodam choro ex Nyctegreſia.]

60 MEVM nomen nuncupat.] Nuncupare in hoc ſenſu parum vſitatum. Eſt enim hîc inclamare. Pacuuius Duloreſte:

Exemplo Aegiſthi fidem nuncupantes conciebant populum. Nonius *Conciere.*

60 DICO, quòd Græci δικάζω.] Meliùs δείκω.

60 INDICIT illum.] Suſpicor, *indicit illicium.*

60 INDICIT funus.] Suprà *Indictiuum funus.* Et Feſtus.

60 PRODIXIT diem.] Cicero Pro domo, *Prodicta die.*

60 DICTVM in mimo.] Cicero, *Delectarunt me dicta mimorũ, ac ἐπισημασίαι populi.* Sic dictioſus hiſtrio. Et ab eo dicteria, quibus in exordiis fabularum (exordia ſunt quæ εἰσθέσεις Græcè) hiſtriones vtebantur ad captandam attentionem populi. Varro ὄνος λύρας.

Et orthopallica attulit pſalteria,
Quibus ſonant in Græcia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia,
Vt comici, cinædici, ſcenatici:
Quibus ſuam delectet ipſe amuſiam,
Et auiditatem ſperibus lactet ſuis. Hæc nos coniunximus.

60 IN manipulis caſtrẽſibus dicta à ducibus.] *Dictum à ducibus.* παράγγελμα, teſſera. Furius vetus poeta,

Nomine quemque ciet, dictorum tempus adeſſe.

60 DICITVR in imo.] Repoſuerũt, *dicis imo.* Hîc ergo *imo*, ἐνεκαστὶ χρῆσιν. ſicut, Dicis ergo.

60 SI DICO quid ſcienti quod det, quod ignorauit trado. Hinc doceo declinatum.] Ne in hac quoque difficultate deſpondendus animus, tametſi, quantum aleæ ſubeundum mihi ſit, non ignoro. Ita igitur ſcripſerit Varro, *Si dico neſcienti quid, & quod ignorauit trado, hunc doceo. Id declinatum, vel quòd cùm docemus, dicimus.* Sanè ſi non eadem verba, eundem tamen ſenſum poſtulat mens Varronis, qui ineptiſſimè doceo deducit à dico, cùm certiſſimum ſit eſſe à δοκέω. Vnde δόγματα, decreta doctorum.

60 A DOCEO diſco.] Δάω, δάσκω, παράγωγον. Inde diſco, a, in i. vt, χάω, hio: χάσκω, hiſco.

60 RATIO putari dicitur.] Putare rationem, id (niſi fallor) eſt ἐκκαθᾶραι λογισμὸν Plutarcho in commentario, Quomodo diſtinguas adulatorem ab amico, Πόνου τε καὶ σπουδῆς ἁπάσης ἀπολειπόμενος, ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπερίφραστός ἐστι, καὶ πιστὸς ἔρωτος ὑπηρέτης, καὶ περὶ λύσιν πόρνης ἀκριβὴς, καὶ πότου δαπάνης ἐκκαθᾶραι λογισμὸν οὐκ ἀμελής. etiamſi aliter hîc Eraſmus vertat: cui ego non aſſentior. Demoſthenes, ὡς ὅταν οἰόμενοι περιεῖναι χρήματα, λογίζησθε, κἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψῆφοι, καὶ μηδὲν περιῇ, συγχωρῇ τε, &c.

61 SERMO à ſerie.] εἱρμὸς, addito ſibilo, vt εἴρω, vel ἔρω, ſero. Sic ἔρος (vnde εἴρερος Homero: & ἔριθος, & Eritudo, ſeruitudo, apud Feſtum) & Æolicè ἔρϜος, addito ſibilo, SerϜos, vt ſcribebant olim, nunc ſeruos: vt, DaϜos, oϜom, æϜom, &c. Seruum tamen iuriſconſulti à ſeruando.

61 SIC augures dicunt, Si mihi autor eſt verbi. nam manum aſſerere dicit.] Sine dubio corruptus locus & mancus. Niſi ſit, Quod dicebant in precationibus ſuis Augures, IOVIS PATER, SI MIHEI ES AVTOR, VRBI POPOLOQVE ROM. QVIRITIVM, HAEC SANE SARTEQVE ESSE, VTI TV NVNC MIHEI BENE SPONSIS, BENEQVE VOLVERIS.

61 NAM manum aſſerere dicit.] Hæc pertinent ad aliam diſputationem, cuius initium intercidit, & hîc facta eſt lacuna in Varrone.

61 LEGVMINA.] De re ruſtica lib. I, *Hoc enim*

quoque legumen, vti cætera quæ velluntur è terra, non ſubſecatur. Quæ quòd ita legantur, legumina dicta. Item, *cæteráque quæ alii legumina, alii, vt Gallicani quidam, Legaria appellant: vtraque dicta à legendo: quòd ea non ſecantur, ſed vellendo legantur.* Nicander,

Χεδροπὰ θ' ὅσσ' ἄνθρωποι, ἵνα φῶτες ἄτερ δρεπάνοιο λέγονται
Ὄσπρια χέδροπα -- χέδροπα, tanquam χειρόδροπα, vt vides, vocauit ab ea ratione.

62 HINC Poetæ murmurantia litora.] Μορμύρουσαι ὄχθαι. Ponam & Anapæſticos elegantiſſimos Accii poetæ ex Phinidis. Non enim hoc loco alieni ſunt:

Ac vbi curuo litore latrans
Vnda ſub vndis labunda ſonit,
Simul & circum magniſonantibus
Excita ſaxis ſæua ſonando
Crepitu clangente cachinnat. Ita enim conglutinandi ſunt qui leguntur diuulſi apud Nonium. Imitatum autem videtur ex Apollonio, qui de eadem re ita canit:

Κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπιλάδας τρηχείας
Κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον· ὑψόθι δ' ὄχθης
Λευκὴ καχλάζοντος ἀπέπτυε κύματος ἄχνη. Quemadmodum & de Harpyis, ab eodem Apollonio, vt citat Nonius:

Aut ſæpe ex humili ſede ſublimæ aduolãt. Apollonius,
-αἱ δ' αἶψα διηέριαι ποτέονται. Item,
Nec vlla curas finis interea datur. Apollonius,
ἴσχω δ' οὔτινα μῆτιν ἐπίρροθον- Hæc ſanè non multùm ad rem: ſed nihil ad dicſendum intempeſtiuum puto.

62 INCREPARE.] Ennius lib. 1,

Aſt hic quem nunc tu tam toruiter increpuiſti. Ita puto legendum apud Nonium, Hodie, *Ennius Lupiaſta. Quem nunc, &c.* Nos fecimus, *lib. 1, aſt hic.*

62 ITAQVE hos imitatus Apriſſius ait, io Bacche.] Quis adeò Latinè ignarus, vt putet hoc nomen Romanum eſſe, nedum alicuius autoris Romani? itaque meritò ſuſpectum eſt. Ne ſequentia quidem ſatis conſtant. Hephæſtion & Stephanus dictione βεχείρ citant Archilocum ἰοβάχχοις. Sed nos, vt coniecturas

omnes ſtudioſè colligimus quæ nobis obiici poſſunt, ita etiam illas ſæpe vt incertas reiicimus. Romana editio habet *Apriſtus in Bacche*. quæ nos quaſi manu ducit ad veram lectionem indagandam. Quæ, niſi animi fallor, hæc eſt: *Itaque hos imitatus aptè Attius ait in Bacchis*. Vel, *Itaque hos apertè Attius, &c.* quod ita compendioſè ſcriberent *aptè* pro *apertè*. Vtcunque priorem vocem legas, non magnopere laboro. De nomine autem Attij non dubito, cùm & Caſſius alibi pro Attius, & Caſſius quoque pro Mattius variatum ſit. vt error ſit totus in duplici ſſ, pro duplici tt. Quòd autem peccatum ſit *in Bacche*, pro *in Bacchis*: etiam illius fabulæ nomen in manu ſcriptis Nonij exemplaribus, itémque in veteribus impreſſis eodem modo deprauatum eſt. Bacchas autem vertit ex Euripide Attius: & exempla quæ ſubiiciam, fidem facient. Primum quod eſt apud Euripidem,

Ἔτ' αὐτὸν ὄψῃ κἀπὶ Δελφῖσι πέτραις
Πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα.

Id his verbis reddit Latinus poeta,

Lætum in Parnaſo inter pinos tripudiantē, in circulis
Ludere, atque tædis fulgere-

Item,

Ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.

Quod neque ſat fingi neque ſatis dici poteſt
Pro magnitate-

-δὴ ᾿ξανίσατε
Σῶμα, καὶ θαρσεῖτε σαρκας, ᾿ξαμείψασαι δρόμον. (vel ὄμον)

Agite modico gradu, niſus tacite leues.

-καὶ κατασίκτους δορὰς
Ὄφεσι κατεζώσαντο-

Tum pecudū exuuias læuo pictas lateri accommodāt.

Vbi tamen non *pictas* verè, ſed *varias*, vertendum fuerat: vt ſunt lyncium, pantherarum, tigrium.

Παρὰ δὲ μαινόμενοι σάτυροι
Ματέρος ᾿ξανύσαντο θεᾶς.

Siluicolæ inuiſentes loca.

Πατρὸς παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
Οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Quæ neque vetuſtas, neque mors, neque grandæuitas.

Deeſt verbum pro καταβάλλει.

Λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος,
Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονὸς
Ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμος κόμην, &c.

Formæ figura, nitiditate hoſpes Phrygius. apud Nonium malè *hoſpes regius.*

Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ,
Ἐχίονος παῖς, ᾧ κράτος δίδωμι γῆς.
Ὡς ἐπτόηται, τί ποτ' ἐρεῖ νεώτερον;

- Pentheus

Præſto cerritus nobis ſe ſtupens vltro oſtentum obtulit. At in Feſto propemodum deploratus hic locus. *Cerritus* duplici rr: nam detritum ex *Cereritus.* Vnde Attici vocabant eiuſmodi δημητριακούς. Et Δημήτηρ ἡ αὐτὴ τῇ Ἐριννύϊ. Callimachus, Τὴν μὲν ὅγε σπέρμηνεν Ἐριννύϊ Τιλφωσσαίῃ, id eſt Cereri. Porro ad rem. Euripidis verba,

Λαμπρότερος ἢ φαεινὸς, καὶ διϊπετέστερος. ἀὴρ ſcilicet.

Splendet ſæpè: aſt idem nimbis interdum nigret. Hic ſanè excuſari non poteſt qui διϊπετέστερον pluuioſum intellexerit, quòd Homero διϊπετέες ποταμοί. Nubigenas vertit Statius: cùm hic ſit διαυγέστερος. Sed profectò veteres poetæ non ſolùm errare in vertendis Græcis fabulis, ſed & multa licentia vti ſolebant, multum de ſuo addere: vt hîc in his verbis quæ citat Varro. Sed prius videamus quid Euripides,

ΧΟ. Τίς ὅδε; τίς πόθεν ὁ κέλαδος
Ἀνά μ' ἐκάλεσεν Εὐίου;
ΔΙ. Ἰὼ πάλιν αὐδῶ
Ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.
ΧΟ. Ἰὼ δέσποτα δέσποτα,
Μόλε νυν ἡμέτερον ἐς θίασον.
Ὦ Βρόμιε Βρόμιε. Attius,

CHO. *Quis me iubilat?*
BACCH. *Vicinus tuus antiquus.*
CHO. *O Dionyſe pater,*
Optime vitiſator,
O Semela genitus Euie. Poſtremos verſus inuenimus apud Macrob. libro VI. Quæ cùm ita ſint,

& quando & quomodo in nomine Attij peccatum ſit, oſtenderim: tum quomodo Bacchas Euripidis verterit L. Attius: deinde quantum iuris ſibi permiſerint veteres, cùm Græcorum fabulas verterent: poſtremò indicarim vnde verba ea quæ adducit Varro, accepta ſint: quis eſt qui coniecturam noſtram reprehēdere poſſit? Quòd ſi, vt ſæpe accidit, falli potero: non tamen ſine magna veriſimili cauſſa falſus fuero.

62 Θριάμβῳ.] Diodorus de Libero patre, θρίαμβον δὲ αὐτὸν ὀνομασθῆναί φασιν, ἀπὸ τοῦ πρῶτον τῶν μνημονευομένων καταγαγεῖν ἀπὸ τῆς στρατείας θρίαμβον εἰς τὴν πατρίδα, τὴν ἐξ Ἰνδῶν ποιησάμενον ἐπάνοδον μετὰ πολλῶν λαφύρων. Athenæus libro I, Τιμᾶται παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίαπος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου οὕτως ὡς θρίαμβος, καὶ διθύραμβος. Quid verò de etymo ſentiant grammatici, vide in magno Etymologico.

62 IDEO Lucillius ſcribit de Cretea. Cùm ad ſe cubitū venerit ſua voluntate, ſponte ipſam ſuapte, &c.] *Ideo Lucillius ſcribit de Cretea, cùm ad ſe cubitum venerit, ſponte ipſam, &c.* Nam illa verba, *ſua voluntate*, ſunt interpretamentum illorum, *ſua ſponte.* Et ab illis, *ſua ſponte*, incipiunt verba Lucillij.

63 SEQVERE, adſequere.] Ita legendum hoc colloquium amaſiæ cum Polybadiſco,

Sequere, ſequere Polybadiſce: meā ſpem cupio conſequi.
POLYB. *Sequor Herculē quidem: nam lubēter, mea ſperata, conſequor.*

Sperata dicebatur ἡ μνηστευομένη. Quanquam pro ea quæ iam denupta ſit, Plautus acceperit in Amphitruone. Afranius Fratriis, citāte Nonio,

-curre & nuntia
Venire, & mecum adduce ſperatam meam.
Videas, puellam curent, confirment iube.

In eadem,

-ſperatam non audi tuam.

Ita enim ille locus deprauatus reſtituēdus eſt. πολυβαδίσκος autem, vt Lampadiſcus, ὑποκοριστικῶς.

63 A QVO cùm reſpondet, dicit præs.] Feſtus, *Præs eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatúſque à magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpōdet, præs.* Apud Varronem igitur legendum *dicit præs*, vt habent omnes excuſi, non,

dicitur præs. Videtúrque præs pro præſto dictum: vt in illo verſu,

Τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν ταὐ δράποδα; ἐγὼ πάρεχ.

63 VADES ne darent.] Primus vades publicos dedit Cæſo Quintius. Liuius. Huc pertinent multa ex oratione κατὰ Τιμοκράτους.

64 NEC ſine canendo tibicines dicti.] Superiore libro: *Nec Vinalia ſine Vino expedirí, nec curia Calabra ſine calatione poteſt aperiri.*

64 ET QVI aliquid agit, non eſſe inficientem.] *Et qui aliquid neget, eſſe inficientem.* Nam etiam Nego quaſi non ago videtur velle dictum eſſe.

64 QVI adlucet, dicitur lucere.] Ariſtophanes Ἀχαρνεῦσι,

Τίη μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος;

Alludit autem ad id quod ſuprà Dicæopolis dixerat, Τίς σ' ὁ φαίνων; quod eſt συκοφαντῶν. Homerus,

- αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,

Φαίνοντες νυκτὸς κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι. Athenæus, φαίνει ὁδοιποροῦσι. Phidippus Comicus, ὁ φανὸς οὐκ ἔφαινεν ἡμῖν. Plautus,

Tute tibi puer es lautus: luces cereum. puto *Laucus.* Primùm enim Daucus: quod detritum ex δαδοῦχος. Deinde *Laucus*, vt Dautia, lautia; Dacrumæ, Lacrumæ. Poſſet tamen non ineptè legi, *Tute tibi, puere, lautus luces cereum.* Tu ille lautus & magnificus tibi δαδουχεῖς, neque puerum habes. Vel, Tute lotus ex balneo tibi facem geſtas. Simile eſt, quanquam non idem, αὐτολήκυθος. Et forſan hæc poſterior coniectura vera eſt. Sic Græcis eodem modo, αὐτοκάβδαλοι, αὐτόδειπνοι, αὐτοβαλανεύειν, &c.

64 ABLVERE: & luce diſſoluuntur tenebræ.] Non video quid negotij ſit hæc diuidere, *ab luere*: cùm etiam in editione Romana rectè legatur. At Vertranius deſinat ineptire, qui tam paruum mendum non vidit, & ſpuriam lectionem pro vera ſuppoſuit.

64 LVCERE item à luce.] *Lucaria item à luco, quod propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus.* Maſurius Sabinus Faſtorum libro II, *Eam noctem deinceps,*

quæ

quæ in ſequentem diem, qui eſt Lucarium. Sex. Põpeius, *Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam & Tiberim fuit: pro eo quòd victi à Gallis, fugientes in prælio ibi ſe occultarunt.* Feſtus à luco, Varro ab luce amiſſa, id eſt libertate, vt puto. vt & alij quoque autores loquuntur. Artemidorus quoque lib. II, ἥλιον, inquit, ἐλευθερίαν καλοῦσι.

65 ET inuident, & Atticum illud, obliuio lauet.] Hic ſanè eſt locus vnicus, quem qui emendet, is magnam gratiam à ſtudioſis iniuerit. Nam quòd leuiter immutatus eſt in Romana editione, potuit fortaſſe recipi correctoris autoritate: non tamen ita, vt non & noſtra emendatio, quam veram præſtare poſſumus, lõgè præferatur. Audiamus ergo Varronem, *Hinc viſenda*, inquit, *vigilauit, vigilium: & inuident, &c. Vitium illi obtulit, violauit, quod incidit in videndum.* Cedo ſis mihi iudicem, ni verò vincam hæc ita eſſe, nive malè alij hæc mutauerant. Obferre autem vitium, & ſtuprum, tam tritum eſt apud antiquos ſcriptores, vt exempla ſuperflua futura ſint. Facile verò fuit ex *vitiũ, Atticum* facere. At Romana editio *Attiacum.* Non puto ita exempla ex Attio citari apud vllum bonum autorem, vt ex Attio poeta Attiacum deducant. Nam potius Attianum dicendum erat. Ego ſanè, ſi nihil aliud potuiſſem, *Atticum* illud retinuiſſem: quod Latinorum Vitiare virginem, imitatũ eſt ex Attico, διαφθείρειν τὴν παρθένον. Et violare virginem, βιάζεσθαι. Nam quæ dicit in tragœdia, *Me quondam inuitam per vim violat. Iupiter bone violat?* illa inquam, quæ hoc dicit, acceperat pro cogere & adigere, quod & Græcè quoq; βιάζεσθαι. At is qui reſpondet, *Iupiter bone violat?* vel ſciens vel imprudens aliouorſum interpretatus eſt, & pro fœdo verbo accepit. Quare quæcunque illa eſt, in ancipiti verbo κακέμφατον commiſit.

65 QVOD incidit in videndum.] Forſan nihil mutandum eſt. ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν.

65 CVM muliere eſſe.] τὸ συνεῖναι. Plautus Mercatore,

Ea nocte mecum hoſpitis iuſſu fuit. Nec diſſimile

quod dicunt mulieres in Ciſtellaria,

Viris cum ſuis prædicant nos ſolere.

65 DICTVM Cerno à Creo, id eſt creando.] Veteres excuſi rectè habent: *Dictum Cerno à Cereo.* Cereo enim Creo: A quo in Saliari carmine Cerus manus, id eſt, creator bonus. Feſtus. Hinc Ceres dicta eſt, quòd omnia creat: non à gerendo, vt Varro & Cicero. Cerno verò à κρίνω. Vnde Crimen & Crines, &c.

65 QVOD AIT MEDEA.] Varro γεροντοδιδασκάλῳ, *Nonne vides apud Ennium eſſe ſcriptum,*

Ter malim ſub armis vitam cernere, quàm ſemel modò
parere- Verba Euripidis, quæ vertit Ennius, ſunt hæc,

-ὡς τρὶς ἂν παρ᾽ ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμι μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ. Ponam & alia quæ comparabis cum verbis Euripidis. non enim in eiuſmodi exercitationibus malè horas collocari puto. Ait itaque Ennius apud Probum,

Iuppiter, túque adeò ſumme ſol
Qui res omnes inſpicis,
Quique tuo lumine
Mare, terram, ac cælum
Contueris: hoc facinus diſpice,
Priuſquam fit, prohibe ſcelus. Euripides,

Ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς
Ἀελίου, κατείδετε, εἴδετε τὰν
Οὐλομένάν, πρὶν φοινίαν
Τέκνοις προσβαλεῖν χέρα
Αὐτοκτόνον. Deinde,
Ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενὲς, κάτειργε,
Κατάπαυσον, ἔξελ᾽ οἴκων φοινίαν. Apud Ciceronem pro Rabirio Poſtumo,

Si te ſecundo lumine hic offendero: ex Medea Ennii: ex illo,

Εἴ σ᾽ ἡ ᾽πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ. Item quæ ibidẽ,
Animum aduorte, & dicto pare. fecit ex illo,
Ἀλλ᾽ ἔξιθ᾽ ὡς τάχιστα. Ibidem,
Præter rogitatum ne querare-- Planè ex illo,
μὴ λόγους λέγε. Reliqua quæ citantur à

grammaticis, ab aliis animaduerſa ſunt: quare ea non ponam.

65 VOS epulo poſtquam ſpexit.] In fragmentis Feſti ita citatur hic verſiculus Ennij,

Quod vbi rex .... dulo ſpexit de contibu' celſis. In aliis,
Quod vbi rex paulò ſpexit de coribus celſis. Puto legendum,

Quos vbi rex pullos ſpexit de cortibu' celſis.

65 QVI habeant ſpectionem, qui non habeant.] Cicero Philipp. 11, & Feſtus.

66 A QVO dictum poetæ, audio, aut auſculto.] *A quo dictum poetæ: Audio, haud auſculto.* Cæcilius,

Audire, ignoti quod imperant, ſoleo, non auſcultare.

Pacuuius,

-His, qui auium cantum intelligunt,
Magíſque ex alieno iecore ſapiunt, quàm ſuo,
Magis audiendum, quàm auſcultandum cenſeo.

66 QVOD ſit Græcum antiquum, non vt nunc φρέαρ dictum.] Repone, vt ſuprà, *Quòd ſit Græcum antiquum* πωτὴρ, *non vt nunc*, φρέαρ *dictum.* πωτὴρ, aliter πίστρα, & ποτίστρα. vnde ſumi pote.

66 MANTELIVM, quaſi manuterium.] χειρόμακτρον. Etiam apud Athenæum χειρόμακτρον eſt genus velamenti. Itáque probatur ex Sapphus teſtimonio. Sic Latinè mantelium, & mantile ad tergendas manus, itémque genus pallij, aut velamenti. Plautus,

Neque fallaciis vllum eſt mantelum meis. Vtrunque Heſychius, χειρόμακτρον, ἢ χειρόμαστρον, μανδύλιον.

66 QVOD fauſtum, felíxque.] Huius etiam ſolennis formulæ meminit & alicubi Liuius. Item Cicero primo De diuinatione, *Neque ſolùm*, inquit, *Deorum voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum, quæ vocant òmina, quæ maiores noſtri quia valere cenſebāt, idcirco omnibus rebus agundis,* QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX FORTVNATVMQVE SIT, *præfabantur.* Item libro II, *Iam illa* FAVETE LINGVIS, *& prærogatiuum omen comitiorum, &c.* Quæ omnia nonniſi conceptis verbis præfabantur ve-

teres, & obſeruatis auſpiciis matutino tempore: quòd niſi poſt auſpicia magiſtratus non crearetur. Sic in ſacris primo mane hæc prima verba erant, εὐφημεῖτε, & Fauete linguis. Ouidius,

Poſtera lux oritur, linguis animiſque fauete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

σιγᾶτε, καὶ εὐφημεῖτε. Quare Euripides in Ione, antequam eius exhortationis, quæ fieri ſolebat in ſacris, meminiſſet, prius ex more præfatur de matutino tempore quædã: quòd tunc maior eſſet in deorum mentione caſtimonia. Ait igitur,

Ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων.
Ἅλιος ἤδη λάμπει κατὰ γᾶν.
Ἄστρα δὲ φεύγει πυρὶ τῷδ' αἰθέρος
Εἰς νύχθ' ἱεράν.

Deinde paulo pòſt,

Ἀλλ', ὦ Φοίβου σεμνοῦ θέραπες,
Τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς
Βαίνετε δίνας· καθαραῖς δὲ δρόσοις
Ἀφυδρανάμενοι στείχετε ναούς.
Στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἀγαθόν,
Φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλοισι
Γλώσσας ἰδίας ἀποφαίνειν.

Quæ non ita neceſſariò adduximus vt priora confirmarent: ſed vt & illa emendatiora quàm hodie habentur in vulgatis codicibus, legeres, & Attij poetæ verba ex OEnomao, quæ diuulſa leguntur apud Nonium, coniungas: quòd ſint illis Euripideis ſimilia. Sunt autem hæc,

Ferte ante Auroram radiorum ardentum indicem,
Cum ſomno in ſegetem agreſtes cornutos cient,
Vt rorulentas terras ferro, roſidas
Proſcindant glebas, aruóque ex molli excitent:
Vos ite actutum, atque opere magno edicite
Per vrbem, vt omnes, qui arcana aſteúmque accolunt
Ciues, ominibus fauſtis auguſtam adhibeant
Fauentiam: ore obſcœna dicta ſegregent.

Quis enim antiquitatis ſtudioſus his reliquiis non delectatur? Quanquam hæc ſunt, veluti ex magno naufragio paruæ tabellæ.

66 VOCA illicium hoc ad me.] Ἀρχαϊσμὸς *hoc*, pro *huc*. Autor Seruius. Item infrà, *Hoc Calpurni voca inlicium.*

67 POST autem conuentionem habet.] *Conuentionem* antiquo more pro concione. Infrà, *Omnes Quirites ite ad conuentionem hoc ad iudices.* Feſtus, *In conuentione, in concione.* Et infrà, *Impero, quà conuenitur ad comitia.* Alij, *quà conuenit.* Quare imprudenter nimis Vertranius mutauit *in concionem*: & in ſua correctione immane quantum iuueniliter exultare videtur. Sed nihil prius debet eſſe bono emendatori, quàm nihil temerè aggredi.

67 OMNES Quirites huc illicium viſite ad iudices.] *Iudices*, id eſt conſules. Quia conſulere pro iudicare veteres vſurpabant. Iccirco Attius in Bruto,

-*qui rectè conſulat, Conſul fuat.* Vide etiam Feſtum.

67 BOEOTIA, quam comœdiam alij eſſe dicunt.] *Quam AElij eſſe dicunt*: ex Gellio. Tranſlata autem fuit ex Antiphane, quem citant in Bœotia grammatici; Pollux lib. X, Athenæus lib. XIIII.

67 CLAMARIT eſſe horam tertiam.] Non negligendum quod ſcribit Cenſorinus, in XII tabulis nuſquam horarum eſſe factam mentionem. Plin. libro VII, *Duodecim tabulis ortus tantùm & occaſus nominatur: poſt aliquot annos adiectus & meridies, accenſo COS. id pronuntiante.*

67 CIRCVM aures mitti ſolitum.] Aut *circum mœros*, vt ſuprá. Aut, *circum aras*. id eſt aras pomœrij.

67 QVI capitis accuſauit Trogum.] Et hîc error, vt puto, pro, *qui capitis anquiſiuit Trogum.* Quid ſit anquirere ſatis notum.

67 COMMEATVM prætores vocet ad te.] *Cùm eat præco, reum vocet ad te.*

68 CORNICINEM ad priuati ianuam.] Huius antiqui moris Plutarchus meminit in Gracchorum vita, ex oratione C. Gracchi Trib. pleb. Καίτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούῃ, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτοῦ τοὺς δικαστάς· οὕτως εὐλαβεῖς καὶ

πεφυλαγμένοι περὶ τῆς κρίσεως ἦσαν. Itaque eò ſpectāt illa quæ ſequuntur, *In arce claſsicus canat tum, circúmque mœros, & ante priuati huiuſce Q. Trogi ſceleroſi oſtium canat.* Corn. Tacitus II Annali, *In Publ. Martium* C O S. *extra portam Eſquilinam, cùm claſsicum canere iuſsiſſent, more priſco animaduertere.*

68 QVI de ceſſoribus.] CESSORIB. veteri conſuetudine ſcribendi, pro *Cenſoribus*, vt C O S S. pro Cons.

68 CONSTITVIT quinquennalem cùm luſtraret.] Melius, *Conſtituit quinquennalem eum luſtrare.*

68 ID QVOD propter centuriata comitia imperare ſolent. Quare nō eſt dubium quin hoc inlicium ſit, &c.] Quod ſuprà admonuimus de loco tranſpoſito, cùm diſputaret Varro de deriuatis ab Humo, idem quoque hîc accidit. Quare ea ponam ordine, vt legenda ſunt, *Id quod per centuriata comitia imperare ſolent. Hoc nunc aliter fit atque olim: quòd Augur Conſuli adeſt tum cùm exercitus imperatur, ac præit quid eum oporteat dicere. Conſul auguri imperare ſolet, vt inlicium vocet, non accenſo, aut præconi. Id inceptum credo, cùm non adeſſet accēſus, & nihil intererat cui imperaret: & dicis cauſſa fiebant quedam, neque item facta, neque item dicta ſemper. Hoc ipſum inlicium ſcriptum inueni in M. Iunij commentarijs. Quare non eſt dubium quin hoc inlicium ſit, cùm circum mœros itur, vt populus illiciatur ad magiſtratum conſpectum: quod Conſul poteſt vocare in eum locum vnde vox ad concionem vocatis exaudiri poſsit. Quare vna origine Inlicium & Inlicio, quod in choro Proſerpinæ eſt, & Pellexit, quod in Hermiona eſt, cùm ait Pacuuius,*

Regni alieni cupiditas Pellexit.-- *Quod tamen ibi ſolem eſt quod inlicit, inlexit: Quia E, & I, cum C magnam habet communitatem. Sic Elicij Iouis ara in Auentino, ab eliciendo.* Nec me fallit quid excogitarit Vertranius: quem certè ſecutus fuiſſem, niſi quia video ita, vt poſui, meliùs excuſari poſſe: vt mirum ſit qua negligentia factum vt in vna pagina tot tantæque tranſpoſitiones occurrerint.

68 QVARE vna origine inlicio, & inlicius.] *Qua-*

ve vna origine inlicium & inlicio, quod in choro Proſerpinæ eſt. Chorus Proſerpinæ, niſi fallor, erat in Laodamia Liuii Andronici: in qua introducitur Laodamia exorans Proſerpinam vt ſibi frui liceat complexibus viri mortui. Ego inuenio ex ea fabula *pellicuit*, non *inlicuit*, nec *inlexit*, vt hîc,

Aut nunc alia te quæpiam
Aſiatico ornatu affluens,
Aut Sardiano ac Ludio
Fulgens decore, & gloria
Pellicuit.--

69 QVOD augur Conſuli adeſt.] Varro De re ruſtica libro III, *Itaque imus, venimus in villam. Ibi Appium Claudium ſedentem inuenimus in ſubſelliis, vt Conſuli, ſiquid vſus poposciſſet, eſſet præſtò.*

69 AC PRAEIT quid eum oporteat dicere.] *Præit*, ὑποτίθεται. Præire verba.

69 ERRARE, ἐρύειν.] Scribe ἔῤῥειν. Ὀδυσ. δ,
Ἥ μ' οἴῳ ἔῤῥοντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων.
Erranti à ſociis mihi quæ procul obuia facta eſt.

69 RVNCINARE, à runcina: cuius origo Græca.] *Cuius origo Græca* ῥυκάνη. In Epigrammatis Græcanicis, --ῥυκάνην εὐεργέα.-- Heſychius, ῥυκάνη, τεκτονικὸν ἐργαλεῖον. Vt à βυκάνη, buccina: à πατάνη, patina: à κάτανος, catinus: βάσκανος, faſcinus: τρυτάνη, trutina: μαχανά, machina: ſic à ῥυκάνη, runcina. Certè qui ῥύγχος poſuerunt, non ſatis noſtri habuerunt ad hanc lectionem è ſitu eruendam.

IOSEPHI SCALIGERI CONIECTANEA IN LIBRVM ſextum M.Terentii Varronis de lingua Latina.

PAGINA 71.

CVM NON modò Epimenidis opus poſt annos quinquaginta expeditum.] Lege, *Cùm non modò Epimenidis corpus poſt annos quinquaginta expergitum.* Expergitus pro experrectus veteres dicebant. Feſtus. Plutarchus & alii cum Varrone de numero annorum conueniunt. Laertius verò ponit LVII.

71 QVORVM ſi Pompilii regnum foris.] Ita habent nonnulli: quod nõ improbo: imò puto eſſe verum. Ita loquuntur veteres. Bacchylides, τό, τε πάλαι, τό, τε νῦν, οὐ ῥᾶςον ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν.

71 VNVS erit quem tu tolles in cærula cæli Templa.--] Ex primo Annali Ennii, vt coniicio. Sunt autem verba Martis ad Iouem de Romulo in numerum deorum referendo. Quem verſum Ouidius quoque vſurpauit, cùm de eadem re Martem loquentem introducit II Faſtorum,

Vnus erit quem tu tolles in ſidera cæli.
Tu mihi dixiſti: ſint rata dicta Iouis.

72 MAGNA templa cælitum cõmiſta ſtellis ſplendidis.] Videtur ita diſtinguendum,

O magna templa cælitum
Commiſta ſtellis ſplendidis. Totum hoc nihil aliud quàm στεροπὰ Διός.

Ὦ στεροπὰ Διὸς, ὦ σκοτία νύξ.

72 TEMPLA cæli.] Τέμπη αἰθέρος. Æſchylus,
—κνέφας δὲ τέμπος αἰθέρος λάβῃ.

72 SCRVPEA ſaxa Bacchi.] Dactylici ex Peri-

bœa Pacuuii, qui cum alio mẽbro, quod citat Nonius, ad hunc modum continuandi ſunt:

Ardua per loca agreſti
Nititur, ac trepidante gradu,
Saxáque ſcrupea Bacchi,
Altáque templa propè aggreditur.

72 ACHERVSIA templa.] Ex Andromacha Ennii, vt coniicimus ex M. Tullio: ſed ille citat aliter,

Acheruſia templa alta Orci pallida,
Leti obnubila, obſita tenebris loca.

72 QVA quia initium erat oculi.] *Quaquà intuemur oculis.* Virgilius,

Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum. Illa autem templa, quòd quatuor mundi partibus definirentur, ab eo dicuntur: Plutarcho πλινθία, propter quadratam deſcriptionem.

72 IN hemiſphærio, vbi terra Cærulo ſeptũ ſtat.] Templum Iouis altitonantis interpretatur ex verbis Næuii, hemiſphærium ſuperius, vbi æther conſpicitur. Planè ex veſtigiis veterum excuſorum legendum, *vbi æthra cærula ſeptum ſtat:* videtúrque eſſe verſus Næuii ad hunc modum concinnandus,

Hoc vbi æthra cærula ſeptum ſtat hemiſphærium.

Qui putant hîc Næuium citari in Hemiſphærio, tanquam fuerit illud poema Næuii, non mediocriter falluntur.

72 CONCIPITVR verbis non iiſdem vſquequaque.] In hoc loco tam inſigniter deprauato multi deſudarunt. Sed, vt verum fatear, omnes mihi videntur luſiſſe operam. Ego quoque aliquid tentabo. quòd ſi nihil profecero, meritò cum illis quoque luſerim operam. Ita igitur emendamus, *Concipitur verbis non iiſdem vſquequaque: in arce autem ſic*, TESCA DVMECTA SVNTO, QVOAD EGO CASTE LINGVA NVNCVPAVERO. OLLA VETER ARBOR, QVISQVIS EST, QVAM ME SENTIO DIXISSE, TEMPLVM, TECTVMQVE ESTO IN SINISTERVM. OLLA VETER ARBOR, QVISQVIS EST, QVICQVID

EST, QVOD ME SENTIO DIXISSE, TEMPLVM, TECTVMQVE ESTO IN DEXTERVM INTRA EA, CONRECIONE, CONSPITIONE, CORTVMIONE, VTIQVE EA RECTISSVME SENSI. Hæc ſanè non deteriora ſunt aliorum commentis, quibus miſerè hũc locum fœdarunt. Rationes autem mox reddendæ ſunt.

72 TESCAQVE me ita ſunto.] Error fluxit, quòd d mutarunt in q. Nos dumecta. Ita vocabant quæ nunc dumeta: autor Feſtus. Prius enim fuerat dumiceta, pòſt dumecta: vt ſaliceta, ſalicta. Conſtituit autem fines templi ſui dumeta, qui & Veſpices vocabantur. Templi, inquit, mei fines ſunto teſca dumeta, quoad ego eos nũcupauero. Eſt enim adiectiuum teſca, vt mox aperiemus.

72 QVOAD eas te linquam nuncupauero.] Hîc audemus præſtare, veram eſſe emendationem noſtram: *quoad ego caſtè lingua nuncupauero.*

72 OLLA ver arbor.] Semper in antiquitus excuſis legitur, *Ver arbor*, &, *ber arbor*. Nos putauimus aliquando *Vber arbor*, id eſt ἀμφιλαφής. Iccirco facilius ab augure ſeruabatur, cùm in tanto ſpatio ſola foliorum vbertate notabatur. Sed non dubito quin ſit legendum *Veter arbor*, ex illis veſtigiis veteris editionis *Ver*, & *ter*. Legit & doctiſſimus Adrianus Turnebus, *fera arbor*, vt dicitur, fera vitis.

72 QVISQVIS eſt.] Ἀρχαϊσμὸς, vt, Quis tu es mulier?

72 INTEREA.] *Intra ea*, ſcilicet, teſca dumeta: aut ſpatia effata.

72 APVD Ennium in Medea.] Hic verſus cum alio, quem citat Nonius, coniungendus eſt:

Aſta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum
Contempla, & templum Cereris ad læuam aſpice.

72 ET templum Cereris.] Hæc non ſunt ex Medea exule, quam vertit Ennius ex Euripidis Græca, quæ hodie extat. Sed, puto, ex alia, quam ipſe ſcripſit, eáque tranſlata ex alia Euripidis: quæ ne ipſa quidem ad nos peruenire potuit. Nam Attii Medea, tota ipſius ſine dubio erat, non ab Euripide tranſlata: quanuis ex

Euripide quædam in ſuam tranſtulit. vt cùm ſcribit:

Principio extiſpicum ex prodigiis congruens ars te arguit. Sunt ex illis:

Συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦ δὲ δείματος.

Σοφὴ πέφυκας, &c. Item quod exprobrat Iaſon,

Πρῶτον μὲν Ἑλλάδ᾽ ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς

Γαῖαν κατοικεῖν, καὶ δίκην ἐπίστασαι,

Νόμοις τε χρῆσθαι, μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν. quis neget ab illis accepiſſe?

Primo ex immani victum ad manſuetum applicans.

Et forſan illud,

Fors dominatur, neque vlli vita propria

In vita eſt- Etiam elegantius ipſo Euripide, qui ait,

Θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων ἀνήρ. Item cùm Medea iubet arceſſi Iaſonem, quem dictis mollibus lactare, fallaci ſimulatione producere conatur, dum illam odii recentis opinionem ex eius animo dilueret, eum totum colorem adumbrarat Attius. Verba Euripidis:

Μολόντι δ᾽ αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,

Ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει,

Γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει,

Καὶ ξύμφορ᾽ εἶναι καὶ καλῶς εἰργασμένα.

Niſi vt aſtu ingenij fingam, laudē, dictis lactem mollibus. Hæc ſatis ſint vt exerceantur magna ingenia in eiuſmodi inueſtigandis. Nam in illis nemo ſapit, niſi qui animum in vtraque lingua ſubegit. Neque magnopere laboro quid de illis iudicent magiſtelli de triuio.

72 NAM CVRIA Hoſtilia templum eſt, & ſanctum non eſt.] Reiicimus te ad Gellium lib. XIIII, cap. VII,

73 TESCA.] Forſan ita nō malè expleri poſſent lacunæ Feſti: *Teſca Varro ait loca augurio deſignata, quo ſit termino finis in terra augurij. Oppilius loca conſecrata Diis quæ non aperta ſint, ſed ſancta loca, vndique ſepta, vt perhibēt Pontificij libri, in quibus ſcriptū eſt: Templúmque ſedémque, teſcúmque locum ritè Diis nuncupatum dedicauerit, vti eos adhibeſſit bonos propitióſque. Hoſtius belli Hiſtrici lib.* .... *-perdiu gentes*

Aliger æthereas, atque idem teſca volabis
Templa antiqua Deûm.-- *Explicauere aſpera, diffi-cilia aditu. Attius, Loca aſpera, ſaxa teſca tuor. Idē Phi-loctetа:*

Quis tu es mortalis, qui in deſerta Lemnia
Et teſca te apportas loca?-- Ita fortaſſe hoc modo rudera illa Feſti reficere poterimus, quanquam ſarta tecta præſtare non poſſumus.

73 ATTIVS in Philoctеta.] Scripſerunt Philoctetam, Æſchylus (vt citatur apud Plutarchum & Ariſtotelem) item Euripides, & poſt vtrunque Sophocles; quæ & ipſa hodie extat. Sed mihi videtur Attius Euripidis potiùs fabulam tranſtuliſſe. Nam Triclinius ait, in diſpoſitione dramatis mirificè conuenire inter Euripidem & Sophoclem: hoc vno excepto, quòd Sophocli Vlyſſes ſubmittit Neoptolemum: apud illum verò Vlyſſes ſolus antrum, in quo iacebat Philoctеta, ſcrutatur. Cuius hæc verba ſunt ſine dubio, vt leguntur apud Nonium,

Contra eſt eundum cantim, & captandum mihi.

Apud Sophoclem Neoptolemus cum Vlyſſe,

--ἀκμὴ πρὸ ᾽ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
Μὴ καὶ μάθῃ μ᾽ ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
Σόφισμα.-- Deinde hæc verba, quæ adducit Varro, ad vnum tantùm fiunt: quæ ſunt Philoctetæ ad Vlyſſem,

Quis tu es mortalis, qui in deſerta Lemnia
Et teſca te apportas loca?-- Apud Sophoclem fiunt ad Neoptolemum, & reliquos nautas;

Τίνες ποτ᾽ ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ
Κατέσχετ᾽, οὔτ᾽ εὔορμον, οὔτ᾽ οἰκουμένην; Itē ad vnū Vlyſſem:

Quod ted obſecro, ne iſthæc aſpernabilem
Tetritudo mea me inculta faxit.-- Sophocli verò, ad Neoptolemum, & alios,

--μή μ᾽ ὄκνῳ
Δείσαντες ἐκπλαγῆτ᾽ ἀπηγριωμένον. Quàm enim penè ad verbum? Tamen diſſentiunt de diutinæ commorationis tempore. Sophocles,

--ἀλλ᾽ ἀπόλλυμαι
Ἔτος τόδ᾽ ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ

Κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον. Attius:

Contempla hanc ſedem, in qua ego nouem hiemes ſaxo ſtratus pertuli. Et hæc, quæ ſequuntur, quàm ſimilia?

Vbi habet, Vrbe, agróne. Sophocles,

Τίν' ἔχει στίβον, ἔναυλον, ἢ θυραῖον. Quanquã non ſunt iſta ad verbum. Item, quod citat Cicero ex eadem fabula,

Heu quis ſalſis fluctibu' mandet
Me ex ſublimis Vertice ſaxi?
Iam iam abſumor: conficit animam
Vis Vulneris, Vlceris æſtus. Quàm ſimilis deſperatio eiuſdem Sophocli?

Πρὸς θεῶν, πρόχειρον εἴ τι σοι τέκνον πάρα
Ξίφος χεροῖν, πάταξον εἰς ἄκρον πόδα.
Ἀπάμησον ὡς τάχιστα, μὴ φείσῃ βίου.
Ἴθ' ὦ παῖ- Apud eundem,

Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus
Reſonando mutum flebiles Voces refert. Quis ex illis verſa non diceret?

--οὐδέ με λήθει
Βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ
Τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θροεῖ. At ſuccurrit verſus vnde illa verſa ſunt, quem reperimus in Heſychii Lexico. citatur autem ex Philoctetа cuiuſdam poetæ, cuius nomen non appoſuit. Eſt autem hic,

Μέλη βοῶν ἄναυδα, καὶ ῥακτήρια. Item Sophocles inducit Philoctetam pannoſum: Attius verò textis pẽnarum indutum. Eius enim hæc verba,

-ingemiſcimus,
Quod hæc pennigero non armigero corpore
Exerceantur tela, abiecta gloria. Citat Cicero ad Volumnium. Ita enim diſpoſuerat Attius quæ Cicero perturbata vſurpat. Probant & illa,

Configo tardus celeres, ſtans Volatiles,
Pro Veſte pinnis membra textis contegens. Primum verſum augurati ſumus ex Cicerone: nam apud illum non ſeruatur lex metrica. Alterum inuenimus in lectionibus Cenſorini. Sic enim de Philoctete Q. Smyrnæus lib. IX, -ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ
Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσι κέχυντο,

Ἄλλα δέ οἱ συνέραπτο ποτὶ χερὶ, χείματος ἄλκαρ

Λευγαλέου-- Ex pennis aucupiorum ſolere contexi munimenta corporis, ſcimus nos ex nauigationibus Hiſpanorum: item ex Plutarcho de Fortuna Alexandri: ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι, inquit, δορὰς ἐλάφων περιτίθενται, καὶ πτερωτοῖς ἀμπίσχονται χιτωνίσκοις, ἄγραις ἐπιχειροῦντες ὀρνίθων. Seneca epiſt. xc, *Non corticibus arborum pleræque gentes tegũt corpora? nõ auium plumæ in vſum veſtis conſerũtur?* Inde plumarium opus. Atque de his quidem ſatis.

73 LEMNIA peræ eſto litor arat.] Non parùm præſtiterimus, vt puto, ſi non ſolùm menda, quibus ſcatent hi verſus, ſuſtulerimus: ſed & ipſos quoque verſus cum iis coniunxerimus, quibus olim continuabantur. Sunt autem anapæſtici cum coronide, ex Philocteta Attii,

-Qui Lemni aſpera
Teſca tuere, & celſa Cabirum
Delubra tenes, myſteriaque
Priſtina caſtis concepta ſacris.

Deinde,

Et Volcania templa ſub ipſis
Collibus, in quos delatu' locos
Dicitur alto ab limine cæli
AEtnea vi ſpirante vapor
Feruidus, vnde ignes mortalibus
Diuiſſe cluet doctu' Prometheus
Clepſiſſe dolo, pœnáſque Ioui
Fato expendiſſe ſupremo. Non dicam quid de aliorum emendationibus ſentiendum eſt, qui ne Anapæſticos quidé hos verſus eſſe ſuſpicati ſunt. Tãtùm cõfer hæc cum Romana editione, vt videas quid potuiſſent præſtare, ſi diligenter Varronis mentem perpendiſſent. Saltem hoc vidiſſent, ineptè Næuii nomen hîc inductum, cùm illa omnia verba non Næuii ſint, ſed Attii.

75 LEMNIA præſto litora.] Ex veſtigiis veterũ excuſorum indubitanter legimus: *Lemni aſpera teſca tuere, &c.* Nam in illis ita excuſum eſt, *Lemnia peræ eſto li or arat.* Prima ſyllaba quæ eſt in voce *Litor*, extri-

ta conſtituit veram lectionem. Accedit & Feſti autoritas, in cuius reliquiis hæc leguntur .... *aſpera ſaxa teſcatuor* ....

73 CELSA Cabirum delubra.] Poſtea, Et volcania templa.] Hæc declarantur Strabonis verbis ex lib x, in quo multa de Cabiris, & hæc præcipuè, quæ ad hunc locum faciunt, Ἀκουσίλαος δὲ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. τοῦ δὲ τρεῖς Καβείρους, ὧν νύμφας Καβειρίδας. Φερεκύδης δὲ ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κύρβαντας ἐννέα. οἰκῆσαι δὲ αὐτοὺς ἐν Σαμοθράκῃ· ἐκ δὲ Καβείρης τῆς Πρωτέως καὶ Ἡφαίστου, Καβείρους τρεῖς, καὶ νύμφας τρεῖς Καβειρίδας. ἑκατέροις δὲ ἱερὰ γενέσθαι, μάλιστα μὲν ἐν Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ἐστὶ μυστικά. Itaque quod Feſtus ait ex Cicerone, Teſca eſſe loca alicui deo dicata, difficilia aditu: hoc etiam ipſum non prætermiſit eruditus ſcriptor. ἔστι δὲ ἀοίκητα, inquit, τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς.

73 VOLCANIA templa.] Suprà ex Strabone, de Lemno. Papinius,

-Ægæo premitur circunflua Nereo
Lemnos, vbi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna
Mulciber-

73 SVB ipſis collibus.] Nam tales Lemni fumantes. Val. Flaccus lib. II,

Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Fumant ſaxa iugis, coquiturque vaporibus aër.

73 ALTO ab limine cæli.] Ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. alii legunt *lumine*.

73 ETNAE VI VS expirante vapore.] Quod ſcriptum erat *Ætnæa vi*, putarunt eſſe *Et neus*, compendioſè, pro *Et Nævius*. At non ita eſſe, idem genus verſuum declarat. Quid quòd ſequentia Teſcorum mentionem non faciunt? Si ergo ex alio poeta ſunt, neque ad mentem Varronis faciunt, quo (malùm) illa adduceret Varro, quæ eius verba potiùs interrumpunt, quàm ſententiam adiuuant?

73 EXPIRANTE vapore.] Suprà igitur admonuimus ita legendum eſſe,

Ætnæa vi ſpirante vapor

Feruidus: Vnde ignes mortalibus
Diuiſſe cluet doctu' Prometheus
Clepſiſſe dolo, pœnáſque Ioui
Fato expendiſſe ſupremo. Nam Varro in his poſtremis non ſeruauit legem metricam, ſed modò verba ipſa citat, quomodo illa citet ſúſque déque habet, vt ne Cicero quidē illos verſus ſatis religioſè adduxerit: apud quem ita leguntur, *Vnde ignis lucet mortalibus clam diuiſus: eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo, pœnáſque Ioui fato expendiſſe ſupremo.* Quæ ita vt ipſe adduxit relinquenda ſunt, etiamſi reconcinnata priſtino ordini reſtitui poſſunt. At contrà ſunt alia apud Ciceronē quoque poetarum exempla, quæ nemo, ne iſti quidem Tulliaſtri, ſuſpicati ſunt poetę alicuius, non Ciceronis, eſſe: vt in Catone maiore:

Quam vt adipiſcantur omnes optant, eandem item
Adepti accuſant: tanta eſt inconſtantia,
Stultities & peruerſitas- Quiſquis enim fuit ille comicus (vereor ne Cæcilius) vertit ex Antiphane illa: qui ita de ſenectute ſcripſerat,

Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει. Atqui ille quidem iiſdem verbis, ſed non eadem ſtructura. At in ſecunda Tuſculana nihil mutauit in tribus verſibus cuiuſdam veteris poetæ: qui tamen leni tractu, & minimè elaborata oratione ſua cum cætera ſoluta oratione immiſcuerunt ſe: cùm tamen nulla mutatione ita digeſſendi ſint:

Nihil horum ſimile apud Lacænas virgines,
Quis magi' palæſtra, Eurota, Sol, poluis, labos,
Militia in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara. Sapiūt enim neſcio quid tragicum & Græcanicum: vt ſi diceres- ---αἷσιν ἤσκηται πόνος
Πλέον, πάλη τε, βαρβάρου χλιδήματος.

73 MORTALIBVS diuis.] *Diuiſſe*, aut, ſi malis, *diuiſus*: vt etiam immutatum eſt apud Ciceronem. nam certè Attius ſcripſit *diuiſſe*. Cornificius lib. IIII, *Prometheus, cùm mortalibus ignē diuidere vellet.* Vocat autem Prometheum doctum clepſiſſe dolo, quaſi dicas δολοκλέπτην.

δολοκλέπην. & illa trita apud nationes poetarum, κλοτοπευτὴν, ἀγκυλόμητιν.

73 TVEOR te ſenex? proh Iuppiter.] Ex Medo Pacuuii, ni fallor:

MEDEA. *Atque eccum ipſum in tempore*
Oſtentum ſenem. Tueórne te ſenex? proh Iuppiter.
SENEX. *Quis tu es mulier quæ me inſueto nuncupaſti nomine?*
MEDVS. *Sentio pater te Vocis calui ſimilitudine.*
Sed quid conſpicor? num me lactens caluitur ætitas?
Cælitum Camilla expectata aduenis: ſalue hoſpita.

Hæc ſanè tot locis ſparſa congregaſſe nihil impediuerit. Nam ponamus ita Pacuuium olim non digeſſiſſe: tamen interim pro quodam quaſi centone nobis ſunto. Quia, vt leguntur ſparſa apud grammaticos, ſunt illa quaſi membra quædam manca & mortua: hîc verò ita coniuncta, ſi nihil aliud, aliquam tamen ſpeciem & dignitatem obtinebunt.

73 QV[illegible] pater aut cognatu' volet nos contra tueri.] Ennii, niſi fallor:

Quis pater aut cognatu' Volet nos contra tueri?
Auorſabuntur ſemper nos, noſtráque Volta. Secundus citatur à Nonio. Simile item illud ex Attii Erigona,

Quibus oculis quiſque noſtrûm poterit illorum obtui
Voltus, quos iam ab armis anni porcent? Quod planè redolet Græcorum theatra:

Καὶ πῶς προσιδεῖν, ποῖον ὄμμα συμβαλεῖν
Ἤδη γ' ἐν ὅπλοις ἐξόμεθ' παρήλικες;

73 TV domi videbis.] Tueri enim duo ſignificat, & videre, & curare. Ita Græcorum ἐπισκοπεῖν. Cicero I I de Legib. *Interpretes autem Iouis Op. Max. publici Augures ſignis & auſpiciis poſtea Vidento, diſciplinã tenento.* Videre auſpiciis dixit, vt hîc Videre domi. Callimachus,

Δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων
Αὖλιν, καὶ δολιχοὺς θῖνας ἐπιβλέπετε,
Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε— ἐπιβλέπετε, curatis: ἐπισκοπεῖτε.

73 A TVENDO templa & teſca,] Ego, vt à δαΐς δαιδὸς, teda: à δαῖρα, terra: ſic à δαίσκια, teſca.

73 ETIAM inde idem, Illud enim Extemplo.] *Lege, Etiam indidem illud Ennij,*

Extemplo acceptum me necato, & filium. Videntur etiam tum ætate Varronis duplices non multùm in vſu fuiſſe. Itaque quod ille ſcripſerat *Eni,* pro *Ennij:* putarunt *Enim* eſſe.

73 EXTEMPLO]. Verbum eſt ſacrorum, ſicut Ilicet iudiciorũ. Vt enim hoc, dimiſſo Senatu: ſic & illud, ſacrificio patrato, à præcone pronuntiabatur. Quo ſignificabatur vt exirẽt ex templo. Quod quia citò fiebat, inde pro citò & properè ſumi cœptum eſt.

73 CONTRA ſeptum.] Perperam pro *conſeptum.* Vtitur eo idem in libris De re ruſtica. Feſtus ait Ennium dixiſſe conſiptum pro conſepto, intelligens hunc locum ex Medea Ennii: *Teneor conſipta, vndique venor.*

73 PERVADE polum.] *-Peruade polum*

Splendida mundi ſidera bigis

Continuis ſex apti ſignis. Ita facilè emendantur illi perturbati & corrupti verſus. Ordo eſt: *Peruade polum bigis,* appoſitiuè, *Splendida ſidera mundi apti ſex ſignis,* vt, *Axem humero torquet ſtellis fulgentibus aptum.* Mundum ergo aptum ſex ſignis intelligit hoc ſuperius hemiſphærium: nam ſex altera ſigna ſunt in inferiore,

73 CONTINVIS ſe cæpit ſpoliis.] *Continuis ſex apti ſignis,* vt ſuprà docuimus. Et *ſpoliis* deprauatum ex voce *ſignis. Signis* legendum eſſe ipſe Varro manifeſtè docet, qui eius vocis interpretamentum ſubdit.

74 SIDERA, quia inſidunt.] Inſidunt, ἐστήρικται. Aratus. Vnde ἀστέρες.

74 QVARE, vt ſignum candens in pectore.] *A qua re ſignum candens in pecore.* Virgilius:

-Et nomina gentis inurunt. Inſtrumentum quo perurunt, dicitur character rei ruſticæ autoribus. Verbum autem, ſignare: Nonius, *Signare oportet frontem calda forcipe.* Veteres vocabant *Dignorare.* Feſtus, *Dignorant, ſigna imponunt, vt fieri ſolet in pecoribus.* Sic & equi quadam nota inſigniebantur. Anacreon,

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι. Inde apud Ariſtophanem σαμ-

φόρχι, apud Lucianum κεντανρίδαι, καὶ κοππαφόροι, qui & κοππατίαι Heſychio. Item apud Strabonem λυκοφόροι in Apulia. Inſtrumentum quo inurebantur, πυρσίππιον. Qui hîc emendarunt *in Hectore*, non mihi ſatisfaciunt.

74 QVOD eſt, Terrarum anfracta reuiſam.] Coronis anapæſtica ex Euryſace Attii:

Nunc per terras vagus, extorris,
Exturbatus regno atque mari
Super Oceani ſtagna alta patris
Terrarum anfracta reuiſam. Ita coniunximus ex Nonio.

74 TRIVIA.] Τριοδῖτις, καὶ Εἰνοδία.

74 QVOD in triuio ponitur ferè in oppidis Græcis.] Cum corona quernea ſcilicet, & draconum voluminibus. Sophocles ῥιζοτόμοις vt extat apud veterē interpr. Apollonii:

Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν
Τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης φέγγος,
Τὸ δι' Ὀλύμπου πολλὸν περιφέρεις
Καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους,
Στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλεκταῖς
Ὤμων σπείραισι δρακόντων. Quercina enim corona deorum inferorum. Sic Parcæ coronantur Catullo:

His corpus tremulum complectens vndique quercus
Candida purpureis ramis incinxerat ora. Ea enim eſt lectio, quæ etiam extat in vetuſtioribus excuſis. Nam purpureis ramis dixit τοῖς ἀγλαοῖς. Ita poetæ Latini ἀγλαὸν reddunt. Sic ἀγλαὸν ὄζον in hymnis Homeri. Albinouanus ad Liuiam niuem purpuream dixit

-Purpurea ſub niue terra latet. Horatius,
-Purpureis ales oloribus. ἀγλαοῖς, ἀγλαομόρφοις. Et Anacreon, vt videtur Æliano, ab eadem mente vocauit Venerem πορφυρῆν.

74 VT IN Plauto.] Forſan *in Paulo*. Ea eſt tragœdia prætextata Pacuuii. Ex ea hæc coniunximus:

Pater ſupreme noſtri progeniī patris
Nunc ted obteſtor celere ſancto ſubueni
Cenſori-

74 TITANIS.] Æſchylus Eumenidibus:

Τιτανὶς ἄλλη παῖς χθονὸς καθέζετο

Φοίβη. --Et Τιτηνὶς Ἑκάτη. Apollonius lib. IIII.

74 LATONA parit.] *Parit*. Et verba vſurpat tantùm non verſus. Ita digerendi ſunt,

Deli gemellos creta Titano Deos.

Latona parit caſto complexu Iouis. Græcus epicus dixiſſet:

Ἐν Δήλῳ Λητὼ διδυμάονε γείνατο παῖδε,

Τιτηνὶς χαρίεσσα, Διῒ φιλότητι μιγεῖσα.

74 O SANCTE Apollo.] Pleniùs apud Ciceronē.

O ſancte Apollo, qui vmbilicū certū terrarum obſides:

Vnde ſuperſtitioſa primū euaſit vox fera. Ita ad verbū.

Ὦ Φοῖβ' Ἀπόλλων, γῆς μεσόμφαλα κρατῶν,

Ὅθεν τὸ πρῶτον θέσφατ' ἐχρήσθη βροτοῖς. Superſtitioſum autem, τὸ ἔνθεον καὶ θέσφατον. Plautus Curculione:

Superſtitioſus hic quidem eſt: vera prædicat. Item in Rudente,

Quid ſi iſta aut ſuperſtitioſa aut ariola eſt?

Et Caſſandra,

Miſſa ſum ſuperſtitioſis ariolationibus.

74 ICHTHON Pythagoræ.] Ἡ χθὼν Πυθαγόρα. Plutarchus vita Numæ: Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν, ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου. οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρύσθαι νομίζουσι. καὶ τοῦτο ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα. τὴν δὲ γῆν, οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην, οὔτε τῶν τιμιωτάτων, οὔτε τῶν πρώτων τοῦ κόσμου μορίων ὑπάρχειν. ταυτὰ δὲ καὶ Πλάτωνα φασὶ πρεσβύτην γενόμενον διανενοῆσθαι περὶ τῆς γῆς ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καθεστώσης. Ex his odorari potes quæ Pythagoras περὶ χθονὸς ἐδογμάτιζεν in illa ſua deſcriptione, quæ hîc in Varrone vocatur ἡ χθὼν Πυθαγόρα.

74 PER ID quo diſcernitur homo mas an fœmina ſit.] διὰ τῶν αἰδοίων. Catullus:

Grandia te medii tenta vorare viri. Martialis:

Et ſeptem medias vorat puellas.

74 SED quod vocant Delphis in æde, foramen eſt allatum.] Deeſt hic Græca vox, μεσομφαλίαν. Ita legen-

ctum: *Sed quod vocant Delphis* μεσομφαλίαν *in æde, foramen eſt, &c.*

74 FORAMEN allatum eſt quoddam.] Ita habent veteres omnes excuſi, non *adlatum*. Quod tamen perſuadere conatur Vertranius, vt ex hoc aſtruat correctionẽ ſuam. Sed profectò illa vetus lectio quàm minimo negotio diuinari potuit. Qui verſati ſunt in veterum ſcriptorum codicum lectione, non ignorant in illis ſcriptum eſſe, pallum pro palum: paullum pro paulum, & allam pro alam. Sic hîc allatum pro alatum. Alatum ergo foramen, τεταινιωμένον, à faſciis in modum alarum vtrinque penſilibus. Strabo lib. IX, ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐκάλεσαν ὀμφαλὸν, προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὅν φησι Πίνδαρος ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦτα οἱ ἀετοὶ οἱ ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὁ μὲν, ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δὲ, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, οἱ δὲ κόρακας φασί. δείκνυται καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος, καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου. Locus Pindari, quem innuit Strabo, eſt in tertio Pythiorum.

74 VT TÉSAVRI ſpecie.] Nihil ſuſpicatur de mẽdo huius loci Vertranius: quaſi in tã anguſtũ foramẽ tot immanes gentium theſauri includi poſſent. Id tamen ſentit ipſe: nos contrá. quippe leui mutatione hanc veram putamus lectionem: *Foramen alatum eſt quoddam tenſarij ſpecie.* Eſt, inquit, foramen ſimile tenſario foramini, quod Græci vocant ὀμφαλόν. Homerus --ζυγὸν ὀμφαλόεντα. Enarrant grammatici, ὀμφαλόεντα, ὀμφαλοὺς ἔχοντα. ὀμφαλοὺς δὲ λέγουσι τοὺς ἐν τῷ ζυγῷ κρίκους, ἐφ' ὧν αἱ ἡνίαι δέδενται. Eſt ergo illud foramen tæniis vtrinque vinctum, quemadmodum & tenſarum vmbilici, in quos inſeruntur funes illi, quibus vtrinque ad latus vinciuntur equi funales. Error autem hinc manauit, quòd tenſaurum pro teſauro ſcriberẽt, vt hodie viſitur in marmoribus antiquis. Hîc verò cùm *tenſari* ſcriptum eſſet, putarunt eſſe *tenſauri* pro *teſauri*. Similis error in exemplo quodam Attii à Nonio adducto. *-frena teſauri equorum accommodant.* Legendum enim *tenſarij*. Tenſarii, vt aurigarii, eſſedarii. Quanquam ſimplicius fuerit, ſi dicamus foramen quoddam allatum eſſe Delphis, vt ibi eſſet quaſi theſaurus quidam,

quod Græci vocarunt ὀμφαλὸν, à ſimilitudine humani vmbilici.

75 QVOD Græci ὀμφαλὸν vmbilicum dixerunt.] Tollenda vox *vmbilicum*, quæ tantùm erat interpretamentum Græcæ, à quodam ſtudioſo in ora libri annotatum.

75 CALYDONIA altrix terra exuberantium virûm.] Quod ſuccinctius Græcis, βωτιάνειρα, καὶ κουροτρόφος.

75 AREOPAGITAE cui dedere quam pudã.] In veteri lectione, *cui dedere quam peram.* Ex quibus veſtigiis multùm adiuti ſumus ad veritatem ex tam deplorato loco eruendam. Illis enim diligenter penſitatis, ſuccurrit ſtatim eſſe locũ ex Eumenidibus Ennij, quas ipſe vertit ex Æſchylo. Neque verò mihi dubium eſt quin hæc ſit vera ſcriptura,

Areopagiticam ea de re vocant petrã. Æſchylus verò,

-ἔνθεν δ' ἐπώνυμος

Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος- ſed nihil facimus, niſi oſtendamus Eumenidas Æſchyli verſas eſſe ab Ennio. Quod faciemus, ſi ea quæ in Nonio adducũtur ex Eumenidibus Ennij, cum Æſchylo conferamus. Primum illud,

-tacere opino eſſe optumum,

Vt pro viribus ſapere, atque fabulari tute nouerint:

planè eſt ex illo,

Σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς,
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,
Καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη. Item,

Id ego æquum aptius feciſſe me expedibo, atque eloquar. Æſchylus,

Σύ τ' εἰ δικαίως, εἴτε μὴ, κρῖνον δίκην.
Πράξας γὰρ, ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω. Item,

Niſi patrem materno ſanguine exanclando vlciſcerẽ: planè ex illo,

Ἄλγη προφανῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ,
Εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους. Quod autem eſt ex eodem,

Dico ego viciſſe Oreſtẽ, vos ab hoc faceſſite. Latiùs apud Æſchylum,

Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.

Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους. Illam verò Æſchyli fabulam totam nos vertimus veteri ſtylo Pacuuiano. In quo maximè ſunt reprehendendi iſti, qui in veteribus poetis vertendis, eos tam diſſimiles ſui reddunt, vt pudeat me legere Homerum Sillij Italici, Sophoclem Senecæ verbis loquentem. Sed de his aliâs.

75 MVSAE quæ pedibus magnum pulſatis olympum.] Citat Seruius ex Ennio. Pedibus pulſatis olympum dixit, vt Virgilius,

Sub pedibúſq; videt nubes & ſidera Daphnis. Aratus,

-θεῶν ὑπὸ ποσὶ φορεῖται. Catullus ex Callimacho,

Sed quanquam me nocte premunt veſtigia Diuûm.

Ergo hîc olympus pro cælo. Veteres phyſici, atque etiã theologi, vnicuique Muſæ ſedem ſuam in cælo aſſignarunt. De quo vide Macrobium in ſomn. Scip. libro I I, cap. I I, Ex quo intelligis quare euocet Muſam è cælo Horatius, cùm canit,

Deſcende cælo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce tu mauis acuta,
Seu fidibus, citharáve Phœbi. vt deſinat ineptire ille literator, qui nomine Helenij Acronis neſcio quas nugas in eum locum effutiuit. Nam planè Horatius prima inuocatione ſequitur veteres theologos: in cæteris autem verbis imitatus eſt Alcmana ita canentem,

Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα θύγατερ Διὸς,
Ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων· ἐπὶ δ' ἵμερον
Ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν. citat Hephæſtion.

75 QVASI Helleſpontum & clauſtra.] Cur verò hîc non viderunt quædam deſiderari? Nam hîc mutila ſunt verba, & nomen autoris præ ſe non ferunt. Quanquam & ſine autore potuit adducere Varro, vt ſæpe facit. Forſan ita reſtitui poteſt: *Ad Helleſponti clauſtra. clauſtra, quòd Xerxes &c.* ex Medea,

Ἐφ' ἁλμυρὰν πόντου
Κλῇδ' ἀπέραντον. Κλῇδα hîc disertè vocat clauſtra.

Vt etiam Æſchylus in Perſis dixerit, κλεῖσαι Βόσπορον, quod Herodotus ζεῦξαι. Ita enim ſcribit,

Καὶ τόνδ' ἐξέπραξεν, ὥστε βόστρυχον κλεῖσαι μέγα;

Tametſi de verbis Ennij non ſatis mihi conſtat: tamen puto verba, quæ hîc deſiderantur, ex illis Euripidis tranſlata eſſe.

75 ALICVI in Ægæo freto.] Legendum puto, *Allicui in AEgæo freto.* Eſt antiquè dictum pro *Allexi*, vt Pellicuit, pro pellexit. De Nauplio intelligendum. Euripides Elena de Nauplio, -πέτραις Καφηρείαις ἐμβαλὼν Αἰγαίοις. Adiuuat & Seruius, qui in eum locum Virgilij,

Vel Priamo miſeranda manus: ſcit triſte Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, vltórque Caphareus. ait Virgilium à Pacuuio de eadem re loquente accepiſſe: qui dixiſſet,

Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret. Cui ſimile illud Sophoclis,

Ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρηνῶν τυχεῖν. Reſtat, vt ex qua fabula acceptum ſit, videamus. Ego puto ex Duloreſte Pacuuij cum eo verſu quem ſuprà adduximus ex Seruio. Apud Priſcianum ex Duloreſte citantur hæc,

-*pater*
In Caphareis ſaxis pleros Achæos perdidit. Quod videtur dictum ex perſona Oreſtæ, qui cauſſam, quòd ab omnibus vrbe exigeretur, refert ad μῖσος patris, propter quem tot Græcorum proceres perdidiſſet Nauplius. Id videtur accepiſſe ex Euripide in Oreſte,

ΟΡ. Ἐκβαλλόμεσθα γὰρ δωμάτων. ὅποι μολῶ;
ΜΕΝ. Τίνες δὲ πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς;
ΟΡ. Οἴαξ, τὸ Τροίας μῖσος ἀναφέρων πατρί.
ΜΕΝ. Συνῆκα, Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνου. Sed & quædam ex Oreſte Euripidis in ſuam Duloreſtē tranſtuliſſe videtur Pacuuius: vt illa,

Sed incertat me dictio, quin rem expedi. Nam ſimile Euripidis,

Τίς; οὐ γὰρ οἶδα μᾶλλον, ἢν σὺ μὴ λέγῃς. Item Euripides,

-Ἀργεῖαί τε νιν
Ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν. αὐλεῖται δὲ πᾶν
μέλαθρον- Pacuuius Duloreſte apud Nonium,

-*Hymenæum fremunt*

Æquales: aula reſonit crepitu muſico. Aulam hîc τὸ μέλαθρον vel veſtibulum vertit. Plato explicat verſum Pacuuii, in Sympoſio, καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κροτουμένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν, ὡς κωμαστῶν, καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν.

75 PACVVIVS. æges ferme aderant.] Expungēda eſt prima vox *Æges*. Eſt autem verſus ſine dubio ex eadem fabula Duloreſte.

75 CONFERRE aut ratem æratam.] Scio conferre ratem Latinè dici. Plautus,

Bene nauis agitatur: pulchrè hæc confertur ratis. Significat συμβάλλειν, aut παραβάλλειν. vt Conferre gradum. Tamen ita potiùs videtur legendum,

-conferta rate, inærataque peritè
Qui dium mare eunt ſudantes, atque ſedentes. Conferta rate. idem,

Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum. Inærata. Val. Flaccus,

Primus inæratis poſuiſſem puppibus arma. χαλκέμβολος Græcis. Et dium mare, vt εἰς ἅλα δῖαν. Inærata peritè, vt εὖ ἀφαρῆαι.

75 RATIS DICTA, nauis longa propter remos, quod hi cùm per aquam ſublatis, &c.] Vbi, obſecro vos, illud etymon quod Varro velle videtur conſtituere in voce *Ratis*? Vſqueadeóne oblitus ſui, vt præter morem ſuum contentus fuerit ratem, quid eſſet, non vnde eſſet, docere? Atqui metuendum non erat, ne Varroni deeſſent etymologiæ, non mediusfidius magis, quàm luſciniæ cantio, vt ait ille. Itaque huic voci reddetur veriloquium ſuum, ſi ita legas: *Ratis dicta nauis longa, propter remos: quod hi cùm per aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas partes facere videntur, rareſcūt: & hoc ratis. Stlatum, illud, vbi plures mali, aut aſſeres, ac reſtes: ab lato.* Ergo ratis ab rareſcendo, quòd rareſcant eius remi, cùm dextra & ſiniſtra tolluntur. Stlatum quoque idem erat: ſed ille conſtituit quandam differentiam.

75 SVB dextra & ſiniſtra.] Meliùs legeris ſine præpoſitione.

75 AVT aſſeres. Agreſtis ab agro.] *Agreſtis* malè, pro, *ac reſtes.* Quòd verò corrupiſſent illud in *Agreſtis*: neceſſe fuit, vt qui agreſtis etymon vellet deducere, illud faceret ex agro. Quare meritò inducendum eſt, & reponendum, *ab lato.*

76 INFVLAS dictas apparet.] Deeſt hic exẽplum autoris veteris, in quo illa mentio infularum facta erat. Quare hîc notandum quædam deeſſe. Porro infularum nomen Latinum eſt. Infilare veteres dicebant amicire & velare, vt puto: cùm contrà exuere dicerent, exfilare. Inde ergo infulæ. Tæniarum verò appellatio Græca eſt. Clemens Alexandrinus, καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν, οὐ δάφνης πετάλων, οὐ ταινιῶν τινων ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων. Et quod ait, velari ſolita ſepulchra, eum morem intellexit Cæcilius Comicus Androgyno,

Sepulchrum plenum tæniarum ita, vti aſſolet. Tamen eas tænias ſepulchrales meliùs Græci vocant κιρείας, quaſi κτερείας: à mortuis.

76 SED velatas frondentes comas.] Meliùs *velatus frondentes comas.* Forſan ex Alceſtide,

-κἀπεκώμαζον κάρα

Στεφάνοις πυκασθείς. Verba Herculis. Vertit enim Euripidis Alceſtin Næuius. Illa ſatis probant: *manciolis tenac Illis.* Euripides,

Ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. Item,

Hoc fieri impendio fit. id eſt, fieri incipit. Ex illo,

Σύ τ᾽ εἶρχες, τὰ δ᾽ ἕτοιμα. At illa planiùs ex chori perſona,

Corpore, pectoréque vndique obeſo,
Mente exſenſa, tardigemulo
Senio oppreſſum- Supple vidi, aut habui.

Ἐμοί τις ἦν ἐν γένει, ᾧ κόρος ἀξιόθρηνος
Ὤιχετ᾽ ἐν δόμοισι μονόπαις. ἀλλ᾽ ἔμπας
Ἔφερε κακὸν ἅλις, ἄτεκνος ὤν,
Πολιὸς ἐπὶ χαίτας, ἤδη προπετὴς,
Βιότου τε πόρσω.

76 CORNVA taurũ.] Nõ eſt ex ſuperiore Næuij exemplo, ſed eſt aliud teſtimoniũ poetæ neſcio cuius, ex Coronide anapæſtica. Ita videtur diſtinguendum,

-cornuat aurum,

Vmbram iacit: icere paret. Cornuat à cornibus. Cornua à curuore, &c. Cornuat, elegans verbum, pro flectit & incuruat arcum, donec cornua arcus inter ſe coeant, vt Maro, *-donec curuata coirent Inter ſe capita.--* Et aurum pro aurato arcu. Sic Ennius Almæone,

Intendit crinitus Apollo

Arcum auratum luna innixus. Luna innixus dixit, quod Ouidius Lunare arcum. Sic *-pleno ſe proluit auro*, aurea patera. Sic Pindarus δαμασίφρονα χρυσὸν vocat, quem paulò ſuperiùs χαλινὸν χρυσάμπυκα. *Vmbram iacit.* Sic loquitur Plinius libro I I, id eſt, iam vmbram iacit imminẽtis teli, aut ſagittæ: vt paulo pòſt, icere paret. Poterat tamen legi, *Vibrans iacit:* aut, *Vibrat, iacit.* Nihil tamen muto. Et, *icere paret,* non *apparet,* vt fiat Coronis anapæſtica. Paret etiam in formulis Iuriſcoss. legitur. Ad quod alluſit Petronius Arbiter,

Iuriſconſultus Paret, Non paret habeto. Et icere paret, vt Homerus βαλέοντι ἐοικώς.

76 QVOD plerique curuamus. At quas memorãt noſſe nos eſſe, &c.] Apponam hîc lectionem, quam puto eſſe veram, ne quid nos fallat Italorum commentitia, *Cornua à curuore dicta, quod pleraque curua. Muſas quas memorant Caſmœnas eſſe.-- Caſmœnarum priſcum vocabulum, &c.* Eſt ergo teſtimonium alicuius poetæ: & non dubito eſſe Ennii. Quare qui melius coniectauerit, palmam ferat, & aheneus ſtet.

76 ORCVLO, doloſi, ero.] Vetus ſcriptura, *Coſauli:* forſan Cœſuli pro *Cæruli:* vel, *Coſaullæ,* pro *Corollæ:* vt Aula, olla. Tamẽ dubito. Nam quis hodie Saliaria carmina interpretari ſe poſtulet, quæ olim magnis quoq; viris laborẽ faceſſebãt? Quid enim de illis ait Cicero? quid itẽ Varro, qui teſtatur Æliũ in iis pauca eſſe aſſecutum? Quare ego poſtulem poſt tot magnos viros, vt perdam ſemper, aſſiduè ludere aleam? vt inquit ille.

76 OMNIA vero at patula coemiſſe, iani, cuſiames duo nuferuſes, dumque ianuſque venet: poſt melios, melior.] Hæc ſat erant quæ vel erudítiſſimos viros deterrerent à tanto negotio aggrediendo: nedum

ego tam moleſtam prouinciam detrectarem. Quod videri poſſit aut temerarij in tantis erroribus, aut arrogantis, poſt tantos viros, manum huic autori admouere. Tamen quis negarit nos in multis non infeliciter operam poſuiſſe? Quod quia feliciter ceſſurum ſperamus, non eſt quòd poſt tanta, propè dixerim, ἀνδραγαθήματα, in hoc vno παρακινδυνεύματι animum deſpondeamus. Non enim affirmare poſſum, quid verè hîc excogitatum à nobis ſit, quid non veré. Hoc relinquimus illis, qui quod non ineptè hîc dictum obſeruauerint, induſtriam ſaltem, ſi qua ea eſt, laudare poterunt: nec, cùm perperam aliquid animaduerſum erit, voluntatem improbabunt. Ponamus igitur ita Varronem ſcripſiſſe: donec maiora ingenia aliquid veriſimilius comminiſcuntur: *Vt in carmine Saliari ſunt hæc: Coſaullæ, doloſi, eſo. Ennio verò ac Pacuuio, miſeſia, incuſia, meſidie, oneſe, rudeſúmque, Veneſe, quod venere poſt, melios, melior, &c.* Itali multa hinc, quòd ea emendare non potuerunt, ſuſtulerunt: quâm temerario conſilio, vides.

76 DIVVM exta cante.] Obſcurus locus: tamen Diuum deum, puto intelligi Ianum, vt coniicimus ex Macrobio: qui eum in Saliari carmine ita vocari ſcribit. Puto etiam eum per Cerum manum, id eſt procreatorem bonum intelligi: Supplicè autem pro ſuppliciter. De eiuſmodi aduerbiis vide Nonium.

76 VETERES Caſmenas caſcas res volo profari & primum.] Ita diſpone,

Veteres, ò Camenæ, caſcas res volo profarier
Et Priamum- O Camenæ volo profarier veteres & Caſcas res, nimirum Priamum. Nam non de Caſmenarum appellatione amplius agit, ſed de Caſco.

76 QVAM primum Caſci populi genuere Latini.] Hunc verſum Ennij intelligit Cicero prima Tuſculana. Caſcos autem Latinos interpretor eos, qui ante Romam conditam in colonias deducti ſunt à Latino Siluio Albanorum rege. Quæ à Romanis poſtea Priſcæ dictæ ſunt. Autores Liuius & Feſtus. In Dionyſio legitur, Λατῖνοι οἱ καλούμενοι Πρῖσκοι.

76 CASCVM caſcam duxiſſe, &c.]

Caſcum caſcam duxiſſe non mirabile'ſt:

Quoniam canoras ſanciebat nuptias. Pertinet huc Titulus Satyræ Varronianæ, εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα. περὶ καθηκόντων, ἢ περὶ γεγαμηκότων. Quam ego vtranque ſcripturam offendi in codice Nonii manu ſcripto, antequam vidiſſem annotationes Adriani Iunii, viri eruditi, qui περὶ γεγαμηκότων ſe offendiſſe in veteri codice teſtatur.

76 PAPINII epigrammation.] Pomponii apud Priſcianum. Sic autem eius epigramma legendum eſt,

Ridiculum eſt, cùm te Caſcam tua dicit amica,
Fili Petroni, ſeſquiſenex puerum.
Dic tu puſam illam: ſic fiet mutuo muli.
Nam verè puſus tu, tua amica ſenex.

Secundum autem verſum acceptum referimus nũquam ſatis laudato viro Adriano Turnebo, vnico Galliæ noſtræ atq; adeò totius Europæ ornamento. Senex autem fœminino, vt Tibullus, ſi benè memini,

Hanc rident meritò tot mala ferre ſenem.

77 CASSINVM.] Primam corripuit Silius libro XII, *-Nymphiſque habitata Caſini Rura euaſtantur.--* Et ita legitur in Plinianis exemplaribus.

77 PVPPVM ſenem.] *Pappum ſenem* legimus. Alibi rationes reddimus.

77 QVOD Oſci caſnar appellant.] Ita lege apud Nonium, *Caſnares ſeniles. Varro ſexageſimo: vix ecfatus erat, cùm more maiorum, vltro Caſnares arripiũt: de ponte in Tiberim deturbant. Senibus craſſis heu muli non videmus quid faciant. Nam quis patrem nunc decem annos natus non modò aufert ſeu tollit, niſi veneno?* Alluſum autem ad vetus prouerbium, Sexagenarios de põte: quare & depontani ſenes dicebãtur. Ab eo inſcripta eſt ſatyra Sexageſimus. Hoc etiam fieri ſolitum in Ceorum inſula teſtis Menander,

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Strabo explicans hos verſus, προσέτακτο γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὁ νόμος, τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα

ἔτι γεγονότας κωνιάζεσθαι, &c. Meminit & Stephanus diſtione ἰκλίς. Ælianus quoque de varia hiſtoria lib. I I I. Ad quod videtur Cæcilius Hymnide alluſiſſe,

Sine ſuam ſenectutem ducat: vtique ad ſenium ſorbitio: vt Perſius; *ſorbitio tollit quem dira cicutæ.* In Varronis verbis hæc præſtitimus. Teſtimonia tria, quæ diuerſis locis diuulſa ſunt apud Nonium, cõiunximus. Deinde vbi in Nonio ſcriptum erat, *Carnales ſedules*, ſcribimus, *Caſnares, ſeniles.* Poſtremò, vbi vulgati codices habebant, *homuli:* manu ſcripta lectio habet, *heu muli.* Erat autem conuitium in ſtupidos. Catullus, *Mule nihil ſentis.*

77 CANIS caninam non eſt.] Iuuenalis, --*parcit Cognatis maculis ſimilis fera.*-- Æſchylus Supplicibus, ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; Prouerbium. Alluſit eò Martialis,

Pellem rodere qui velit caninam.

77 CANINAM.] Si pro pelle, bene. Nam ita κυνέαν Græci. Si pro carne, meliùs dixiſſet *Catulinam.* Plinius libro X X I X, *Catulinam adiicialibus quidem celebrem epulis fuiſſe Plauti fabulæ ſunt indicio.* Intelligit autem Plinius Saturionem fabulam, in qua Plautus eius rei mentionem fecerat. Feſtus, *Catulinam carnem eſitauiſſe, hoc eſt comediſſe Romanos, Plautus in Saturione refert.* Quanquam ego ſanè eſitauiſſe non puto, ſed tantùm Canario ſacrificio canes mactari ſolitas ad Caniculæ ſidus placãdum. Græcè dicitur περισκυλακισμὸς. Item in Lupercalibus, vt refert Plutarchus. Video & dubitari quæ eſſet adiicialis cœna in verbis Plinii. Ea erat, quoties aut inaugurandi alicuius gratia, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum. Idque dicebatur epulum, aut cœnam adiicere. Corn. Tacitus Annali I I, *Reſcuporis ſanciendo, vt dictitabant, fœderi, conuiuium adiicit, tractáque in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam, &c.*

77 TANTIDEM quaſi fœta canes ſine dentibus latrat.] Ita lege,

Tantidem quaſi fœta canes ſit, dentibu' latrat. Sophocles Electra, τοιαῦθ᾽ ὑλακτεῖ. Plautus Captiuis,

Ne canem quidẽ irritatam volúit quiſquã imitarier,
Saltem vt ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent.

Feſtus, *Hirrire, ringere: quod genus vocis eſt canis rabioſæ.* Lucillius de litera R,

Irritata canes quod, homo quam, planius dicit. Icciрco Perſius Caninum vocat,

--ſonat hic de nate canina Littera. Tamen hirriunt & ringunt, cùm iam reſtringunt dentes. Mutiunt verò, cùm incipiunt irritari: Ab eo quod M vel Mῦ videntur edere. Itaque Plautus dixit, *Plautus cum latrãtis nomine.* Eſt enim M. Plautus.

77 NEQVAM, magnus homo.] Μέγας apud Ariſtophanem eſt ſtolidus & ineptus. Quidam etiam ita interpretantur in prouerbio οὐδεὶς, σαπρὸς, μέγας, ἰχθῦς. Videtur tamẽ autor illius acroteleutii hoc ſenſiſſe, Omnis piſcis, quantumvis magnus, nullus eſt, ſi putidus. Icciрco idem eſt apud Plautum, *Nequam eſt piſcis, niſi recens.* Stratonicus verò primus hoc protulit in Simylã quendam magnum & procerum, ſed ineptum & ſtolidum, per parodiam, vt puto, ex quodam poeta: non autem quòd ita poeta ille ſenſiſſet.

77 LANIORVM immanis canes vt.] Homerus eodem modo, --ὄρνιθες ὥς.

77 QVOD latratu ſigna dant, vt ſigna canant.] Non putarunt hunc locum mendoſum eſſe, qui tamen ita legendus eſt: *quod latratu ſigna dant, vt, Signa canunt.--* citat enim illud commatium ex Ennio, vt puto. Sic ſuprà, *Canis, quod, vt tuba & cornu, ſignum cùm dant, canere dicuntur, &c.*

78 CAESA accidiſſet.] Aliis *cecidiſſet:* πεσεῖν.

Μηδ᾽ ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε Τμηθεῖσα πεύκη. Prior lectio magis placet. Ita loquitur ipſe Varro Parmenone, *Cæditur lucus: alia frõs decidit Pallados, platanos ramis: alia trabs pronis in humum accidens proxumæ frangit ramos cadens. Alius teneram abietem ruinis ſolo percellit: alius caballum arboris ramo in humili alligatum relinquit, ferens ferream humero bipennem ſecurim.* Quæ verba quinque exẽplis productis à Nonio diſperſa in hunc modum coniunximus: nonnulla etiam ex manu

ſcripta lectione reſtituimus.

78 IN MEDO. Ennius.] Perperam huc irrepſit nomen Ennius. Sic apud Diomedem ille verſus, *Quis tu es mulier*, &c. falſò citatur ex Medo Ennii, pro Pacuuii.

78 QVI cùm merum fert.] Ex Feſto repone, *Qui cumerum fert.* Etiam annotauit Vertranius.

78 IN QVO quod ſit in miniſterio plerique extrinſecus nectunt.] *In quo quid ſit in miniſterio plerique extrinſecus neſciunt.* Hæc eſt vera lectio. Feſtus ait vtenſilia nouæ ſponſæ in eo reponi ſolita. At apud Græcos, ex quibus hic mos deductus, puer ille ingenuus, quem ἀμφιθαλῆ vocabant, ἐν λίκνῳ, qui hîc dicitur cumera, panes geſtabat, cum hac incentione, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

78 CASMILOS nominatur in Samothrace myſteriis.] Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ (ait interpres Apollonii) τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. τέσσαρες δέ εἰσι τὸν ἀριθμὸν, Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστὶν ἡ Δημήτηρ· Ἀξιόκερσα δὲ, ἡ Περσεφόνη· Ἀξιόκερσος δὲ, ὁ Ἅδης. ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος, Ἑρμῆς ἐστὶν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Mnaſeas iſte, quem hic grammaticus citat, fuit genere Phœnix, & Phœnicum geſta omnia in literas retulit, vt nouimus ex Ioſepho. Etiam ipſius nomen Manaſſes Phœnicium eſt. Quo magis moueor vt καβείρους θεοὺς dicam alios non eſſe, quam Diuos potes. Nam Phœnicia & Syriaca lingua Cabir potem & potentem ſignificat. Porrò de Camillo puero ingenuo vide Plutarchum in Numa, Dionyſium libro 11, qui ait, quem Romani Camillum vocabant à Turrenis Cadolum dictum. Camillus ergo eſt ille, quem Græci παῖδα ἀμφιθαλῆ vocabant, quem patrimum, matrimúmque, & puberem interpretantur. Item oſtendit vetus carmen, HIBERNO POLVERE, VERNO LVTO GRANDIA FARRA CAMILLE METES. Quod Cato expreſſit his verbis, *Agro ſicco per ſementim, agro læto per ver.* Plutarchus in Quæſtionibus Naturalibus ſimile refert prouerbium, Διὰ τί λέγεται, σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύετε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει. Nempe hæc quæſtio pēdebat ex ſuperiori, διὰ τί πυροφόρος ἡ πίων καὶ βαθεῖα χώρα, κριθοφόρος δὲ

μᾶλλον

μᾶλλον ἢ λεπτόγεως;

78 SVBVLO finitimas propter aſtabat aquas.] Puto eſſe ex Sotadico carmine Ennii. Sotadicum facies ſi *aquas* ponas in penultimo loco. Quomodo legitur in Feſto, eſt planè trochaicus ſeptenarius catalecticus: *Subulo quondam marinas propter aſtabat plagas.*

78 SVBVLO.] Forſan apud Macrobium legendum, *Vicem Planipedis, & ſubulonis impudica & prætextata verba iacientis.* Quòd ad tibiam eiuſmodi verſus impudici funderētur. Tamen nolim mutari lectionem vulgatam, quæ habet *ſabulonis*: videtúrque eſſe inſtrumentum citharedicum. Memini enim me legere apud Apuleium, Sabulum eſſe genus organi muſici, ſiue illud ſit pſalteriũ, ſiue cithara, ſiue quid ſimile, quòd fidibus tenderetur, & plectro pinſeretur. Ad illud igitur illa impudica & prætextata verba cani ſolita innuit Macrobius, & nos ſuprà oſtendimus ex Varrone ὄνος λύρας.

Et orthopallica attulit pſalteria,
Quibus ſonant in Græcia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia,
Vt comici, cinædici, ſcenatici, &c.

78 ASTABAT.] Nihil muto. Tamen poterat legi, *aſſabat.* Aſſare tibicines dicuntur, cùm canunt tibia, nulla aliorum voce admiſta: ſicut cõtrà, canere aſſa voce dicuntur, qui nullis admiſtis muſicis inſtrumentis, ſola voce canunt. Ab eo Græcis ψιλοκιθαρισταὶ dicuntur, vt Athenæo libro XII, cùm tantùm κιθαρίζουσιν. Itaque ea dicebantur ἄφωνα κρούματα Pauſaniæ, quæ erant ſine voce. ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι, inquit, προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων, id eſt aſſorum. Nõ enim ſolùm vox dicitur aſſa, quæ ſine tibiis, ſed etiã tibiæ aſſæ, quæ ſine voce. Eſt ergo aſſum, ſolum, merum. Vnde aſſare quoque veteres poetæ dicebantur, cùm in vnum ſolum hominem poema condebant. Et illa poemata dicta aſſamenta: vt eſt maxima pars Syluarum Statii: & olim Saliorum fuit. Erant enim aſſamenta Ianualia, Iunonia, Mineruia, priua poemata & carmina, in ſingu-

los eos deos conſcripta. Quod verò ait Nonius, Aſſam quoque apud veteres ſignificaſſe nutricem, ídque difficilis eſſe intellectus, neque ad eam rem vllum veterum producit teſtem : id nos inuenimus alibi apud eundem grammaticum in exẽplo Varronis ab eo adducto, cùm huius verbi *Betere* notionem explicat; *Aſſa non multo poſt, quòd ea parere non poterat mulier, eum betere foras iuſsit.* Hodie enim perperam legitur, *Aſſa nos multos,* etiam in manu ſcripto, quod vidi. Vbi tamen Aſſa non eſt nutrix, ſed adſeſtrix mulier, vt vocatur ab Afranio, quæ aſſidet fœtæ. αἰαγέτειαν vocabant Tarentini. Heſychius, αἰαγέτεια, ἡ τῆς τικτούσης ὑπηρετοῦσα γυνὴ, ἣν Ἀττικοὶ μαῖαν καλοῦσιν. Itaque ſuprà apud eundem malè legitur, αἰαγετρὶς μάζα, Ταραντῖνοι. lege, αἰαγετεὶς, μαῖα. Obſtetricem vocarunt aliter Latini, quòd obſtare pro adſiſtere vſurpabant; vt Ennio occenſi pro adcenſi, & obmoueto, pro admoueto, &c.

78 VERSVS, quos olim Fauni.] Ennius,

--ſcripſere alij rem
Verſibu', quos olim Fauni, Vateſque canebant:
Cùm neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.-- Hoc Ennius iactabundus tacitè iacit in Næuium poetam, qui Saturnio carmine ſecũdum bellum Punicum ſcripſerat. Quod genus carminis ait olim vates & Faunos canere ſolitos, quòd & vetuſtiſſimum id fuerit apud Latinos, ſicuti Saturnus vetuſtiſſimus deus. Vnde veriſimile, Faunos Latinorum (qui erant vt Magi Perſarum, & Bardi Gallorum) hoc genere carminis fari oracula ſua ſolitos.

78 A VERSIBVS viendis.] Mendum eſt. Suſpicor *Vagiendis.*

78 CORPORE Tartarino prognata Paluda virago.] Purus putus Helleniſmus,

Ταρτάρου ἐκγεγαυῖα μελάμπεπλος αἰγαίειρα. Vbi nullo negotio verbum verbo redditur. Pleniùs citatur apud Probum,

Corpore Tartarino prognata Paluda Virago:
Cui par imber, & ignis ſpiritus, & grauis Terra.

Ignis ſpiritus, πυρὸς μένος. Et grauis Terra, βαρεῖα χθών. Eſt

autem, niſi fallor, illa quam alloquitur Iuno apud Maronem,

Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.

78 IN HIS vnum Tartarum appellat.] ὃ καὶ ἄλλοθι καὶ ἐκεῖνος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν Τάρταρον κεκλήκασι.

78 EPEVM fumificum coquum.] Cocum fuiſſe etiam teſtatur epigramma, quod legitur apud Athenæum: quod quia ante nos indicauit eruditiſſimus P. Victorius, non apponam. Tantùm afferam ex Theocrito verſus, quos ipſe Victorius non produxit, in quibus & lixa quoque inducitur Epeus. Leguntur autem ἐν πελεκυδίῳ Theocriti,

Οὐκ ἐναρίθμιος γεγαὼς ἐνὶ προμάχοισιν Ἀχαιῶν,
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμα κόμιζε δυσκλεής.

Loquitur de Epeo.

79 ORATOR ſine pace redit, regique refert rem.] Iſte orator, qui redit ἄπρακτος, eſt proculdubio Cineas, legatus Pyrrhi regis: quem Senatus pace infecta ad Pyrrhum remiſit. Plutarchus in Pyrrho, Καὶ τὸν Κινέαν ἀποπέμπουσιν, ἀποκρινάμενοι, Πύῤῥον ἐξελθόντα τῆς Ἰταλίας οὕτως, εἰ δέοιτο, περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας διαλέγεσθαι. quod ex autoritate Appii Claudii Cæci feciſſe Senatum paulò antè ſcribit. Qua de re extant luculenti verſus Ennii,

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementi ſeſe flexere via? Sunt enim ex oratione Claudii Cæci, quam Ennius verſibus, & Plutarchus Græcè reddidit, ita vt eadem verba expreſſerit, cùm ait, ποῦ γὰρ ὑμῶν ὁ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους θρυλλούμενος ἀεὶ λόγος; Et quæ ſequuntur.

79 QVI verba haberet orationum.] Lego, *rationum.* Et, ADVERSVS eum quod legebatur.] Lego, *quò legabatur.* Apage correctiones Vertranii, qui *belligerabatur* legit. Quaſi legati nō poſſint mitti, niſi ad eos quibuſcum bellum eſſet. Quod omnino falſum eſt.

79 CVM res maiore ratione legebantur.] *Cùm à Rep. maiore ratione legebantur.*

79 ORATORES doctiloqui.] ἠπύται Homero.

79 OLLVS letho datus eſt.] Feſtus citat, OLLVS QVIRIS LETHO DATVS EST. M. Cicero in

De Legibus, *Manium iura ſancta ſunto. Hos letho datos Diuos habēto.* Veriſimilior eſt Priſciani opinio: Varronis, acutior. Ille à Leo, leui, letum ducit: Varronis verò mens eò ſpectat, quòd veteres abſtinebant mortis mentione, ne cogerentur δυσφημεῖν. Itaque abitionem pro morte dicebant, vt Græci οἴχεσθαι. Et eodem modo lethum, quaſi λήθην. Et cùm aliquem vita ceſſiſſe indicarent, non id proprio nomine dicebant, ſed tantùm hoc, VIXIT. Plutarchus Cicerone, φθεγξάμενος δὲ μέγα, Ἔζησαν, εἶπεν. οὕτω δὲ οἱ Ῥωμαῖοι οἱ δυσφημεῖν μὴ βουλόμενοι, τὸ τεθνάναι λέγουσι. Quæ ratio ſimilis cùm dicebant πλείονας ἀντὶ τῶν τεθνηκότων. Ariſtophanes ἐκκλησιαζούσαις,

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Gloſſema νεκρῶν. vbi tamen tranſpoſitum eſt gloſſema in textum. Oſtendit item ſepulcreti appellatio, τὸ πολυάνδριον. Item mortuos meliori ſcæua & omine dicebant μακαρίτας. Horatius, *omnes compoſui felices*, id eſt μακαρίτας. Plinius libro XXVIII, *Cur ad mētionem defunctorum teſtamur memoriam eorum à nobis non ſollicitari?* Quæ ſuperſtitio & vulgò apud nos inualuit, & Iudæorum etiam veterum commentariis frequentiſſima eſt.

79 MENSAS conſtituit, idem ancilia.] Qui legunt *menſes*, ſpectant ad mēſes additos à Numa Pompilio, & meliori ordine digeſtos. Qui verò *menſas*, quòd eſſent menſæ curiales, ad quas vnaquæque Curia ſua ſacra faceret, quæ videntur conſtitutæ à Numa: quanquam Dionyſius vult à Romulo. Eæ Anclabræ, ab anculando, id eſt miniſtrando, & Aſſidelæ dicebantur. De quibus forſan Næuius libro III belli Pœnici,

At poſteaquam auim de templo Anchiſa ſpexit,
Sacra ordine in menſa penatium deorum
Ponuntur: Victimam auream polcram immolabat.

Citat Probus. Ita autem ſcripſerat Ennius,

Menſas conſtituit, idémque ancilia primus,
Libáque, fictores, argæos & tutulatos.

79 SATVRNIO in carmine.] Ita legēdum, *Quod ea arma Vt Thracū inciſa, Vt Saturnio in carmine.* Quòd nimirum in Saturnio carmine armorum anciliorum mentio fuerit. Alioqui ineptū erat Heroicum ſequen-

tem vocare Saturnium qui eſt hexameter.

80 E SCIRPEIS virgultis.] Vetus erat ſcriptura *è ſcirpeis*, pro *ſcirpis*. Ignari homines putarunt aliquid deeſſe, quaſi ſcirpeis eſſet adiectiuum. Quare inducenda ea vox.

80 TVTVLATI.] Placiades id intelligit in Virgilio,

Et caput ante aras Phrygio velatus amictu. Poteſt & videri in Statio, *Lanea cui Phrygij coma flaminis.*

80 IN SACRIS capitibus.] Quaſi alia capita haberent, non vnum tantùm. Legendum *in ſacris apicibus*. Idē error lib. I I I I, vt indicauimus ſuo loco. Quis neſcit pilea ſacerdotū apices vocari? Dionyſius lib. I I, Καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συνηγμένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες καλοῦσι κυρβασίας. Eſt autem à parte totum. Nam apex propriè erat inſigne, id eſt faſtigium, quale hodie in pileis honorariis Doctorum, quos vocant. Nam totus pileus, vel potius velamēta, flammeum dicebatur. Vnde Flamines dicti. Idem Dionyſius, Οὓς ἀπὸ τῆς φορήσεως πίλων τε καὶ στεμμάτων (ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι, φλάμινα καλοῦντες) οὕτω προσαγορεύουσι. Porro deſinebat in conum, vnde Apex dictus. Summum autem faſtigium vocabant Tutulum. Addebatur virgula ex felici arbore, quæ in Flaminibus dicebatur Stroppus, in Flaminicis Inarculum. Totus Apex filo laneo velabatur: dicebatur Apiculum. Ab hoc putat quaſi filamines dictos Varro. Infra mentum pertinebant amenta, quæ pileum retinebāt: eæ dicuntur Offendices, quòd ſe mutuò offenderent, & conuenirent. Solius tamen Flaminis Dialis pileum dicebatur Albogalerus: fiebat enim ex hoſtia alba, Ioui cæſa, quæ dicebatur Idulis: de qua Ouidius,

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

80 AB EO, quòd matresfamiliâs crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent vti velatos, dicunt tutulos.] Meliùs, *elatos*. Tutulus in fœminis qui hîc vocatur, dicebatur κόρυμβος Athenienſibus, à Cypriis κορδύλη, à Perſis κιδάριον. Lucanus de hoc ſentit,

Turritáque gerēs frōtem matrona corona. Iuuenalis,

-tot adhuc compagibus altum
AEdificat caput- Papinius,
-celſos procul aſpice frontis honores,
Suggeſtúmque comæ-

80 ET QVOD eſt, tunc cæpit memorari. Simul cata dicta accipienda acuta.] *Et quod eſt:*
-Tunc cæpit memorare ſimul cata dicta. accipienda acuta. Nam quî conſtare poteſt vulgata lectio editioni Romanæ & Vertranio?

80 TVNNO capto corium.] Tantæ ſunt horum verſuũ maculæ, vt & illos pretereunti magna venia, & conanti emẽdare par gloria deberi poſſit. Id quod multùm me conſolatur. Nam ſi aliquid præſtitero, cur nõ acceptum meritò eſſe debet? ſin, quod magis puto, errauero: quid mirum ad tantum ſcopulum offendere? Tamen conandum eſt quomodo has Cyaneas enare poſſimus: quod ſatis commodè fiet, ſi ita legamus,
Tunnos captato, cordulam exclude: minores
Occidunt, Lupe, ſaperdæ te, & iura Siluri:
Sumen te, atque amia- Ineptum eſt, putare hîc Lupum eſſe nomen piſcis, cùm Varro dicat nomina piſcium horum Greca eſſe. Sed eſt Lupus ille, qui famoſo carmine à Lucillio notatus eſt. De quo & alii quoque verſus Lucillii extant:
-Tubulus ſi Lucius, inquam:
Si Lupus, aut Carbo Neptuni filius- Horatius:
Famoſisque Lupo cooperto verſibus- Perſius,
-ſecuit Lucillius vrbem,
Te Lupe, te Muti &c. Item Lucillius ipſe, per dialogiſmum:
-quid, hæc cùm fecerit?
Cum cæteris reus vnà tradetur Lupo.
Non aderit. Ἀρχαῖς *hominem &* στοιχείοις *ſimul*
Eum priuabit. Igni & aqua interdixerit,
Duo habet στοιχεῖα. *Id maluerit: priuabit tamen.* Hortatur ergo hũc Lupũ εἰρωνικῶς, vt relictis minoribus piſciculis illis, vt ſunt cordilæ, & ſaperdæ: tunnos, ſiluros, & amias immanes piſces conſectetur. Manifeſtò irridet illius rapacitatem.

80 TVNNO capto.] *Capto* perperam, pro *captato*. Idem mendum in Varronis exemplo ἐπὶ φακῇ μύρον.

Nec multinummus piſcis ex ſalo captus
Elops, neque oſtrea illa magna captata
Quiuit palatum ſuſcitare. Nam hodie malè apud Nonium *capta*. Etiam nos in eodem exẽplo *multinummus* reſtituimus, vt in libris De re ruſtica, multinummi muli.

80 PISCIVM nomina, eorúmque è Græcia origo.] Librarius ignarus Græcarum literarum, vt apparet, multùm deprauauit hos verſus Lucillii. Quod & idem commiſſum eſt in verſibus Ennii, ἰχθυοφαγικοῖς, qui leguntur apud Apuleium: vbi maxima ex parte piſcium nomina Græca corrupta ſunt. Quos tamen emendandos relinquo eruditis viris. Id quod fieri poterit ex poetarum macellis: ita voco qui citantur apud Athenæum piſcinarii & culinarii poetæ. Non tamen prętermittam verſus, qui adducũtur à Feſto, vbi & piſcium nomina Græca mirum in modum deprauata & luxata ſunt: qui ita reſtituendi ſunt,

Muriatica autem video in vaſis ſtanneis.
Bonam naritam, & camarum, & tagenia,
Echinos fartos, conchas piſcinarias. Muriatica vocat τὰ ταριχηρὰ, quæ in muria Thaſia ſeruabantur. Ea ita deſcribuntur in Pœnolo:

Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur,
Sine omni lepore & ſine ſuauitate,
Niſi multa aqua & diu macerantur,
Olent, ſalſa ſunt, tangere vt nõ velis. Narita dicitur oſtrei genus, quæ νηρῖται à Græcis. Camarum ſcriptum eſt vno, *m*, veteri conſuetudine: etiam apud Heſychium κάμμαρον. Tagenia, ſunt piſces, qui & ταγηνισταὶ, qui & ipſi ἐν ἅλμῃ ἐμβαφθέντες ἐπηνθρακίζοντο. Vide Athenæum. Echinos fartos vocat, qui farciebãtur, hoc eſt saginabantur in viuariis, ſicut conchas piſcinarias, quæ in piſcinis. Atque adeò Muriaticorum nomine Plautus piſces omnes eos, qui ab eo enumerati ſunt cõprehẽdit. Et ne dubites de hac correctione, audi quę Plin. li. XXXI, cap. VIII, de ea re ſcribit: *Sic halex*, inquit, *peruenit ad oſtreas*,

echinos, Vrticas, cammaros, mullorum iecinora: innumeriſque generibus ad ſaporem gulæ cæpit ſal tabeſcere. Satin' apertè eoſdem piſces inter muriatica (id enim eſt halex, τὸ τάριχος) recenſuit, quos Plautus? Quare tam boni verſus in ſitu & ſqualore relinquendi non erant. Nunc ad rem.

80 QVAEQVE cæruleo freto orta nare cæpta, Caua cortina dicta, &c.] Hîc placet Italis deeſſe quædã. Sed eos decepit perturbatus ſenſus: quem ſi aperuero, oſtendam hîc nihil deeſſe. Cùm ita legendum ſit: *Quæque freto caua cæruleo cortina receptat. Cortina dicta, quòd &c.* Intelligit ergo Ennius, quæcunque continentur ὑπὸ τῇ οὐρανοῦ σκέπῃ, vt loquuntur poetæ. Vereor autem ne cum aliis, quos ſuprà poſuimus, coniungendi ſint:

Corpore Tartarino prognata Paluda virago,
Cui par imber, & imbris ſpiritus, & graui terra
Quæque freto caua cæruleo cortina receptat.

80 FRETO cæruleo.] Ita περιφραστικῶς vocat cælum propter agitationem. Idem apud Nonium:

Craſſa puluis oritur, omnem peruolgat cæli fretum.

80 Cortina.] Τρίπους & λέβης. Ea eſt propriè, in qua lana ſuffecta ſuccos ebibit. Ab eo vſus eſt metaphora Cor. Tacitus in dialogo, cùm ait in Cortina eſſe. Id contrarium eſt ei quod Græci δευσοποιὸν vocant. Quæ enim in cortina ſunt, nondum penitus imbiberunt ſucum. *At hercule,* inquit, *peruulgatis iam omnibus, cùm vix in cortina quiſquam aſſiſtat, qui elementis ſtudiorum etſi non inſtructus, at certè imbutus ſit, &c.* Non multùm abeſt quod dixit Lucianus, ψαῦσαι λέβητος, Bis accuſato, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔκτοσθε τοῦ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ, καὶ ἐπιχρισάμενοι τῆς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἴονται καὶ οὕτω μεταβεβάφθαι.

80 CORTINA à corde.] Ego puto à rotunditate, quòd, vt cortes, ita hæc rotunda eſſet. Cato in Originib. *Mapalia vocantur, vbi habitant. Ea quaſi cortes rotundæ ſunt.* Sic ὁλοοίτροχοι λέβητες ab eadem ratione dicti, ſi bene memini.

81 QVIN inde inuictis ſumpſerunt perduellibus.]

Locus mendoſus. Puto legendum:

Vindictam victis ſumpſerunt perduellibus.

81 A QVO etiam Turpilius ſcribit veſperum.] Indubitãter lego, *A quo etiam Turpilius ſcribit Veſperã. Itaque dicitur alterutrum. Veſper, id eſt, quem dicunt Græci* ἕσπερον. Non poſſum non multùm conqueri de correctorum audacia, qui hunc autorem iam per tot ſæcula ægrum, multis porro vulneribus confecerunt. Quod tamen dictum velim ſine vlla animi aſperitate & maleuolentia. Nam quid eos mouit huc vocabulorum monſtra infercire, quæ ipſi neſciebant? Vbi enim διέσπερον ſuum inuenerunt? Cur ſi neſciebant quid eſſet, tamen quaſi aliquid eſſet, huc intruſerunt? Sed de his ſatis, ne περὶ σκιᾶς ὄνου.

81 A QVO Turpilius ſcribit veſperum.] *Veſperam*, vt iam admonuimus. Plautus,

Si media nox eſt, ſiue prima veſpera. Nonius, Veſpera fœminino genere: Turpilius Dotata.

Manus meas veſpera oriente clãculum Ferri ad ſpeciem declino.-- ita lego in Nonio.

81 PATREM ſuum optumum appellat ſupremum.] Ita explebitur Saturnius verſus,

Iouem patrem ſuum optumum appellat ſupremum.

81 SOLIS occaſu.] Sol occaſus. SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO.

81 AB EO veteres poetę nonnunquam milites vocant latrones.] Ennius Annali primo:

Hæc ecfatus vbi, latrones dicta faceſſunt. Itẽ alibi,

-fortunas ecquas cæpere latrones

Inter ſe memorent.- Quæ tamem verba apud Nonium luxata & deprauata reperies. Vt λάτρον latronum, ſic ſtips, ſtipatorum eis nomen fecit.

81 DIABATHRA in pedibus habebat.] Ita coniunge:

-riſi egomet caſabundum ire ebrium:

Diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco. Mirum ni ex Lycurgo Næuii.

81 LANAM carere.] Vetus verbũ pro ξαίνειν. Vnde & Carduus, & Carminare. Quare perperam hodie

in Menæchmis legitur *carpere*, cùm & Nonius quoque carere retineat. Carere verò ſine dubio περὶ τὸ κείρειν, ἔκαρον: non vt Varro.

82 OSCA lana.] Eadem & ſolox lana, οἰσύπος, καὶ οἰσυπώτη. Lucillius:

Paſcali pecore, ac montano, hirto, atque ſoloce. Paſcale pecus τὸ εἰκαῖον, καὶ νομαδικὸν, vt paſcales gallinæ. Alii legunt paſſales, id eſt εἰκαίως. paſſim τὸ εἰκῆ. Montanum id eſt ſentum & ſequalidum, qualia in montibus pecora. A quo ὀρφνὸν ἱμάτιον ex lana ſquallida, & non carminata. Pollux, τὸ δὲ ἀκνάμπτον ἱμάτιον οἱ μέσοι κωμικοὶ, ὥσπερ ἐν ὄρει εἰργασμένον, ἤτοι οὐκ ἐγναμμένον, καλοῦσιν. Hirtum itidem vocat ſqualidum. Columella, *Diſsimilem rationem poſtulat hirtum, atque Tarentinum.* Vir eruditus Beroaldus putat idem eſſe Tarentinum & hirtum, magno ſanè errore. Quis neſcit ita loqui Latinos? Diſſimilem naturã pecus habet atque homo. Plautus, *Illi ſunt alio ingenio atque tu.* Ergo pecus montanum, paſcale, hirtum, atque ſolox opponitur μαλακοῖς προβάτοις, qualia erant in agro Tarentino, quæ, vt mollioris velleris eſſent, pellibus tegebantur. Ab eo dixit Horatius *pellitas oues Galeſi.* Polybius in excerptis lib. IX, ἔχων πρόβατα μαλακὰ τῶν εἰθισμένων περὶ τὴν πόλιν τρέφεσθαι. Interpres ineptè vertit debiles. Ælianus in Epiſtolis, τὴν οὖν τὴν τὰ μαλακὰ ἔρια ἣν ἐπαινῶ πρὸς σὲ, παρ᾽ ἐμοῦ πρόσδεξαι. In Laertio dicuntur πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα. Columella vetat oues pellibus amiciri feſtis diebus. Hæ pecudes, quia tenerrimis paſcuis alerentur, dicebantur apud Rhodios διακαλαμόσαρκες, ἤγουν τὴν καλάμην τῶν σπερμάτων ἐπιβοσκόμεναι. *Luxuriem ſegetum ſumma depaſcit in herba.*

82 AGERRA.] Γέῤῥα, crates. Etiam faſcinos & pudenda interpretatur Nonius. Heſychius, γέῤῥα, τὰς σκηνὰς καὶ τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα.

82 ADSCRIPTIVI.] Varro de Vita pop. Ro. lib. III, *De adſcriptiuis, cùm erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum haberent numerum, accenſi vocabantur. Eoſdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis, & lapidibus, iis armis, quæ*

ferrentur, non quæ tenerentur. id eſt, τηλεβόλοις βέλεσι, καὶ οὐ σχεδίοις, καὶ σταδιαίοις, ἀγχεμάχοις.

82 ARMA, quæ ferrētur, vt iaculum.] Τὰ τηλεβόλα, vt iam diximus.

82 VBI rorarij eſtis?] *-ſequimini*

Me hac ſultis legiones omnes Lauernæ. Vbi rorarij

Eſtis? En ſunt. Vbi ſunt accenſi? Ecce- prius membrum inuenies apud Feſtum.

82 POTEST ab arbitrio.] Varro vult accenſos dictos ab arbitrio: quòd Cenſere olim ſignificaret arbitrari. Sic de Vita po. Ro. *Itaq; quòd hos arbitros inſtituerunt populi, Cenſores appellarunt. Idem enim valet cenſere & arbitrari.* At Rerum humanarum lib. x x, *Conſules ac Prætores qui ſequūtur in caſtra, accēſi dicti, quòd ad neceſſarias res acciantur, velut accenſiti.* Vbi vides inconſtantiam Varronis. Quare ita obſcurum hunc locum, vnde ſatis dignè non ſe extricauit Vertranius, legito: *Poteſt id ab arbitrio eius (nam inde arbitrium) cuius miniſter.* Accenſus, inquit, poteſt dictus eſſe ab arbitrio eius, cuius miniſter. Nam arbitrium inde eſt, nimirum à cenſeo: quòd verbum illud Cenſeo, & Arbitror idem poterat ac valebat, vt idem ſcripſerat Rerum humanarum lib. x x, Neque Itali, neque Vertranius, audiendi ſunt, qui aliter legunt.

82 PACVVIVS: Deum triportenta.] Poſt hæc verba hiatus eſt. Neque mendum eſt, ſed lacuna.

82 IN Corollaria.] Corollaria, στεφανόπωλις. Eſt autem fabula Næuij, vt citatur à Soſipatro. Verſum autem illum, quem intelligit Varro, eſt hic,

Diuidiæ mihi fuerunt te abfuiſſe deſiduo. Extat apud Placiadem interpretem priſcarum vocum. Tamen apud illum citatur ex Varronis Corollaria, vt verear ne hîc ille verſus deſideretur. De quo tamen eruditus lector iudicauerit.

82 DIVIDIA.] Attius Phœniſſis,

Viciſſitatémque imperitandi tradidit,

Ne eorum diuidiæ diſcordes diſſipent

Diſturbent tantas, & tam opimas ciuium

Diuitias- Hæc nos non ſolùm correximus, ſed

etiam diuulſa conglutinauimus. Tamen tantùm Euripides dixerat,

Ξυμβάντ᾽ ἔταξαν, τὸν νεώτερον πάρος

Φεύγειν ἑκόντα.- Quid vetat & alia conferre? Intelliges quantum variauit ab eo quem vertendum ſuſceperat. Euripides enim,

Σκυλεύματ᾽ εἴσω τειχέων ἐκπέμπομεν,

Ἄλλοι δὲ τοὺς θανόντας Ἀντιγόνης μέτα

Νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ᾽ οἰκτίσαι φίλοις. Quàm enim recedit ab illis veſtigiis?

Vbi nunc voſtra mœnia, & omnis ſaucios

Conuiſit, vt curentur diligentiús. Illa verò non tam licenter,

-πολύδακρυς τ᾽ ἀφικόμαν

Χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν,

Γυμνάσιά θ᾽ οἷσιν ἐνετράφην, Δίρκης θ᾽ ὕδωρ. Nam quædam ex illis hodie extant,

Delubra cælitū, mari ſanctitudines. Et illa ſatis bene:

-οὔτε γὰρ γέρας πατρὶ

Οὔτ᾽ ἔξοδον διδόντες, ἄνδρα δυστυχῆ

Ἐξηγρίωσαν--Sic enim vertit:

Incuſant vltro, à fortuna, opibúſque omnibus

Deſertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.

Vbi expectorare ex animo, ἐξαγριοῦν, efferare. mirum genus loquendi. Sic apud Ciceronem vetus Tragicus

Tum pauor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. hoc eſt,

Ἐξίσταμαι τε καὶ παραφρονῶ φόβῳ. Gallicè, *mettre hors du bon ſens.* Porro in his vertendis ſatis animum intendit, quæ ſequuntur. Euripides,

Σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας, οὐ μή ποτε

Σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν.

Ἀλλ᾽ ἐκκομίζου-- Ex Attio ſeparata hæc cōiunximus:

Iuſsit proficiſci exilium quouis gentium,

Ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.

Egredere, exi, effer te ex vrbe, elimina. Quæ data opera hîc ſcripſimus, vt eſſet, quo interim lectores animum ex tam minutis animaduerſionibus poſſint reficere, dum difficultati huius laboris conſulimus, &

illam interdum condimus mitioris & iucundioris le-ctionis voluptate. Non deerunt tamen, quorum palato hæc non faciant: nec mirum: πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι.

82 IN Phagone.] Eius fabulæ nemo veterũ, quod ſciam, meminit. Eſſet Latinè Comedo, vel Lurco, vel Gumia, vel Manduco, vel Rapo. Varro, *cùm hic rapo Vmbram quoque ſpei deuoraſſet.* Rapo, id eſt propriè ἀδηφάγος. Apud Vlpianum, *Trebatius ait non eſſe morboſum, os alicui olere, Vt hircoſum, ſtrabonem*: hoc enim ex inluuie oris accidere. Ego ἀναμφισβήτως lego, *Vt lurcoſum, raponem. Hoc enim ex ingluuie oris accidere.* Ingluuiem vocat τὴν ἀδηφαγίαν, ex qua oris graueolentia conflatur, vt in Leone notat Ariſtoteles. Etiam hircoſus defendi poteſt. Eſt is, cui os ex fœda & deteſtabili libidine olet. Eiuſmodi enim vocabantur Hirci. Catullus,

-& putare cæteros hircos. Et in dicto Atellanæ,

Hircus Vetulus naturam capreis ligurit. Quo fœditas oris hirſuto & olido ſeni Tiberio exprobrata eſt. Item dicebantur ſpurci, & ſpurco ore Græcè ἀσελγεῖς. Et ſpurcæ tempeſtates, Græcis dicuntur ἀσελγεῖς, ἤγουν σφοδραί. Athenæus, λέπεσθαι, ἐπ' ἀσελγοῦς καὶ φορτικῆς δι' ἀφροδισίων ἡδονῆς. vocat ἀσελγῆ ἡδονὴν eorum, qui id faciebant. Nam ἀσελγεῖς illi, qui hoc patiebantur, dicebantur λέπειν. Latinè Glubere. Catullus,

Glubit magnanimos Remi nepotes. Budæus aliter interpretatur, ſed (pace tanti viri dixerim) perperam. Hæc latiùs à nobis dicta ſunto, vt totum Vlpiani locũ illuſtraremus: quia maximus vir non ſatis dignè inde ſe explicare potuit.

82 IN Paraſito pigro.] Ea fuit Plauti fabula: &, ni fallor, Græcè λίπαργος inſcripta fuit. Priſcianus citat ex Plauti Lipargo hæc,

Nil moror mihi fucum in alueo apibus qui peredit cibum. Quæ manifeſtò dicta ſunt in paraſitum pigrum. Heſiodus,

Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς

Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμήν.

Οἵτε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ Ἔσθοντες, &c.

82 TRAMES.] A trameando, quòd ſcilicet tranſuerſi ſcandãt vias rectas. Ab eo Plautus Moſtellaria videtur dixiſſe, *Ambo poſtes ab infimo trames ſecat.* Quòd qui cæſi ſunt intempeſtiui poſtes, diffindi ſolent, & hiare. Sed mihi diligentius conſideranti videtur legendum *tarmes*. Is eſt Vitruuio, qui θρὶψ Græcè vocatur, vt intelligat vermiculatos, & θριπηδέστους. Iam ſecare, & cædere aptum verbum ei rei. Lucillius,

Lanæ opus omne perit, ſquallor, tineæ omnia cædunt.

Nam Græcè κόπτειν, vt κόπτεσθαι ὑπὸ σέων. Ariſtophanes Lyſiſtrata. Et Theophraſt. ἱστορ. lib. IIII, κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον, ἄκοπα διατηρεῖ. Itaque puto *Tarmes* non *Trames* legendum in Plauto.

82 IN fugitiuis.] Putant eſſe comœdiam Plauti: ſed falluntur. Eſt enim Turpilij, quæ alio nomine inſcripta erat Leucadia. Trãſlata eſt ex Alexide, qui ſubinde citatur ἐν Λευκαδίᾳ ἢ δραπέταις.

82 AGE AGE ſpecta.] Lego: *Age age ſpecta: vide vibices quantas. Iam inſpexi: quid eſt?* Eſt quadratus iambicus.

82 VIBICES.] ἴβυκας Græci vocant στιγμάς. Heſychius. Inde vibices.

82 EXCITATVM verberibus corpus.] Hinc Plautus vibices vocat prægnantes plagas.

82 IN Ciſtellaria.] Infinitis propè locis Plautum in Ciſtellaria citant grammatici: cùm tamen quæ ipſi adducunt teſtimonia, deſiderentur in ea, quæ hodie extat eius nominis fabula. Vnde quidam pro Clitellaria, Siſennaria, aut neſcio quid nugarum, ſubſtituendum putarunt. Sed non ita faciundum erat. Paruum mendum eſt, quod huius fabulæ titulum occupauit. Nam *Clitellaria* pro *Ciſtellaria* legendum. Facilis verò fuit lapſus, vt in Ciſtellariam notiſſimam fabulam degeneraret. Eſt autem eadem atque ea, quam Græco tituló inſcripſerat Aſtrabam. ἀστράβη enim clitella. Sic inuenies eundem Plautum citatum in Lipargo, & Paraſito pigro: Terentium in Heautontimorumeno, & ſeipſum

excruciante, vt apud Ciceronem: Cæcilium Nauclero vel portitore: Oboloſtate, vel fœneratore: Harpazomene, vel rapta: Hypobolimæo, vel ſubdititio: Laberium Cropio vel Sarcularia: Beloniſtria, vel Frugione: Scylace, vel Catularia: Pomponium Hetæriſca, vel proſtibulo: Varronem κριομαχίᾳ, vel Caprino prælio. Quæ cùm ita ſint, iam ſatis confirmata eſt iſta coniectura noſtra, ſi ad reliqua pergamus.

82 NON quaſi, vt hæc ſunt hic limaces liuidæ.] Meliùs, *ſumtuis limaces liuidæ.*

82 LIMACES.] A limace, vt apparet, quæ folia plãtarum, & olera corrodit. Eiuſmodi ſunt meretrices, quæ miſeros amantes κατεσφαγοῦσι. A quo illa apud Menandrum meretrix dicitur Αἴξ. ἐπεκαλεῖτο δὲ

Αἴξ, ὅτι μέγαν κατέφαγε τὸν ἐραστήν ποτε Θαλλόν. Vel potiùs à limando. Nam Græci quoque τὸ ῥινοῦν in eadem ſignificatione vſurpant. Ælianus, καὶ ὁ μὲν τοῦ Μενάνδρου Θήρων (nomen eſt paraſiti) μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους, φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχεν. Vbi etiam eleganter περὶ τῆς φάτνης. A quo dixit Plautus de Paraſito, *recepit ſe in præſepim ſuã.* Itaque limaces meretrices, à limando.

82 DIOBOLARES.] Sunt ita digerendi verſus hi,

Non quaſi vt hæc ſumtuis limaces liuidæ,
Diobolares, ſchœnicolæ, miraculæ,
Cum extritis talis, cum crotilis cruſculis,
Capillo ſciſſo, atque excisſatis auribus.

Quòd ſecundus verſus ſit ex Clitellaria, non Neruolaria, vt falſò putant quidam; vel hoc vno cognoſcimus: In Fragmentis Feſti mutilatis, vbi differitur, quæ ſint ſcœnicolæ meretrices, verſus hi duo continui citabantur, *Diobolares, ſcœnicolæ, miraculæ, Cum ex tritis talis, &c.* Priſcianus verò citat ex Ciſtellaria illum, *Cum extritis talis, &c.* ergo ſunt illi duo ex eadem fabula Clitellaria. Quartum verò ex Ciſtellaria adductum inueni: ſed perperam, vbique pro Clitellaria. Quem cum cæteris coniungẽdum eſſe, nemini dubium eſſe debet. Quæ quanuis ſatis erant ad fidem faciendam ſententiæ noſtræ: tamen maior huic cumulus acceſſerit, ſi ea, quæ citan-

tur ex Aſtraba, cum illis quæ ex Ciſtellaria falſò pro Clitellaria adducuntur, coniungamus. Cuiuſmodi ſunt hæc,

-q uaſi tolleno, Vel
Pilum Græcum reciproces plana Via.
Quæ niſi ſit biteris, nimium is Vegrandi gradu.
Pol ad cubituram, mater, mage ſum exercita.
Reliquum, ad curſuram ſum tardiuſcula. Quæ nõ dicam quàm conueniunt, ſed quàm elegantia ſunt. Sed enarrandi ſunt, quos ſuprà coniunxi.

82 DIOBOLARES.] Puto fuiſſe in Græco,

Διώβολοι, καὶ μορμόνες, χοινοτρίβες. Diobolares. Plautus Pœnolo,

Seruolorum ſordidulorum ſcorta diobolaria. Ad verbum eſſet,

Δουλαρίων οἰκοτρίβων κασαλβάδες διώβολοι. Pacuuius apud Placiadem,

-non ego ita fui,
Vti nunc ſunt meretrices diobolares, ſuam
Quæ nummi cauſſa paruipendunt gratiam. Dicebantur & βλιτάδες in contemptum. Βλιτάδες, inquiunt grammatici, αἱ ἀτελεῖς γυναῖκες, id eſt, Nugatoriæ mulieres, vt vocat Feſtus. Plinius: *Blitum iners Videtur, ac ſine ſapore, aut acrimonia Vlla. Vnde conuicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti.* Plautus, *Lutea, blitea meretrix.* Apud Catullum,

Non aſsis facis oblitum lupanar. Lege,

Non aſsis facis, ô blitum, lupanar. id eſt, O blitũ, ô lupanar, non curas. Lupanar enim etiam vocauit, vt Lucillius, *-carcer Vix carcere dignus.* Et Terentius, ſcelus pro ſceleſto. Martialis, vitium pro vitioſo. Virgilius *-Et crimine ab Vno Diſce omnes.* Crimine ab vno, id eſt, ab vno reo. Ariſtophanes, ἐν κύκλῳ τὰ νοσήματα σκοπῶν, id eſt, τοὺς νοσηλούς. Itaque lupanar eleganter pro meretrice. At alij aliter.

83 SCHOENICVLAE.] *Schœnicolæ*, legendum: Extat & in Plauti Pœnolo. Sed ibi falſò legitur *cænicolæ.*

83 MIRACVLAE.] Φόβητρα planè exprimi puto, &

μορμόνας

μορμόνας. Niſi intercederet Varronis autoritas, legerem, *muricolæ*, pro *myricolæ*, μυρτεῖβαι, vel μυρτεῖβεις. Poſſent & Miraculæ eſſe à miraculis. *Miracula, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur.* Autor Feſtus. Inde Catullus monſtra pro eodem dixit, *Sed tu cum copone omnia monſtra facis.*

C V M extritis talis.] In aliis legitur *extortis*. Inter laudes mulierum καλλιπλόκαμος, καὶ καλλίσφυρος. Sicut contrà inter vitia, Compernis, & valga, & vatia. Lucillius libro X V I I,

Num cenſes καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον *vllam*
Non licitum eſſe vterum, æquè etiam inguina tangere mammis?
Compernem aut varam fuiſſe Amphitruonis ἄκοιτιν
Alcmenam, atque alias, Helenam ipſam deniq; nolo
Dicere. tute vide, atque diſſyllabon elige quoduis.
Τὴν δὲ πίκεραν *aliquam rem inſignem habuiſſe,*
Verrucam, neuum pictum, dẽtem eminulum vnum.

Qui erant extritis talis, λαγαπόδιαι ab Athenienſibus dicebantur. Quanquam nonnulli dicunt λαγαπόδιας eos eſſe qui δρεπανώδεις habebant πόδας. Vt ii ſint, quos Falcones à veteribus vocatos eſſe teſtatur Feſtus.

C V M crotilis cruſculis.] Feſtus legit *crocotilis*. At altera lectio melior. ſiquidem Crotilum vocabant exile & tenue. Videtur κροτίλος fuiſſe vt κωτίλος. Inde compoſitum Succrotilus. Titinnius,

Feminea fabella, ſuccrotila vocula. Ecce autem incõſtantia lectionis. In aliis enim legitur *todellis cruſculis*, etiã in Feſto ipſo. *Todi*, inquit, *genus auium paruarum*. Et putat ab illis cruſcula exilia, & tenuia, todella dici. Sanè non caret ratione: Nam ſimili tranſlatione Eubulus Comicus dixit σκέλη κοψίχου, ab ea minuta auicula ſcilicet. Ita enim ait,

Ἡ Θεανὼ δ᾽ οὐχὶ στρουθὸς ἐστὶν ἀποτετιλμένη;
Βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικὸς, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου;

Nunc redeo ad Varronem.

83 A B S C H O E N O nugario vnguento.] Nugario potuit dicere, quòd toti χλιδῶνες muliebres, quæ vulgò Iocalia vocamus, veteribus dicebantur Nugæ

muliebres. Plautus Aulularia,

Vbi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus. Pollux lib. v, καὶ ἄλλους δέ τινας κόσμους ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι λῆρον, ὄχθοιβον, σκέληθρον. Etiam λῆροι, inquit Heſychius, τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κὶ χρυσωμάτια. Et in vi Epigrammatum,

-καὶ λῆρον οἱ χρυσοῖ κάλαμοι. Petrus Victorius repoſuit *nugatorio* ex veteris ſcripturæ autoritate. Id erit futili, καὶ καταφρονητῷ. vt nugatorias mulieres vocat Feſtus τὰς εὐτελεῖς, καὶ εὐκαταφρονήτους.

83 IBIDEM Scrantiæ.] Lege, *Idem Neruolaria: Scranctiæ.* Veteres excuſi habebant, *Idem in eruolaria.* Ex eo igitur reſtituenda vera lectio. Hoc ita eſſe teſtatur & Pius Annotationum ſuarũ cap. CCIIII. Similia conuicia in meretrices, vt in ſuperioribus: quod fecit vt ſuperiores verſus ex Neruolaria eſſe putarint propter affinitatem ſententiæ. Itaque hinc eraſerunt nomen Neruolariæ, quòd putarent id ponendum eſſe vbi citatur Ciſtellaria.

83 SCRANCTIAE.] In nonnullis *Scractiæ*. Scracere videtur olim dictum τὸ χρέμπτεσθαι. Quod verbũ & hodie quoque vulgò in Gallia vſurpamus. In Nonio & Feſto manifeſtò legitur *Scraptæ*. Titinius Prilla,

Rectius mecaſtor Piculetæ Poſtumæ

Lectum hodie ſtratum vidi, ſcraptæ mulieris. Quare *ſcraptæ*, pro meretricibus, quaſi deſpiciendæ.

83 SCRVPEDAE.] Quæ ægrè incedunt: ab eo quòd qui per ſcrupos & lapillos incedunt, difficilè ingrediuntur. Quæ ita ægrè conſiſterent, veteres etiã Petreias vocabant. Ego puto melius eſſe vt dicamus Plautum, cùm hæc ex Græco transferret, Græca quædam vocabula reſeruaſſe. Itaque *ſcrupedas*, quaſi *crupedas* dictas, vt tritauus, ſtritauus, &c. κρούπεδα enim, quæ & κρούπεζα, Græcè dicuntur ſculponeæ. A quo homines duris pedibus & ligneis vocabantur κρούπεδοι & κρούπεζοι: quia κρούπεδα, inquit Heſychius, σανδάλια, καὶ ὑποδήματα ξύλινα μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. Deinde τοὺς κρουπέδους interpretans, θέλει οὖν, inquit, δηλοῦν τοὺς τραχεῖς πόδας ἔχοντας.

83 STRITABILLAE.] In nonnullis *ſtrictipellæ.* Eæ erunt quæ ſtringunt cutem, & rugas in facie extẽdunt. Itaque ad id fiebat τετανωθρον, vt vocat Dioſcorides: quod Latinè tentipellium. Titinnius,

-tentipellium

Inducis: rugæ in ore extenduntur tuæ. In aliis legitur *Strictiuellæ*, vt apud Nonium. Erunt quæ pſilothro, pumice & volſellis crebrò vtuntur ad cilia caſtiganda, & cæteros pilos euellẽdos. Vel quæ calamiſtrorum nimio vſu pellem adurunt. Propterea dicebantur Incoctæ mulieres. A qua ratione, qui vibrabant capillos, homines molles & effœminatos vocat Strabo [illegible] lib. XIIII.

83 AB excreando ſcranciæ: ſic adſignificat.] Lego, *Ab excreando: ſcrancia ſiccam ſignificat.* Ariditatem in corporibus mulierum notat etiam Plautus in Curculione,

Tibi qui ſcreanti, ſiccæ, ſemiſomnæ adfert potionem.

Et in Epigrammate,

Quæ ſucco caret, vt putriſque pumex:
Nemo viderit hanc vt excreantem:
Quam pro ſanguine puluerem ſcobémque
In venis medici putant habere.

Hic ergo ſiccæ mulieres, quæ tuſſiendo & excreando exhauſtæ ſunt. Vnde ille in Milite Plauti vult ſcortum ſiccum, ſuccidum: ſiccum, non tamen ſucco carens, & exhauſtum. Ideo ſuccidum, vt Terentius, ſucci plenum. Itaque ſiccam, minimè ſputatricem. Vnde apud Iuuenalem repudiatæ mulieri inter alias cauſſas repudij hæc præcipua velut ſontica aſſignatur, quòd nimium emungeretur,

Iam grauis es nobis, nimiúmque emungeris- Quas cauſſas repudiata quædam apud Afranium à ſe reiicit, cùm ait,

Vigilans, ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria,
Virosa non ſum: &, ſi ſum, non deſunt mihi
Qui vltrò dent: ætas integra eſt, formæ ſatis.

Sunt enim ex Repudiata Afranij. Etſi ſcio in Afranij verbis ſiccam eſſe poſſe pro ſobria dictum: vt apud Plautum in Aſinaria, & Ciceronem in Academicis ſicci homines

pro ſobriis:ſicut cõtrà madidus, & madulſa,pro ebrio. Ita etiam ξηρὸν Græcé. Pindarus apud Plutarchum περὶ σαρκοφαγίας, Γνῶναί τε ἔπειτα αὐγᾶ ξηρᾶ ψυχὰ σοφωτάτα. Et Athenæus lib. I I, ξηρὰν τροφὴν vocat abſtemiam. ἐκ τροφῆς ξηρᾶς οὔτ᾽ ἂν σκώμματα γένοιτο, οὔτ᾽ αὐτοσχέδια ποιήματα.

83 AVRELIVS ſcribit auſcaripedam.] Trãſpoſitio facta eſt, pro *ſcauripedam*. Scauri erant homines prauis fulti malè talis, vt verbis Horatij vtar. Ergo Scauripedæ eædem erũt quæ ſuprà, extritis talis. id eſt non καλλίσφυροι, neque ἀρτίποι.

83 A VERMICVLO piloſo.] Iuuentij ſententia poſtulat vt legatur *Aſcaripeda*. ἀσκαρίδες enim ſunt illi vermes,quos intelligit. Sed, quod cum bona Varronianorum omnium venia dixerim, lumbrici nuſquã in frondibus inueniuntur, ſed ὕλαις potiús. ἀσκαρίδας perperam Gaza Tipullas vertit. Siquidem Tipullæ, non ſunt vermes, ſed potiùs aliud inſecti genus, quod ſemper in riuis & fontibus viſitur,ſumma celeritate ſuperficiem aquæ percurrens. Quas vulgus Aquitanum & accolæ Garumnæ Capras vocant. Itaque dicta ſunt παρὰ τὰ τίφη. τίφη enim τὰ ἕλη vbi eæ verſari ſolent. Varro

-*lenis*

Tipulla lymfõn frigidos tranſit lacus. Ita enim legendum in Nonio.

83 EX EO ab Attio poſitum.] Totus hic locus perturbatus eſt.Ita,meo iudicio,legendus eſt : *Ex eo ab Attio poſitum pro curioſa: itaque eſt in Menalippo: Reÿcias ab te religionem, ſcrupeæ imponas.* Scrupea, ἡ δεισιδαίμων.

83 IN Menalippa.] Legendum omnino, *in Melanippo.* Nam ex Melanippo Attij ſæpe producit teſtimonia Nonius. Ennius verò ſcripſit Melanippam, quam vertit ex Sophocle.

83 REIICIS abs te religionẽ.] Meliùs, *Reÿcias.* Reiicit à ſe religionem, qui omen ad alium transſert. Sicut contrà obiicere religionem, ἐπισφάσαι: nimirum ex obſeruatione ominis δεισιδαιμονίαν incutere. Plautus Mercatore: *Religionem illic obiecit: recipiam me huc.* Sic Horatius religionem obiicit Galateæ profecturæ, ab omine: ſcilicet ab éxemplo Europæ. Suetonius dixit

afferre religionem. *Fuere, inquit, qui proficiſcenti Othoni moras, religionémque nondum conditorum anciliorum afferrent.*

83 SCRITARE.] In veteribus excuſis *Stritare.* Erit à terendo Tritare, & Stritare, vt ſtritauus: id eſt διατρίζειν, καὶ βαμβακίζειν. A quo nonnulli Hiſpani dicunt hodie *Bambanear.* Latini veteres dicebant talipedare. Et Attas, qui ita ægrè incederent. Vel potiùs *Structare.* Id erit deriuatum à Struo. vt in XII Tabulis, *Pedē ſtruere*, eſt vix pedem pedi præferre, ait Verrius: hoc eſt, vix γόνυ γουνὸς ἀμείβειν, diceret poeta quidam.

83 AXITIOSAE.] *Axioſæ.*

83 IN Sitelitergo.] Tu meo periculo repone, *in Scythe liturgo.* Hæc fabula tranſlata eſt ex Antiphane, quem citat Athenæus ἐν σκύθῃ. λειτουργοὶ verò καὶ δημόσιοι ὑπηρέται vocabantur Scythæ. τοξόται, inquiunt grammatici, οἱ δημόσιοι ὑπηρέται, φύλακες τοῦ ἄστεος, τὸν ἀριθμὸν χίλιοι. οἵτινες πρότερον μὲν ᾤκουν τὴν ἀγορὰν, μέσον σκηνοποιησάμενοι, ὕστερον δὲ μετέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι καὶ Σκύθαι, καὶ Σπευσίνιοι, ἀπὸ Σπευσίνου τινὸς τῶν πάλαι πολιτευομένων, συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς. Apparet, apud Græcos, Scythas eũdem ordinem tenuiſſe, quem apud nos Germani in ſtipandis Regum & Principum corporibus. λειτουργὸς quoque Σκύθης introducitur ab Ariſtophane ἐν ἐκκλησιαζούσαις. Quare vera eſt coniectura noſtra. Et falſus eſt memoriæ Feſtus, qui ex Scythe liturgo (ſed & ibi quoque deprauata eſt lectio) citat ea quæ extant in Milite Plauti. Sanè Scythæ λειτουργοὶ nihil aliud erant quàm Stipatores, & qui vocabantur olim Latrones.

83 MVLIERES vxorculauit, ego noui ſcio axioſam. Sic] Vxorculare poterat dictum videri ſicut mulierare. Varro, γνῶθι σεαυτόν, *Et Rex, & miſellus ille pauper amat. Hic ephebatum mulierauit. Hic apud mæchada adoleſcentem cubiculum pudoris polluit.* tamen video hanc eſſe veram lectionem,

Mulier es, vxor. Cuia, vir? Ego noui, ſcio: axioſa es. Hoc enim conuitio irati dimittebant à ſe mulieres, ſicut & hodie quoque ſolemus facere in communi ſermone. Terentius,

Oh pergin' mulier eſſe? Plautus Caſina,

Inſipiens ſemper tu huic verbo vitato abs tuo viro.

CL I. *Cui verbo?* MV. I *foras: mulier es.* -- In Pœnolo,

Tacitiùs tibi reſiſtam, quàm quod dictum eſt malæ mulieri. Rixanti enim & garrienti dicunt, *Mulier es.* Itaque garrientem mulierem malam vocat: quia videtur fuiſſe prouerbium, *Mulier, cùm tacet, bona eſt.* Idem in Rudente,

Eo tacent, quia tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens. Ex illo,

--γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

83 CARBILIVS.] Scribendum *Aur. Opilius.* Nam C hîc adhæſit ex fine præcedentis *Sic.*

83 AXIOSAE.] Feſtus legit *Axies mulieres.*

83 IN GESTIONE.] Poterat legi *in Reſtione.* Is eſt Mimus Laberii. Sed Varro æqualem ſuum non citaſſet, vt puto. Poterat & *AEſchrione.* Ea eſt fabula Cæcilii. Magis placeret *Quæſtione.* Eam ſcripſit Nouius Attellanarum ſcriptor. Sed hodie deſideratur illud teſtimonium in vulgatis Nonii codicibus libro De contrariis generibus nominum. Id autem adducit, vt probet *ſauies* olim pro *ſauiere* dictum fuiſſe. Quare ita repones ex ſcripto codice, *Suauies, pro ſuauiere. Pomponius Munda,*

Ego illam non amplectar? ego non ſauiam? Nonius *Quæſtione:*

Mammas teneas, pedes extollas, congenues, ſauies. Ego quoque id enarrabo. *Congenues* dixit, genua iungas: quod obſcœnum eſt. Item illa obſcœna, *Pedes tollere, & mammas tenere.* Sed poſterius minus animaduerſum. Plautus Pſeudolo, --*vbi mamma manicula*

Opprimitur alia: aut, ſi lubuit, corpora

Conduplicant. - Et alibi,

Papillarum horridularum compreſsiunculæ. Ariſtophanes Pace,

Τί δῆθ᾽ ὅταν ξυνὼν τῶ τιτθίων ἔχωμαι; Euripides Cyclope,

Ἵν᾽ ἔστι τουτὶ τοὐρθὸν ἐξανιστάναι,

Μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου

Ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.-- At ineptus poeta omni abiecta

verecũdia & maieſtate heroici carminis, illam fœditatem etiam ipſis verbis expreſſit, libro IIII, Argonaut.

Ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι, καλὰ μεμαρπὼς
Στήθεα παρθενικῆς Μινωΐδος.-- Hæc ſanè explicãda fuerant, quia hactenus in ſitu latuerant. Non tamen propterea legerim *in Quæſtione*: ſed *in Gaſtrione*, vel, ſi mauis, *Gaſtrone*. In veteribus enim diſertè excuſum eſt *Geſtrione*. Ea fabula verſa eſt ex Antiphane, qui citatur ἐν γάστρωνι ab Athenæo libro X.

83 CERASTRIBOLA vt delũbo obſcœnabis.] *Caro ſtrebola, vitellina eſt: cœnabis*. Ita enim legẽdum mihi videtur. Carnis ſtrebulæ meminit Feſtus: item & Arnobius, *Nonne*, inquit, *placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur?* Videtur κωλῆ dicta à Græcis. ἡ γλουτοῦ ἀγκύλη ὀστώδης. A qua curuatura & verſura dicta Strebula. στρεβλὸς enim Curuus & prauus. Vnde Stribligo deprauata oratio, ὁ σολοικισμός. Videtur eſſe & quòd ſcribit Heſychius. Κέπλαρον, inquit, τῶν ὀπισθιδίων τοῦ βοὸς ἡ σὰρξ ὑπὲρ τὰ ἄρθρα.

83 GRALLATORES.] Nonius, *Grallatores ſunt Calobathrarij* (meliùs κηλοβάται) *Grallæ enim ſunt fuſtes, qui innituntur. Varro, Mutuũ muli ſcabunt*, περὶ χωρισμοῦ: *Grallatores qui gradiuntur, perticæ ſunt ligneæ. Ab hominis quoque viſtæ agitantur. Sic illi animi noſtri ſunt. Colla, crura, ac pedes noſtri, etiam* κινητὰ, *ſed ab animo mouentur*. γύπωνες, vt puto, à Græcis vocabantur. Pollux, οἱ δὲ γύπωνες, ξυλίνων κώλων ἐπιβαίνοντες, ὠρχοῦντο, διαφανῆ ταραντίδι ἀμπεχόμενοι.

83 IN LIBRO qui ſcribitur Nomina barbarica.] *In libro, qui inſcribitur* νόμιμα βαρβαρικά. Sic citatur ἐν Τυρρηνικοῖς νομίμοις ab Athenæo. Sed quare in Barbaricis inſtitutis & legibus, Præficarum meminerat Ariſtoteles? Quia Phryges propriè dicuntur Barbari: eorum autem inuentum Præficæ, & Nænia. Papinius in Epicedio patris,

Vt Pharios aliæ ficta pietate dolores,
Mygdonióſque colunt, & non ſua funera plorant.

Vnde Nænia Phrygium vocabulum, Latinè Leſſus. Pollux, τὸ δὲ νηνίατον, ᾠδὴ μὲν Φρύγιον, Ἱππώναξ δὲ αὐτοῦ μνη-

μονῳδεῖ. Vnde νηνιεῖζειδαιςτὸ θρηνεῖν. Ea canebatur ad tibias, quæ θρηνητικοὶ αὐλοὶ dicebantur. Id quoque Phrygium inuentum, vt etiam Catullus vocarit barbaram tibiam. Varro De vita pop. Rom. libro IIII, *Ibi à muliere, quæ optuma voce eſſet, Pergama laudari: deinde neniam cantari ſolitam ad tibias & fides eorum qui ludis Troicis curſitaſſent. Hæc mulier olim vocitata fuit Præfica vſque ad ſecundum Pœnicum bellum.* In quibus verbis, quæ & corrupta antea, à nobis emendata ſunt, & lacera, conglutinata, apertè indicat Varro hunc morem præficarum manaſſe ex Phrygia in Italiam per comites Æneæ. Statius Thebaidos libro VI, in exequiis Archemori pueri,

Cùm ſignum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia, cui teneros ſuetum producere manes
Lege Phrygum mæſta, Pelopem monſtraſſe ferebant
Exequiale ſacrum, carmenque minoribus vmbris
Vtile, quo geminis Niobe conſumpta pharetris
Squallida biſſenas Sipylen deduxerat vrnas.

Vbi & de tibiæ forma indicatur, & primùm neniam cantari ſolitam in funere infantium. A quo, vt puto, quoddam genus legis puerilis dictum eſt Νηνίατος. Heſychius, νηνίατος, παιδαριώδης νόμος. Horatius,

Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nenia, quæ regnum rectè faciẽtibus offert?

Inde Neniæ dici cœptæ pro friuolis, & nugis. Nugæ etiam erant propriè quæ canebantur in mortuorum laudem. Plautus Aſinaria,

Hæc ſunt non nugæ: non enim mortualia. Etiam origo id declarat. Nam Nugæ Hebraicum & Syriacum vocabulum. Id ſonat mœrorem, ſicut Nenia planctum eadem lingua. Neque enim Phrygium eſt, quod putãt grammatici. In Plauto Nugæ & mortualia vocantur carmina præficarum. Gellius, *Vos Philoſophi mera eſtis, vt M. Cato ait, mortualia gloſſaria: nam qui collegiſtis & lectitaſtis res tetras, & inanes, & friuolas, tanquam mulierum voces præficarum.* Ergo Neniæ Phrygum inuentum, vt volunt grammatici. A quibus Cares quoque id didicerunt. λέγεται δὲ, inquit Pollux, καὶ Φρύγας εὑρεῖν

αὐλὸν θρηνητικὸν, ᾧ κεχρῆσθαι τοὺς Κᾶρας παρ' ἐκείνων λαβόντας· θρηνῳδεῖς γὰρ τὸ αὔλημα Καρικόν. Illud verò μέλος Καρικὸν, quod canebant ad tibiam, conſtabat ex trochæo & iambo. Itaque quæ apud eam gentem id canebant mulieres, vocabantur Καρῖναι, à natione. Heſychius, Καρῖναι, θρηνῳδοὶ μουσικαὶ, αἳ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς ταφὰς καὶ τὰ κήδη· παρελαμβάνοντο δὲ αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες. Quo titulo Menander & Cæcilius comœdiam inſcripſerunt.

84 DECEM coclites.]

-- Decem coclites, ques montibu' ſummis

Ripeis fodere.-- *Ques*, pro *qui*, ἀρχαϊσμός. ita lego. Coclites, quos hîc vocat Ennius, ſunt Arimaſpi, præcipuè cùm de Ripeis montibus agat: in quibus eos conſtituunt Herodotus, & alii veteres ſcriptores. Id nos admonuit vir incomparabilis, quem nôniſi honorificè appellare debemus, Adrianus Turnebus.

84 AB OCVLO cocles.] Non dubium eſt quin à κύκλωψ. Sic duplices Græcorum literas deſinentes Latini mutant in S. κύκλωψ, Cocles. ἀλώπηξ, Æolicè ϝαλώπαξ, Valopes: quæ deinde volpes, non volipes, vt Varro.

84 APVD Caſſium.] Eodem errore quo ſuprá. Nam legendum *apud Attium.*

84 QVVM nox videtur.] In veteribus excuſis *Quid nox.* Ergo ita & corrigendum & diſtinguendum,

Quid noctis videtur? In altiſono
Cæli clupeo temo ſuperat
Stellas, cogens ſublime etiam
Atque etiam noctis itiner. Coronis anapæſtica ex Iphigenia Ennii, quæ eſt ex Euripidis Græca. Ita enim Euripides,

Τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΓΕΡ. Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ἀΐσσων ἔτι μεσήρης. In quibus vides quid ſibi permiſerit Latinus poeta, qui non interpres, ſed ne imitator quidem eſſe voluit. Varronem fugit ratio, qui initio quarti libri ait hæc prolata ab Agamemnone: cùm ſint ex perſona ſenis cum Agamemnone ver-

ba facientis. Sũt item & alia, quæ oſtẽdunt Iphigeniam Ennii verſam fuiſſe ex Euripide, vt illa apud Feſtum,

Procede: gradum proferre pedum
Nitere. ceſſas? Euripides,
Ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὺν πόδα, γέρα
Μηδὲν ὑπείκων. Quos verò trochaicos adducit Gellius ex eadem Iphigenia Ennii, non ſunt ex Græco, ſed eſt ἐπεισόδιον ab Ennio inſertum fabulæ. Ita enim mos eſt veterum tragicorum & comicorum, pleraque de ſuo addere præter fabulæ argumentum.

84 VT Homerus vocat ἄμαξαν.] Ἄρκτόν θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.

84 TRIONES.] Næuius, --*Trionum hic moderator ruſticus.* Puto Striones prius dictos à ſtria, quam proſcindẽdo, ſulcos faciunt. Sic & ipſe Varro in ſtriam iubet ſulcos imprimi. Sic Plinius vetat in arãdo ſæpius ſtriare, id eſt, ſæpius iterare ſtriam. quanquam melius alii apud Plinium legunt ſtrigare. Ab eo ergo Striones: vt in Tritauus & ſimilibus, S, quæ erat aduentitia, ſic in Strione, quæ natiua erat, periit.

84 VALENTES glebarii.] Ita vocabant eos ruſtici. Græci καμίνους, ἤγουν εὐπλεύρους βόας, ἰσχυροὺς, καὶ εὐτειχεῖς. Heſychius.

85 INDE bene appotus]

Inde bene appotus primulo crepuſculo
Domum ire cœpi tramite dextera via.

85 TAM crepuſculo, &c.] Fortaſſe, *Tam crepuſculo fere, vt amens, lampadas accendit.*

85 IN Condalio.] Ea fuit tranſlata ex Menandro. Is enim laudatur ab Athenæo ἐν δακτυλίῳ. Condalium enim δακτύλιον.

85 RECIPROCA tendens.] Erit trimeter Iambicus cum principio ἀκροστιχέδος. Sed meliùs puto ita concinnari,

Tendens neruo tela reciproca
Concita equino. Simile apud Sophoclem in Trachiniis, --ὁ δὲ βακχείας ἄπο
Ἦλθε παλίντονα Θήβας
Τόξα, καὶ λόγχας, ῥόπαλόν τε τινάσσων. Reciproca, τὰ πα-

λίντονα. Non tamen affirmem eſſe ex illis Sophoclis verſa. Quanquam Trachiniæ verſæ ſunt ab Attio. Ex quibus Cicero II Tuſculana Herculis iam propemodũ depoſiti exclamationes illas ad verbum ex Sophocle verſas adducit. Neque tamen nomen Attii poſuit, vt in alteris verſibus, quos mox aſcribit, non laudat autorem Attium in Prometheo, qui illos verſus ſcripſit, ſed Æſchylum, ex quo illi tranſlati ſunt: cùm tamen eſſe ex Prometheo Attii, Aliquot Nonii & Priſciani indiciis cognoſcamus: qui illa, quæ extant apud Ciceronem, nominatim ex Prometheo Attii citant. Vtraſque ergo verſiones vnius Attii eſſe hinc manifeſtò apparet. Et ſtilus ipſe multò plenior quàm Ciceronis in transferendis poematis Græcis, & aliud ſeculũ redolet, & mehercule longè felicius ingenium poeticum. Quod iccirco admonui, ne fallantur omnes cum erudito viro, qui in Sophoclem cõmentaria edidit, putátque eos verſus Ciceronis eſſe. Nam profectò fallitur. Sed magis accuſandi illi, qui cùm mordicus teneant, atque adeò pertinaciter ſibi perſuaſerint illos eſſe à Cicerone conuerſos, in alium errorem incidunt: qui tam magnificos verſus improbare audeant, tanquam à Cicerone poetices ignaro, vt ipſi volunt, conſcriptos. Qui cùm hoc profitentur, proculdubio declarant quanti futuri eſſent in hoc genere ſcribendi, cùm, quales ſint in exiſtimando, facilè appareat.

85 NERVO equino.] Tamen Homerus ἀπὸ νευρῆφι βοείας. Heſych. ἱππικὴ τάσις, ἡ νευρὰ τοῦ τόξου, διὰ τὸ ἐξ ἱππείων γίνεσθαι τριχῶν. οἱ δὲ θώμιγγα νευρὰν ἱππικὴν καλοῦσιν. Etiã Virgilius dixit *neruum equinum.*

85 QVASI cancer ſolet.] Ex Pſeudolo. Idem eſt quod alibi idem ait, imitari Nepam. Intelligit καρκῖνον λοξοβάτην vt in epigrammate Græco.

85 QVOD ἀνδρεὶ μάχεται.] Crebri ſunt in hac licẽtia ac nimis inuenuſti Græci Poetæ: ſed maximè Euripides: vt de Polynice, quòd ſit νεικέων ἐπώνυμος: de Pentheo, μὴ πένθος εἰσοίσῃ δόμοις. Æſcyhlus de Prometheo, quòd eum oporteat προμηθέως ex malis euolui: de Artapherne nimis putidè, quòd φρένας ἔχοι ἀρτίας. Nam

quis ſanus Perſico nomini etymon Græcum attribuat? Sic Euripides de Thyeſte, —ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου, vt citant grammatici. & de Apolline,

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας.

Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήζει βροτός. Citat Macrobius. Sophocles etiam aliquando, vt de Aiace. Sed parcius, vt decet ſanum & ſobrium poetam, & qui ſanè principem locum in theatro Græco obtinet. In Græcis hoc tolerandum erat. At quis ferat in Ennio? item in Plauto,

Quid refert mihi Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo? Tolerabile quod dixit Auſonius de Proteſilao, *Victima quòd Troiæ prima futurus eras.* At non ferendum quòd Proteſilaum videtur ſentire dictum, quòd πρῶτος ἱλάσατο τὸν θεόν. Cùm ſit πρῶτος λαῶ: & Πρωτεσίλαος ſimilis compoſitio cum pleonaſmo, vt ἑλκεσίπεπλος, ἀλκεσίμαρχος.

85 INVERSVM.] Meliùs alii, *in verſu.* μεθερμηνεύσεως.

86 IAMQVE Auroram rutilare procul cerno.] Simile in Iphigenia in Aulide,

Ἴθι. λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη

Λάμπουσ' ἠώς.— Quod hìc λευκαίνειν, non idem eſt rutilare, ſed tamen pro eadem re vſurpatum. Albicare dixit Mattius in Mimiambis,

Iam iam albicaſsit Phœbus & recentatur,

Commune lumen omnibus, voluptáſque.

86 RVTILAE.] Ruſſus & Rutilus idem erat: aut certè parum intererat. Cato Originum lib. VII, *Mulieres opertas auro, purpuráque: arſineum, rete, diadema, coronas aureas, ruſſea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula.* ita enim ille locus legendus eſt. Quas Varro vocat *rutilas*, Cato *ruſſas* dixit. Alibi tamen rutilas vocat, *Mulieres noſtræ*, inquit, *cinere capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis.* Serenus,

Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines

Vngento cineris prædixit Tullius autor. Apud Maronem,

Immundum effætos cinerem iactare per agros. Ibi Seruius, *Dicit*, inquit, *ad diſcretionem illius, quo vtuntur puellæ.* Id genus cineris fiebat ex fæcibus vini in cine-

rem redactis. Idque vocabant Fæculam. Ea dicitur Dioſcoridi τρὺξ κεκαυμένη. λεπτοὺς ὄνυχας ἐκβάλλει συντριβεῖσα ῥητίνῃ, καὶ τρίχας ξανθίζει μετὰ σχίνου ἐλαίου νύκτα ὅλην συγχρισθεῖσα. Conciliabatur ılle color & θάψῳ. Quæ, vt puto, idem faciebat quod Ruſſum, ſeu Ruſcum, genus virgulti. Ab eo dixit Ruſſea facie Cato. Vocabatur & σκυτικὸν id genus virgulti: & θάψον nonnulli τὸ σκυτικὸν interpretantur. Cratinus Hipponicum quendam vocauit σκυτικὸν, quòd πυῤῥὸς eſſet, id eſt rutilus. Apparet Rutilum πυῤῥὸν εἶναι, Ruſſeum, ξανθόν. Apud Catullum ex Apuleio legi debet: *Dentem atque ruſſam defricare gingiuam.* Ruſſam gingiuam, id eſt dentes, dicit habere Egnatium: quia eum colorem contraxerat ex lotii defricatione. Lotii verò color ruſſus eſt, maximè οὔρου πεπαλαιωμένου, vt vocat Strabo. Itaque quo plus ruſſam gingiuam haberet, eo plus vrinæ ebibiſſe videretur.

86 NE QVID ſcorteum adſit, ne quid morticinum.] Ouidius,

Scortea non illi fas eſt inferre ſacello,
Ne violent puros exanimata deos.

86 MORTICINVM.] Morticina κενέβρεια dicebantur. Etiam morticinus erat conuicium in tetros & exangui facie homines. Plaut. Perſa,

Non hercle, ſi os perciderim tibi, metuam morticine.

Græci vocant δημιόπρατους καὶ δημιοπρατικούς. Plutarchus interpretatur νεκρώδεις. Ab eo Cadaueroſa facies Terētio. Latini etiam vocant Cereritos, poſtea Cerritos: interpretantes illud δημητριακούς.

86 MVLTIS nomen, &c.] --*Multis nomen*
Voſtrum numénque ciendo. Coronis anapæſtica.

86 HOMERVS, & aliquoties Liuius.] Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

86 FLEXANIMAT aquam.] Et mācus & corruptus locus. Ita explendus eſt,

Flexanima, tanquam lymphata, & Bacchi ſacris
Commota-- Ex Pacuuii Teucro, vt citat Cicero.

86 HALCYONIS ritu.]

Flexanima, tanquam lymphata, & Bacchi ſacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorās meum,

Alcyonis ritu litus peruolgans feror.

86 PERVOLGANS.] *Peruolgant ſidera cælum.* Lucret. Fallitur Adrianus Iunius, qui *peruolans* legit: quæ lectio Vertranio quoque temerè recepta eſt.

86 FVROR.] *Feror.* Apollonius lib. IIII,

-τηλόθι δ᾽ οἴη
Λυγροῖσιν κατὰ πόντον ἅμ᾽ ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι.

87 RITV.] Ritus inſtitutum, vt interpretatur Varro. Caſtum vocabant etiam veteres, vt apud Nonium. Varro rerum humanarum lib. I, *Noſtro ritu ſunt faciũda ciuilius quàm Græco caſtu.* In caſto Cereris eſſe dicebantur, qui Cereri operabantur. Feſtus, *Minuitur populo luctus, cùm in caſto Cereris conſtituit.* Hiſtoricus quidam in collectaneis Sudæ, τὰς δὲ ματρωακὰς παρὰ Ῥωμαίοις, ἣ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας καστείας ἑκάστου μηνὸς ἥγνευε. Varro, *& religiones & caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant nos.* Hîc caſtus, τὰς ἁγνείας. Ergo in caſto Cereris eſſe τὸ ἁγνεύειν Δήμητρι. Aliter, Puriter facere Cereri. Nouius Atellanarius,

--*Sequere me, puriter facias, volo: Igni aqua volo hunc accipere*-- Hoc annotaui, quia ritus & caſtus idem; rite & caſtè τὸ ἁγνῶς.

87 RECTE perfectis ſacris volt accipi.] Ex Attii Trachiniis videtur acceptum. Nam planè eſt ex illo,

Αὐτὸν δ᾽ ἐκεῖνον, εὖτ᾽ ἂν ἁγνὰ θύματα
Ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,
Φρόνει νιν ὡς ἥκοντα-

87 APVD Attilium.] Apud Macrobium perperã citatur Attilius pro Mattius in Mimiambis. Iſte verò eſt qui integras fabulas ex poetis Græcis vertit. Eum Cicero durum vocat. Miror tamen cur ille ſit à Volcatio non ſolùm in numerum comicorum relatus, ſed & Terentio prælatus.

87 CAPE, cæde, lude, conde.] Plautus Curculione, *Cætera rape, trahe, fuge, late.* In Pſeudolo,

Rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge. Diphilus apud Clementem & Iuſtinum,

Ἅρπαζ᾽ ἀπελθών, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα,
Μηδὲν πλανηθῇς.

87 NVLLA res neque cicurare.] Ita diſtingue:

— nulla res neque
Cicurare, neque mederier potis eſt, neque
Reficere. *Curare*, pro *Cicurare* dixit Nigidius in hiſtoria animalium: *Omne pecus indomitum, habet quidd in ſe ferũ: ſed tamen ea natura eſt vt curari & domari poßit.* Sciebat enim Hipponẽ, à quo hoc accepit, dixiſſe θεραπεύειν. Theophraſt. lib. III ἱστορ. Καίτοι φησὶν Ἵππων ἅπαν καὶ ἄγριον καὶ ἥμερον εἶναι· καὶ θεραπευόμενον μὲν, ἥμερον· μὴ θεραπευόμενον δὲ, ἄγριον. Vt pulchrè huc reſpexerit Horatius,

Nemo adeò ferus eſt vt non miteſcere poßit,
Si modò culturæ patientem accommodet aurem.

Tragicus quidam apud Plutarchum,

Καὶ γὰρ κάπρον φρίξαντ᾽ αὐχέν᾽ οὐ μόνον γυνή,
Παῖς δ᾽ ἂν νεογνὸς χειρὶ προσκνήθων νέᾳ
Κλίναι, παλαιστοῦ παντὸς εὐμαρέστερον. Attius,

— neque vi tanta quiſquam eſt, neque tam ferox,
Abundãs fortunis: neque vllũ eſt ingeniũ tantũ, neque
Cor tam ferũ, quod non labatur lingua, miteſcat malò.
Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim
perſenſerint Imperij —

Si non ita olim continuata erant apud Attium, tamen in illis valde ſententia cohæret.

87 CICCVM.] In Heſychio, κικκὸς, διαχώρησις enarratur.

87 DENSVM ciccum non inter duo.] *Interdico.* vt in Captiuis, *Dum pereas nihil interdico dicant viuere,* οὐδὲν διάφορον ποιοῦμαι, ἀδιαφορῶ. Tamen apud Plautum hodie in Rudente *interduim* legitur, & leuiter lectio immutata eſt. Sic enim habet, *Eluas tu an exũgare ciccum non interduim.* Tamen vt citat Varro, *dēſum ciccum*, eſt ſimile illi Theocriti, θρὶξ ἀνὰ μέσσον. Idem alibi dixit, *Pluma non intereſt.*

87 HEHE.] In veteribus excuſis *hebæ*, vt ſit αἰβοῖ.

88 APVD Lucr.] *Apud Lucilium: Atque aliquos ibus ab rebus clepſere foro ç ui.*

88 APVD Mattium.] Eſt Mattius ille qui & Mimiambos exemplo Herodoti λογομίμους ſcripſit, & Iliada Homeri tranſtulit: vt Liuius Andronicus, qui ducentis

aliquot annis anteà Odyſſeam Homeri Latinè verterat. Fuit & doctiſſimus, & C. Cæſaris amiciſſimus. Huius nomen variè deprauatum eſt apud veteres grammaticos. Apud Macrobium Attilius. Apud Nonium *Craſſus lib.* XVI, *Iliados ſocij nunc ſite viri.* legendum *Cn. Mattius,*

Nunc ſocij nunc ſite viri -- Homerus,

Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι-Etiã nomine Caſſii perperam citatur, vt apud Priſcianum. *Nimius Caſsius Iliados lib.* XXIII.

Nam non conniuis oculos ego deinde ſopore. Reſtitue *Cneius Mattius Iliados lib.* XXIIII, ex illo,

Οὐ γάρ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισιν ἐμοῖσι. Apud Diomedem alio modo corruptum eſt, *Cn. Atticus* XX *Iliados. Ille hiat herbam moribundus ore.* Puto corrigendum:

Ille hiat at animam moribundior -

Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε, καὶ ἤρυγε. Apud Gellium lib. VI, cap. VI, malè *Trimatius,* pro *Cn. Mattius. Dum det vincenti præpes Victoria palmam.* ἰλιάδ. η.

-εἰσόκε δαίμων

Ἄμμε διακρίνῃ, δῷη δ' ἑτέροισί γε νίκην. In eódem Gellio diſertè Mattius legitur. ſed pro XIII, *Iliados,* ſcribendum XXIII, *Iliados.*

An maneat ſpecij ſimulacrũ, in morte, ſilentũ. ἰλιάδ. ψ,
Ὢ πόποι, ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι

Ψυχὴ καὶ εἴδωλον. Apud eũdẽ rectè Mattius Iliad. XXI,

Altera pars acij vitaſſet fluminis vndam. ἰλιάδ. φ.

Ἠ̃ ῥ' οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο. Malè apud Priſcianum *Mallius.*

-*celeriſsimus aduolat Hector.*

-ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ. ἰλιάδ. μ.

88 CORPORA Graiorum mœrebar mandier igni.] Scribendum *mærebant,* vt apparet ex Homero,

Ὣς δ' αὔτως ἑτέρωθεν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ

Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ. ἰλιάδ. η.

88 MANDVCVM.] Ego tamen pro mãducone, non pro obſonio inuenio in Attelana Pomponii,

Magnus manducus camelus cantherius. Apud Plautum Manducus eſt μορμολυκεῖον quod in ludis circunferebatur inter cæteras ridicularias, & formidoloſas

perſonas,

perſonas; magnis malis, latéque dehiſcens, & clarè crepitans dentibus, in Atellanis præſertim. Iuuenalis,

-tandémque redit ad pulpita notum
Exodium, cùm perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.

Intelligit manducum: quem magnis dentibus effingebant, vt dixi. Dentes enim magnos & voracitatem attribuebant nocturnis illis terriculamentis. Quo nomine factum vt Lamiam puerorum infantium deglutricem fingerent. Inde Pomponius Atellanarius poeta inſcripſit exodium quoddam Pythonem Gorgonium: qui nihil aliud erat, vt puto, quàm ille Manducus, de quo dixi. Nam Pythonem pro terriculamento, & Gorgonium pro Manduco: quia γοργόνες cum magnis dentibus pingebantur. Itaque apud Nonium ita leges: *Gumiæ, guloſi.* Lucillius libro x x x,

Illo quid fiat Lamia, & Pytho oxyodontes,
Quò veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ.

Nam apud Nonium hodie *Geniæ* pro *Gumiæ* perperam legitur, & verſus Lucillii deprauatiſſimi ſunt. Oxyodontas ergo vocauit, propter eas cauſſas quas ſuperius aſſignauimus. Gumiæ verò vocabantur antiquitus guloſi. Idem *-compellans gumias ex ordine noſtros.*
Apud Feſtum legendum eſt, *Degumiare,* non *degunere,* id eſt deuorare, deguſtare. Apud eundem diſertè ſcriptum eſt Gumia: *Ingluuies,* inquit, *à gula dicta. Hinc & ingluuioſus, & gluto, gulo, gumia, guttur, &c.* Id manifeſtò eſt à Græco γόμος, quod ſignificat πλήρωμα τῆς νεὼς, ἕρμα. Saburram Latini vocant. Itaque qui nimis ſe ingurgitarent cibo, ita dicti ab eo. Quare & apud Plautũ ſaturę mulieres dicũtur Saburratę. Ergo Manducus perſona Atellana, & Lamia, & Pythones ὀξυόδοντες pingebantur. Et Manducos quoque vocabant gulones, quos & gumias vocatos eſſe oſtendimus. Et mattici etiam dicebantur à magnis malis, non quaſi malatici, vt vult Feſtus, ſed quia μάτύας veteres Græci τὰς σιαγόνας vocabant. Vnde etiam γνάθωνες, in comœdia, guloſi. Sed modus eſto. Quare ad reliqua.

88 OBSCOENI interpres, funeſtíque ominis au-

tor.] Ab illo:

Ἀργαλέην, πολέμοιο τέρας μετὰ χερσὶν ἔχουσαν.

88 PAPPVM Mæſium.] Mæſius maiorem ſignificat Oſca lingua, diſtortione oris, vt mos eius gentis erat quaſi Maius. Quare Maius mẽſis apud eos Meſius dicebatur. Pappus mæſius, id eſt ſenex. Suprà vbi dicit in Atellanis ſenẽ puppũ dici, admonuimus legendũ eſſe *Pappum*, cum ex huius loci coniectura, tũ ex Atellanarũ teſtimonio. Pomponius enim, qui in ea ſcena verſatus eſt, ſcripſit fabulam titulo, Sponſam pappi, & Agricolam, & Hermiam pappi. Quare fuerunt nomina quædam propria ſordidarum perſonarum poetis, vt comicis Mæſon, de quo Feſtus & Athenæus. Satyricis Autolycus, Burria, teſte Diomede. Atellanis Manducus, Pappus, Macus, Bucco, Sagaris. Etiam ſenes Comici propriis nominibus ita diſtinguebantur ab hiſtrionibus, vt quidam diceretur *πάππος πρῶτος*, alius, *πάππος δεύτερος*, &c. Pomponius Pictoribus,

Pappus hac in ædi habitat ſenica, non ſeſquiſenica:

88 A QVO ruſtici pappum Mæſium, non Meſium] Inuerſa ſunt hæc pro, *A quo ruſtici pappum Meſium, nõ Mæſiũ.* Vult enim probare ea, quæ diphthongo ſcriberentur, à nonnullis ſimpliciter enuntiari. Et alibi dixerat hædum in vrbe, rure autem hedum dici. Itaque Feſtus ait propriè ruſticorũ fuiſſe vt diphthongos non pronuntiarent, & quod rectè aurum diceretur, ipſos orum dicere.

88 CAECILIVS ne ruſticus fiat.] Scribendum *- Cæcilius Prætor ne ruſticu' fiat.* Diomedes, docens quomodo in litera fiat barbariſmus, ita ſcribit: *Vt* inquit, *ſi quis detracta a litera Pretor dicat. Lucilius, Prætor ne ruſticus fiat.*

88 OBSCAENVM, quod niſi in ſcæna palam dici non debet.] Apud Sophoclem in Aiace:

- μηδ' ἐπισκήνους γόους Δάκρυε - Interpretantur nonnulli grãmatici *ἀπρεπεῖς, οἵους ἐπὶ τῇ σκηνῇ.* Quare ita vera eſſet Varronis ſententia.

88 QVOD puerulis turpicula res in collo quædam ſuſpenditur.] Faſcinus vel Faſcinum dicitur vere-

trum. Horatius, *minúſve languet faſcinum.* Videtur ita dictum, quòd depelleret faſcinationes, vt ex hoc loco cognoſcimus. Itaque pro amuleto è collo pueris ſuſpendebatur. Hinc præfiſcini ἀβασκάντως. Plaut. Aſinaria:

-ſequere hac ergo.

Proficiſcin' hoc nunc dixerim. nemo etiam me accuſauit
Merito meo. Lege, *Præfiſcini hoc nunc dixerim.*

Titinius Setina,

Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito præfiſcini,
Ne puella faſcinetur- Hunc locum Titinii habuit in animo Serenus, cùm ſcribebat de faſcino.

88 SCAEVAE cauſſa]. Vel, *bonæ ſcææ cauſſa*, vt legitur in editione Romana. Ita etiam Feſtus: *Scæuā volgus quidem & in bona & in mala re vocat, cùm aiunt bonam & malam ſcæuam.*

88 A QVO dicuntur Comitia, aliúdve quid fit, aut ſiniſtra, quæ eſt.] *A quo dicuntur Comitia, aliúdve, quod fit aut ſiniſtra, ſcæua.* Minùs prudenter hîc quædā mutata ſunt in Romana editione.

88 AVI ſiniſtra.] Ita dicebantur aues proſperæ. Contrà, impediētes aues aut dicebantur Arculę, ab arcendo: aut Cliuiæ: quia difficilia vocabant Cliuia, ad verbum προσάντη: Aut remores aues, à remorando: Aut Inebræ & Enebræ. Eo nomine omne obſtaculum intelligebatur. Aut alteræ aues: cùm alteræ ſuperueniret, quæ felici auſpicio vitium facerent: aut Volſgræ, quæ ſe vellendo malum auſpicium faciebant. Eas intellexit Statius, *-Simul ora recuruo*

Vngue ſecant rabidæ, planctúmque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cædunt.

Æſchylus Perſis:

Μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ
Πτεροῖς ἐφορμώμενον τα, καὶ χηλαῖς κάρα
Τίλλοντα--

88 QVI adeſt, aſſiduus.] In eadem ſententia Q. Cicero in libello De petitione conſulatus, *Iam aſſiduitatis nullum eſt præceptum: verbúmque ipſum docet, quæ res ſit. Prodeſt quidem vehementer nunquam deeſſe, &c.* At Plautus etiam iocando extulit verum etymon,

in Truculento:

Poſtidea ego tota tecum, mea voluptas, vſque ero
Aſsiduo. D I. *Imo hercle verò accubuo mauelim.*

89 DECRETVM eſt ſtare.] Hîc vnum teſtimoniũ Ennii diuulſum eſt: & ex vno facta duo. Neque id ſolùm erroris admiſſum. corrupta enim ſunt quædã, propter diuulſionem ac diſtractionem duorum membrorum. Quare ita luxata in ſuum locum reſtituenda ſunt, deinde emendanda: *Decretum eſt ſtare corpora telis, quibus concidet foſsim obrutus.* Quæ verba non multùm abſunt à ſenariorum ordine, & lege. Quanquam eò magis inclinat animus vt iſta putem ita concinnanda eſſe, *-corpora telis*

Decretum ſtare eſt, quibu' concidet obrutu' foſsim.

89 STARE corpora telis.] Eleganter, vt idẽ dixit, *Stat poluere cælum.* Quocirca nihil mutandum.

89 HOC verbum Ennii dictum à fodiendo.] Nimirum *foſsim.* Ita enim legendum pro *faxim.* Sed qui lectionem mutarant, decepti ſunt conſuetudine Varronis. Ille enim & nomina, & participia, & aduerbia & alias pleraſque omnes partes orationis vocat verba.

89 APVD Ennium.] Hîc ea, quæ ſequũtur, perperam diuulſa eſſe, & connectenda cum ſuperioribus, demonſtrauimus. Quare teſtimonium aliud Ennii de verbo Muſſandi deeſt: aut illud ex VI Annali,

Intus in occulto muſſabant- aut aliud,

Nanque decet muſſare bonos- Vtrunque refertur à Sex. Pompeio in Fragmentis.

89 QVOD minimum eſt, neque, vt aiunt, mu facere audent.] Alluſit Lucillius,

Nec laudare hominẽ quenquã, neq; mu facere vnquã.

Chariſius citat. Mu canum eſt: vnde dicuntur Mutire: ſicut γρῦ, porcorum: vnde Grunnire.

89 DIMONERINT meliora.] Ex Pacuuii Chryſe. Nonius.

89 PIPVLO te differam.] Περικοκκύζειν dixit Ariſtophanes Equitibus: fictum & ipſum à cãtu gallorum, vt & illud à pipatu pullorum.

ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα. Pipare Oſci dice-

bant, pro eo quod eſt eiulabundè conqueri. Ab eo cocus iſte in Aulularia pipulo differre dixit. Pro quo erat in XII Tabulis Obuagulari. CVI TESTIMONIVM DEFVERIT, IS TERTIIS DIEBVS OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO.

89 ANIMVS cum pectore latrat.] Scribendum:

-animúſque in pectore latrat. Quod imitatum ex Homero lib. XX Odyſſeæ,

Πολλὰ δὲ μερμήριξε κατὰ φρένας, ἢ κατὰ θυμὸν,
Ἠὲ μεταΐξας θάνατον τεύξειεν ἑκάστῃ,
Ἦ ἔτ' ἐῶ μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι μιγῆναι
Ὕστατα καὶ πύματα. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.
Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
Ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μένονέν τε μάχεσθαι.

Quæ docent ita coniungendos duos locos Ennii:

-animúſque in pectore latrat.
Sicuti ſiquando vinclo venatica aeno
Apta ſolet cani forte feram ſi ex nare ſagaci
Senſit, voce ſua nictátque, vlulátque ibi acutè. Apud Feſtum annotatur Latrare poſitum eſſe ab Ennio pro poſcere. Sed non puto hunc locum intellexiſſe, aut perperam eum ſenſiſſe. quanquam pro Poſcere Lucretius vſurpauit.

89 GANNVIT odioſus omni totæ familiæ.] Meliùs *oggannuit.* Ganniunt canes geſtientes ob herorum aduentum, vt apud Lucretium:

-gannitu vocis adulant. Et Homero γάνυσθαι ſemper eſt geſtu quodam oris exprimere gaudium ob amici aut alius cari aduentum.

Οὐδὲ γὰρ ἡ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο
Ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσεται, ὁπότε κεν δὴ
Ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα κοῦροι Ἀχαιῶν. ἰλιάδ. ξ. Item:
--τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα
Οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται, οὐδὲ γάνυνται. ὀδυσ. μ.

Hoc voluit Pindarus Pythiis, οὐδὲ μολόντων πὰρ ματέρας ἀμφὶ γέλως γλυκὺς ὦρσεν χάριν. id eſt, οὐδέ οἱ μολόντι ἐγανύσατο μήτηρ.

89 TANTAM rem dibalare vt pro nihilo habuerit.] Dibalare pro deblacterare non ineptè dictum

videri poſſet. Ego puto dibalare rem, καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν. Sic Nicoſtratus apud Athenæum προκωκύζειν. Hoc fictum à gallorum pipatu, vt ſuprà admonuimus: illud, à balatu pecorum,

Οὐσίδιον δή μοι καταλιπόντος τοῦ παιδὸς
Οὕτω συνεστρογγύλικα, κἀξεκώκυσα. Sic ἀποκωκύσαι ψυχὴν Æſchylus dixit ἀντὶ τοῦ ἐκπνεῦσαι. Ergo videtur exclamatio in eum qui bona ſua lancinauerat: qualis Alexidis Comici apud Athenæum, -καταφαγεῖν
Αὐτὸν τοσοῦτ᾽ ἀργύριον; Tantam pecuniam dibalaſſe? abliguriiſſe?

89 HAEC, inquam, rudet.] Pleniùs apud Nonium ex Lucilij libro VI,

Hæc, inquam, rudet è roſtris, atque heiliſtabit,
Concurſans velut angarius, claréque quiritans. Hodie in recentioribus Nonij codicibus legitur *arenarius*. At in ſuperioris memoriæ excuſis *ancarius*. Quod etiam retinet calamo exaratus codex. Nos *angarius* fecimus.

89 VOLVTARE vlulantis.] Puto *volutares vlulantes*. Volutares ſues, qui & Colluuiares, quòd in colluuie nutrirentur. χαμευνάδας ait vocari Appion grammaticus apud Heſychium. Dictum ergo in homines ſpurcos, & quaſi cœno & colluuie demerſos: de quibus Varro Prometheo, lib. I, *In tenebris ac ſuilla viuunt: niſi non forum, hara, atque homines qui nunc plerique ſues ſunt exiſtimandi.*

89 TIBICINA maximo labore mugit.] Acroteleuticum ex Sotadico carmine.

89 MAXIMO labore.] Plinius de ranis loquens, *Tunc extenti buccarum ſinus perlucent, oculi flagrant labore perculſi.*

89 CLAMOR ad cælum voluendus per æthera vagit.] Poterat ſic,

Clamor it ad cælum voluendu': per æthera vagit. Sed vera lectio, ni fallor,

Clamor it ad cælum, volitátque per æthera vagor.
Idem Ennius,

Qui clamus oppugnantes vagore volanti. Vbi vagor velins, vt hîc volitat vagor.

89 ESVETA frendice frunde frutini ſuauiter.] Hæc eſt lectio veterum excuſorum. Extabunt quidam, vt puto, qui quòd tam deploratis vulneribus manus admoueam mirabuntur. Sed & non deerunt etiam qui in minimis me commorari, grauiora præterire conquerentur, vel potiùs calumniabuntur. Quare vtriſque ſatisfacere poſſumus, ſi nec ea prætermittamus, & aliquid veriſimile afferamus. Videtur igitur mihi hæc lectio ex his veſtigiis erui poſſe, *Eiuſdem ab Irundine- nefrende fritinni Suauiter-* Nunc reddundæ ſunt cauſſæ.

89 AB irundine.] Ita eruendum ex illo corrupto *frendice*. Non dubium eſt ita legendum, maximè propter verbum fritinnire, quod eſt hirundinum, τὸ ψιθυρίζειν, vt infrà aperietur. Hic locus poſtulat vt enarremus locum Ariſtotelis in Poeticis à nullo hactenus explicatum. Verba illius magni magiſtri ſunt hæc, ἔξω ἂν ἔνια καὶ ἐνεγκεῖν, καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ἡ κερκίδος φωνή. In Tereo non dubium eſt quin ageretur μεταμόρφωσις Procnes in hirundinem. Quare ad imitandam vocem hirundinis, dum ea μεταμόρφωσις ageretur, adhibuerunt τὴν κερκίδα, radium textorium, quæ ob id dicta eſt παρὰ τὸ κρέκειν. Iccirco in Epigrammatis Græcis ſcribitur,

Κερκίδας ὀρθρολάλοισι χελιδόσιν εἰκελοφώνους. Apparet ætate Sophoclis hydraulica organa non fuiſſe. Nam poſtea vſi ſunt antiqui hydraulicis ad imitandam minurritionem auicularum, quæ Vitruuius vocat Engibata, & Merulas, ſi lectio mendo non caret. Sanè videtur Attius vertiſſe Tereum Sophoclis. Ex ea fabula Attij Nonius recitat verſiculum, qui ad hanc rem facere videtur,

O ſuauem linguæ ſonitum, ô ſuauitas conſpiritum

Animæ. vbi *conſpiritum* manifeſtò ex συναυλία verſum. Eſt autem admirantis vocem hirundinis, aut luſciniæ, quæ in eo dramate introducebatur.

89 NEFRENDE.] Nefrẽdis, & nefrẽdus puer, vel ſenex, ὁ νωδὸς, qui dentibus frendere nõ poteſt, id eſt frangere. Frendere duo ſignificat, τὸ ἐμπρίειν τοὺς ὀδόντας, τὸ ἐμβρύχειν. Pacuuius Antiopa,

-perdita illuuie atque inſomnia

Frendere noctes miſera, quas perpeſſa ſum. Sic enim coniunge hæc duo exempla: quorum primum adducitur à Chariſio, alterum à Nonio. Deinde frangere: vnde nefrendus, qui per ætatem adhuc dentibus frangere non poteſt: vel ſenex, qui dentes amiſit. Liuius Andronicus,

Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opē. Inde nefrendes porculi. Inde frendere fruges, τὸ ἐρείκειν. Pacuuius Antiopa,

Fruges frendeo ſolas, ac ſicco robore. Serenus,

Copia farris vti frendentibus eruta ſaxis. Hinc frēdere fabam, & freſſa faba, ἐρεγμός. Attius Troadibus: *Saxo fruges frendam:* σιτοποιήσω. Tranſtulit enim ex illo Euripidis,

Τούτοις μὲ προσθήσουσιν ἢ θυρῶν λάτριν
Κλῇδας φυλάσσειν, τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα·
Ἢ σιτοποιεῖν, κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν.

89 FRITINNI.] Ergo *nefrende fritinni*, pro ὦ νωδὲ ψιθύριζε. Nam fritinnire proprium hirundinum. Varro Virgula diuina,

Et pullos peperit fritinnientes,
Quos non lacte nouo leuata paſcat,
Sed pancarpineo ocimo coacto
Libamenta legens caduca veris.
Ad quos tum volucres venit puſillos,
Vſque ad limina nidica, eſca vilis.

Hi luculentiſſimi verſiculi à nobis non ſolùm emendati ſunt, ſed &, quòd quatuor locis diſperſi ſunt apud Nonium, in vnum corpus collecti & digeſti. Valdè enim delectant me hæ reliquiæ veterum autorum, tanquam quædam ex naufragio tabellæ.

89 SVES auoluerat.] Ex his deprauatis ſuſpicor eruendum hoc: *A ſue: ſuboluerat, ita rudebat.* Suboluerat ei de facto, inquit quiſquis eſt comicus ille: eos clamores edebat. Lucillius,

Hæc, inquā, rudet è roſtris, &c. Rudere, ſuum & leonum, & aliorum animalium. Ouidius & Perſius aſinis attribuunt. Tamen oncant aſini, non rudunt. ὀγκᾶν.

89 ITA TRVDE.] *Ita rudebat*, videtur legendum. Suſpicor Varronem, *rudebat*, pro grundibat in Cæcilio legiſſe. Nonius, *Etiam hominum eſſe grunnitum Cæcilius Imbris deſignat.* Quæ verba Cæcilij deſiderantur in Nonio, ea protulit Diomedes, ſed fabulæ non meminit,

-ita cruento ore grundibat miſer.- Videtur hunc locum intelligere Varro: ſed *rudebat* pro *grunnibat* legiſſe. Quanquam hæc ſunt non certi iuris, ſed arbitrarij.

89 NEQVE in re, neque in iudicium Æſopi, neque theatrides in colace nexum.] Ita in illis, quos ſemper ſequor, antiquitus excuſis legitur. In quibus videtur tranſpoſitum nomen fabulæ, cùm ita legendum ſit, *In Colace, Neque in rem, neque in iudicium AEſopi, neque theatri des nexum.*

90 PER lætitiam liquitur animus.] Apollonius,

-Τῇ δ᾽ ἔντοσθε κατείβετο θυμὸς ἀκουῇ, & -ἰαίνετο θυμὸν Τηκομένη.

90 ALIQVANDO liquitur.] Liquitur vetere declinatu. Varro lib. III Rerum diuinarum, *L. Scipio cùm aurũ haberet in ciſta viminea, fulmine ita eſt ictus, vt ciſta eſſet integra, aurum colliquiſſet.* Quæ nos emendauimus, cùm propè deplorata ſint apud Nonium. Simile apud Plutarchum Sympoſiacis, καὶ κυλιχνίον ἀργυροῦν ξυλίνοις ἐγκειμένον ἐλύτροις, τὸν μὲν ἄργυρον συζέσαι τακέντα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι.

90 ENIMVERO gladij lingula.] Deſunt paucula, quæ expleri poſſunt ex Gellio.

90 VITVLANTES.] Næuius Lycurgo,

Vos, qui regalis corporis cuſtodias
Agitis, ite actutum in frondiferos lucos, vbi
Ingenio arbuſta innata ſunt, non obſita.
Ducite eò argutis linguis mutas quadrupedes:
Vt in venatu vitulantes ex auiis
Locis, nos mittant Pœnis decoratos feris.
Alij ſublime alios ſaltus illicite, vbi
Bipedes volucres lino linquāt lumina. Quod toties in his Coniectaneis fecimus, hic præſtitimus: quatuor

exempla ex Lycurgo Næuij à Nonio diuerſis locis citata hîc in vnum conglutinauimus, & verba mendoſa emaculauimus.

90 A VITVLA.] Macrobius, *à dea Vitula*. Puto Varronem rectè iudicaſſe. Id enim eſt μοσχᾶν Græcé. Menander Hypobolimæo,

-μικρὰ Παναθήναι' ἐπεὶ
Πέμποντες ὄντοι δι' ἀγορᾶς ἐμοσχίων,
Μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος. Ita reddes comicis ſenariis,

-cùm minuſculas Quinquatrias
Celebrantes iſti toto Vitulabant foro,
Spectabat in pilento mater Virginis.

90 IN DOLO.] Forſan erat ſcriptum *in Obolo*. Nã ita citatur Cæcilius compendioſè, pro *Oboloſtate*: quam etiam comœdiam grammatici Latinè vocant *Fœneratorem*. Eodẽ modo in Nonij libris calamo exaratis citatur Pacuuius in *Dolo*, pro *Duloreſte*. Idque verum puto. Nam verſus qui adducuntur ex ea fabula, cum iis verbis quæ producit Feſtus & Nonius, cohærere poſſunt ita,

Hicine is eſt quem gratia formæ ante omnes nobilitat viros,
Amplus, rubicundo colore, ſpectu proteruo, ferox,
Caperata fronte?-

90 IN DEMETRIO.] Non eſt Ennij, vt putat Vertranius, ſed Turpilij. Ea verſa eſt ex Alexide. Ex cuius Demetrio hæc producuntur ab Athenæo, libro VIII,

Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς, ἢ νότος
Ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθὺς οὐκ ἐνῆν
Οὐδενὶ φαγεῖν- Turpilius Demetrio apud Nonium,

Antehac ſi flabat Aquilo, aut Auſter, inopia
Erat piſcati-

90 PERSIBVS, à perite.] Scribo, *Perſibè, perité.* Perſuaſerunt Itali Vertranio, legendum *Perſicus*. At nos id diſertè negamus. Nam apud Feſtum quoque legendum *Perſibus*, pro *Perſicus*. Quippe ſimplex fuit Sibus. Feſtus, *Sibus, callidus, vel acutus.*

90 IN Lampadione.] Neſcio an *in Lãpade*. Nam Alexis & Antiphanes citantur ab Athenæo ἐν λαμπάδι. Quanquam Lampadione eodem modo dictum quo Ἱκεσιώνη. vt apud Plautum & Varronem Agathone.

Quid triſtiorem video te eſſe? quem angit hæc
Lampadione? quid? familiaris filius
Amátne? ſpes iſthæc eſt argentaria,
Ideóque ſcapulæ metuunt virgidemiam.

90 IN Agedone.] Neſcio an *in Agone* (Alexis citatur ἐν ἀγῶνι apud Athenæum) an *in Aedone*. Ea eſt fabula Liuii Andronici apud Priſcianum. Si tragœdia eſt, neſcio an *in AEgæone*. Eã ſcripſit Euripides. ex qua etiam hos verſus diuerſê citatos in vnum coniunxi,

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς; πάτρας θ' ὅρος;
Τίς ἔσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;
Τί σ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκου; Primos tres reperies apud Clementem Alexandrinum: quartum apud interpretem Ariſtophanis.

90 CAVDATVS.] In illis qui olim excuſi ſunt, *Cauadatus*. Manifeſtò legẽdum *Clucidatus*, ex Feſto, qui id interpretatur dulce & iucundum. Et alibi apud eundem *Glucidatus* ſcribitur, eodem ſenſu, παρὰ τὸ γλυκύ.

90 PRAEBIA, à præbendo.] Scribendum, *Proebia, à prohibẽdo*, vt etiam in Feſto, *Proebia Verrius vocari ait ea remedia, quæ Caia Cæcilia vxor Tarquinij Priſci inueniſſe exiſtimatur, & immiſcuiſſe zonæ ſuæ, qua præcincta eius ſtatua eſt, in æde Sangi, qui Dius Fidius vocatur. Ex qua zona periclitantes ramẽta ſumunt. Ea vocari ait Proebia, quòd mala prohibeant.* Eandem vim habebant anuli apud Græcos, qui dicebantur φυσικοὶ δακτύλιοι: & intus erãt peruii & caſſi, vt ſcribit Artemidorus. Ab eo ſcriptũ in Cerimoniis flaminis Dialis, ANVLO, NISI PERVIO, CASSOQ. NE OITITOR. Habebant & aliquid ἀλεξίφθονον anuli ferrei, qui dicebantur Samothracii. Eorum meminit Lucretius.

90 IN Technico.] Neſcio an Cæcilii, qui ſæpe citatur in Fallaci, vel Fallacia. τεχνικὸς enim Fallax.

90 VT SI lorum.] Omnes antiquitus excuſi, *vt ſit*

totum. Ego indubitanter lego, *Proebia à prohibendo vſitatum*, id eſt παρηγμένον. Proebia τὰ ἀλεξίφθονα, amuleta. Poterat & legi *Proebra*, ſicut Inebra, Enebra. Et ſanè eam puto rectam eſſe lectionem: & ita legendum eſſe in Feſto, vt Inebra ab inhibendo, ſic Proebra à prohibendo.

90 CONFICIANT à confictо, conuenire dictum.] Scribendum, *Conuitant à Conuito, conuenire dictum.* Sed hæc ſcriptura eſt ex veteri errore librariorũ, qui *peruitere*, pro *perbitere*, & *inuitere* pro *imbitere* ſcribebant. Omnino Combito, eodem modo declinatum quo Imbito, ineo, in Epidico Plauti, & Præbito, præuenio, in Pſeudolo: & Rebito in Capti. redeo: & Perbito, pereo. Ennius Hecuba,

Sed non ſcripſiſti, quis parentem aut hoſpitem
Necaſſet: quo quis cruciatu perbiteret. Plaut. Capt.
Qui per virtutem perbitat, nõ interit. Perbitat, pereat. Non enim per diæreſes neſcio quas expediendus verſus: quod facit corrector Plautinarum fabularum, qui patrem meum audiendum non cenſet, quòd creticos in iambum admittat. Sed de eo alias erit loquendi locus. Itaque combito, præbito, perbito, rebito, imbito, compoſita ſunt è ſimplici Betere. Plautus Aſtraba,

Quæ niſi ſic beteris, nimium is vægrandi gradu. Sed error huius deprauatæ ſcripturæ hinc manauit, quòd Inuitere pro Imbitere ſcribebant, vt ſuprà admonuimus. Quare apud Plautum Truculento, vbi hodie legitur,

-quid tibi hanc, inquam, notio eſt,
Amicam meam? moriere ocyus ſi manu niceris.
Quid manu nicerim? caſtigandum eſt,
-moriere ocyus, ſi viam inuiteris.

GE. *Quid viam inuiterim?* STR. *Fac quod iuſſi, mane.* vbi etiam perſonas ſuo loco reddidimus.

90 TARENTILLA Pacuuij.] Nam eſt & alia Næuij. Ex ea hæc adducit Iſidorus,

-quaſi in foro pila
Ludens datatim dat ſe, & communem facit.
Alium tenet, alij adnictat, alibi manus

Eſt occupata: aſt alij percellit pedem.
Alij dat anulum expectandum de labris.
Alium inuocat, cúmque alio cantat: attamen
Aliis dat digito literas.-- Qui verſus, quia ſunt non aſpernandi, præterire nolui, ſed ideo adduxi vt explicarem. Primùm apud Iſidorũ malè Ennius, pro Næuius. Sed ex Feſto nouimus quomodo nomen autoris reſtituendũ eſſet, & ex qua fabula adduceretur. Quod ait de meretrice, quæ omnium libidini ſe proſtitueret, à luſu pilæ eleganter dixit, quòd datatim ſeſe dederet. Artemidorus libro 1, ἁρπαστὸν δὲ καὶ σφαῖρα φιλονεικίας ἀπεράντους σημαίνουσι. πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἑταίρας ἔρωτα. ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρᾳ, διὰ τὸ μηδαμοῦ μένειν, καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν.
Alii adnictat. Plautus Aſinaria,
Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat.
Alii percellit pedem. Idem,
Neque iſthæc vlli ſuo pede pedem homini premat.
Anulum ſpectandum. Idem,
Spectandum ne cui anulum det, neque roget.
Alium inuocat: in talorum iactu ſcilicet. Exempla ſunt in Aſinaria, & in Curculione.
Dat digito literas. Ouidius,
Et tacitam menſæ duxit in orbe notam. Propertius,
Aut mea cum digitis ſcripta ſilenda notas.

90 NEC ſatis ſarrire.] *Satum.* Acroteleutium Saturnii verſus.

90 AB ſerare, aperire.] *Operire.*

91 PRODVCENDVM.] *Procudendum*, ex libro eruditiſſimi P. Victorii.

IN SEPTIMVM LIBRVM.

98 DE QVIBVS quæ experiero ſingulis tribus, tum de alteris totidẽ ſcribere ac diuidere incipimus.] *De quibus quæ ex prioribus, tum de alteris totidem ſcribere, ac, &c.*

98 IN AEDIFICIIS quod non videmus habere atrium περίστυλον. ſimilitudinem & cubiculum adæquale, cùm tamen, &c.] *In ædificiis quid? non videmus*

atrium habere periſtylij ſimilitudinem, & cubiculum ædiculæ, &c.

IN OCTAVVM.

114 SERPERASTRA.] Καμπεσίγυια. Orpheus enumerans crepundia Bacchi in infantum ſupellectile recenſet illa,

Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
Μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων. Citat Clemens.

124 QVOD dedit ira caput, neque diſpendii facit hilum.] Admonuimus ſcribendum,

Quod dedit illa, capit: neque diſpendij facit hilum.

125 SVRDVM theatrum.] Κωφὸν θέατρον. Galenus περὶ μεθόδου, λόγῳ α.

137 QVOD in præteritis dicimus longum, luit, pluit.] Ennius,

Annuit ſeſe mecum decernere bello. Alii Annuuit, duplici uu. Plautus,

Nam rus vt ibat, fortè vt multum pluuerat.

Sed tunc eſt à pluueo, vt Annuuit ab Annuueo. Idem,

Certare abnueo, metuo legionibus labem.

IN NONVM LIBRVM.

157 HECTORIS natum de muro Troiano iactari.] Ex Andromacha Ennii,

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari:
Iouis aram ſanguine turpari:
Hectoris natum de moero
Troiano iactari.-- Sed magis puto ita ſcripſiſſe Ennium,

Hectorem curru quadrijugo raptarier,
Hectoris natum de moero iactarier. Otioſum enim Troiano: & eſt interpretamentum alicuius ſtudioſi. Citat autem Cicero primum membrum. Porro ſimilis conqueſtio in Hecuba,

--quid petam

Præſidij? quid exequar? quo nunc aut auxilio aut fuga
Freta ſim? arce & Vrbe ſum orba: quò accedam? quò applicem?
Cui nec patriæ aræ domi ſtant, fractæ & diſiectæ iacent.
Fana flamma deflagrata, toſti alti ſtant parietes.

Videamus quid ex Euripide trāſtulerit, quid reiecerit,

Ὤ μοι μοι.
Τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα;
Ποία δὲ πόλις;
Φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.
Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
Στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ; τίς θεῶν
Ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός;

Addam & pro coronide, illa non extare in Græco,

Sed non ſcripſiſti, quis parentem, aut hoſpitem
Necaſſet: quo quis cruciatu perbiteret.

Neque illa,

Heu me miſerā, interij: pergūt lauere ſanguē ſanguine.

Nec illa,

Iuppiter tibi ſumme tandem malè re geſta gratulor.

At illa ſunt,

Vide, hinc meæ, inquam, lacrumæ guttatim cadunt.

Talthybii verba,

—νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
Τέγξω τόδ' ὄμμα.—

At illa quomodo?

Miſerete anuis, date ferrum, qui
Me anima priuem.—

Hecuba apud Euripidem,

Ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως
Κεντεῖτε, μὴ φείδεσθε.—

Et cùm ad verbum transferret, ſatis negligenter ea tractabat: vt illa,

Hæc tu etſi peruorsè dices, facilè Achiuos flexeris.
Nanque opulēti cum loquūtur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eadémque oratio æqua non æquè valet.

Concinnius puto,

Hæc tu etſi ineptè dixeris, flexis facule
Ignobilium etenim atque opinatum virum
Oratio indidem æqua non æquè valet.

Euripides,

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν,
Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

Sed de his ſatis.

158 CASCVS, furus.] *Surus* legendum, vt ſuprà libro VII, *Suro, lupo.* Ennius,

--Vnus

Surus ſurum ferret, emem defendere poſſet. Intelligit vallum, quod propterea alibi crebriſurum dixit. Autor Feſtus. à ſuro autem ὑποκοριστικὸν Surculus.

HABEBAMVS & alia, quæ in hunc autorem dici poterant. Sed, vt inquit Varro, vereor ne plures ſint futuri, qui, quòd nimium multa ſcripſerim, reprehendant, quàm, quòd reliquerim quædam, accuſent. Itaque hîc modum dicendi facio.

FINIS.

VERBORVM ETYMOLOGIÆ PERPERAM A VARRONE TRADITÆ, hîc veris ſuis originibus redduntur, aut prætermiſſæ explicantur.

A

AEquor ab æquus, vt læuor à læuis. Æquum, εἰκός. Doricè ἀἰκός. vt εἰ, αἰ. εἶπε, αἶκε.

AEuum. αἰών. æuitas ætas, æuiternus æternus. hæc rectè à Varrone.

Ambagio. am detritum ab ἀμφί. vt At, ab ἀτάρ.

Ancile. ἀγκύλον. Anculare quoque pro miniſtrare, ἀπὸ τῆς ἀγκύλης, miniſtratorio vaſe. Vide Athenæum.

Anfractum. Frago antiquum, vt tago, pago: eſt lentare, flectere: παρὰ τὸ φράγειν, vnde φράγνυμι. Quòd ſignificaret lentare, vt Lentare remum Virgilio: & Lentare arcum Statio. ab eo φράγειν, & φράττειν dici cœptum pro ambire. Et Latitum priſcum Fraxare, obire, circuire vigilias, à frago: vt à Veho, vexo, Tago, taxo. Fraxatores ergo, cuſtodes circumientes vigilias. Nam ſunt duo genera eorum, ἱδρυμένοι, καὶ περίπολοι. Ab eadem origine Frequens, qui ſæpius fraxaret vigilias: non à ferendo, vt Varro.

Angulus, ἀγκών.

Ara. Prius Aſa, vt Papiſius, Valeſii. Aſa, quæ poſtea anſa, vt tago, tango: pago, pango: meſa, menſa: teſus, tenſus. Ita dicta, quòd eſſet propriè Foculus, qui manu portabatur, vt ignitabulum: ἐσχάρα.

Area. ἅλως. l, in r.

Arma, propriè ſunt ſcuta, vt, *Tarpeia necata armis Sabinorum*, id eſt ſcutis. & ancilia arma, id eſt ſcuta. Arma itaque ab armo, quia in eo geſtarētur. Armus commiſſura brachiorum ab humeris. Itaque ab ἁρμὸς dicta.

Arrabon. ἀῤῥαβών. Syriacè Arabon, ab arab, τὸ ἐγγυᾶν.

Aruum. ab Aro. vt Paruum à parum. Larua à Lara. Seruus à Serus, ἔϱος. à quo ἔϱιϑος, & Eritudo Feſto, & ἐϱίηϱος Homero.

Arcerra. ab ad, & carrus. Id erit ad verbum, Epiredium, ſpuria & hibrida voce. Arcerra, pro adcerra, vt aruenire, arcedere: aduenire, accedere. Niſi ſit eadem origo cum Arcirma.

Arca. Arcere eſt continere. ἀϱκεῖν. vnde & Arcus in fornice: & à ſimilitudine τὸ τόξον.

Angenora. Ita ſcribo, non Angerona. Angere, ἄγχειν, cohibere. Angina, ἀγχόνη. Quòd ora digito angit, id eſt cohibet, Angenora.

Audio. Audes, pro Aures. Antiquum.

Aurora. αὖϱα. vnde ἄγχαυϱον. Ἄγχαυϱον κνώσσοντες, ἀλλ᾽ ὅτε μάϱμαιϱε φάος ἠοῦς, Apoll. Sic Aurum, αὖϱος. Nam remanſit ϑησαυϱός. Feſtus quoque teſtatur vetus Græcum eſſe.

Auſculto. Auſes & Audes & Aures dicebant veteres. Auſis οὖς ὠτός, Creticè & Tarentinè αὖς αὐτός. Auſes.

Aueo. Purum putum Hebraicum. Quod verò dicimus ſalutantes, Aue, Pœnum eſt. Vt Pœnus ille apud Plautum. POE. *Auo.* MI. *Salutat.* Ad verbum eſt, viue. Nunc verò Pœni dicũt *Sſalem aalech:* vt Hebræi *Sſalom lecha.*

Autumnus: prius Auctumnus ab Augeo. vt Farctor, Fartor: Sarctor, Sartor: vnde Sarcina. Auctor, Autor, vnde Autumo: Auxilium ab Augeo. Auxilius nomen proprium, deminutiuum Aullus, Ὀφέλτης. vt Pauxillus Paullus, Μικκύλος. Taxillus Tallus, prænomen Sabinorum. Feſtus.

Atrium. Puto αἴϑϱιον.

Aſſum, merum: priſca vox.

B

Balteus. Tuſca vox. Chariſius, *Varro baltea dixit, & Tuſcum vocabulum ait eſſe, Rerum humanarum libro* XVIII. Vides inconſtantiam Varronis.

Braſica. Ortulanũ olus: πϱαϲικὴ. vt βαϲιλικὴ, ὀμφαλικός. Baſilica, Vmbilicus.

Bruma, à Brumo, Baccho. Βϱόμιος Brumus: quòd in id

tempus inciderent, in quo feſta erant Bacchi. Ouid. de alteris Liberalibus,

Acceptus Geniis illa December habet.

C

Cacabus, κάκκαβος.

Calamiſtrum, καλαμίς. In Varrone verò legendum: *Calamiſtrũ, quòd calfactũ in cinere, qui capillus ornetur.*

Calix. κύλιξ. Culigna, κυλίχνη.

Canis. κύων, κυνός.

Cano, Oſcum. prius Caſno.

Capitolium, ita vocabant quam Græci ἄκραν. quòd eſſet κορυφὴ τῆς πόλεως. At fabula capitis inuenti excogitata ad gentis nobilitatem. Capitolium ergo Latina vox, vt Pergamum in Phrygia.

Capra. Turrenum. Heſychius.

Camelus. Syriacè *Gemal*. At Hebraicè *Gamal*.

Caſeus. Oſcum. Caſus apud Oſcos erat παλαιός. Vnde Caſcus, & Caſnar. Caſeus ergo lac vetuſtũ, & coactum ac cõcretum. Inde Caſies, Caries. Niſi ſit à κάρυον. καρυώδη vocat Theophraſtus quæ ſunt vermiculata.

Carcer. κάρχαρα, αἱ μάνδραι.

Carere. κείρω, ἔκαρον. Inde Carduus. & quod carminantium è manibus deteritur. Latini Floccum, Græci ἀκαρὲς vocant.

Cerno. κρίνω. vnde Crinis, crimen.

Campus. καμπὸς, Syracuſanum.

Cælum. κοῖλον.

Colles. κολῶναι.

Concinnè. συγκεκραμένως. Cinnus, ὁ κυκεών.

Columbus. κόλυμβος, παρὰ τὸ κολυμβᾶν: à geſtu quem faciunt eæ aues. Et columbaria in naui, per quæ videntur remi eminentes κολυμβᾶν.

Conus. κῶνος.

Ciliba. κιλίβας, αντος. Alii malunt *Cibila*. ſed tunc erit tranſpoſitum.

Capio. Syriacè Cap volam ſignificat.

Crepum. Cnepum. κνέφας.

Cruſta, à Corio, quaſi Corufta. vt à fide, fiduſtum: ab

m. ij.

ango,anguſtum:augeo,auguſtum:vnco,vnguſtum:verbuſtum,à veru. *Caro verbuſta.* Plaut.

Cruor, ſanguis concretus & congelatus. κρύος. Inde crudum.

Ceruus, κεραός.

Circus. κίρκος, κρίκος. Etiam Circanea auis, ἡ κύκλῳ περιπετομένη. circumuaganea.

Cupedia. Caupedia: Claudus, cludus. Defraudare, defrudare. Laura, lura.

Cornu. κέρας. vt à κρέας carnem fecerunt. Niſi malis à Syriaco *Qarna*.

Cucumis. κικυός. Inde Cucuma, quòd ventrem magnũ habet.

Cura. Prius Coera, & coerare, curare. Coera igitur παρὰ τὸν κόρον, κοῖρα, à ſatietate. hinc ſatagere, curare. vnde κοίρανος.

Cerno, τὸ κρίνω. vnde Cernuus, ὁ κατώβλεψ. Feſtus & Iſidorus volunt Cernuum eſſe genus calceamenti: decepti, vt puto, illo Lucillii verſu, *Cernuus extemplo plãtas conueſtit honeſtas*. Is enim eſt geſtus calceantium ſc. Addam & ex Seruio, *Cernuus equus*, inquit, *qui cadit in faciem, quaſi in eam partem qua cernimus. Vnde & pueri, quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt ſtantes, cernui vocãtur: vt etiam Varro in libris Theatralibus docet.* quod de cernuo equo ſcribit, eſt is qui Græcè dicitur κατωμιστὴς, ὁ ἀπὸ τῶν ὤμων ἐπὶ τὴν γῆν ῥίπτων. De cernuis verò pueris, idem eſt cum illo quod ſcribit Varro lib. 1, De vita pop. Rom. *Etiam pelles*, inquit, *bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant: à quo ille verſus vetus eſt in carminibus. Sibi paſtores ludos faciunt coriis Conſualia.*

Capis. καπίδη.

Ceres. Cereo, creo.

D

Damnum. δαπάνη, dapnum: vt ὕπνος ſopnus. Deinde damnum, ſomnus. Damnum eſt propriè τὸ ἀνάλωμα. Iuuenal. *Nulla viri cura interea nec mentio fiet Damnorum*. δαπανῶν, καὶ ἀναλωμάτων. Idem, *Et multa creſcit damnoſa papyro*. δαπανηρὰ, δαπανώδης. Horat. *Nos niſi damnoſe*

bibimus. ἥγουν ἀφθόνως. Addam & corollarium ex Suetonio De clar. grammat. *Precia grammaticorũ tanta, mercedéſque tam magnæ, vt conſtet Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Meliſſus per nominis cauillationem* πανὸς ἄγημα *dicit, C C millib. nummûm Q. Catulo emptum, ac breui manumiſſum.* ego lego δαπάνης ἄγημα, vel potiùs δαπάνημα, vt ſit alluſum πρὸς τὸν δαφνίδην, vel δαπανίδην.

Diana. prius Iana: vel, vt Pontificia indigitamenta habebant, Eiana: vnde etiam Deiana hodie in veteribus monumentis viſitur.

Dis. ζεὺς, δεύς. vnde Διός.

Dico. δείκω.

Diſco. δάω, δάσκω. diſco α in i, vt χάω, hio: χάσκω, hiſco.

Doceo. δοκέω. vnde δόγματα ſapientum.

E

Elixum. lix aqua. vnde liquor: vt à Lax, laqueus, lacio; inde lacero & lacinia. niſi à λακίδες.

F

Falces. Syriacum Palca.

Fallax. φῆλιξ. *Fallo,* φηλόω. à φάλλω, φαλῶ, ἔφηλα. Apollon. libro III.

Fama. φήμη, φάμα.

Fari. φάω. vnde φημί.

Faſtus. etiam antiquis φαστὸς, à φάσκω.

Fatuus. φάτης. & Vates.

Faueo. oſtendo beneuolentiam. φαύω, vnde πιφαύσκω. & Fauſtus φαυστός.

Februum. vel à Feruendo, vnde & Febris. quòd, quæ deferbuerunt, pura ſunt. vel à φοῖβος, φοιβερός: vt à φόβος, φοβερός.

Ferme. φερμοῖ. Vel à ferè, ferme: vt gero, germen.

Ficedulæ. miliariæ συκαλίδες, κεγχρίδες.

Fiſcina. Fiſcus, ὀξύχοινος. Etiam aluta. ſed tunc puto à φάσκος, vnde φασκώλιον, Paſceolus. φάσκος, fiſcus. vt χάσκω, hiſco. δάσκω, diſco.

Flexum. φλεκτόν. vſtulata enim praua fiunt. Etiam à φλέγω, flagro. vnde Flagrum. hinc Horatius,

--*vrere flagris.*

Formido. Formus,ſudans,calidus.ſudare ſolent nonnulli tremore.vt à graui,grauido: à rauco, raucido: ſic à formo,formido.

*Forum.*quod foras.Foras à θύραζε,& foris θύρα:vt θὴρ, φὴρ,fera. θείω, vnde θεῖον,ſio,ſuffio. θυμιᾷν fumigare. χοῖνος funis. Antiquitus ſfœnis, vt σφόγγος ſfungus, σφενδόνη ſfunda. poſtea ſ periit. inde fœnire, nunc finire, χοίνῳ μετρῆσαι.

*Frater.*φράτωρ.Cõfratres vocãt vulgò τοὺς συμφράτορας.

*Fremo.*βρέμω.

*Fruges.*φρύγω. *Et torrere parant flãmis,& frãgere ſaxo.*

Fritinire. φρίττω, φριττινύω. eſt titilationẽ corporis præ ſe ferre.Aliter frigere,ab eadem origine. Varro: *Commutari mentes,frigi animos eorum.*φρίσσειν.Afranius Priuigno: *Occaſione certa mulier inuolat*

In collum,plorat,orat:occurrit nepos

Pauſillus:neptis porro de lecto frigit.

Fordæ. φορράδες.

*Flora.*χλωρίς.vt Flos, χλόος.

G

Galea. γαλέη.vt κυνέη,ἰκτιδέη,λυκέη,&c.

*Gallus.*παρὰ τὸ κάλλος.κάλλος pala galli·gallinacei.

Gaudium. γᾶδος. priſcum.vt à πλαδὸς,vnde πλαδαρός, plaudus.à πλατὺς plautus.à κλεὶς κλειδὸς, Dor.κλᾶδος, claudo. Niſi ſit,vt κλείω claudo, ſic à γαίω gaudeo. κύδεϊ γαίων.

Gemo. γέμω. plenus ſum. *Gemit impoſito ſub pondere cymba.* & γόμος, πλήρωμα νηός. vt contrà στένω gemo, & anguſtus ſum.

*Græcoſtaſis.*Grẹcorum ſtatio.vt Fregellę,Fregellanorum.Feſtus.Sic apud Martialem:

Bis vicine Nepos:nam tu quoque proxima Floræ

Incolis,& veteres tu quoque Ficelias.

Ibi Ficelię eſt ſtatio Ficuleatum.Neque quicquam mutandum eſt, quod putat Domitius.

H

*Hillum.*Hir eſt minutum illud cauum in media vola. Ab eo ὑποκοριστικὸν Hillum. Cùm vellent oſtendere paruum modum rei, puta aquæ, aut ſimilium, ne hillum,

quidem,dicebant,oſtendentes volam manus.

*Honor.*veteres Onor ſcribebant.Eſt à priſco ὀνὴ, vnde ὀνίνημι. vt ab ὠνὴ factum ὠνεῖσθαι.At onus veriſimile eſſe ab ea origine: vnde fluxit ὄνος Græcorum,qui ab aliqua ratione ærumnoſum illud animal ita vocarint.

Horreum. quòd ὡραῖα omnes fructus, atque adeò prouentum omnem ita vocarent. Galen.

Humus, χαμαί. Humilis χαμαλὸς, vnde χθαμαλὸς, vt χεσὶ, vnde χθὲς, Heſi, poſtea heri. χεσὶ vt πρωΐ, χ in *h*. vt χάω hio,&c.

I.

Infulæ. infilare,amicire.Filameum,pòſt Ilameum,amiculum,&c.

Interamna. διπόταμος πόλις, vt διθάλασσος Κόρινθος. *Bimariſque Corinthi.* Horat. δίθυρον γραμματίδιον, τὸ δίπτυχον. Heſych. *Bipatens pugillar*, Auſon.

Irpices. ἅρπηξ, κος. Euripid.Cyclope.

Irundo. quod veteribus helundo, à χελιδών. χ in *h*, vt ſuprá. ea eſt vera etymologia.

Iurgo. declinatum à Ius : vt à per,pergo: tero,tergo: mare, mergo, τὸ καταποντίζω. Sic à μωρὸς, murgiſo.cor, corgo.κηρόθι,κηρόθεν. Sic à λαῦρος, vnde Lura, largus:à παῦρος,parcus.σπείρω,ſpargo.ſuſum,ſurgo.

L.

Lacus. λάκκος.

Letus. λαιτός. Ita vocabant qui cum corona publicè vitulabant.λᾶος,λαιτός. Deinde λητός. vnde λήτειρα.

Lautolæ, Latinè,quæ Græci λουτρά. Nam balneũ Græcum eſt. Dicebãtur & Albulæ. Lautolæ autem vocatus ille locus Romæ, ab ea fabula quam narrat Ianus apud Ouidium: *Súmque repentinas eiaculatus aquas,&c.*

Lignum, à lego; vt à tego,tignũ:rego,regnum: μέγας, magnus:στέγω,στεγνόν.στίζω,lignum,amiſſo t:παχὺς,pinguis: λείχω,linguo,& lingua:ἔχις,anguis:δασὺς,denſus.

Locus. λέχω iacco, antiquum : vnde λέλοχα,λόχος. vbi quis ſitus eſt.

Loqui. λόγος.

*Lupercus.*cognomen Fauni, λύκιος.

Lucumo. Tuſcum, & tamen origo Græca. Nam in Latio Lucomones ii ſunt qui in Arcadia λυκχόνες.

Luſtrum. vt fluſtrum,malacia maris.

*Lucrum.*à luo. Niſi ſit eadẽ origo cum lucare. Quod lucrum captabatur è lucis,vocabant Lucar: ſicut quod ex ſacrorum æruſcationibus,Extar.

*Lutra.*λυτρίς.vnde & ἐνυδρὶς,eadem.

*Lux.*λύκη.vnde λυκόφως.

Ligo. λίγξ.ἐργαλεῖόν τι.vel quòd terra λίγξ. Clemens Alexandr.

M.

Malua. μαλάχη.

Macer. μακρὸς. quòd macri longi ſint:vt tenuis παρὰ τὸ τείνεσθαι.

*Mars.*Sabinum.

*Mendum.*à minus , vt à manus mãdo παρεγκωῶ. à mẽdo Mendicus , cui deeſt aliquid: nam mendum propriè defectus. Itaque qui minus quàm opus eſt, dicit,is veritatem imminuit, dicitúrque mendax. Sic Mendicum vocabant minus velum,quod in prora ponitur. Græcè ὁ ἀρτέμων. Aliter πέρθρον. Et locus vbi proreta ſpeculatur ſcopulos in mari,dicitur περθρωτήρ. Statius in Propemptico, *Sint quibus exploret rupes grauis arte Molortus*, ἀναμφισβήτως lego,

Sint quibus exploret rupes maris artemo Locrus.

Locrum vocat, quia Locrenſes Opuntii,populi maritimi, nauticæ rei periti fuerunt vel *artemo tortus.* At neſcio quid nugati ſunt nonnulli de molortho , tanquã μόλορθρον eſſet perpendiculum.Et vt puto, qui hoc annotarunt hunc locum Statii authorem videntur habuiſſe. nam in nullo veterum extat,quod ſciam.

*Mens.*vt à γένος,gens,à φάρος pars:ſic à μένος,mens.

Mereo. μείρω. quòd diſtribuitur merces.

Metuo. μέθω antiquum,vnde μέμοθα,μόθος. ſic à πέθω obſoleto,Peto noſtrum. à quo πέποθα,πόθος.ſic antiquũ δέλω,vnde δέλεαρ,peperit δέδολα,δόλος, Dolus. Sic etiam μέδω,vnde μέδιμνος.μέμοδα,μόδος, modus. inde Modius.

A Syriaco *Mad*, & *Madad*.

Mitra, Syriacum, διάδημα Græcũ, Vitta Latinũ, idem ſignificant in ſua lingua, nempe vinculum.

Minerua. prius Menerua. Meneruare erat monere, Vnde promeneruat, monet in Saliari carmine. Menere eſt monere: & meniſcor. vt apo, apiſcor: fruor, fruiſcor. à quo compoſita comminiſci, reminiſci.

Moneo. prius meneo.

Moereo. à μοῖρα. quod pro dolore ποιητικῶς ſumitur.

Murus. prius moerus, à μοῖρα. quòd quiſq; pro parte ſua eos ſeruaret. Hoc docet Lucill. cùm ait, *Moenu' tamẽ fungi, ac moeros ſeruare poteſſint*. Itẽ adſignificat & Moenia, quod partes officii cuiuſque ſignificat, quaſi Moeria dicta. poſtea munia, *oe* in *u*. vt poenire, punire: vt φοῖβος, pubes. ἴθω, ἔοιθα, vnde εἴωθα factnm, vt ab εἴκω ἔοικα. ab illo ἔοιθα igitur, oitor & oiſus: vtor, vſus. vt μοῖσα, μοῦσα, τύπτοισα, τύπτουσα, &c.

Multa. oſcum. deſinat ineptire Varro. à quo multus: quòd numerãdo multa æſtimaretur. & Multare in auctionibus, τὸ πλειστηριάζειν. Plaut. Sticho: *Quàm multas tecum miſerias multauerim*.

Murmuro. μορμύρω.

N

Narro. Antiquitus Gnaro, à gnarus. vnde Gnarigo apud Feſtum, & Dignorare apud eundem. Omnia παρὰ τὸ γνωρίζειν. ſic Gnaſcor, & Gnatus, παρὰ τὸ γενάω, γενάσκω. vt à γνόω, γνώσκω, gnoſco, gnotus.

Neptunus. Tuſcum, vt Volcanus.

Nonæ. vt à Nouem, nonus: ſic à nono Nonæ: vt νουμηνία Grecorum. Et *Chadaſs* Hebreorũ, id eſt nouus.

Nuncius. planè Syracuſana vox. vt ab ἓν ἑνὸς, οὐγκία, ſic à νέος, νούγκιος Siculi declinarunt.

Nux. Syriacum *Luz*. *L* in *N*, vt Lympha, Nympha.

O

Ocrea. ὀκρυόεις.

Odor. ὄζω, ὄδωδα, odor. vt φράζω, conſidero, πέφραδα, φράδων, prudens. Ab eadem mente oleſc, *d* in *l*: vt dacrumæ, lacrumæ: ἄδακρυς alacer.

Olus.oleo,creſco,quòd trãſlata in ortũ,ex agreſtibus culta fiunt.quare ab eo dicta λάχανα, παρὰ τὸ λαχαίνειν.

Ops.Dea.ὦπις.Heſych.Vel ὄπις, vnde ὀπίζεσθαι,venerari, colere:ſicut venerari à Venere.

Opto,propriè eſt eligere,cõſiderare: vt,*pars optare locum*:eligere.Et optio,electus,ab ὄπτω Grę̨co,video,conſidero.Opus verò eſt ab ἕπω facio,adminiſtro.vnde δίοπος, qui aliquid facit,adminiſtrat.

Oriens·ὄρω,orior.vnde ὄρνυμι.

P

Pala. prius paxilla. vt axilla, ala; paxillus, palus,piſtillus, pilus.

Palatiũ.φαλάντιον.Ita vocabãt ſumma iugi veteres Latini & Gręci.vnde Falæ,& Falantũ Hetruſcis erat cęlũ.

Palus. forſan à πηλός.

Paſco. Varro neſcio quid nugatur. Alii à βόσκω, non malè. Ego à πάω πάσκω. vnde etiam πῶυ,Grex.

Panis.Vocabulum magnæ Græciæ. Athen.

Pater. quòd per eum pateat ſemen. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, quæ inuidia eſt deducere à πατήρ;

Pauo. ταὼς,τάϝος Æolicè.Pauo,*t*,in *p*,vt στάχυς,ſpica:& τίς,Oſcè,pis.τί pit.& pitpit,quicquid.τέσσαρες, πίσυρες,πέτυρες. Oſcè petora, vnde petoritum,quatuor rotarum. Latini *p*, in *q*, aut *c*. pit, quid. pitpit, quicquid.petora quatuor. πέμπε,pro πέντε,quinque.πότος,quotus. ἕπομαι, ſequor.ἵππος, equus. λίπω, liquo. vnde linquo. & contrà: vt λύκος,lupus.

Pauper,à παῦρος,prima reduplicata.vt popol⁹,à πολύς. ſuſurrus,à σύρος,vnde σύριγξ.Cacula,à cala,ligno.Lucill. *Scinde puer calam , vt caleas.* Propero , à πρῶ. Niſi ſit προπρῶ,aut προπορεύομαι: aut potiùs à προπρὸ, quæ reduplicatio notat celeritatem.Sic à Curuus,cucurbita.à *tor* Syriaco & Pœnico,turtur.à far,furfur.Mars,Mamers.

Pauor.φόβος.vnde περιστερὰ,φὰψ φαβὸς, παρὰ τὸ φοβεῖσθαι.

Pecunia , à pecu, quòd omnis veterum ſubſtantia in pecuaria. Sic Græci πρόβατα à prouentu. πρόβασις Homero,prouentus:quòd eorum copia in pecu.

Pecudes,νομάδες.

Peluis. πέλυς. vt parum, paruus, &c.

Perdix, παρὰ τὸ πέρδειν. Eum enim ſonum edit. vnde & κακκαβίζειν quoque dicitur. & κάκκη fœtor: vnde Cacare. Hebræi *Quoré*, id eſt καλητής. quòd vocet pullos.

Peregrinus. peregré. & peragrare, ἀποδημεῖν.

Piſtor, à pinſendo. Pinſere, vel, vt veteres dicebāt, piſere, πτίσσειν. T perit, vt πτέρνη, perna. πτηνὸς, Æolicè πτεννὸς, à πετεινὸς, penna. ſic πτισὴρ, ὁ κλιβὸς, amittit τ, à πτίσσειν. A quo πιστικὴ νάρδος in Euangelio, nardus expreſſa & contuſa in liquorem, & vnguentum: quod ſpicatum dicebatur, ſi ex ſpica exprimeretur: foliatum, ſi ex foliis. *At mea me libram foliati poſcat amica.*

Plauſtrum. à palando, quod extēdere ſignificat: quaſi palauſtrum: vt plancæ, quæ prius palancæ. Palancæ, ſeu palangæ (vt id quoque explicemus) ſunt, quas Græci φάλαγγας vocāt, quibus ſubducūtur naues. Varro de vita po. Ro. lib. IIII, *Cùm Pœnus obuiam venisſet noſtris, & quoſdā cœpiſſet, crudeliſſimè pro palangis, carinis ſubiecerat.* relatum id ab Appiano in Libycis: τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν, τοὺς μὲν εἰς τάφρους καὶ ποταμοὺς ἐμβάλλοντες, ὡς γεφύραις ἐπέβαινον· τοὺς δὲ τοῖς ἐλέφασιν ὑπέβαλλον. Et in Annibale, ἔστι δὲ οὓς ὑπ' ὀργῆς αἰχμάλωτα, καὶ τοῖς σώμασι τὸν ποταμὸν ἐγεφύρου, καὶ ἐπέρα.

Pœna, ποινή. à πόνος. vt πνόος, πνοιή. χλόος, χλόη. μοῖρος, μοῖρα, &c.

Perna. πτέρνη.

Porca. Nōnulli à πρασιά. a, in o. vt porrus, à πάρρος antiquo, ex quo πάρσος & πράσος. vt πόρρω, πόρσω, πρόσω. à quo porro, & prorſus, vt prorſi limites. Et prorſa oratio, deinde proſa, vt rurſum, ruſum: ſurſum, ſuſum: prorſum, proſum, Afranius.

Præmium. à præ, & emo, accipio. demo contrarium accipio.

Pratum: Doricè πρατὰ, à πρασιά.

Precium, à procādo. Procare à προὶξ προικὸς, vnde προίξ.

Pecto. πέκω, πέκτω. vt τέκω, τέκτω. πλέκω, πλέκτω, plecto.

Proſerpina. prius Preſerpina à Περσεφόνη. Nam ferè quę in *o* nunc dicimus, per *e* enūtiabant.

R

Rapum, ῥάπυς. inde ῥάφανος.

Raudus, & rudis virga, ἡ ῥάβδος, eadem origine.

Rete. Retæ τὰ ῥωπήϊα, quæ impediunt euntes, aut quæ ſunt in fluuiis. Ita τὸ δίκτυον, quia implicat quæ in eo incidunt.

Rica. ῥέκος, ῥεῖκος. Ricinium.

Robigo. Quia coloris robi. Robum τὸ πυῤῥὸν vocabant, ſeu rutilum.

Rura. ἄρυερα. ἀμέλγω, mulgeo. Nam Rus decurtatum à rure: vt alia omnia ſimilia.

S

Saturnus. Tuſcum, vel Syriacum. Aut σάτυρος. Aut vt à λιγυρὸς, λιγυρῖνος: ſic σάτυρος, σατυρῖνος, Saturnus. vt Volturrenus, Volturnus. Quemadmodum Alumento, Catamitus, Melo, Polluces, corruperunt ex Laomedonte, Ganymede, Nilo, Polydeuces.

Sancus. ſacer, ſanguis, ſaxum, Tuſca.

Scutum. σκύτος. ex corio enim.

Seculum. à ſequendo. Eſt enim ſeries temporum. vt Tegula, à tego. Regula, à rego.

Signum. σιγμὴ, τ periit. vt πτέρνη perna, πτίσσω, pinſo, πτιστὴρ piſtor. Vt ergo à πυγμὴ pugna: ſic à σιγμὴ ſignum.

Sirpo. à ſero, id eſt prehēdo. vt à ſaro antiquo (quod à σαίρω) ſarpo: vnde ſarmenta.

Sponte & *ſpondeo*: à σπονδή. Nam quòd per ſacrificia firmaretur, erat σπονδὴ. ab ea mente Spōte. Nam id non inuiti facere debemus. Vnde etiam Hebræis *Nediba* oblatio ἑκούσιος. ſponte igitur à σπονδὴ, id eſt libatio. Et liber ab eadem cauſſa. Nam λοιβὴ, libatio. vnde olim *loiber*, vel *loeber* dicebatur. Feſtus.

Spica. στάχυς. Æolicè σπάχυς. vt στάδιον, σπάδιον, ſpatium. vt contrà σπουδὴ, ſtudium.

T

Taurus. ταῦρος. Sed Græci à Syris *Thor*, & *Thaur*: quod Hebræi *Sor*.

Termentarium. ita vocarunt linteum ποδηνεκές. Nam veſtem ποδηνεκῆ & talarem Græci vocant τερμιόεντα.

Termini. τέρμονες. termen, terminis.

Templum, τέμψος:

Tera. δαίρα· vt δαὶς, δᾶδα, teda. δάσκια, teſca. *a* in *e*, vt δαὴρ, deuir: nunc leuir.

Tutulus. prius *Titulus*, ὑποκοριστικῶς à Titus. τιτὸς à τίω, defendo, honoro.

Torus. quicquid rotundum. τείρω, τερῶ, τέτορα, τόρος. vnde τορδύω, τορδύματα. Et τόρνος. Inde torqueo, Inde τόρμος, vt à φέρω, φορμός. à κείρω, κορμός. à μοίρα, μορμώ.

Trabes. τράφηξ, Lycophron. tamen Ennius trafax, vel, vt eſt apud Feſtum, trifax dicit, pro trabe, ſude, vel conto,

Vt permaceret paries percuſſu' trifaci.

Tremo. τρέμω.

Turris. τύῤῥις, τύρσις. à Syriaco *Tur*. Id ab Hebræo tzur.

Tubi. τύποι. quòd caui.

Turma. τόρμος. rotunditas. vt cohors: quia cohortes villaticæ rotundæ. Vide *Torus*.

V

Vallum. ὑποκοριστικῶς à vanno.

Vellera. στέμματα, à velando.

Vestis. ἑστὸ, vnde ἐσθής.

Venilia. à veniendo. vt εἰλήθυια παρὰ τὸ ἐλθεῖν. Sed diuerſæ ſunt deæ.

Vdus. ὕδωρ. vdor.

Venari. ſcrutari venas. Venæ ἶνες. Venatur, qui ſcrutatur & indagat aliquid.

Video εἰδέω.

Via. οἶα. Apollon.

Vinum. οἶνος. vt οἶα via. οἶνος Hebraicum.

Vigil. ἀγαλλός. vnde ἀγαλλιάω. α in *i*. χάω hio, &c.

Vitis. quia lenta. vieo. flecto, ligo. à vi. *-magna vi flexa domatur In burim.*

Vibices. ἴβυκες, στιγμαί. Heſych.

Viola. ὑποκοριστικῶς. nam ab ἴον.

Vetus. βυετής. βε intendit.

Vis. ἴς. alij à βία.

Vligo. detritum ex vdiligo. vt à vitia, vitiligo.

Vmbilicus. ὀμφαλικὸς, vt, παιδικὰ pædicare. βασιλικὰ

baſilica. πρασικὴ braſica.

Volcanus. Tuſcum.

Volo. Græcum.

Vrbs. Vrbare & orbare, eſt circulo circunſcribere; περιγράφειν. vnde vrbs, & orbis. Orbare ſeu vrbare Galli dicunt *cerner*, quaſi circinare. ab eo Seneca in OEdipo oculos vocat orbes, vt Sophocles, quẽ ſequitur, κύκλους. Et qui eos amiſit, dicitur orbus. Niſi ſit antiquũ ὀρφὸς, ex quo ὀρφανός, quod ſine dubio verum eſt.

IOSEPHI SCALIGERI

APPENDIX AD CONIectanea ſua in libros M. Terentii Varronis de lingua Latina.

IN LIBRVM QVARTVM.

PAGINA 2.

PROPTER BIS quaternas cauſſas.] Quidam locum mendoſum ſuſpicati ſunt: ego tantùm mutilum quouis pignore contendam. Nam cùm cõtrariè oppoſuerit literarum demptioni additionẽ, traiectationi ſeu traiectioni commutationem: ſyllabarum productioni quod opponat non addit. Vt non tantùm hoc deſit, ſed etiam ea quæ requiruntur ad explẽdum numerum bis quaternarum cauſſarũ. præſertim cùm ita alibi loquatur. vt lib. VII, *Libros faciam*, inquit, *bis ternos*. Concludemus igitur, locum mancum & imperfectum eſſe, potius quàm vt pro *Bis quaternas*, legendũ cenſeamus *Has quaternas*.

2 ARTATIONEM.] Vetus lectio, *Tractationẽ*. quæ vera eſt: nam hoc dictũ pro Traiectationem: quia Traiecto dicebãt δισυλλάβως pro Traiecto: & pro Traiice, Traice. Sic reice trochæus eſt apud Virgilium.

3 QVOD poſterior Ælius.] Merito illud Ælius non agnoſcit vetus ſcriptura. ſed non *Poſterior*, ſed *Poſt reor*, legendum eſſet, ita: *Quod poſt reor multo potius cælare à cælo, quàm cælum à cælando.*

5. 6 CONVALLIS, cauata vallis.] Poſtrema duo verba ſuſpicor eſſe gloſſema: quare cenſerem inducenda eſſe.

6 VT PONTIFICES dicũt, quaad inhumatus ſit.] Nam quanuis os humo opertũ eſſet, tamen antequã iuſta fierent, mortuus ille, quanuis iam multo antè combuſtus, inhumatus dicitur. Propterea addidit interpretamentum Varro ex Pontificiis libris, vt quod opertũ humo prius ex vulgi opinione vocauerat, id poſt ex iure Pontificio, inhumatum vocet, quia iuſta adhuc facta non erant. Hoc dico, quia doctiſſimi hominis, qui hanc lectionem immutare voluit, ſententiam non ſequor. Porro ex manu ſcripto codice legendum, *Donec in purgando humo eſt opertũ.* Vt intelligas os mortui.

6 ET DICITVR humilior.] Fortaſſe ſcripſerat Varro, *Et dicitur ſitus.* nam iuſtis factis dicebantur ſiti, non aliter. quod nos docuit Cicero. Sed quia hic Varro diſputabat de humo, & eius deriuatis, ſuſpicatus eſt quidam legendum eſſe Humilior: quia ſit deriuatum ab humo.

8 HIC vbi nunc eſt Roma.] Citat hæc ex poeta quodam, cuius nomen non appoſuit, quòd vulgo notiſſimus eſſet verſiculus. Eſt enim trochaicus integer cum acroſtichide ſequentis,

Hic vbi nunc eſt Roma ſeptem montium demiſſior
Infimus locus- Sequitur enim ſtatim interpretamentum ipſius Varronis, *Infimus, humillimus.* Quod autem doctiſſ. Turnebus (quem nunquam niſi honorificè appellare debemus) hic legendum cenſet, ſeptimontium, næ is multùm fallitur. Septimontium enim nunquam fuit locus Romæ, ſed dies Feſtus, vel potius ſacrum, quod ſeptem montibus fiebat. Meminit Tertullianus libro de Idololatria: *Etiam*, inquit, *ſtrenæ captandæ, & ſeptimontium, & brumæ, & charæ cognationis honoraria exigenda omnia.*

9 QVOD inde ſuſpiciunt.] Vetus ſcriptura, *Quo inde ſuſcipiunt.* Lego igitur, *Quo inde ſuſcipiunt perpetuo flumen, lacus. Lacuna, lama, vbi aqua contineri poteſt.* Dictum eſt autem *Quo inde* pro Vnde. vt alibi, *in qua ibi*, pro Vbi. quod in idiomate Hebræo rarum non eſt.

11 AB ADVENTV.] Ita habet v. c. Et verum eſt. neque aſſentior doctiſſimo Turnebo, qui legendum

cenſet

cenſet ab aduectu. Atqui propius eſt vt Auentinus ſit ab aduentu dictus, quàm ab aduectu. Aduenire propriè dicitur de peregrinis. Et Aduentores, ſeu aduenientes, qui peregre veniunt, vt alibi annotamus. Quòd igitur velaturis traiiceretur ille locus, & pro peregrinis haberentur qui ex vlterioribus locis adueniebant, ab aduentu illo putat Auentinum dictum. Nam peregrinos cenſeri neceſſe eſt, qui ita paludibus à nobis diſcluſi ſunt, vt ad nos, niſi traiecturis, peruenire non poſſint.

14 VELLERA.] Vetus lectio, *Vellemera.* Scribe *Vellemina*, vel, *Vellimina*, vt in libris De re ruſtica.

15 SIVE, vt Zenon Cittieus, animalium ſemen ignis.] Nollem accidiſſe præſtantiſſimo viro Adr. Turnebo, vt putaret Varronem hîc agere περὶ τῆς ἐκπυρώσεως, qua dicunt vniuerſum mundum conflagraturum. Primùm Zenon neque ſolus, neque primus περὶ ἐκπυρώσεως ſcripſit. Deinde vt ponamus id verum eſſe, quî fieri poteſt vt anima conſtet ex incendio, aut conflagratione? perinde id eſſet acſi diceres, immortalitas animæ eſt ex corruptione. Sed iniuriam fecerũt manibus eruditiſſimi & maximi viri, qui neſcio quæ eius ἀποσπασμάτια, vel potius abortiua quædam in Varronem poſt mortem eius ediderunt: quibus magis traduxerunt eum, quàm eius nomen commendarunt. Nam quid opus erat ea edere, cùm ipſe ea more ſuo in Aduerſaria ſua tumultuaria opera inferciſſet? ſanè, nequid amplius dicam, indigna ſunt quæ tanti viri titulum præferrent. ſed ad rem. Non, inquam, hîc περὶ ἐκπυρώσεως ſermo eſt, ſed de eo quod præter quatuor elementa quintum additum eſt, quod ab Ariſtotele ἐντελέχεια vocatur, à Zenone dicitur eſſe ignis, ex quo mentem, animam, cogitationes omnéſque animi actiones ait eſſe. De quo, quia tritum eſt, non aliud addam, quàm eius rei à Cic. in libro IIII de Finibus, item in Academicis mentionem fieri. Meminit & Tertullianus, libro de Anima, Plutarchus in Decretis, Laertius in Zenone, & alij.

15 FRIGORI immiſcet calorem.] Verba ſunt Ennij. éſtque verſus trochaicus integer,

Frigori immiſcet calorem, atque humori aritudinem.

15 INDE omne corpus.] Sequor correctionem doctiſſimi Turnebi, quam is ex vetere libro adponit: *Inde omne corpus, vbi nimius ardor aut humor, aut interit: aut, ſi manet, ſterile. Cui teſtis æſtas & hiems, &c.* Quæ & ipſa ſunt ex Epicharmo Ennii, quanquam verſus ipſos nunc non citat Varro. Sũt enim omnia ad verbum Pythagorica. Sequentes Pythagorei enim principem ſuum, dicunt ἰσόμοιρα εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρόν. ὧν κατ' ἐπικράτειαν, θερμοῦ μὲν, θέρος γίνεσθαι· ψυχροῦ δὲ, χειμῶνα. ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους. οὗ τὸ μὲν θάλλον, ἔαρ, ὑγιεινόν· τὸ δὲ φθίνον, φθινόπωρον, νοσερόν.

16 CEREI ſuperioribus mittuntur.] Saturnalibus cereos proceribus mittebant pauperes clientes. quod vulgatiſſimum eſt vel ex vno Macrobio, vt alios taceam. Sic intelligendũ epigramma Antipatri ex ſexto Anthologiæ,

Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον,
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ,
Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας. ἢν δέ μ' ἀνάψας
Εὔξηται, λάμψω φέγγος ἀκουσίθεον.

Nam λαμπὰς κηροχίτων eſt cereus. Κρόνου dicit eſſe, quia Saturnalibus mittebatur. deinde γέρας vocat, quòd honorarium cliens debebat patrono. Quod addit, ἢν δέ μ' ἀνάψας εὔξηται, hoc vocabant lucem facere Saturno. Cereis enim accenſis illi preces concipiebantur. quanquam Paulus Diaconus mutilator Feſti dicit lucem facere Saturno, eſſe, caput detegere Saturno. Cuius quidem ritus ne nos quoque ignari ſumus, cùm ſciamus etiam cauſſam eius ſuperſtitionis. Non dubitamus tamẽ quin, quòd cerei accendebantur Saturno, propterea potius dixiſſe veteres lucẽ facere Saturno, quàm quia caput detegerent. Reliquis enim diis caput obnubebant, cùm concipiebant preces.

17 ORCVS.] Vetus lectio: *Quorum quod finis orcum, orcus dictus.* Videtur locus inferorum neutro genere à veteribus dictus: Deus verò, maſculino. ſic Cælum pro loco, Cælus pro Deo. Ennius,

-Saturno, quem Cælu' genit- Orcum verò Ro-

mani ſine dubio à Græcis acceperunt. nam ὅρκον vocabant conditorium mortuorum. Menander,

Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
Εἰς τὸν ἴσον ὅρκον τοῦ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

18 SALACIA, venilia.] Venilia, eſt acceſſus ſeu exæſtuatio maris: Salacia, receſſus. Varro, vt citatum reperi: *Venilia, vnda quæ ad litus venit: Salacia, quæ ad ſalum redit.* Atque ita quidem Romani vocabant maris reciproca incrementa, aut decrementa. Sed poſtquã in oceanum Germanicum penetrarunt (quod primus Druſus Germanicus fecit) Germanicis nominibus veterum Saxonum ea vocarunt, pro Venilia Malinam, pro Salacia Lidunam dicentes. atque ita quidem ſcriptum reperi in veteri libro Bedæ Angloſaxonis. Quare apud Marcellum Empiricum, qui floruit temporibus Valẽtiniani Imp. aliquando id legitur, nec ſine admiratione olim à me ſubinde repetitum: vt in illo, *Colligitur die Iouis, luna vetere, liduna, ante prandium.* Item, *Colliges herbam quæ dicitur Britannice, die Iouis, vetere luna, liduna.* Item, *Conficitur vetere luna, & liduna, à menſe Martio.* de malina vero idem, *Conficitur* XII *Cal. Iulias nõ intereſt quo die, vel luna, vel malina, dummodo ſupraſcriptus dies obſeruetur.* quanquam plenius eſſet, ſi legeretur, *Quo die, vel luna, liduna, vel malina.* In quibus præterea vides ſuperſtitioſam obſeruationem legendi herbas: vt alias vires videantur habere æſtuatione maris, alias, cùm non patitur incrementa. Sed Venilia & Salacia ſignificant acceſſus & receſſus maris quotidianos: Malina & Liduna etiam lunaria oceani incremẽta & decrementa. nam alioqui ſemper bis in die intumere & detumere ſolet oceanus.

18 ET DICTVM honus eſt honos.] Prouerbialis ſenarius hactenus non animaduerſus,

Honus eſt honos, qui ſuſtinet Rempublicam.

18 DICIMVS Laram.] Vetus ſcriptura, *Dicimus heccalem.* fortaſſe: *dicimus hæc: Palem, &c.*

25 PROXIMA animalibus.] Ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ legendum, *proxime animal ſunt ea.* ἐγγυτάτω τοῦ ζώου.

26 FRVCTVS à ferendo.] ſcribe: *Fructus à ferendo, res, & hæ, quas fundus, & hæ, quæ in fundo ferunt, vt fruantur.* Vt, inquit, res fruantur, tam quæ ferunt in fundo, quàm quæ feruntur. Nam frui etiam paſſiuè dixiſſe veteres, auctores ſunt grammatici. Hæc quam appoſui, eſt vetus ſcriptura, niſi quòd non fruantur, ſed fruamur habebat.

31 SIMPVLVM.] Alij ſimpuuium. Scio quid antè dixerim de etymo huius vocis. quæ omnia, vt incerta reiicimus. Nam ſimponem prius dixiſſe non dubito: vnde deminutiuum ſimpulum. Simpo autem à Græco σίφων. Vtrunque enim ſignificat vaſculum cum tenui fiſtula, vel anguſto collo, ad pitiſſandum vinum. Hoc vno differunt, quòd Latini ſuo ſimpulo ad ſacra tantùm vterentur: Græci τῷ σίφωνι ad guſtandum in caupona vinum. quod genus vocabant merariam. Vetus Gloſſariũ: *Meraria*, γευστίς. Dicebatur & Guſtatorium. Idẽ Gloſſarium: *Guſtatorium*, γευστίδιον. Hipponax de eo qui vinum furtim ex cado pitiſſarat, ſeu guſtarat, dixit,

Σίφωνι κλέπτῳ τοὐπίθημα τετρήνας. Inde verbum σιφωνίζειν, eſt furtim vinum pitiſſare. Apud Ciceronem de Finibus II, hæc verba ita leguntur in melioribus tam ſcriptis quàm antiquitus excuſis exemplaribus: *quibus vinum defuſum è pleno ſit, hir, ſiphon, vt ait Lucillius, cui nihil dempſit.* Nam vinum cui ſiphon aliquid dempſerit, ſi diu ita deintegratum maneat, vt loquebantur veteres, aceſcit. propterea Lucillius, ex cuius verbis hæc ſcribit Cicero, proponit vinum integerrimum, & nulla parte periclitans aceſcere: id quod ſiphone depletum non eſt, neque vola manus pitiſſatum. nam Hir, eſt vola manus. & qui vinum furtim deplent, vt guſtent, ſolent id vola manus haurire. Hæc ſanè eſt vera ſententia Lucillij, quæ elegãtiſſima eſt. quam Ciceronis præpoſteri æmuli cur mutarent, cauſſa non erat. ſi enim Ciceroni putabant iniuriam fieri, quòd priſco verbo Hir vteretur, ſaltem hoc cogitare debebant, ipſum Ciceronẽ verbis Lucillii, non ſuis, loqui. Quod ſequitur apud eundẽ Ciceronem, *vis & ſacculos abſtulerit* (nam ita habebant antiquæ editiones) lego: *vires ſaculus abſtulerit.* Firmiſ-

ſima vina olim ſaculis vinariis caſtrari ſolita notiſſimũ eſt ex Plinio. Itaque delicatiſſimum vinum eſſe proponit Lucillius, tum quòd de pleno defuſum ſit (nã quod de deminuto & σεσιφωνισμένον hauſtum eſt, id aceſcit) tum quòd ſaco caſtratum contumaciam illam (vt ita loquar poſt Plinium) exuit. Hæc obiter volui monere.

32 RICA.] Eſt propriè virgineum flameum. Turpilius. *Interea aſpexi virginem in capite geſtantem riculam indutam oſtrinã.* Græci poetæ καλύπτρην. Apud Germanicum vbi loquitur de Erigone, *-ore Velato, triſtique genas abſcondita ripa,* lege, *rica,* non *ripa.*

33 RVTVBATRI dicti.] Lego: *à quo rutu Raſtri dicti.*

34 OPPIDVM.] Turnebus adfert ex veteri ſcriptura, ſed plura de ſuo. Melius ita putem: *Maximum ædificium eſt opidum ab ope dictum, quod mænitur opis cauſſa, vbi ſunt: & quod opus eſt ad vitam gerundam, vbi habitent tuto, opida. Quod opere mænibant mænia, quo mænitius eſſent. Quod exaggerabant, aggeres dicti, & quod aggerem contineret mærum. Quod mæniendi cauſſa parabatur mænus, quo ſepiebant opidum, eo mænere Mænus. In ſummo pinnæ, &c.*

35 QVAS inſigniti milites.] Vereor ne legendum ſit, *quas inſignia.* nam inſignia ſunt οἱ λόφοι gladiatorum, & militum. Virgilius,

-Inde volans ſecum abſtulit haſta Inſigne-

36 POSTILIONEM poſtulare.] Doctiſſimus amicus noſter (quem ſemper viuum antè coluimus, & nunc etiam memoriã amplectimur) hic legit, *Deũ manium poſtileonem poſtulari.* Quam ego vt ingenioſam nõ poſſum non valde commendare. Tamen quo nititur, vt coniecturã ſuam tueatur, ille? poſtes, inquit, ſunt fores. Lucretius, *Cernere res animus ſublatis poſtibus ipſis.* Quod ſanè verum eſt. ſed aliud eſt foris, quo ianua operitur, aliud ianua ipſa. Ita hic ſpecus, ſeu hiatus ille, qui patebat in foro, non poterit dici poſtis. nã potius poſtis diceretur id quo operiretur hiatus ille. igitur non eſſet amplius ſpecus. Quare non eſt quod vllam hinc ſperare poſſet victoriã. nullo enim modo ſentẽtia eius hac qui-

dem in parte obtinere poterit. Eſto. Tamen quod dicit Lucretius plurali numero, id non auſus eſſet ſingulari. Igitur neq; hac parte defendi poterit doctiſſimus vir. Sed nihil mutandū eſt. Non meminerat ipſe verba eſſe ſolēnia priſca ex formula Augurū: *poſtilionem poſtulari.* non enim ſunt Varronis. Poſtilio quippe eſt poſtulatio, vt etiā in meis antiquis gloſſis reperio. Populus igitur Romanus poſtulabatur poſtulationem deûm maniū. quæ'nam ea eſt? ſacrificiū humanū: hoc eſt, quod fiebat capite & vita hominis. nam inferorū ſacrificiū antiquitus Romanis fiebat capite humano, Ioui Latiari & Saturno. Sed quòd obſcurū eſſet, quid ſit ſacrificium, ſeu poſtulatio deûm maniū, interpretātur Augures, hominem fortiſſimū ſcilicet eò demitti. Sanè nihil omnino hîc mutandū, ſed antiquitas interpretāda. Vbi pręterea ἀρχαϊσμὸς notiſſimus eſt, poſtulari poſtulionem: vt, Ego nihilominus hoc exigor portorium. Vide Gellium. De poſtilione autē quid dubitemus, cùm ſciamus poſtulationes, & poſtularia ſacra eſſe ea, quib' procurātur expiationes oſtentorū, vt olim annotauimus ex Cicerone?

38 ARGILETVM ſunt qui ſcripſerūt ab Argo.] Vetus lectio recta eſt, *Argiletum ſunt qui ſcripſerunt ab Argula, ſeu Argo.* Nam id eſt, ἀπὸ τοῦ Ἀργόλα, ἤγουν Ἄργου. Stephanus, Ἀργεῖος οὐ παρὰ τὸ Ἄργος οὐδέτερον (ἦν γὰρ διὰ τοῦ ι) ἀλλὰ παρὰ τὸν Ἄργον τὸν κτίστην. λέγεται γὰρ καὶ Ἀργόλας. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Οὐκ ἠγόρευον, ἕτος ἐστί γ' οὐκ Ἀργόλας;

Μὰ Δί' οὐδέ γ' Ἕλλην, ὅσον ἔμοιγε φαίνεται. καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει,

Ἐγὼ δὲ Σαρδιανός, οὐ γὰρ οὐκέτ' Ἀργόλας. Turnebus, ab Argu lapſu. Quis dixit illi eum ibi lapſum fuiſſe?

40 IN bucitatum antiquum opidum.] Faceſſit negotium doctiſſimis viris hic locus, neque immerito. adeò vt pluribus modis conatus ſit Turnebus veram lectionem indagare. ſed, vt & ipſe ingenuè fatetur, fruſtra tentauit. Nos autē, niſi noſtrum nos auguriū fallit, nulla penè immutatione ad veram Varronis ſentētiam peruenimus. Cenſemus enim, vt res ipſa vult, ita legendum, *Quod ea pecus in bucita tum antiquū opidum exigebat.* Bucita, ſeu buceta (nam vtrūque reperio) gloſſæ

neæ veteres interpretantur paſcua, vbi cientur boues. Quod gloſſema nō ſolùm nobis mētem Varronis aperit, ſed etiā etymō præterea pro cumulo addit. neq; ſemel ita reperi in ipſis gloſſis. Quòd ſi ipſæ hoc nō monuiſſent, tamen eius rei ſemper locupletē auctorē Gellium laudare potui. Is enim lib. x i, cap. i ita ſcribit, *Timæus in hiſtoriis, quas oratione Græca de rebus pop. Rom. cōpoſuit, & M. Varro in antiquitatibus rerū humanarum, terram Italiam de Græco vocabulo appellatam ſcripſerūt: quoniam boues Græca veteri lingua* ἰταλοὶ *vocitati ſunt. quorum in Italia magna copia fuit, bucetáque in ea terra gigni paſcíque ſolita ſint compluria.* Hæc ille. vbi interpolarunt audaces homines, buceráque. ſcio equidē bucera eſſe armenta: ſed neſcierunt ipſi, paſci hìc eſſe non νέμειν, ſed νέμεσθαι paſſiuè. Quare hoc vocabulum nunc primùm excitatur è puluere & ſitu, vbi diu ignoratum latuerat. Rectè igitur Varro Mugionis portam dictam à mugiēte pecore, id eſt bubulo, quòd ea ad paſcua ſua exigeretur ab antiquo opido. Quotieſcunque hiſtorici Romani, opidi mentionem faciunt, nihilque præterea addunt, non dubium eſt antiquam Romam intelligi, quam quadratam vocauit Ennius: *Et quibus extiterat Romæ regnare quadrata.* Iccirco ſcribit Liuius libro XLV, *In opido Mineruio duas portas, & muri aliquantū de cælo tactum.* lego, *In opido Mineruij duas portas*, vel *partes, &c.* Ignorat enim doctiſſ. Turnebus quid ſit ibi opidum. Cùm tamen ſit quadrata Roma, vt diximus, cuius nunc mētionem facit Varro, & in qua porta Mugionis, de qua nunc ſermo eſt, fuit. Nam quemadmodū veteres Græci ἄστυ cùm dicunt, intelligunt Athenas κατ' ἐξοχὴν, ſic Romani cùm opidum dicūt, intelligunt vetus opidum Palatinum, vbi primùm Roma cōdita fuit.

IN QVINTVM LIBRVM.

62 ITAQVE hos imitatus Apriſſius.] De hoc loco ſatis olim in Coniectaneis noſtris. Poſſet etiam vetus lectio admitti. *Itaque hos imitans Chryſippus: io buco, quis me iubilat. Vicinus Atus antiquus.* vt intelliga-

tur Chryſippus perſona, ex tragœdia Attii. Docuit enim ille Chryſippum fabulam. Et quod ait hìc Varro iubilandi verbum eſſe ruſticorum, rectè ei quadraret nomen buco: eſt enim ruſticum conuitium. Item Atus eſt ἄτυς. Quod eius ſacra in Phrygia: ex qua Pelops Chryſippi pater oriundus erat. Hæc ego nolui tacere.

66 PROPTER hãc aurium auiditatem theatra replentur.] Hoc explicant eiuſdem luculenti verſus ex Menippea κενοδοξίᾳ, περὶ φθόνου,

Vos in theatro, qui voluptatem auribus
Huc aucupatum concurriſtis domo:
Adeſte, adeſte, quæ ferámque ignoſcite,
Domum vt feratis è theatro literas.

57 POST autem conuentionem habet.] Lege ex veteri codice *Poſtante*. Nam ita componebãt præpoſitiones veteres, vt inante, & ſimilia. Quod non monuiſſem, niſi aliter vidiſſem placuiſſe Adriano Turnebo noſtro.

IN LIBRVM SEXTVM.

72 TESCAQVE me ita ſunto.] Sine vlla prorſus dubitatione hìc legendum eſt: *Templa teſcáque incita ſunto, quaad ego caſtè lingua nuncupauero.* Nam ex his corruptis, me ita, egregiè incita corrigi quis nõ videt? Teſca ſeu templa, ſunt promota vſque ad ſuos fines, ita vt vlterius promoueri non poſſint. Antiqui enim fines ſeu terminos, quos amplius promouere non eſt, incitos vocabant. Et qui eò rerum redacti erant, vt nullum certum rerum ſuarum conſilium capeſſere poſſent, ad incitas redacti dicebãtur. Vbi ſubaudiendum lineas. Metaphora enim à ludo duodecim ſcriptorum. nam quum ad vltimam lineam promoti erant calculi, tum is cuius intererat, ad incitas lineas redactus, calculi verò ipſi inciti dicebantur. quod annotat Iſidorus. Apud Græcos alia erat tabula calculorum. quippe quinque linearum. Itaque nõ in vltimis lineis erãt inciti calculi, ſed in media. Quare cùm alteruter ex luſoribus ad incitam lineam cogeretur, tunc mouebat calculum ab ea-

dem media linea, hoc dicto, *κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς*. nam linea illa vocabatur *ἱερά*. Plautus Pœnolo,

--tacitus tace modo.

Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit.

Quin prius diſperibit, faxo, quàm vnam calcem ciuerit.

Caue calcẽ hîc pro ea parte pedis accipias quam Græci *πτέρναν* vocant. calcem enim vocat hic calculum, alludítque ad prouerbium, quod vſurpauit. Et ita Lucillius,

Naumachiã licet hæc, inquã, alueolúmque putare, &

Calces.-- Nam calces hîc calculi, manifeſto. Feſtus, *Calces*, inquit, *qui per deminutionem vocantur calculi.* Vides ergo quomodo Plautus dixerit Ciere calces, *κινεῖν τοὺς πεσσούς*. Et ita hic locus, qui erat alioqui maximi momẽti illuſtratur. Neque dubium eſt quin ita legendum ſit, TESCA, TEMPLAQVE INCITA SVNTO, &c.

72 OLLA ver.] Olla veter, olim correximus. Et veriſſima eſt illa caſtigatio. Fuge à Turnebi fera arbore, & id genus aliis, quæ ipſe, ſi viueret, nunc mutaret, certo ſcio.

72 CONCRECIONE.] Imò ſcriptũ fuit, conrecione, deprauata illa ſcribendi cõſuetudine, qua Inicere, pro inigere, Subicitare, pro ſubigitare ſcribebãt. Conrecione, eſt cõregione. Feſtus, *Conregione, è regione.* hoc eſt, vt Varro ipſe interpretatur, Intra eas regiones qua oculi cõſpicient. Nõ enim ſolùm in effandis templis auguralibus, ſed etiam in effandis finibus fanorum & ararũ, regionum ipſarũ termini cõcipiebantur, vt in dedicatione aræ Auguſti Cæſaris Narbone ita præiuit verba Põtifex, *Numẽ Cæſaris Auguſti, patri patriæ: quãdo tibi hodie hanc aram dabo dedicabóque, his legibus híſque regionibus dabo dedicabóque, quas hic hodie palam dixero.*

73 DIVISSE cluet.] *Cluet* legendum eſſe, facilè cognoſcimus ex priſca ſcriptura, *Clauet.* vnde Turnebus *claret* maluit legere. Et hexametros cõſtituit, quos tamen manifeſtò & videbat, & crediderat olim, perſuaſus à me, eſſe anapæſtos. Quis tam cæcus qui illam anapæſticam coronidem non agnoſcat, omniáque illa ex choro Philoctetæ Attii petita fuiſſe? Vnũ addam, quod

eius *δυσπιστίαν* mollire poſſit aliquando. Producit enim illos cõmentitios hexametros ex Næuio. Atqui ſcimus Næuium nunquam hexametrum ſcripſiſſe. Punicũ bellum tantùm ſcripſit Næuius, itémque tragœdias & comœdias. Quid ergo? Ex Punico bello Næuii eos produxit? at Punicum bellum Næuii totum Saturnio carmine ſcriptum fuit. quod alibi diſputauimus. At ex tragœdiis & comœdiis? Nugæ. ne ipſe quidem Turnebus, ſi reuiuiſceret, comœdiæ vlli aut tragœdiæ illud genus carminis conuenire concederet.

73 CONTINVIS ſecepit ſpoliis.] Ita citauerat Varro, *Continuis ſex apti ſ.polus Græcum.* Nam quando notiſſimus erat locus auctoris qui citabatur, is ſingularibus literis, nõ integris ſcribebatur. Quod ferè ſemper fe:erat Donatus in Terẽtium. Itaque ill ud ſ ſingulare, eſt, ſignis. Ex illo igitur ſ, & polus, fecerant ſpoliis. Et hæc vera eſt coniectura. Splendida in his anapæſtis eſt vocandi caſu, genere fœminino.

74 IN directo, VIII pedum, in anfractu, X VI.] Sanè ſi in directo ſunt VIII, in flexu erũt XXIIII. nam ambitus, vt notiſſimũ eſt, tres dimetiẽtes ſuas cõplectitur. Ita circulus, cuius dimetiẽs eſt octo pedum, in ambitu habebit XXIIII pedes cum ſeptima vna. Sed hîc Varro non de toto flexu (inquies) ſeu ambitu intelligit, ſed de dimidio. Ita ne hæc quidẽ quomodo defendam video. nam ſi directũ erit VIII pedum, flexuræ dimidium eſſe debet ſeſquialterum ad dimetientem ſuam, nimirũ XII pedum. Quare qua mẽte lex id dixerit, rationem iuriſconſultis diſquirendam relinquo.

74 Ἡ χθὼν Pythagora.] Mirũ eſt, id quod eſt mediũ in homine, per quod diſcernitur homo mas an fœmina ſit, vocari terram ſeu χθόνα à Pythagora, cùm tamen Pythagoras ipſe terram mediam vniuerſi eſſe negauerit. Quod patet ex loco Plutarchi à nobis olim adducto: item ex Ariſtotelis diſputatione libro De cælo, ſecũdo. Quare cõtra ſe hoc vtitur argumento. Nam ſi ſequitur Pythagoræ ſentẽtiam, ſanè vbi Pythagoras poſuit terram, ibi mediũ non eſt. poſuit autẽ in pudẽdis hominis: ergo pudẽda hominis non ſunt mediũ hominis. Nã Py-

thagoras negat terrã eſſe mediam mũdi. Quare fruſtra, vt dixi, hoc exemplo Pythagoræ vtitur Varro.

76 VT CONFERRE queant.] Ita habet priſca ſcriptura. Ex qua ego lego,

Vt conferre queant, rate mœratáque perite
Per liquidum mare eant ſudantes atque ſedentes.

Rate mœrata, hoc eſt murata. Nam muros ratis dixit Ennius, exẽplo Græcorũ, qui dicunt τοίχους τῆς νεώς. Porro verſus iſti Enniani, niſi fallor, loquebantur quomodo primùm Romani claſſem fabricare, & nauticæ rei dare operam cœperunt. quod contigit primo bello Punico, L. Valerio Flacco, & T. Otacilio Craſſo, COSS. vt refertur à Polybio lib. I. Quãdiu igitur fabricabatur claſſis, Conſules ſtatuebant exercitum in terra ſedẽtem, & docebãt quomodo hortatori parendũ eſſet, quomodo cõferenda nauis. quod nunc innuit Ennius. Sed preſtat Polybii verba proferre, vt & hiſtoriæ progreſſus intelligatur, & cõiectura noſtra confirmetur. οὐ μὴν ἀλλ' οἷς μὲν ἐπιμελὲς ἦν τῆς ναυπηγίας, ἐγίνοντο περὶ τὴν τῶν πλοίων κατασκευήν· οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον. καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστήν, ἅμα πάντας ἀνάπτειν ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνομένειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. Quod verò ait Polybius, ἅμα πάντας ἀνάπτειν ἐφ' αὐτοὺς καὶ πάλιν προνομένην τὰς χεῖρας, idem Ennius retulerat VII Annali. ex quo & ſuperiores quoque verſus ſumptos eſſe par eſt.

Poſte recumbite, veſtráq; pectora pellite tonſis. Et,
Pone petũt, exin referũt ad pectora tonſas. Quid enim aliud eſt quàm exercitatio Romanorũ adhuc rei nauticæ imperitorũ, de qua Polybius agit? Subiicit Polybius, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. Ex eodem Annali verſus Ennii, qui Polybium ad verbum interpretantur, proferamus.

--tonſam ante tenentes
Parerent, obſeruarent, portiſculus ſignum
Cum dare cœpiſſet- Qui enim κελευστὴς Polybio, is eſt portiſculus Ennio. Apparet igitur, verſus, quos poſtre-

mos citauimus, non multũ abfuiſſe ab iis, quos Varro hic profert: vtpote cùm eadem res in ipſis ageretur.

76 OMNIA adpatula.] Iam, niſi fallor, ex veſtigiis antiqui libri veram lectionem huius deprauatiſſimi loci eruimus, quam olim friuolis coniecturis indagabamus,

-omnia

Dapatilia comiſſe Iani cuſiones.

Duonus ceruſes Diuius Ianúſque venit. Sunt autem duo verſus Saturnii, quo genere conſcriptum fuit carmen ſaliare. Neque enim ante tempora Ennii aliud genus carminis tractarunt Romani. Nam Liuius Andronicus proſa oratione, non verſibus ſcripſit Odyſſeam. Illa autem vox *omnia* in primo verſu, non eſt ipſius verſus. fortaſſe eſt præcedentis. *Dapatica*, & *dapatilia* veteres vocabãt omnia opipara. *Comiſſe*, eſt comediſſe, ab eo quod comeſt, nõ comedit dicebant. Comiſſe igitur, quod poſtea comeſſe. Neque aliter inuenitur apud Plautum. *Duonus ceruſes*, eſt priſca lingua, bonus creator. Nam Cerus in carmine Saliari erat creator. quod alibi notamus. vt à gnarus, factum gnarures, quo Plautus vtitur: & Auſonius,

Non promus inſtans, non arator gnarures. ita à Cerus factum cerures quod veteres dicebant per ſ, Ceruſes. Et hoc eſt quod hîc diſputat Varro. *Diuius* & *Diuianus*, qui poſtea Ianus. vt Diuia & Diuiana, quæ poſtea Iana & Diana, auctore etiam eodem Varrone. *Cuſiones* ſunt Curiones, nempe ii qui curialia ſacra faciebant. hîc verò etiam pro miniſtris ſacrificiorũ, vt ſæpe.

76 QVONIAM cinoras.] Legendum omnino, *Quoniam Caron eas faciebat nuptias.* Caron, prout tunc ſine aſpiratione ſcribebant, eſt Charon. Quid igitur argutius hoc epigrammatio? Quòd decrepito decrepita nupſerit, Charontem eorum fuiſſe pronubum & auſpicem, ait Manilius.

78 PLATON in quarto.] In τετραλογίας libros Platonis à criticis digeſtos fuiſſe notiſſimum ex Laertio, ſcriptore eruditiſſimo. Iſte vero dialogus, quem citat Varro, eſt quartus primæ tetralogiæ. Ita & poetarum tragicorum dramata digerebant iidem critici.

vt Æſchyli Agamemnon, Choëphori & Eumenides, ſunt τριλογία: quia eiuſdem argumenti. Et poetas τετραλογίαις, aut τριλογίαις in ſacris certaminibus vincere ſolenne erat. Plurimúmque laudis reportabat qui τετραλογίᾳ vicerat: quanquam & ſingulari quoque dramate viciſſe, non ignoramus.

79 LVCAM boue.] Fortaſſe & ſcarabæi illi, quos vulgo in Gallia ceruos volantes vocamus, Lucæ dicti ſunt, non Lucani, vt eſt ſcriptum apud Plinium lib. XI, cap. XXVIII. Nam ait Lucanos vocari à Nigidio. Quanquam, vt verum fatear, idem puto eſſe Lucam & Lucanum, quicquid refragetur Varro. Nam Lucana armenta maxima & validiſſima olim in Italia fuerunt teſte etiam Lucillio:

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent. Quomodo Λακεινοὶ βόες olim pro magnis apud Græcos, ita & Lucæ apud Romanos. Nā primis tēporibus videntur Lucas nō Lucanos populū ipſum dixiſſe. Quod autē opponit Varro, vrſos non dici Lucas, ſed Lucanos, fruſtra eſt. nam etiam ſine adiectione vrſus dicitur. at bos, cùm ſignificat elephantem, non ſine adiectione dicitur. Nam dicitur bos Luca.

80 AB ANCISV.] Vetus codex, *ambeciſu.* ita reponito.

80 THVNNO capto.] Fortaſſe hic verſus non cōiungendus cum ſequentibus. Nam non eſt hexameter. vt legendum ſit,

Thunno capto coruum excludendum foras. videtur enim prouerbiale fuiſſe antiquis. Amphis comicus:

Ὅστις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον
Γλαύκου παρόντος, οὗτος οὐκ ἔχει φρένας.

87 HEV QVA cauſa.] Scribe:

Eheu qua cauſa fortuna infeſta premis me. Scripſit enim epigrammatia & elegidia poeta ille.

90 AVCTOREM Cæciliū.] Vetus lectio *Acciliū.* lege *Attiliū.* Is eſt qui plures fabulas è Græco cōuerſas in ſcena Latina docuit. de quo ſuperi' meminit, & Porcius Licinius in iudicio poetarum de eodem dixerat.

Ferreum ſcriptorem opinor, verùm exſcriptorẽ tamen;
Vt legendus ſit-- Putat ferreũ ſcriptorem, ſed tamẽ verum, & fidum interpretem, vt dignus eo nomine ſit qui legatur. imò iocoſè exſcriptorẽ vocat, qui nihil de ſuo ederet, ſed aliena omnia, & ad verbũ è Græcis expreſſa. quod genus interpretandi ridiculum eſt, & liberali homine indignum. Verſus Licinii ita legendi ex veteri codice apud Cic. 1 de Finibus.

IN LIBRVM SEPTIMVM.

95 QVAEDAM priora, quædã poſteriora.] Verba Ariſtotelis: ἔστι δὲ εἷς πρῶτος λόγος ἀποφαντικὸς, κατάφασις, εἶτα ἀπόφασις. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες συνδέσμῳ εἷς.

97 IONAM.] Suſpicor *Ionem* legendum. i. Ἴωνα. Alioqui ſi legis Ionã, erit Ἰωνᾶς ἀπὸ τοῦ Ἰώνιος. vel Ἰονᾶς ἀπὸ τοῦ Ἰόνιος. vt Ἀρτεμᾶς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμίδωρος.

100 LIBERALIA, & muliebria.] Legendum *virilia & muliebria.* nam ſcripſerat librarius birilia, vnde factum liberalia.

104 NOMINANDI.] Magis placeret *denominandi.* Intelligit enim quæ παρωνυμικῶς dicta ſunt.

104 A SESSIONE ſediculum non eſt.] Tamen apud Feſtum reperias ſediculum dictum pro ſede. Quanquam, vt verum dicam, legendum videtur *ſediculum* ὑποκοριστικῶς, à ſede.

107 NAM dicunt ab alaco alacus.] Suſpicor legendum eſſe, *ab Alauda alaudas.* Ergo declinantur. Id quod volebat probare nunc Varro.

108 E BREVI Melicerte.] Atqui Μελικέρτα potiùs facit. quod non erit e breue. Nam pone eſſe per η. quis vnquam vidit η breue? Sanè quid ſibi voluerit Ariſtarchus, neſcio. Hoc repetit alibi Varro.

IN LIBRVM OCTAVVM.

117 NONNE in cælo.] Interrogandi notæ, quæ hîc interiectæ ſunt, totum ſenſum perturbant. quin & Varronem ſphæræ ignarum conuincerent. Eſt autem

longo ſatis ambitu contenta periodus, quæ ita legenda eſt: *Nonne in cælo Vt ab æquinoctiali circulo ad ſolſtitialem, & hinc ad ſeptentrionalem diuiſum, ſic contrà paribus partibus item à bruma Verſum contraria parte non quantum polus ſuperior, abeſt inferior ab eo quem antarcticon Vocant aſtrologi, & is ad brumalem?* Ita debebat dicere, abeſt ab eo inferior, quem antarcticon. Ab eo, ſcilice ἰσημερινῷ.

118 CVM omnes animæ hominum ſint diuiſæ in octonas partes.] Hæc diuiſio Stoica eſt: Varro autem ei ſectæ addictus fuit. Laertius de Stoicis: μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτώ. τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους, καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ λογιστικόν. Meminerũt & alii multi. Quin & orationis diuiſio, quę ſequitur, eſt & ipſa quoque Stoica.

120 LANA Gallicana.] Intelligit Parmenſem lanam. Martialis:

Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.

128 VINVM, quod Chio] Vinum Chio, vinum Leſbo, eſt Græcanicè dictum, οἶνος Λεσβόθεν, οἶνος Χιόθεν. & apud Plautum Hoſpes Zacyntho. Ζακυνθόθεν.

131 SIC IN vocabulis caſuum.] Continua cum ſequentibus, *ſic in Vocabulis caſuum poſſunt item fieri.* Alioquin obſcuriſſima erat ſententia.

131 QVOD nonnunquam apud poetas inuenimus factum.] Quod deeſt in fabula, ſæpenumero expletur à grege: qualia ſunt illa:

Ne expectetis dum exeant huc. intus deſpondebitur:
Intus traſigetur, ſiquid eſt quod reſtet, &c. Verſiculus igitur qui adducitur ex Næuii Claſtidio, videtur idem ſuppleſſe, quod in actibus aut diuerbiis deerat.

131 ALTERA plagula ſit anguſtis clauis.] Clauus erat plagula quæ ab humeris in pectus dimittebatur, vt erat ἐπωμὶς Græcorum. ea clauis quibuſdam cõſita erat, in ſenatoribus quidem, latioribus, in equitibus, anguſtioribus. Propterea tota plagula ipſa vocabatur clauus. Nonius, *Patagium*, inquit, *aureus clauus qui precioſis Veſtibus immitti ſolet.* Nam patagium erat

honeſtis matronis, quod clauus viris. Et ipſum ἐπίμιον declarat. Nam patagium dictum, quòd quibuſdã quaſi maculis & næuis inſperſum erat. πάταγος enim, niſi fallor, eſt morbus peſtilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quàm næuulos in parte corporis. Quocirca in Gallia vocant *Tac*, hoc eſt maculam, vel næuum. Ab ea ſimilitudine à clauulis, qui tanquã næui in plagula ſparſi ſunt, dicitur patagium. Apud Feſtum tantùm legitur, *Patagus genus morbi*. Nam ita dictum puto, quia eo ſubitò veluti perculſi & ſtupefacti commoriuntur homines.

132 HOC ab ære æneáq; libra.] Scribendũ maiuſculis literis, à quo dicimus aſſem tenentes: HOC AB AERE AENEAQVE LIBRA. &, MILLE AERIS LEGASSE.

134 QVOD quiſque caput.] Ita hæc diſtinguenda ſunt, *Quod quiſque caput pertẽderit ſequi, debet eius conſequentias caſus in declinando facere: at non, cum dixerit recto caſu Alcæus, &c.*

IN LIBRVM NONVM.

143 NESTOCLES Parmeniſius.] Legendum, *Mneſtocles, Parmeniſcus*. Nam Μνησοκλῆς eſt nomẽ Græcum: de quo tamen nihil reperio. de Parmeniſco autem, ſatis conſtat eum fuiſſe nobilem grammaticum. ac aliquando citatur ab Hermolao Stephani ἐθνικῶν mutilatore.

151 ALII AB Ariſtarcho.] Græcanicè, καὶ ἄλλοι οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀριστάρχου.

158 VT SCALA, falera.] Non in fœminino quidem dicitur ſingulari, ſed neutro dicitur, vt Falere apud eundem Varronem De re ruſtica.

IOSEPHI SCALIGERI

NOTAE AD LIBROS M. Terentii Varronis De re ruſtica.

AD LIBRVM PRIMVM.

INDICABO à quibus ſcriptoribus reperias.] Non dubium eſt quin mēdum inſit in hac lectione, quæ M. Varronis elegantia & nitore indigna eſt. Barbariſmus enim eſt, Reperire ab aliquo: neque vllus vnquam primæ claſſis auctor ita locutus eſt. Sed & vetus ſcriptura, ita vt eam nobis indicauit doctiſſ. P. Victorius, auget mendi ſuſpitionem, cùm ea non leuiter à vulgari diſcrepit. Habet enim: *Indicabo à quib. ſcriptorib. reperitas.* Ego nulla dubitatione lego, *reperites.* Reperitare eſt reparare. Quæ, inquit, in noſtris libris deerunt, quæ deſideres, ea ex quibus ſcriptoribus ſupplere, ac reparare poſſis, oſtendam. Ignorantia priſcæ Latinitatis non paucas maculas inſperſerunt hiſce elegantiſſimis libris imperiti librarii. Nam duo hîc ſunt ἀρχαϊσμοί. Primus eſt, frequentatiua forma verbi, qua libentius vtebantur veteres. vt apud Catonem Dolitare pro Dolere: & eiuſmodi tum apud eundem, tum apud alios veteres, præſertim Plautum, infinita. Alter eſt in commutatione literæ. Nam non Reparare ſed Reperare dicebāt. Exempla occurrunt apud veteres ſcriptores: vt apud Gellium Præperare, non Præparare, lib. x, cap. x i, *Nanque in properatu rei ruſticæ, per tempeſtates pluuiáſque cùm otium eſt, maturari poteſt.* Vetus ſcriptura habet *Præperatu.* hoc eſt Præparatu. Nam ſanè *Properatu*, quod vulgo excuſum eſt, nihil ad rem. Sic quam poſtea Sup-

param veſtem,prius Supperam vocabant. Sic apud Petronium, *Vitellio piperato opiperatam*. Alii dicerent Opiparatam:& Opiparum,non Opiperum. Sed in hoc, dices,nõ verſantur opes aut vectigalia populi. At quod tibi leue videtur, id etiam inuenies in iis auctoribus penes quos ſunt nõ opes ſolùm ſed etiã ſalus populi. hoc eſt,apud iuris auctores. Nam apud Paulum, l. 111,D.de ſupell. leg. ita legitur, *Lecti etiam inargentati, culcitæ, toralia imperia, vaſa aquaria*, &c. Hoc eſt, imparia. Imparia ſeu vaſa ſeu toralia, in ſupellectile familiari ſunt, quæ paterfamiliâs ſibi ſeruat præter ea quæ ſunt quotidiani vſus. Sic Cato trapetes impares eſſe oportere præcipit. hoc eſt, præter illos quorum quotidie vſus eſſet. vt ſi in illis quotidianis aliquid fractum ſit,aut aliquid reficiendum ſit,ea præſto ſint quæ in illorum locũ ſufficiãtur. Trapetes,inquit,bonos priuos impares eſſe oportet. Id eſt, Oportet eſſe vnos trapetes præter illos quotidianos in ſingulis torcularibus. Paria enim vocari debent quæ habentur quotidianæ vſioni:imparia ergo, quæ præter illa adhibentur. Propterea alibi,quæ debebat vocare imparia, vocat ſuperuacanea. vt Tit. x i i, Præla tẽperata quinque: ſuperuacanea tria. Item ibidẽ, Suculas quinque, ſuperuacaneam vnam. Et ita in aliis apud eundem Catonem annotabis. Nam ſuperuacanea ibi nihil aliud eſt quàm quod alibi dicit Imparia. Ergo iuriſconſultus addit Imparia, ne tantùm ea quæ in vſum quotidianum inſternerentur, comprehenderet, ſed & ea quoque intelligeret quæ aliquãdo ad eoſdem vſus depromi poſſent. Nam proculdubio ibi Imperia eſt Imparia,vt diximus.

5 HOSCE IPSOS vtiliter ad v i libros redegit.] Vtiliter eſt vulgatiſſ. verbum iuris hîc. Nam ius vtile prætorium eſt, & opponitur legitimo. Sic infra, Vtiliter excipere. Elegantiſſimè igitur tranſtulit ad correctionem Diophanis.

7 SI NON diffinderẽ meo inſititio ſomno:] Hãc reſtitutionem, vt & alias innumeras, in hoc auctore, ex illo peroptimo exemplari debemus eruditiſſimo Victorio. Et dixit Varro diffindire diem ſomno inſititio,

vt Æſchylus ἐντέμνειν ὕπνου ἀντίμολπον ἄκος. Ait enim in Agamemnone Ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος, *Diffindo ſomnum carmine inſititio.* Non quòd ἀντίμολπον ſit inſititium: ſed referendo ad illud ἐντέμνων. Ei enim quaſi è regione reſpondet.

8 VBI POMA væneunt contra auream imaginem.] Nemo meritò de hac lectione conqueri poterat, niſi optimum exemplar longè aliam præ ſe ferret. Habet enim, *Vbi poma væneunt contra aurum imago.* quæ quanuis deprauata eſt, tamen retinet veſtigia priſtinæ integritatis. Nam profectò ita ſcripſerat Varro: *Vbi poma væneunt contra aurum, id eſt magno.* Sed nondum perpurgatus eſt locus iſte. Nam illud, *id eſt magno,* eſt gloſſema & interpretamentum quod margini, vt fit, appoſitũ, in textum irrepſit. Nam qui hoc nõ vulgare genus dicendi, quod eſt, venire contra aurũ, interpretari voluit, annotauit id perinde eſſe, acſi diceret, magno vænire. & verum eſt. Nã ita veteres ſemper ferè dicebant, metaphora à lance momentanea, in qua appendebatur æs. Nam quod præponderat, id contra eſſe, hoc eſt ἀντιῤῥέπειν, dicebant veteres. Inde ęs contrarium vocabant, æs graue, auctore Feſto. Scilicet, ἀντίῤῥοπον. Itaque apud Strabonem quod eſt, πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολύεσθαι, id Latinè vertere debes, auro contra luere, vel contra aurum. Græci ad verbum, χρυσοῦ ἀντισταθμᾶσθαι, ἀντισηκοῦν, ἀντιτιμᾶσθαι. poetæ ἀντερύσασθαι. Theognis,

> Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
> Ἄξιος ἐν χαλεπῇ Κύρνε διχοστασίῃ.

Hoc eſt, Amicus auro contra carus non eſt. Et Plautus, Talento contrà carus non eſt. Alcman, ῥέπει γὰρ ἄντα τῷ σιδάρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδεν. Id eſt, Ferro præponderat, egregiè fidibus canere. Nam apud Plutarchum in Lycurgo, vbi hæc verba Alcmanis producuntur, malè legitur ἕρπει pro ῥέπει. Eſt enim (vt dixi) metaphora à ſtatera, ſeu lance momentanea. Plauti verò teſtimonia citare, quoties hoc genus loquendi vſurpauerit, ſuperuacaneum puto: cùm ea vnicuique, qui vel mediocriter Plautum triuerint, obuiam occurrant. Producam autem locum veteris comici Trabeæ

ex fabula Harpace, vbi hoc loquendi *genus* vſurpatur, tum propter ſentētiæ elegantiam, tum etiam quia nondum vulgo noti ſunt,

Here, ſi querelis, eiulatu, fletibus,
Medicina fieret miſeris mortalium,
Auro parandæ lacrumæ contra forent.
Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent
Quàm nenia præficæ ad excitandos mortuos.
Res turbidæ conſilium non fletum expetunt.

Quis enim tam auerſus à Muſis, támque humanitatis expers, qui horum publicatione offendatur? Quòd ſi hi placent, non grauabor & alios eiuſdem notæ, ſed alîus poetæ, adhibere, qui tanquam ſuperiorum gemini & germani ſunt. Sunt autem Accii, veteris ac grauiſſimi tragici, ex OEnomao,

Nam ſi lamentis alleuaretur dolor,
Longóque fletu minueretur miſeria,
Tum turpe lacrumis indulgere non foret,
Fractáque voce diuûm obteſtari fidem,
Tabifica donec pectore exceſſet lues.
Nunc hæc neque hilum de dolore detrahunt,
Potiúſque cumulum miſeriis adiiciunt mali,
Et indecoram mentis mollitiam arguunt.

Qui verſus hactenus latuerūt, eóſque nunc primùm in vulgus publicamus. quorum priores Trabeæ, mihi ad verbum è Philemone mutuati videntur: qui eandem ſententiam ad verbum extulit,

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
Ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
Ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.

Nā tertius verſus ad verbū redditur tertio Trabeæ,

Auro parandæ lacrumæ contra forent.

Fortaſſe de hoc nimis. Illud quod in manu eſt agamus. Hic eſt, inquit, ille, qui non ſolùm vberrima pomaria habet, ſed etiam in eo loco habet vbi poma contra aurum væneunt, vel auro contrà cara ſunt. Vbi, obſecro, tam carè vænibant? in ipſa ſacra via: de qua loquitur. vt in epigrammate,

Quæque tibi poſui tanquam vernacula poma,

De ſacra nulli dixeris eſſe via.

Ouidius,

Rure ſuburbano dicas tibi miſſa licebit
Illa, vel in ſacra ſint licet empta via.

Atque de his hactenus. vt appareat manifeſtò qualem facem nobis alluxerit optimus ille codex Victorianus ad huius loci tenebras diſcutiendas.

8 NAM non modò ouum illud ſubl.] Spatia curriculorum in circo ouis notata eſſe, adeò vulgo tritũ eſt vt exemplis nõ indigeat. Id enim notũ eſt ex Liuio, Iſidoro, Caſſiodoro, aliis: & prętér alios ex Dione: cuius verba ſunt hęc in vita Auguſti, κἀν τῷ περιδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν, τούς τε δελφῖνας καὶ τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα κατεστήσατο, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. Ludit igitur facetiſſimus ſenex ex ambiguo. Nã cùm Semẽtiuę ferię eſſent, & cõſequẽter ludi Circenſes, quibus cõfectis epulum publicum ab ædile in templo Telluris præbebatur: dubitanti Stoloni num cœna comeſa eſſet, quòd ædilem à quo inuitati erant, non videret: reſpondet Agrius, Neque ouum illud, quod indicat extremum extremi actus Circenſis curriculum, ſublatum eſt: neque illud ouum vidimus quod ſolet eſſe cœnę primum. Vel, Neque vltimũ Circenſium ouum vidimus, neque primum cœnæ. Nam ouorum figuris ſublatis, confectum erat Circenſe ſpatium, & ab ouo cœna incipiebatur. Quod non paucis veterum auctorum locis confirmari poteſt. Cicero, Ego ad ouum integram famem affero. &,

-ab ouo ad mala.

Et idem Varro Endymionibus, *Diſcumbimus muſſati: dominus maturo ouo cœnam committit.* Non enim tantùm hoc loco Varronis illuſtratur noſter hic obſcurus locus, quòd eundem morem indicat: ſed etiam quòd eadem metaphora vtitur, confirmatur. Nam quòd hìc eſt Cerialis pompa, hoc ibi eſt cœna, propter fercula. Ita vocat cœnã ædilis, in qua fercula epularum adferuntur, vt in põpa Circenſi, imaginũ. In illo loco verò quem iam produximus, committi cœnam facetè dictum, & ipſum quoque à metaphora ludorum Cir-

genſium: qui dicũtur committi, cùm factiones quadrigarum è carceribus emittuntur. Ergo cerialis pompa, vt dixi, nihil aliud quàm cœna.

9 AD te enim rudem.] Ἀρχαϊσμός. Ad te, pro, penes te, apud te. Metaphora à gladiatorum magiſtris, penes quos erat rudis, qua emeritos gladiatores donabant. Per rudem igitur ius laniſtæ intelligit. hoc eſt, ius præſcribendi & dictãdi leges gladiatoribus. Iuuenalis, *Scripturus leges, & regia verba laniſtæ.* Cic. I I Antoniana, *Qui ea tanquam gladiatorum libellos palam venditaret.* Hic igitur ſumitur tranſlatitié.

II QVAM argentifodinas.] Lego, *Quam arenifodinas.* Poſtea confirmatur ex iis quæ ſequuntur: *Sed vt neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturã pertinent, ſic figlinæ.* Porro ad agrum non χρυσωρυχεῖα, non ἀργυρωρυχεῖα pertinent, ſed cretifodinæ, arenifodinæ, & lapidicinæ. Sic & ſimilis error olim in I I I I de lingua Latina: vbi hodie ærifodinæ, in manuſcripto eſt aretifodinæ: lego cretifodinæ. Arenam autem, & lapides metallorum nomine comprehẽdit, more Græco, quòd vtrunque eruitur è terra.

12 NAM huius pedes ſolent dolere.] Illud Dolere expungendum. Legi enim debet, *Nam huius pedes ſolent in fronte contrahere rugas.* Eſt enim iocus dignus Varrone. Et ita locutus eſt Horatius, *-ne ſordida mappa Corruget nares.* Præterea inconcinniorem efficiebat ſententiam. Sed fuit gloſſema margini adnotatum: nam Contrahere rugas nihil aliud eſt, quàm dolere.

25 CVM flacuit.] Vetus ſcriptura: *quod enim, quã recens quod confacuit, melius.* Quæ ſanè optima eſt lectio, modò pro illo verbo nihili, *Confacuit*, reponas *Confracuit.* Vtpote, inquit, cùm melius ſit, quod confracuit, quàm recens. Ad verbum, ἅτε δὴ τοῦ περισφάτου τὸ συμπεφρὸν κρεῖττον ὄν. accuſatiuus abſolutus, Atticé. *Quod enim melius:* id eſt, vtpote cùm melius ſit. Plautus Pſeudolo: *Hercle qui, vt prædicas, cauendũ eſt mihi abs te irato.* id eſt, vtpote cum cauẽdum ſit mihi. *Confracuit* verò malui, quàm quod in vulgaribus *Conflacuit*: cùm illo ſignificetur μαραίνεσθαι. Vitruuius, *Autumnali tempore*

maturitate, fructuum flaccescente fronde, μαραινομένων τῶν φύλλων. hoc verò ſignificet τὸ συσταπῆναι· quo verbo, cùm de eadem re tractant geoponica, vtuntur.

25 SELLAS familiaricas.] Sellas familiaricas, τοὺς ἀφεδρῶνας. Et ſellas ſimpliciter. Marcellus Empiricus: *Per vomitum & ſellas*. Idem ponit Sedere, pro Niti. Vnde verbum Adſellare creberrimum apud Vegetium in Commentariis de re veterinaria. hoc eſt ἀφοδεύειν. vt lib. III, *Stercus durum adſellat*. in eodem: *Deinde ſale & melle mistis, in anum infundes, vt adſellandi augeat voluntatem*. Et lib. I, *Si poſt clyſterem, vel potionem, multum ſtercoris adſellatus ediderit*. Apud Catonem Titulo, *Villam ædificādam ſi locabis*, malè legitur *Cellas familiæ* pro *ſellas*. Sunt enim ſellæ familiæ, quæ & ſellæ familiaricæ hìc dicuntur. Porro apud Columellam Cæſale quidam interpretantur τὸν ἀφεδρῶνα, παρὰ τὸ χέσαι. fruſtra. Legitur enim in omnibus veteribus Columellæ exemplaribus Caſeale. Eſtque taberna Caſearia (vt vocatur ab Vlpiano) vbi caſeos reponebant, & fumos bibere inſtituebant. Hoc ſentit Martialis, cùm ait,

Et Velabrenſi maſſa recocta foco. Nam in velabro multæ Caſeariæ, ſiue Caſealia.

27 COLIT aliquot Corbulas.] Lege cùm Nonio *cogit*. vt cogere vinum. Tametſi doctiſſ. Victorius improbat.

29 VITIS adſita ad olus.] Olus, id eſt braſſicam. Non enim adferam ea quæ prodidere veteres de vite: eam ſcilicet braſſicæ adſitam inerticulam fieri: cùm ea vulgo ſatis nota ſint. Illud verò non paſſim obuium: olus κατ' ἐξοχὴν braſſicam vocari, vt hìc. Et in Moreto, *Hic olus, & late fundentes brachia betæ*. Item Plin. libro XXVII de anagyro, cùm ait, *flore oleris*. Dioſcorides enim, vnde accepit, prius dixerat, ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. Idē lib. XXIX de iure gallinacei, *Cum olere marino*. Dioſcorides, ἔνιοι δὲ συνέψουσι καὶ κράμβην θαλασσίαν. Sic & piſcem pro lupo dicebant. Varro rerum humanarum lib. XI, *Ad victum optima fert ager Campanus, frumentum Falernus vinum, Caſinas oleum, Tuſculanus ficum: mel Tarentinus: piſcem Tiberis*.

30 ET more incolarum.] Abutar otio meo, ſi pluribus de huius loci vitio contendam: qui tamen nullo pene negotio ex veteri lectione reſtitui poteſt. Ea ita habuit: *Et in eo eorũ e nouitiis reliquiſitio ad priorem dominum quid factitarent.* Puto legendum, *Et in eo eorum è nouitiis reij, quis itio ad priorem dominum: quid factitarent.* Vtrum ad agriculturam ſint dociles, necne, coniectura, inquit, duci poteſt ab iis qui immeditati & imparati ad opus vocabuntur. Tunc enim ex illis, quinam operam in numerato habebunt, facilè intelligi poterit. Nam *imperatis* hîc, eſt imparatis: vt ſuprà, *reperitare*, pro reparitare. Præterea, inquit, non ſolùm periculum faciendum eſt in illis qui operis ruſtici non ignari, tamen inopinatò ac imparati ad ſpecimẽ operæ ſuæ edendum prouocantur: ſed etiam in illis qui inter illos rudes adhuc ſunt. nam in ſuperioribus, extemporaneum, in iſtis, docile ingenium requiritur. Imperatos rerum vocat, vt poſtea nouitios rei. ſed ἀρχαϊσμὸς eſt reij pro rei. Ita enim ferè ſemper ſcribebãt, quòd primam in ea voce producerent: vt videmus apud Lucretium. Et apud Marium Victorinum verſus Plauti ex prologo Militis ita legitur,

Magnai reïpublicai gratia. Quod commentum quare ſibi adſcriberet Gabriel Faernus, cauſſæ nõ erat. Quod ſequitur, *Quis itio ad priorem dominum, quid factitarent*, duos habet ἀρχαϊσμούς. Primus eſt in genere, *quis itio*, pro, quæ itio: vt, *Quis tu es mulier*, &c. alter eſt, quis, aut quæ itio: de quo poſtea. Deinde, inquit, videndum an ſæpius ad priorem dominum eant, ad opus faciendum: & quid apud eum factitarent, ceſſatoréſne an labori intenti fuerint. Nam ſanè, qui crebrò ad eundem dominum commeant, argumentum eſt, eorum ſedulitatem domino ſatis ſpectatam eſſe, qui eorum opera toties vti velit. Quis itio, eſt frequentiſſimus loquẽdi modus comicis, ac veteribus Romanis, vt, *quæ tibi huc ventio eſt?* hoc eſt, Quare huc veniſti? Item, *quæ illam tibi tactio eſt?* & ſimilia.

30 QVI literis aliqua ſint humanitate imbuti.] Illud literis, eſt gloſſema. nam literæ & humanitas apud

veteres idem eſt: quippe qui παιδείαν ſemper humanitatem ſint interpretati. Cicero v de Finibus, *Sed animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus.* Varro, *Praxiteles, qui propter egregium artificium nemini eſt paulum modo humaniori incognitus.* Humaniori, πεπαιδευμένῳ. Vide Gellium.

30 FACILE enim his, quàm minoribus natu.] Vetus ſcriptura integra eſt. ideóque vulgatæ, quæ inepta eſt, præferenda: quæ ita in illo optimo codice Victorij cõcepta fuit: *Facile enim ij, quàm minore natu ſunt dicto audientes.* Et hîc quoque vetuſtatis characteres duo. Nam ij pro ei. Et ἐναλλαγὴ numerorum, quæ frequentiſſima eſt in hiſce libris. Vt infrá: *Non ſolùm enim*, inquit, *debere imperare, ſed etiam facere, vt facientem imitentur.* Nam facientem ſingulari dixit, cùm id referatur ad plurale *peritos*. Sed & multa talia in hiſce libris reperies. Mens Varronis hæc eſt: Facilius, inquit, tali & eiuſmodi præfecto ſunt dicto audientes, quàm alij cuiuis minore natu. Nam Latinè dicitur, Frater maiore aut minore natu. Et minore natu, hîc eſt dandi caſu, Ei qui eſt minore natu.

31 AD iniiciendum voluptatem.] Tota hæc periodus ex veteri ſcriptura reconcinnanda eſt. *Iniiciendum voluntatem præfectorum aliquo honore habendo, & de operariis, qui præſtabunt, aliquos.* Tantùm perperam ſcriptum fuit voluptatem pro voluntatem. Adhibendum eſt calcar, inquit, nõ ſolùm ſi præfectorum aliqua habeatur ratio: ſed & ſi ex ipſis operariis prȩſtantiores qui erunt, honore afficiantur.

31 OPILIONEM vnum.] Opilio, vox magnæ Græciæ. ὀϊπόλος, vt αἰπόλος. ὀϊπολίων, opilio.

32 QVOD Cato ſi voluit.] Hunc locum non tam miror corruptum eſſe, quàm à diligentiſſimo Victorio prætermiſſum. Sed, vt video, ſatis habuit eruditus vir tantùm ſcriptæ lectionis rationem reddere. Nam ita Varronem ſcripſiſſe non dubito: *Quod Cato ſi voluit, vt debuit, vti proportione: ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere: extra familiam debuit dicere villicum.* Nam ad maiorem fundum vel minorem ad-

dere,vel demere,hoc vocat vti proportione.

32 SIN eſt ita diſſimilis.] Ita totũ locum legito, *Sin eſt ita diſſimilis vt totus arari non poſsit, quòd ſit confragoſus, atque arduis cliuis.* Secuti ſumus lectionem priſcam. Et fecimus Quod ſit, cum ea habeat, Quòd ſi. Et *arduis cliuis* ex eadem reperimus.

33 IN agro Liguſtico.] Scribimus ex veterum librorum auctoritate, *Liguſco*, vt alibi ſemper apud Varronem haud aliter ſcriptum monet P. Victorius. Nam Liguſci, vt Etruſci. Eadem quippe analogia, Liguria, Etruria. Et Etrures potuit eſſe vt Ligures. ſic & Megaribus dixit Plautus, & Illures. Nam vt Λίγυες Græci, ſic ὄθρυες, Etrures, vbi o in e mutatum more illo Romanorum antiquo: Apello, pro Apollo, Elera pro Olera, hemonem pro hominem. Nam veteres Pelaſgi qui inſederunt in Italia, ita vocarunt nobilem partem Italiæ montoſam (ὄθρυες enim montes) vt τὴν πεδιάδα Campaniam. καμπὸς enim eorum vox priſca, vt alibi annotamus. Sic Hernicam, aſperam, vt in Græcia τὴν Τραχῖνα. Sic oppoſitam oriẽti Apuliam, ἀπελίαν, ἀπουλίαν. ἔλη enim Sol. vt inde facilè poſſis agnoſcere veteris Græciæ veſtigia. Sic in ipſa Apulia qui indigenæ non erant, vocati Metapij. ἄποι enim opponuntur τοῖς ἰθαγενέσι. Eodem modo in Etruria vocarũt Vmbros. Ea enim vox apud veteres ſignificabat ſpurium. Vnde apud Plinium inſititium quoddam genus ouium Vmbri dicuntur: vt apud Græcos ὀμβρίκαλοι. ſed Ibrúmne an Imbrum, an Vmbrum dicas, nihil refert. In veteri gloſſario, Imbrum, ἡμίονον, παρ' ὅβατον. Itẽ Iber, ἡμίονος. Ab eo certè Ibridas ſpurios vocarunt. Vt & Galli eoſdem vocabulo illo dicũt quo venatores nominant canem Lyciſcam. Nam Ibrida non eſt παρὰ τὴν ὕβριν, vt volunt primæ notæ grãmatici. Sic αὐτόχθονας opicos vocarunt. Nam *Terra Pelaſgis*, Ἆπις, *& Ops Latio*, vt in Cõiectaneis monuimus. Porro ridiculum grammaticorum Hetruria, quaſi ἑτερουρία. nam & de Liguria, λιγυρεία poſſet dici eodem modo. Et ita de aliis.

34 NEQVE minoris trimos.] Mirum genus loquendi, hoc eſt, neq; minoris quàm trimos. Sic ſuprà:

Neque enim ſi minus C C X L *iugera olineti colas.* Id eſt, minus quàm. Libro II, *Non plus triennium viuunt.* plus quàm triennium. Et de ouibus, *Ne minus habeamus in centenas oues hirtas ſingulos homines.* Id eſt, quàm ſingulos homines. Et de bubus, *Non minores oportet inire binas.* Et de pauonibus, *Minores bimæ, non idoneæ.* quæ omnia compendiario dicta ſunt. ſupplendum enim τὸ QVAM. ſic Catullus,

--nanque amplius horam
Suffixum in longa me memini eſſe cruce.

Propertius libro II,

Et ſe plus vni ſi qua parare poteſt. pluſquam vni.

Et infrà, *Præter ſi aliter nequeas.* præterquam ſi.

35 DE indomitis quadrupedibus, ac pecore, faciundum.] Poſtrema vox faciundum delenda eſt, quæ irrepſit ex lemmate. *Si prata ſunt in fundo, pecus non eſt, quid ſit faciundum.* Nam ita ſcripſerat Varro, *De indomitis quadrupedibus ac pecore: ſi prata ſunt in fundo.* Vt ſuprà, *De familia: Cato dirigit.* Indomitas pecudes vocat, quarum domitationem (vt loquitur Cicero) non facimus, neque comprehenduntur τῇ ἀγελαίων nomine, ſed tantùm pecoris appellatione habentur. vt capræ, oues, ſues.

37 QVAE cibi ſunt maioris.] Rectiſſimè, vt & alia, hæc reſtituit P. Victorius. Nam arbores, ſeu plantas alias, vt olera, eſurire dicebãt veteres. Vnde apud Theophraſtum ruſticorum prouerbium, τὰ λάχανα πεινῆν. Inde Plinius non abſimile dixit lib. XVII. cap. II, *Imbres vero tum expetendi euidens cauſſa eſt, quoniam arbores fætu exinanitas, & foliorum quoque amiſſione languidas naturale eſt auide eſurire. Cibus autem earum imber.*

37 CVM necdum ſiliculam cæpit.] Vetus ſcriptura, *Cum dominus ſiliculam cæpit.* Vox Dominus delenda eſt: itaque legendum, *Cum ſiliculam cæpit.* Iubet lupinum ſubſecare cum ſiliculam cæperit. hoc eſt, ὅταν λοβιάσῃ, cum in ſiliquam peruenerit. Sic Plinius de arboribus dixit, radices capere, τὸ λαμβάνειν ῥίζας. Sic Cato granum capere. *Si*, inquit, *macra erit, quod granum cæpit, ne ſerito.* Sunt enim ruſticorum formulæ loquendi.

37 AD hominum victum, & ſenſum.] Eleganter ſenſum, εὐπάθειαν, ἡδυπάθειαν. Porro quę ſequuntur, ita legenda: *Item illa quæ ad hominum victum, ac ſenſum delectationémque non pertinent, neque ab agri vtilitate ſunt diiuncta, idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum.* Nam ſalictum neque ad hominum victum, vtpote cùm nihil eſculenti ferat, neque ad ſenſum, cùm inter ea numerari non poſſit, quæ vocantur Floralia, pertinere poteſt.

38 VALLOS, crates.] Valli hîc non κάμακες ſunt, vt aliâs, ſed λίκμοι, ἀποκορσικῶς. Quod vero ſequitur, *alio loco vt feras:* vt pro vbi, ὅπου. Catullus, *Vt conuenerat eſſe delicatos.*

38 DESITIS ſeminibus.] Deſita ſemina ſunt in agro ſurculario depoſiti malleoli. neque mendum eſt in hac lectione. nam Deſerere, in terram deponere. Tibullus,

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in triuio florea ſerta lapis. Nam deſertus & deſitus idem, ab eadem origine.

39 NEQVE eas creſcere.] Et ſenſus, & vetus ſcriptura iubet legere *eos.* Intelligit enim ordines cupreſſorum. Imponunt autem pro interponunt, Græcanicè, ἐντίθενται. Non vult autem eos creſcere vltra modum ridicarum.

39 NEQVE propter eas adſerunt.] Vetus lectio rectè habet: *Neque propter eos vt adſerunt vites.* Neque, inquit, propter eos ordines ita adſeruntur arbores, vt adſeruntur vites vlmis maritandis, quæ dicuntur propterea adſitæ vites. Compēdioſè igitur ſuo more dixit, pro, Neque propter eos ordines cupreſſorum ita ponuntur vites, vt adſeri ſolent vlmis. Hoc eſt, Non maritandæ ſunt cupreſſi illis vitibus, ſed interiiciendi ordines vitium, vt vites nō adſitæ ad cupreſſos videantur, quemadmodum ad vlmos ſolent, ſed vti cupreſſos ſcādant, vt in rumpis & traducibus fieri ſolet.

41 PVTARI imprimis.] Veteres libri, *Putari in pratis.* legendum *putari vipretas.* Nam vipres pro vepribus dicebant, vt ego ſæpe in veteribus manu ſcriptis

codicibus memini me legere. quod cùm multi librarii non aſſequerentur, pro Vipretas, In pratis ſcripſiſſe credibile eſt. Vepretam in fœminino & myrtetam pro vepreto & murteto dixiſſe annotat præter alios Priſcianus. Atque adeò, vt nemo dubitet de hac caſtigatione, confirmatur ea Catonis auctoritate, à quo Varro hunc locum mutuo ſumpſit: apud quem ita legitur, *Viam publicam muniri, vepres recidi, hortum fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, ſpinas runcari*, &c. Sũt autem vepres ab Æolico dicti. Nam βρῶπες ipſis dicuntur, qui aliis ῥῶπες, vt βραδινὸν, βράκος, pro ῥαδινὸν, ῥάκος. Et Alexander Ætolus apud Macrobium dixit de Diana, βρύτειραν οἰςῶν. hoc eſt, ῥύτειραν. Sed tranſpoſitum puto, & ita legẽdum, *putari: circum vites ablaqueari: vipretas, radices quæ in ſumma terra ſunt, præcidi.*

43 EX altera parte.] Totus locus fœdè interpolatus. Vetus lectio vera eſt, *Ex altera parte parit capreolum. is eſt coliculus viteus intortus, vt cincinnus. is enim vitis*. Hoc eſt, Is enim vitis cincinnus. íſque eſt in vite, quí in capite humano cincinnus. Sequitur, *Quibus teneat id, qua ſerpit ad locum capiendum.* ἐναλλαγὴ generis, vt alibi. Nam nunc ad omnes cincinnos hoc pertinet, & eſt familiaris elegãtia Varroni. vt infrà de eadem pene re, cùm loquitur de vicia, *Quod item capreolos habet, vt vitis, quibus cum ſuſum verſum ſerpit ad ſcapum lupini, aliúmve quem, vt hæreat, id ſolet vincire.* Nam τὸ id non reſpondet τῷ ſcapus. Præterea eſt mutatio partium ex pronomine in aduerbium loci, id, qua ſerpit. Sic infrà, de inſitionibus, *Meliori genere vt ſit ſurculus, quàm eſt quo veniat arbor.* Porrò Capreolum dictũ à capiendo, non magis mihi perſuadebit Varro, quàm alia pleraque ab ipſo perperam ἐτυμολογούμενα. nã laſciuia quadam propter teneritudinem ita dictus eſt: vt Græci nouellos ramos vocant μόσχους. Eadem laſciuia palmitem emeritum multíſque annis induratum Draconem vocarunt: ſiue à ſquamoſo & aſpero cortice, qualis eſt draconũ cutis, ſeu à longitudine anguinea. Sanè Græci quicquid nouellum, vocant μόσχον. vt Homerus, --μόσχοισι λύγοισι. Latini idem retinuerunt. nam ab eo mani-

feſto dictũ eſt Moſtum: ſeu, vt nunc ſcribitur, Muſtum. vt muſta poma, muſta ætas Næuio: muſtũ vinum. Nam vt ab ὄρχος, hortus, ſic à μόσχος, muſtus. nam χ in t, & viciſſim, mutatio eſt. vt Tarentini ὄρνιχας dicunt, quod alii ὄρνιθας.

44 QVOD citat aluum bubus.] Plinius libro XVIII, capite XVI: *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocimum vocat, quo ſiſtebant aluum bubus.* Vbi manifeſtò legendum *citabant.* Deinde ſubſequitur apud Plinium, *Id erat è pabuli ſegete antequam gelaret.* Quæ verba (vt & ſuperiora) ex Varrone tranſcripta ſunt. Sed illud *gelaret* non eſt nauci. Itaque legito, *antequam genicularet.* Nam ſi deſecetur ex ſegete fabali, Varro vult id fieri ante quàm gignat ſiliquas. Plinius verò, quod de pabulo & farragine intelligit, vult deſecari ante quàm in articulum peruenit ſeges. id quod dicitur Geniculari.

43 ID EX pabuli ſegete.] Vetus ſcriptura, *Ex fabuli ſegete.* Quæ confirmatur ex ipſo Varrone, vbi dicit, *antequam genat ſiliquas.* Item ex Plinio capite XII & XVI, libro XVIII. Hic locus admonet me, vt inſignem alium apud Catonem reſtituam. Titulo de fundo ſuburbano, vbi præcipit, mala vt ferantur. *Eo lotium,* inquit, *aut ſtercus ad radicem addere oportet, vti ſtabilia mala fiant.* Quæ poſtrema verba cùm iam ſuſpecta haberem, ſuſpitioni meæ non parum momenti ex veteri lectione acceſſit. Ea habuit, *vti fabulim malorum.* legendum, *aut fabulum alarum.* Nam fabules alæ, ſunt culmi fabales à veteribus dicti. Seruius grammaticus, *Nōnulli,* inquit, *propriè calamos lupinorum alas dici putant, vt Aelius: alæ ex lupino, ſurculi ſine foliis. Cato in originibus, Alæ ex lupino. Memini tamē Varronem de lingua Latina alam culmum fabæ dicere.* Hactenus Seruius. cuius verba, quia nondum in lucem edita ſunt, ex libro Danielis noſtri citaui. Præcipit Cato ſtercus addere, aut fabales alas, quæ vicem optimi ſtercoris præſtare poſſunt: quod teſtantur Geoponici Commentarii. in quibus hæc ex Varrone tranſcripta leguntur: τὴν δὲ ἀλμυρὰν (γῆν) ἐν ἀρχῇ χειμῶνος ὑετοῦ προηγουμένου κινήσας ἀρότροις, μικροῖς

ἀχύροις διαπάσῃς, κάλλιον μὲν κυαμίνοις. Reliqua perlege, ſi placet. Nam acus fabale in ſterquilinium ingerebant, vt ſimul cum aliarum rerum congeſtitia colluuie putreſceret. Quod verò Cato ad radicem arborum acus fabale ingeri pręcipit, id frequẽter quoq; in Geoponicis edicitur. vt, καὶ ἄχυρα κυάμινα παραβαλλόμενα τῷ στελέχει, ποιεῖ τὸ δένδρον καρποφορεῖν. Lucillii quoque verſiculus per fabulum nihil aliud intelligit, quàm acus fabale,

Hic in ſtercore, humi, fabulóque, fimo, atque ſucerda.

Sed antequam huic animaduerſiunculæ finem faciam, duorum commonefaciendus es: primùm ſcripturæ. Nam fabulia dicebant illi veteres, non fabalia, vt ſemper in iſtis libris De re ruſtica. Deinde ἀρχαϊσμοῦ in loquẽdo. nam dicit fabuliũ alarum in genitiuo caſu, cùm priùs eſſet accuſandi caſu vſus. Qui eſt vetus Atticiſmus quo priſci Latini ſæpe vtuntur. vt Varro ipſe horum commentariorum libro III, *Prope apponendum bene olentium herbarum.* προσθετέον καὶ τῶν εὐωδῶν βοτανῶν.

43 CVM ſit maturum.] Malo, *Cùm ſit maturum.*

45 E TERRA ad ea obruenda.] Lege, *Neceſſe eſt terra adruenda puluinos fieri*, ex veteri ſcriptura. hoc eſt, adruendo terram: vt Lucillius,

Aggere in iaciendo ſi quo eſt vineis actis opus. Hoc eſt, in iaciendo aggerem.

47 QVARE cùm ſemina ferè quatuor ſint generum.] Mancus locus, niſi intelligamus id ſemen quod primo loco dicitur, duplex: primum, quod prius quàm ſatum, natum: ſecundum, quod non prius quàm ſatum, natum. Aliter non erunt quatuor genera quæ ipſe proponit.

48 NON enim galbuli.] Pro galbulis, ſeu galgulis (nam vtroque modo dicebant veteres) legendum cenſet globulis doctiſſimus Turnebus. Vide quàm ſæpe ſpecie recti decipiamur. Nam ſi globulos dixiſſet Varro, iam vſurpaſſet vocem etiam vulgo notiſſimam. Ergo non indigeret explicatione. quid enim globulus ſit, id & pueris eo tempore notum fuiſſe certo ſcio. ſed cùm ἐπεξηγήσει poſtea vtatur, cùm galbulos interpretatur, tanquam pilas corticeas: manifeſtò indica

vocem non omnibus notam ſe vſurpaſſe, quæ opus habuerit interpretatione. Præterea in gloſſariis veteribus quæ penes me ſunt, ita legitur, *Galgulus baca, πυρὴν.* Vides eandem vocē deſignari? Quid igitur opus erat eam mutare?

48 TERTIVM genus ſeminis.] Peſſimè mulctatus locus. Vetus ſcriptura, *Quod ex arbore per ſurclos defertur in terram, ſi in humum demittitur, in quibuſdam cum eſt videndum*, &c. Primùm pro *defertur* ego non dubito legere *deſeritur* (quanquam tolerabilis aliquantum eſt vulgata ſcriptura) vt ſuperius dixit *deſita ſemina*, pro taleolis, quæ in humum ex arbore depāguntur. Reliqua, quæ ſequuntur vſque ad diſtinctionem, addititia ſunt, vt ſolet. Nam qui interpretabatur illud, *deſeritur*, appoſuit gloſſema, *Si in humum demittitur*, Quod & in lege XII Tabularū apud Gellium cōmiſſum eſt. Nam cùm ita cōcepta primùm eſſet lex, *Poſt meridiem præſente ambobus litem addicito:* qui ἀρχαϊσμὸν, præſente ambobus, interpretari voluit, adiecit, *ſi ambo præſentes.* Sed totam legem explicabimus in Gellianis animaduerſionibus. Idem probabimus rectè à nobis reſtitutū eſſe cum aliis quæ in illa lege deprauata ſunt. Quod verò poſtea ſequitur, *in quibuſdam cum eſt*, eſt error errore cumulatus. Nam & id appoſitum erat margini ad indicandum in quibuſdam codicibus illud non eſſe; verbi gratia illud interpretamentum quod iandudum in ipſo textu inoleuerat. Nam ita primò annotatū fuit, *In quibuſdam non eſt.* In quibuſdam, ſcilicet codicibus. Deinde irrepſit in textum, & ita reconcinnatum vt legitur in Victoriano codice. Ergo ita ſcripſit Varro, *Tertium genus ſeminis, quod ex arbore per ſurclos deſeritur in terram. Videndum, vt eo tempore ſit deplantatum, quo oportet.* Et ſanè nihil aliud poſtulat ſententia. Et ita infrà locutus eſt, *Quartum genus ſeminis, quod tranſit ex arbore in aliam. Vidēdum, qua ex arbore in quam transferatur.* Dixit autem ſurclos, vt Virgilius circlos,

--ſuſpende ex vimine circlos. Infinita talia in bonis auctoribus reperiuntur adulterina, & ſuppoſititia, quæ eodem iure ac legitima habentur. Sanè ea quæ hic

appoſita

appoſita erant, ita inepta ſunt, vt alias nobis cõuincenda eſſe non putemus.

49 DEMVM in oleagineis ſeminibus.] Vetus ſcriptura, *Dum in oleagineis ſeminibus* habet: nõ autem Demum. itaque τὸ *Dum*, eſt cauda præcedentis verbi. nam pro *Demittunt*, legendum *Demittendum. Ea*, inquit, *celeriter ante quàm ſucus exareſcat, in terram demittendum.* Quia Varro libentiùs dicit, demittendũ ea, quàm, demittenda ea: & nuſquam aliter ferè loqui ſolet: quotieſcunque in id genus loquendi incidebant imperiti homines, in eo ſemper interpolarunt lectionem, vt infinitis locis in iſtis libris. quorũ & aliquot nos attingemus. Sequitur ergo, *In oleagineis ſeminib. arbores videndum eſt.* Ne hic quoq; locus à labe integer eſt. Nam illud, *arbores*, ineptiſſimè huc neſcio vnde irrepſit: cùm Varro haud dubiè ſcripſerit, *In oleagineis ſeminibus videndum vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præciſum.* Sed profectò vox Arbores huc obtorto collo intruſa eſt, propter illa verba, *quas alij clauolas, alij taleas appellãt.* Putabãt enim illi boni viri, σολοικίζειν, ſi dictũ eſſet, In ſeminibus, quas taleolas appellãt. Acutè: quaſi aliter loqui Latinè potuerit Varro: & non de eo admoneãt quotidie in ſcholis vulgus grammaticorum.

51 DE medica.] Imo quædam, quæ ſtatim ſequuntur, ſuperioribus annectenda ſunt. nam de ſemine oleæ ſentit Varro, cùm ait, *In primis obſerues, ne in terram nimium aridam, aut variam, ſed tẽperatam ſemen demittas.* Nam medicæ ſemen nõ demitti, ſed ſpargi dicitur, vt frumentum, milium, & ſimilia. Igitur tranſponendũ lemma ita, *De medica. in iugerum vnum.* Fefellit correctorem mos Varronis, qui lemma eius rei, de qua tractaturus eſt, præfigere ſolet, vt ferit ſuprà, *De familia: Cato dirigit*, &c. Et alibi ſæpius.

52 BYZACIVM.] Mirum, cùm Byzacium aliud ſit, aliud Byzantium: alterum ſit in Africa, alterum in Thracia: quare non diſtinxerit Stephanus, aut eius potius mutilator Hermolaus, Βύζαντες, inquit, Λίβυες, περὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης ἔθνος. ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ. παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες. Atqui præ-

ter Plinium & alios, Byzacium, non Byzantium, vocat oppidú illud in Africa vetus inſcriptio, PER PROVINCIAS, PROCONSVLAREM, ET NVMIDIAM, BYZACIVM AC TRIPOLIM. In altera verò tabula eiuſdem exempli legitur, BYZANTIVM. vt ſi in hoc variant vetera monimenta, mirandum non ſit & in libris aliter atque aliter legi.

52 IN veruacto.] Veruactú opponitur Reſtibili. Id vocat Columella veteretum. quod nomen hodiéque in Gallia retinetur. vocamus enim pars Gueretum, pars Varetum : vt in Aquitania & in Tectoſagibus. Quare admonendus eſt lector, in Columella, vbi ſemper in excuſis libris veruactú legitur, in calamo exaratis, ſemper ſine vlla exceptione veteretum legi.

53 AERE frigidiore tinguntur.] Lego, *Aere frigido reſtringuntur.*

53 NISI quo tempore peruenit ſol.] Lego, *Niſi quo item peruenit ſol*, tum ex loci ſententia, tú ex Theophraſti collatione, vnde accepit Varro, ἂν εἰς πλάτη καταλαμβάνηται βάθος, ἃ δ' ὁ ἥλιος ἐκθερμαίνεται. Nam & ita Theophraſti locum, qui & ipſe corruptus eſt, emendamus.

56 PAEMINOSA.] Hunc locum ita cum Nonio lego, *Ne ſitu pæminoſa*, &c. Eſt autem ἀρχαϊσμὸς, in quo frequens eſt Herodotus, Plautus, Gellius, alii. *Pæminoſa in eius rimis.* ſiquidem referas ad terram. ſed ſi ad grana, nullú erit σχῆμα. quod magis probo. Eſt autem pæminoſum : ſqualidú vt grana quæ ſitú contraxerunt. quod aliter dicitur, pedidum, vel pædidum. Titinnius, *Rus detrudetur pedidoſus, ſordidus.* vt malé Feſtus aut Verrius legerit *pedicoſus*. nam vel ſyllaba ipſa repugnat.

56 VT IN Bagiennis.] Apud Plin. lib. III, Vagienni: cóſtituunturque prope Albam Pópeiam. Apud eundem lib. V, *Bargenni ſunt populi, ſed Troglodytidis regioni*. In vetuſtiſſimo gloſſario Barginna βάρβαρος exponitur. Caper grammaticus. Quod verò ſequitur, *Vbi ea retecta, &c. loca calida*, retecta vocat, quæ Theophraſto ſemper εὐδιεινά.

57 EARVM ſcopi.] Scopos vocat pediculos, quibus adhærét acini. Hos auctores Geoponicorum vocát

κρεμαστῆρας. ſicut pomorum, πέλματα, quæ Palladius tenacia: Ficuũ verò, πίσματα. Quos verò Varro ſcopos, Cato ſcopiones. Sed deprauatus eſt locus apud eũ: & mendi nota appoſita. Legendum enim, *Tum acina de vuis miſcellis decerpito de ſcopione. inde in dolium.* Apud Columellã perperã legitur ſcipiones lib. XII, cap. XXXIX, *Vbi*, inquit, *ſatis corrugata erũt acina, demito, & ſine ſcipionibus in doliũ conicito.* Item cap. XLIII, *Modicè ſeparatis ſcipionibus, reſolutaque intrita folliculorum in dolio ſubſternitur.* Vtrobique enim legendum, *Scopionibus.* Intelligit, inquam, racemum cum pediculis: à ſcoparum ſimilitudine.

58 CIRCVNSITVM.] Lege, *Circunſitium*, analogia ita poſtulante, & veſtigiis priſcæ ſcripturæ. Cato Circuncidaneum vocat. *Reſipit ferum* dixit, vt Dioſcorides, ὑπόβρωμον ὄζει.

58 DIGITALIBVS.] Lege ex veteribus libris, *Digitabulis.* Digitabulum, vt ignitabulum, mendicabulum. Quod ſequitur, *quæ manu ſtricta, melior ea, quæ digitis nudis legitur.* Verbum *legitur* expungimus. Cuius rei non multo pòſt rationem reddimus, vbi de Laudabilibus locis diſputamus.

58 DVRITIES enim eorũ non ſolùm.] In veteri codice Victoriano, *Durities enim eorum quod nõ ſolùm.* Ordo erat, Quod enim durities eorum non ſolúm. Eſt idem modus loquendi qui & ſuprá: *Quòd enim, quàm recens, quod confracuit, melius.* Id eſt, Vtpote cum durities eorum. Vide ſuprá.

58 ALIA ad cibũ eligitur.] Vetus ſcriptura, *Alia ad cibum læditur.* Sine vllo dubio τὸ *læditur* expungendum eſt: cuius cauſſam poſtea reddemus. Itáque lego, *Olea, vt vua, per idem biuiũ redit in villam: alia ad cibũ: alia, vt eliqueſcat.* In quib' verbis, *alia & alia*, eſt τῇ μὲν, τῇ δέ. Habẽt enim vltimã natura productã. Intelligitur enim, nõ olea, ſed via. Nã cùm dicit biuiũ, in eo cõprehendit viã: vt alibi cùm alueariũ, in eo intelligit alueos.

58 DEMITTATVR per ſerias, ac vaſa olearia.] Optimi exemplaris Victoriani lectio aliter concepta, *Demittatur per ſena ad vaſa olearia, ac trat*

P iij.

petas, quæ res molæ oleariæ, &c. Quæ non dicam quàm vera ſit, ſed quàm falſi cõuicit receptam lectionem. Senum ſingulari, vel plurali ſena, in veteribus ſcriptis libris ſemper ferè ſcribitur, non Sinum. quod vaſis genus eſſe, nemo paulo humanior ignorat. Sempérq; in duobus Nonii exẽplaribus quæ contulimus, ſcriptum meminimus nõ ſinum, ſed ſenum. vt in illo verſu Afranii, *Aquam è cœno haurire, qui lauerent manus*, erat ſcriptum ſeno. Et ſanè non hauritur aqua ex cœno, ſed ex ſino. Hic verò ἀρχαϊκῶς eſt ἐναλλαγὴ generis. Sinum enim dicitur, non ſinus.

58 IN quæ eam terent.] Flagro dignus erat qui ita ineptè hãc lectionem auſus eſt interpolare. Vetus enim recta fuit, *Quæ res molæ oleariæ*. Nam trapetas, ſeu trapeta, quid ſit explicans, ait eſſe molas olearias. Ita enim loquitur libro I I, *Scyllæ medium conterunt cum aqua ad mellis craſsitudinem, tum ea re naturam æquè tangũt.* Ea re, id eſt ſcylla. Item libro I I I, *Quos alij* μελισσοτροφεῖα *appellant, eãdem rem alij quidam mellaria.* Item alibi de propoli, *Quam rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris.* Quam rem, hoc eſt propolim. Vlpian. l. V, Qui potior. in pign. *Veluti ſi nauis fuit obligata, & ad armandam eam rem vel reficiendam ego credidero.* Eam rem, id eſt nauem.

60 PAVIMENTAQVE L. laudabiliter faciũt.] Ita habet vetus ſcriptura. Sed illud Laudabiliter, Varronem vnquam ſcripſiſſe putabimus? Minimè gẽtium. Quem obſecro locũ hîc habet? Quare rem tam anxiè quæſitam eruditiſſimo Victorio, neque adhuc eidem maximo viro exploratam, niſi fallor, diuinauimus. Nam illa nota, L, quæ toties hîc inſerta eſt, ac de qua idem Victorius amplius deliberandum pronuntiauit, nihil aliud eſt quàm ſtudioſi lectoris admonitio, qui in vſum ſuum ſententias, quas vellet, ex hoc auctore annotabat. Vt enim Græci, ſi quid probabant in auctoribus, χρηστὸν & χρήσιμον, aut χ literam, quæ idem valet, apponebant, vt quoties opus eſſet haberent quod in vſus Chriarũ & ſententiarũ depromere poſſent: ſic quod inſigne duxit & dignum notatu lector horum librorum, ad id vel no-

tam compendiariam L. laudabilis, hoc eſt, Locus laudabilis, appoſuit: aut L. quo id Laudabile ſignificari vellet, vel Laudabiliter. Sanè hoc ita eſſe vt iam admonuimus, patet ex commentariolo notarum Probi. In eo enim legitur, *L. L. locus laudabilis.* quòd nimirum eſſet ea παρασημείωσις annotata in veterum libris. Quid quòd ſuperius idem error eſt? ſi modò errorem vocamus, lectorum veterum ſtudioſam & accuratam diligentiam. Nam vbi loquitur de olea ſtringenda, ita habebat Victorii codex, *Quæ manu ſtricta, melior ea quæ digitis nudis laudabilior L. quàm illa quæ cum digitabulis.* Nam illud *laudabilior*, tam ineptum eſt, quàm ſuperfluum. Quia ſtudioſus lector primùm ſcripſerat L. Laudabilis. hoc eſt, locus laudabilis: ſed quia hîc gradu comparandi melior ſcriptum erat, eodem gradu laudabilior ſcripſerunt, qui putabant illud cum ipſo cõtextu ſimul legendum eſſe. Sic & nõ multo pòſt, vbi legimus, *Olea, vt vua, per idem biuium redit in villam: alia ad cibum, alia, vt eliqueſcat*, vetus codex habet, *alia lædatur ad cibum.* Vulgati verò, *alia legitur ad cibum.* Vtraque lectio diuinata ex illa nota L. nam non obſcurè poſſumus colligere ita primùm ſcriptum fuiſſe, *alia L. ad cibum.* ex qua alii fecerunt Lædatur, alii Legitur. Denique cõſidera accuratiùs, vbicunque P. Victorius ait illam notã appoſitam fuiſſe: ſemper inuenies locũ illum inſignem, & annotatu dignũ eſſe, propter quod notam indicem illi adiectam. Hoc igitur ſigno notabãtur ſententiæ illæ quæ ſimul cum auctore ſuo citabãtur. vt hîc ſentẽtia iſta Varronis de olea, ita citanda fuit, *Varro dixit, oleã ſtrictiuam meliorem eſſe quæ digitis nudis, quàm quæ cum digitabulis ſtringitur.* Quæ Græcè dicuntur χρεῖαι. vt chria eſt illa: Ariſtoteles dixit hominem eſſe ζῶον τῶν ὄντων μὲν θεωρητικὸν, πρακτικὸν δὲ τῶν δεόντων. Latini veteres vocarũt ſcita & oracula. vt oracula Catonis, quæ ſemper ad auctorem ſuũ referuntur. quod Latini vocãt Laudare. Laudare auctorem. Inde dicta ſunt Laudabilia, & Loci laudabiles. Tales erant declamatorũ floſculi ab auditoribus excepti. Quintil. lib. 11, *Vnde*, inquit, *fit vt diſſoluta & ex diuerſis cõgeſta oratio cohærere nõ poſſit,*

ſimiliſque ſit cõmentariis puerorum, in quos ea, quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. Iccirco Suaſoriæ Senecæ nihil aliud ſunt quàm Laudabilia ſcholaſtica. attribuuntur enim ſingula ſuis auctoribus. Quæ quare Suaſoriæ inſcribi debuerint, rationẽ nullã diſpicio. Græci vocant, vt iam initio monuimus, χρήσεις, & χρήσιμα, & χρηστά. Sic Euſtathius aliquando veterum auctorũ teſtimonia producit, vt vocet ea χρήσεις. vt, καὶ φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. deinde adfert verſum Cratini. ſcholaſticorũ ſine dubio ſunt annotata, prout inter declamãdum ab illis excepta fuere: quæ & Quotidiana dicebantur. ſunt enim quæ pueruli dictantibus magiſtris excipiũt. Itaq; in veteribus Colloquiis puerilibus ait puer: *Poſt hæc dimiſſus conſedi meo loco. librum accepi. ſcripſi quotidiana.* Quare Gaius iuriſcos. ſcripſit libros Aureorum, & Quotidianorũ. hoc eſt, ſelectorũ & laudabilium. Nam talia dicebantur aurea. Lucret. *Omnia nos itidem decerpimus aurea dicta.* Vt igitur ea ſelecta dicta, quæ vocabant Laudabilia, vel nota L, vel X Græco notabant: ita etiam contrà, ea quę improbabãt, litera Θ deſignabant. Sidonius,

Iſti qui volet exarationi
Diſtrictum bonus applicare Theta. Perſius,
Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Ad id enim referẽda mens Perſii. nã & eadẽ litera damnatos, item & mortuos milites ſignificabant, vt eſt in inſcriptionibus. Ea ſcripta quib. Theta inuſtum erat, dicebantur à grammaticis deculpata, vt apud Gellium libro XIX. cap. X. *Verbum deculpatum* Nam culpæ dicebantur annotamenta vitiorum in alienis ſcriptis, καὶ ἀθετήσεις, vt loquũtur veteres critici. Hoc nos docet idẽ Gellius libro XVII, cap. II, *Quum,* inquit, *librum veteris ſcriptoris legebamus, conabamur poſtea memoriæ vegetandæ gratia indipiſci animo, ac recenſere quæ in eo libro ſcripta eſſent, laudis aut culpæ annotamentis digna.* Vides nomine laudis, laudabilia intelligere: nomine culpæ, contraria. Auſonius de ſuis ſcriptis,

Palmas, non culpas eſſe putabo meas. Idẽ ad Theodoſ. imperatorẽ, *Inque tuis culpis tu tibi da veniam.* Critici

in recenſendis operibus Platonis culpas, hoc eſt τὰς ἀθετήσεις, ὀβελῷ notarũt, laudabilia, hoc eſt τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας, τῷ χ περιεστιγμένῳ. quod nihil aliud ſignificat quàm χρήσιμον. vt hic L noſtrum, laudabile. Igitur hũc locum quem in manibus habemus, ita legimus: *Ideóque in iis camaras marmorato, & parietes, pauimentáque faciunt, quo frigidius ſit.*

61 IN PENSILIBVS iunctis.] Lege *vinctis.* Penſilia vocat poma, quæ ſuſpenduntur hieme ad ſeruandum, vt infrà: *Penſilia, vt vuæ, mala, ſorba.* Et Plin. lib. XIIII, de vuis ſeruandis, *Durant aliæ per hyemem, penſili concameratæ modo.* Penſili modo concameratas vuas vocat, quas Aquitani Plecas, à plicando.

62 LEVI IGNI.] Legi poſſet *leni igni*, niſi alius rei nos admoneret vetus ſcriptura: *leni lignis.* Ex quo prius compẽdium ſcripturæ fuiſſe puto, *lenib. lignis.* Cato: *lenibus lignis facito caleſcat.* Plin. lib. XXXVI, *Lenibus autẽ, aridiſque lignis coquitur.* Vt lenia ligna ſint, τὰ ἄκαπνα, quę Homerus κάγκανα etiam vocauit. ſcilicet quæ δριμύτητα καπνοῦ non habent. Contraria enim lene & δριμύ.

62 NON promẽdum dum feruet.] Locus leuiter inquinatus. Ita lege: *Non promendum dum feruet, neque etiam dum proceſſit ita vt ſit vinum factum.*

62 SI VETVS bibere velis.] Non paruę maculę huic loco aſperſæ ſunt: præſertim cùm & ſententia non conſtet, & aliter vetus lectio concepta ſit. Ita enim antiquitus in membranis ſcriptum fuit: *Si vetus bibere velis, quod non ſit ante quàm acceſſerunt, anniculum promitto.* Minimum mihi in hiſce eluendis permittam, vt nemo de nobis iure conqueri poſſit. Legimus igitur, *Si vetus bibere velis, quòd non ſit ante quam aceſſerunt, anniculũ* promito. Nõ ſequẽdi ſunt, inquit, noſtrates homines, qui nõ prius vetus doliare bibũt, quàm acuerit: quòd vt ne fieret, anniculum promendum cenſeo. Præteritum ex præſenti, aceſco, aceſſui, vel aceſſi. Cui ſimile apud Catonem: *Aures nobis calliſcerunt ad iniuriam.* à calleſco, vt hîc ab aceſco. vt etiam legi poſſit aceſcerunt: & ita malumus. Quoties veteres non muta-

runt præteritum, & idem cum præſenti fecerunt, ex ſequẽti mox annotatione apparebit. Eſt autem hîc præterea ἐναλλαγῇ numeri, vt ſępe aliâs. Cuius rei ignoratione multa perperam hîc interpolata ſunt.

64 NEC SI eum ſeruare non potuiſſet.] Duæ negationes pro vna, Gręcanicè: quod & frequentiſſimum eſt apud Plautum. Apud Terentium: *Faciunt ne intelligẽdo vt nihil intelligant.* Ita enim interpretandus eſt ille verſus, in quo fruſtra comminiſcitur vir doctiſſimus neſcio quas interrogationes, & næ pro ne. Quod ſequitur, *diſcedimus omnes*, eſt pro diſceſſimus. Ita ſæpe apud Plautum *accepimus* perperam pro *Accedimus.* Præteritum à præſenti, vt diximus. Sic Vlpianus dixit *Tolliſſe*, à tollo: ſic Tibullus *Atteruiſſe* ab attero, non attriuiſſe. Sic Salluſtius, *Occanuere*, ab occano.

IOSEPHI SCALIGERI NOTÆ AD LIBRVM SECVNDVM M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA.

66 COLONI, vt ea, quæ in agricultura.] Non video cur hãc interpolatam lectionem veteris ſcripturę integritati præponamus. Sic enim legi in illa nobis indicat P. Victorius: *Coloni æque agricultura factum vt naſcerentur: contra paſtores, ea quæ nata ex pecore.* Æquus, inquit, vtrique labor. colonus ſatagit ex terra fructus percipere: paſtores ex pecore.

66 IN CAMPOS macros.] Ne dubita legere: *In campos Macræ.* quod cùm ex coniectura emendaſſem, poſtea acceſſit Strabonis auctoritas, ita ſcribẽtis lib. v, μεταξὺ δὲ Λούνης καὶ Πείσης τὸ Μάκρης ἐστὶ χωρίον, ᾧ πέρατι τῆς Τυῤῥηνίας καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν συγγραφέων πολλοί. Ibi etiam hodiéq; vberrimus quæſtus ex pecuaria copia, eóque nomine nundinæ celeberrimæ. Celebratur etiam à Plinio & Martiali ingens caſeus Lunẽſis, argumentum & ipſum fertilitatis pecuariæ.

66 INTER Delum & Siciliam.] Lege Ciliciam.

In eo Piratico bello donat' eſt à Pōpeio nauali corona.

67 CVM Menates diſceſſiſſet.] Et ſententia abrupta, & nota in veteri libro, de qua nos admonet P. Victorius, arguit hinc multa deſiderari.

67 CVM Petam feſſum.] Si hunc locum ſanum præſtare velimus, reclamabit ſtatim ſcripta lectio: *cum poetam ſeſum viſere veniſſemus, ni medici aduentus nos inrediſſet.* Nos ita: *Cum portā ſeſum vis è re veniſſemus, ni medici aduentus nos inretiſſet.* Vbi primùm, *portam veniſſemus*, pro, in portam veniſſemus. vt ſuprà de oliuo: *Itaque dominum & balneas & gymnaſium ſequitur.* hoc eſt, in balneas, in gymnaſiū. *Seſum*, pro feſſum: quia non geminabant literas. *Vis*, pro vix. ita ſæpius in veterum libris. Turpilius Lindia:

Profectò, vt quiſque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam vixit maxume.
Vti philoſophi aiunt iſti, quis vis ſat eſt.

Pro, vix ſat eſt. *E re veniſſemus*, hoc eſt, commodùm veniſſemus. Ita & Plautus. Mens huius loci: Volo, inquit, mihi abſoluas, quæ hic inceperat dicere tunc, cùm tandem cōmodùm veniſſemus feſſum ad portam, niſi medici aduentus nos quaſi ad hanc diſputationem currentes irretiſſet, ac retardaſſet. Nam Peta, quod hic legitur, non eſt nomen Romanum.

68 QVAS Latinè rotas.] Sequor doctorū iudiciū, qui πλατυκέρωτας legunt. *Quas Platycerotas vocant.* In vita Gordianorum vocantur cerui palmati: nam, vt inquit Plinius, in palmas digitóſque eorum cornua ſunt à natura facta. Falſò Galli damas vocāt. cùm damæ cornicula duo in aduerſum adunca habeant, vt Rupicapræ in tergum. Damas Galli non norunt, niſi Vaſcones, qui ad Pyrenæos habitant: eáſq; Sarrios vocant: Rupicapras autem Iſardos. Reliqui Galli vocant cum Italis *Camozzos*, vel *Chamois.*

70 RELIQVVM eſt de ſcientia.] Perplexus locus: quē nullo penè negotio ita legendū cenſemus: *Reliquū eſt de ſcientia paſtorali: de qua eſt dicendū. Quod Scrofa noſter, cui hæc ætas defert rerum ruſticarum omnium palmam, quo melius poteſt, dic. Cum conuertiſſent in eum*

ora omnes,Scrofa,Igitur,inquit&c.

72 OLYSIPPO mõte Tagro.] Miror de hoc loco nihil monuiſſe virum diligentiſſ.Petrũ Victorium:cùm mendum ſit in voce *Tagro.* legendum enim *Sacro.* Et Colum.quoque,qui huius rei meminit, ita vocat.Ariſtot.dicit equas ἐξανεμοῦσθαι,cùm innuit ex vẽto cõcipere.

72 SED ex his equis.] ἀρχαϊσμός. hoc eſt equabus,vt infrà li.III, *Vt his dijs Helicona atq; Olympũ attribuerũt homines. Diis*, hoc eſt Deabus.Sic Plaut. Sticho,*filiis*, hoc eſt filiabus.

Ego introibo & gratulabor voſtrum aduentum filiis.

73 ET quãdo non valet.] Interpolata hæc ſunt.Nam rectè ſcriptũ fuerat in veteri mẽbrana: *Et quoniam non valet,ſæpe magna afficiuntur calamitate.* Pecus,inquit, quia imbecillũ nimis eſt,& morbis obnoxiũ,propterea accidit vt diuerſas offenſiones incurrat.Non enim valet quod valetudinis incertæ eſt:cùm leui momẽto huc & illuc impelli poſſit.Quod toties corrũpẽdi hos libros anſam dedit,hîc quoq; non leuiter nocuit. nam ἐναλλαγὴ numerorũ, quæ offenderat correctores imperitos, pro ſolœciſmo accepta eſt. Atqui quoties ea vſus ſit Varro, ſuperiùs docuimus.Sic infrà,*Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu , atque ouillum. quod tamen habet ſua propria quędã. quòd potius ſilueſtribus ſaltibus delectantur quàm pratis.* ἐναλλαγὰς ἀριθμῶν, προσώπων, πτώσεων frequentiſſimas eſſe apud Græcos,vnuſquiſq; poteſt colligere & ex eorum aſſidua lectione, & ex Dionyſii Lõgini auctoritate , qui eas ornamentum orationi adferre,neque parum momenti habere ſcripſit.

73 SIGNA autẽ ſunt,vt eorum.] Non ſuſpicatus eſſem de mẽdo huius loci,niſi à vetere ſcriptura admonitus eſſem.Ea eſt: *Qui ſi è labore febrẽ habẽt adapertum humido ſpiritu* &c. Nos legimus *Signa autẽ ſunt,vt eorũ qui, ſi vel ab ore feruẽt,habẽt adapertũ humido ſpiritu.* Nã ſcriptũ priùs ſuſpicor *ferbent* , pro feruẽt, vnde poſtea *febrem.* Signa,inquit, eadem ,quæ in illis,quibus cùm feruet os, ſolent illud aperire ſubinde efflãtes. Hoc contingit iis quib⁹ iuris feruore os tactũ eſt. Vnde Plautus in eum qui inter loquẽdũ os ſubinde aperiebat:*Calidũ*, inquit,*comediſti prandiũ:id frigefactas.*Sic canes,cùm æ-

ſtuāt,rictū diducunt,& ſemper ferè leones,propter inteſtinū calorē. Inteſtino illi calori cauſſā aſſignat Varro, cur aperiant os. Simile autem ait accidere ac iis quibus feruet os. nam & illi quoque coguntur illud aperire.

73 QVOT reiculæ.] Mirus hîc omnium veterū librorū cōſenſus, *Quot epulæ.* quod,quid verbi ſit,neſcio. an, *quot petilæ*? Petilum veteres dicebāt ſtrigoſum, macrum,tenue, exile. Lucillius, *Inſignis varis & cruribus, atq; petilis.* Plautus Plociona (ita enim lego apud Noniū.Eſt enim πλοκιώνης ſtuparū emptor) *coloratam frontē habet,petilus, habrus.* Feſtus ex Næuio petilam ſurā interpretatur ſiccam & ſubſtrictā, cuiuſmodi qui habent equos κακοσκελεῖς vocat Xenophon. quanquā apud eundem Scæuola dicit vngulam equi albam ita dici. erunt igitur Petilę oues, κακόσιτοι καὶ ἐξίτηλοι. An potius legendū, *Quot tædulæ*? Eæ ſunt,quæ faſtidioſæ, & quæ cibum reſpuunt. ἄτροφοι, & veſcæ. Non quæ ſunt, inquam, faſtidioſæ ad tēpus.nam eæ ſaliuato reficiuntur. ſed quæ ex inteſtina tabe hoc patiūtur. Sed ampli⁹ quęrēdū cēſeo.

74 IN Syria parere in Iudæa.] Ita Petrus Victorius ex veteri lectione, *in Iurea.* Sed non malè etiam legeretur *Iturea.* *-Itureos taxi torquentur in arcus.* Virgil. vbi Probus, *Iturei, populi Scythiæ.* manifeſto errore. legendum enim *Syriæ.*

76 MINAM,id eſt ventre glabro.] Ergo mina eadē quæ apica. Apica Græcum eſt: ἄπικος, hoc eſt glabra. Nam πῖκος, & πίκος in neutro, idē quod πόκος, maſculino. Eas Ariſtoteles vocat κολέρας. Εἰσὶ δὲ, inquit, δυσχειμερώτεραι αἱ πλατύκερκοι ὄϊες τῶν μακροκέρκων, καὶ αἱ κολέραι τῶν λασίων. Magis alſioſæ, inquit, ſunt oues minæ, quàm hirtæ. Quin & Plautus ita vocat Truculento. ſed locus corruptus eſt. *-ego perperaminas*

Ouis in crumena hac in vrbem detuli. legendū enim,

-ego perperas,minas oues,&c. Perperæ, ſunt ἄχρηστοι. Eſt & Feſto Mina, mamma lacte deficiens. Contrà eleganter munificem mammam vocat Plinius eam quæ lac præbet, lib. XI, cap. XL.

77 VT IVGVM continet ſirpiculos.] In iugo, hoc eſt ἐν τῷ ζεύγει, ſunt diſtantes ſirpiculi, in callibus

publicis diſtantes paſtiones. Sirpiculorum in iugis, ſeu carris, meminit Lucillius,

Tintinabulum abeſt hinc, ſirpicaliq́ue olerorum. De quo in Coniectaneis.

77 CALLES publice.] Scribe, *publicæ.* ἀρχαϊκῶς.

78 ITA factis prægnantibus quod ſunt moleſti, obſunt.] Poſterius verbũ redundat. Neq; dubiũ quin ſit ſuppoſitũ ab eo qui putauit in ſentẽtia aliquid deſiderari: quæ tamẽ abſq; eo pulchrè ſe habet: *Cum omnes cõceperunt, rurſus arietes ſecernendi, ita factis prægnantibus quod ſunt moleſti. Neq;* &c. Eſt enim traiectio familiaris Varroni, pro Quòd ita factis pręgnãtibus ſunt moleſti.

79 AVT frigora ſe regerunt.] Rectè, meo iudicio, ſuſpicatur doctiſſ. Victorius hic legendũ, *fregerunt.* Ego tamen puto Regere compoſitum vt Degere, hoc eſt imminuere. quo verbo vſus eſt ſuprà lib. I. de amurca: *Duas partes quaad regerunt.* Regere, eximere.

79 VEL lauari, ac parari.] Meliùs vetus ſcriptura, lauari, ac putari. Sic ſuprà dixit Sole puto.

80 CVM Homerico Melanthio Cordo.] Scribo, *condo.* Condus, ὁ ταμίας. Niſi adſcribamus veteri cõſuetudini Romanorũ qui pro cõdolio dixerunt Cordoliũ (non enim à corde) & pro contumione, Cortumionẽ. nõ enim ne id quoque à corde, vt vult Varro. Eſt enim Cõtumio, ἐναπτενισμός. Vnde & Cõtumax. Plura & eiuſmodi paſſim apud veteres annotabis. vt Genimẽ, Germen.

80 DVAS mãmulas penſiles.] *Noneolæ vocantur papillæ quæ ex faucibus caprarũ depẽdent.* Feſtus. niſi Nęuolę legẽdũ ſit, quòd ſint vt næuuli, quomodo & cum de mamillis ſermonem haberet loquitur Gellius.

80 EX INSVLA Media.] Mediam inſulam, ni fallor, vocat τὴν Μῆλον, vt ſuprà dixit Chiam & Coam inſulam pro Chio & Co inſula. τὴν Κῖον, τὴν Κῶ. Pecuariæ copia ei nomẽ dediſſe videtur. Mediam autem, non Meliam dixit, propter familiarem veteribus commutationem τοῦ l in d. vt Melicæ contra Gallinæ dictæ, quæ Medicæ dici debebant.

81 ARCHELAVS ſcribit.] Nõ adducã quæ Ariſtoteles nõ ex Archelao, ſed ex Alcmeone in mediũ produ-

cit,quantũ ad hunc locũ facit. Hoc addã tamẽ, egregiũ poetam Oppianum de capris ſilueſtribus non abſimile dixiſſe,nõ auribus quidem, vt hĩc Varro ex Ariſtotele, ſed fiſtula quæ à palato ad interſtitium ipſorum cornuum pertinet, ſpiritum ducere. Quod neſcio an alius vſpiam veterum prodiderit. Eius verſus ſunt hi,

Αἰγάγροις δέ τις ἐστὶ δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων
Λεπταλέης πνοιῆς, κεράων μέσον. ἔνθεν ἔπειτα
Αὐτὴν εἰς κραδίην καὶ πλεύμονος εὐθὺς ἱκάνει.

81 QVOD eſt alſioſum.] Ex Ariſtotele, εἰσὶ δὲ αἶγες δυσριγότεραι τῶν οἴων.

81 ITEM vt in arietibus dictum.] Perperam hęc disiuncta ſunt. Nam hunc ordinem poſtulabant: *Deſiſtente autumno exigunt à grege in campos, hircos in caprilia, item vt in arietibus dictum. Quæ concepit,* &c. Superiùs enim ſecernere arietes à prægnantibus præcipit.

82 SED quis è portu pòſt Italico prodit.] Suſpecta eſt mihi lectio hæc. Subolet neſcio quid hĩc ὑποβολιμαῖον. Credo enim ſcribendum: *Sed quis Epirota poſt ita ilico prodit.* Epirotas enim eos vocat in his libris qui pecuariæ ſunt ſtudioſi.

82 CVR appellet Scrofa.] Aliam huius cognominis rationem adducit Macrobius cum facetiſſima narratiuncula. Inde petas licet.

84 VT AESTATE pariat.] Diſſentit omnino ab Ariſtotele, lib. v ζώων ἱστορίας, Τὰ δὲ ἔκγονα κατὰ μὲν ἡλικίαν βέλτιστα ἐν ἀκμῇ· κατὰ δὲ τὰς ὥρας, ὅσα τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου γίνεται. χείριστα δὲ τὰ θερινά. καὶ γὰρ μικρὰ καὶ λεπτὰ καὶ ὑγρά. Quod ſanè aliter habere docet quotidie tũ ipſa experiẽtia(cui nulla ratione cõtradici poteſt,tum etiam Varro ipſe)alibi, *Porci,qui nati hieme,fiũt exiles propter frigora.* Sanè quomodo illum locum Ariſtotelis tueri poſſim, neſcio.

84 CVM omnes conceperunt, rurſus ſegregant Verres.] Fronto, Græcus Varronis interpres, ἐπειδὰν δὲ συλλάβωσι, χωρίζουσιν ἐξ αὐτῶν τοὺς κάπρους.

84 PERMANET, vt id facere poſſit, ad primũ.] Lege, *ad trimum.* Plinius de eadem re loquens, dixit ad trimatum. *Mares,*inquit, *Vltra trimatum non generant.* Ariſtoteles quoque, vnde accepit Varro: κάπρους ἀγαθοὺς

ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τελευτοῦς. Modus loquendi impoſuit imperitis correctoribus, *Ad trimum*, pro, ad trimatum. Atqui ita loquitur alibi, vt de iunice: *Quod à bima aut trima fructum ferre incipit.* hoc eſt, à bimatu, à trimatu. Item alibi, *Sunt qui dicant poſt annum & ſex menſes equulum domari poſſe: ſed melius poſt trimum.* Plinius de equis, *Itaque cùm bimi in alio ſubigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipi.* hoc eſt, ante quinquennium. Ariſtoteles, μέχρι ἐπὶ τελευτοῦς.

84 DEINDE it retro.] Et hæc & ſuperiora ad verbum ex Ariſtotele, Κάπρος δὲ ἀγαθὸς μὲν ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τελευτοῦς· τὸν δὲ πρεσβυτέρων χείρω γίνεται τὰ ἔκγονα. οὐ γὰρ ἔτι γίνεται αὐτῷ ἐπίδοσις, οὐδὲ ῥώμη. quæ poſtrema eleganter reddidit Varro, *It retro.* Vide doctiſſimas Petri Victorij annotationes.

84 OLIM Thyſus.] Thyſus, θυσὸς eſſet. Sed non reperitur in veterum Græcorum ſcriptis. Itaque ſpurium puto. Contrà verum puto, θῦς, ὗς. Latinè Varro ſcripſit Thyſus. Nam vt χλουνῶν ὑῶν dicebant, ſic puto θῦν ὑῶν. Quin ea quæ ex neſcio quo philoſopho adducit eruditiſſ. ſcriptor Clemens Alexandrinus, facilè coniecturæ noſtræ fauent. Sic apud eundem Varronem de lingua Latina importunè cohæſerant duo, vſus, pro ὗς, ſus: vt ibi annotauimus. θῦς ὗς ergo eſt θυώριος, vel καταφερὴς εἰς ἀφροδισιασμόν. Inde verbum θυᾶν. quo aliquando vtitur Ariſtoteles de ſuibus loquens. θυᾶν eſt fœminarum, Latinè ſubare: κασπρᾶν autem, marium, Latinè Surire. Apuleius. Item Gloſſarium vetus: *Surit*, κασπρᾷ.

85 APPELLANT porcum.] Cato: *Depetigini porcæ braſſicam opponito.*

85 PERNAE tomacinæ.] Iculariter lapſus eſt doctiſſimus vir, dum opinionem epiſcopi Montiſpeſſuli ſequitur. qui putauit Comacinas legendum: vt ſit nomen loci. Quod (pace tanti viri dixerim) multũ abeſt à Varronis ſententia. Nulla enim moleſtia conſuli huic loco potuit ita: *Optimarum ſignum, quòd etiamnũ quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & taniacæ, & petaſiones.* Tomacinæ ſunt, quæ tomacula

aliter vocantur, vt *-candiduli diuina tomacula porci.* Iuuenal. Græci vocant τεμάχη, & τόμους. vnde & nomen ipſis. Tæniacæ ſunt oblõgæ offæ, à figura dictæ, eo modo quo portulaca, paſtinaca. Eas Græci vocant χελίδας καὶ πλευρίδας. quarum mentio apud Athenæum. hoc eſt, κρέα ὀπτημένα, vt interpretantur grammatici. A qua re à Gallis dicuntur *Longes*, quia longæ. Non malè etiam pro *Tomacinæ* legeretur *Tomaculæ*. nam librarij illi ſæpe pro i, l, & contrà, ſcribunt. Quàm vero idem non ſatis laudatus vir falſus ſit in verſibus Plauti, qui citantur apud Feſtum, facilè deprehendet qui eos ex correctione noſtra leget, ita vti olim adoleſcentes eos in Coniectaneis noſtris poſuimus. Deinde nõ de Narbonenſibus pernis intelligit Varro, ſed de Sequanicis. quod probatur ex Strabonis eo, quem ipſe contra ſe producit, libro. Addit idem Strabo, οὕτω δέ ἐστι δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε καὶ τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας. Hęc à nobis dicta ſunto, nõ vt ſtudio carpendi hominem, cuius vt olim amicitia, ita & nunc memoria ipſa mihi cara eſt, dicta videantur: ſed vt potiùs ne eius auctoritate moti iuuenes falſam illam lectionẽ amplecterentur. Nam & in Varronis loco cum ſuo Peliſſerio fallitur, & in verſibus Plauti nihil vidit.

85 IN ITALIA.] Conatus eſt idem vir eruditiſſimus hæc luxata in ſuos articulos, vt ipſe loquitur, reſtituere. Sed, quantum iudico, præſtat ea ita luxata habere, vti hodie vulgo legũtur, quàm quomodo ipſe voluit reſtituere: quanquam conatus eius non caret laude. Sed & nos quoque experiemur, vt, ſi à veritate aberremus, tamen nõ deteriora illo proferamus. Suſpicor igitur ita hæc legenda eſſe: *In Italia Inſobreis, terna atque quaterna millia à Vsla Succi Duuuirei ſus Vſque adeo pinguitudine creſcere ſolet, &c. In Italia Inſobreis.* Id eſt, in Italia in agro Inſubrenſi. Nam Inſuber & Inſubros etiam dicebant. Eſt autem Græcanicum, In Italia Inſubris. vt ἐν Ἀττικῇ Κεκροπίᾳ. & ſimilia. Inſobreis autem pro Inſubris ſcribere ſolitos illos veteres, nemo paulo harum literarum peritus ignorat.

85 TERNA atque quaterna milia.] Iam monuimus legendum: *terna atque quaterna millia à vila Succi Duumviri ſus vſque adeo pinguitudine creſcere ſolet.* Terna atque quaterna millia, non eſt ſimpliciter, tribus aut quatuor millibus (nam id Latinum non eſſet) ſed elegantiſſimè & Latiniſſimè, quod vulgo Gallicè dicimus, *De trois à quatre milles à l'entour.* Hoc eſt, ſingulis tribus aut quatuor millibus à villa Succi Duumuiri. Nã vila pro villa. quia, vt monui, conſonantes non geminabant. Succius Duumvir, puta Mediolani. nam ibi duumuirum Succium fuiſſe neceſſe eſt, cùm de agro Inſubrenſi loquatur. Et illius, qui eo tempore quo ea ſcribebat Cato, duumuir erat, villam, tãquam inſignem locum notat. Sanè non multùm abfuiſſe videor à mente Catonis. Succius vero eſt nomen vetus. vt Succius ille qui ſcripſit moretum, vetus poeta apud Macrobiũ. In agro non ſatis Romanis hominibus noto magiſtratus villam denotaſſe, nemini mirum videri debet. Nam quod hîc mutare voluit doctiſſimus vir, cùm ſcripſit, *terna atque quaterna millia ſuccidiæ habere*: hoc non pertinet ad magnitudinem Gallicarum pernarũ, de quibus loqui inſtituerat Varro. Et ſanè (quod omnium doctorum, qui illi, vt debent, fauent, bona venia dictum volo) Latinum non eſt, Millia ſuccidiæ. dixiſſet enim Cato millia ſuccidiarum. Sic millia paſſuũ, non huius paſſus. At mille argenti, aliud eſt. quippe nummos, aut ſimile. Item mille vini: cados ſcilicet. mille frumenti: modios. Sic millia ſuccidiæ, eſſet pondo ſuccidiæ. quod ineptum eſt.

85 HOC etiam in vineta factum.] Lego *Venetia.* quod & doctiſſimo Victorio placere video. At, quod alii reponebant, *in iuuenca*, ridiculum. Nam quod hîc refert Varro, non in illis quæ ſeuum habent, ſed in iis quæ pinguitudinem, accidere poteſt. Seuum enim, ſeu στέαρ, inter carnem & oſſa. Contrà pinguedo, ſeu πιμελὴ, inter cutem & carnem. Et nemini hoc mirum videri debet. Nam & in Aquitania apud Nitiobriges, in eorum ciuitate Aginno, hoc accidiſſe ſuperſunt hodie qui teſtari poſſunt.

85 SED

85 SED eos cùm iam paſci poſſunt.] Vetus lectio, *Secundo ea, cum iam paſci poſſunt. Secundo ea*, eſt Secundum ea, vt Dato iri, pro datum iri Catoni, & Pandectis Florentinis. Secundum ea, hoc eſt, ἐπὶ τούτοις. Lectioni huic adſtipulatur vetus Varronis interpres Græcus Florẽtinus: ἐπειδὰν δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν τίκωσιν, ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μηνῶν δίμηνον, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι. Vertit Secundo ea, μετὰ ταῦτα. ſic de equis: *Secundum partum*, ἐπὶ τῷ τοκετῷ, μετὰ τὸν τοκετόν. Poſſem hîc referre, quotieſcunq; veteres ea quæ in m deſinunt, ſequente vocali, ſine ipſo m referunt, ſed & quoties quæ in um deſinunt, ſequente item vocali, per o efferunt, vt hîc, Secundum ea, Secundo ea. Alij dicebant Secundũ ea. & Dato iri, alij Datũ iri, pro Datum iri. Sed ea in aliud tempus ſuo loco diſcutienda differimus. Hoc tantùm audacter dicam, apud Terentium, auctorem tritiſſimum & vulgatiſſimum, idẽ erratum commiſſum videri, quanuis ne de eo quidẽ moneat vetus interpres. Sed mutili ſunt illi Commentarij, neque integri ad nos peruenerunt. Verba Terentij ſunt hæc,

Atque, vbi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace vltro ad eam venies.

Sanè illud *nemo expetet*, ſcio quomodo excuſari poſſit. quomodo ſcilicet puerum ſi interroges de eo loco, reſpondebit. Sed nihil ad mentem Terentij. Et poſſem oſtendere quàm inepta ea eſt lectio, ſi eam regnum obtinere apud Terentium ſinamus. Quid igitur? Ego auſim aſſerere Terẽtium ſcripſiſſe, *cùm neno expetet.* hoc eſt, cùm nondũ locus aut res aut tẽpus poſtulabit. Hoc enim vult apud veteres comicos verbum *expetere.* de quo alias apud Plautum dicemus. *Neno* verò pro Nenũ. quod & Nenu dicebant, etiam non ſequente vocali. Lucillius,

Sed tamen hoc dicas, quid hoc eſt, ſi nenu moleſtum eſt.

Varro epiſtola ad Fufium: *Si hodie nenu venis, cras quidem veneris meridie, natali Fortis Fortunæ.* Ignorata eſt notio verbi expetere: tum & huius ἀρνητικοῦ μορίου, Nenu, vel Neno. Et hæc fuit erroris cauſſa.

86 QVO alienos aſpernantur.] Inepta & falſa lectio. Ineptam inconcinnus ſermo, falſam Columella

conuincet, qui ſcripſit ſcrofam, cùm decubuit, æquè alieno ac ſuo præbere vbera. Ego autem confidenter lego, *quo alienos ſpernant.* id eſt, ſeparét. Spernere enim apud veteres ſeparare, ſecernere, ſpargere. Vult igitur ſingulas ſcrofas ſuis haris ſeparari, vt ne alieni porculi immiſceantur. Sed omnem dubitationem tollit Florentinus Varronis interpres, καὶ ἑκάστην δὲ χοῖρον τίκτουσαν ἐν ἰδιάζοντι συφεῷ ἐμβλητέον, ὥστε μὴ μίγνυσθαι τὰ παρὰ διαφόρων τικτόμενα. quæ penè ad verbum ex noſtro Varrone interpretata ſunt. Exemplum verbi *ſpernere* ex Ennio Hectoris Luſtris,

Melius eſt virtute ius. nam ſæpe virtutem mali
Nanciſcuntur: ius atq; æquom ſe à malis ſpernit procul.

Cui ſententiæ grauiſſimæ ſimillima eſt illa tragici cuiuſdam,

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς δειλὸς ὁ δεδοικὼς νόμον·
Πρὸς τοὺς πολεμίους δ' ἐστὶν ἀνδρείας κρίσις.

Vt verear ne hanc ipſàm ſententiam verterit Ennius. Porro τοῦ *ſpernere* hæc primigenia fuit notio. nam Græcanicum eſt: σπείρω, σπέρνω· vt, πείρω, πέρνω. & ſimilia. Quin & verbum *conturbare*, quod ſequitur, id facilè declarat. Eſt enim directò τῷ *ſpernere* oppoſitum.

86 NATVRA diuiſus earum annus.] Non poteſt dici quàm elegãter & rotundè hæc reddiderit Fronto. τὴν δὲ μητέρα βιβάζουσιν, ὥστε τοῦ παντὸς ἔτους τὴν μὲν ὀκτάμηνον εἰς κύησιν αὐτῆς μερίζεσθαι, τὴν δὲ τετράμηνον εἰς ἐκτροφὴν τῶν γεννηθέντων.

87 VT CREBRO reditu lacte alere.] Τὸ *lacte* eſt gloſſema. itaque dele.

87 CVPIVNT ſequi matrem.] Elegãtiſſimè vetus ſcriptura: *capiuntur ſequi matrem.* hoc eſt, natura duce ſequuntur. Sic apud Plautum Menæchmis: *ſuape culpa genere capiunt.* Ego lego, *capiuntur.* hoc ſenſu: vt animantia natura prona, ipſo cupidinis impetu feruntur ad gignendum culpa ſua. Nam gignere culpa ſua, & vitio ſuo, eſt, vt Lucretius loquitur, volgiuaga venere liberos ſuſcipere. Et filij vitio, ſunt ſpurij. Et facere patrem vitio dicitur mœchus. Ouidius,

Vt vitio factus ſit pater ille meo. Hoc eſt: vt vitio

atrem illum fecerim, ſcilicet falſo patrem: qui vulgo icitur putatitius. Martialis,

Huic ſemper vitio pater fuiſti. Sic dicebatur Viiolitigare. Vnde Cato dixit compoſita voce, Vitiligatores, ex vitiis ſcilicet, & litigatoribus, vt ait Plinius. Ergo & hic *Capiuntur*, hoc eſt, naturali motu impelluntur.

87 VT DESIDERIVM poſſint ferre parentis.] Optimus codex Victorij addit, *nutrices. parentis nutries.* Lege *nutricis.* vocat ſuem nutricem, quam alij matricem, vt Columella.

88 BALATRONES.] *Balatrones*, inquit Feſtus, *quod de calceamentorum coriis eraditur.* nimirum παρὰ τὸ βάλλειν. Omnino ſic puto quæcunque coriis reſecantur, quæ Nicandro dicuntur λάθαργοι,

Οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρη ἵππων

Γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ᾽ ἀρβήλοισι λάθαργοι. Vnde deſpicati & nugatorij homines dicti Balatrones. Huic opinioni adſtipulantur ea quæ ſequuntur: *huc adferam meum corium & flagra.* In Italia hodiéque retinetur, *Belitroni*, vt in Gallia *Belitre.* Tamen nihil dubium quin fuerit conuitium in eos quos abominabantur: & Baratrones priùs dictos, tanquam dignos qui in baratrum coniicerentur: ex cõſuetudine Athenienſium, qui maleficos in baratrũ, vt Lacones in καιάδας, quæ erant vt Puticuli Romę extra portã, coniiciebant. Lucretius,

Aufer abhinc lacrumas baratro: compeſce querelas.

Romanis quoque in eundem ſenſum dicebantur Deturbati ſaxo: quòd è ſaxo Tarpeio nefarij plerunque præcipitarentur. Næuius: *Deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ.* Vbi *homo non quiſquiliæ*, eſt vt homo non nauci.

89 GRAECI βουγόνας appellarunt.] Non credo Græcis βουγόνας dictas, ſed potiùs βουγενεῖς. & ita Varronem ſcripſiſſe. Callimachus,

Ἄρμενα παρ᾽ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων.

Quod autem βουγόνας ſcripſerint, in cauſſa puto fuiſſe id quod ſequitur, *bugoniam.* at ἡ βουγονία, rectè. nempe ἡ τῶν βοῶν γονή.

89 HINC Plautium locutum eſſe Latiné.] Locus deprauatiſſimus, cui opem nullá adferre poſſum. Turnebus aliquid conatur: ſed longè à mente Varronis, quantum ego iudico. Nam vt Socrates de Deo dixit, ὅςτις μὲν ἐςὶν οὐκ οἶδα, ὅ, τι δὲ οὐκ ἔςιν, οἶδα, ſic quid voluerit Varro, neſcio: quid noluit, ſcio.

89 QVAM iam expertæ.] Quàm inepta ſit huius loci lectio, non eſt quòd pluribus confirmatum eamus: cùm id abundè præſtiterit doctiſſ. P. Victorius. Cui quas dignas grates referemus pro diligentia, & fidelitate, qua in veteri lectione proponenda vſus eſt? admonet enim nos, hîc in veteri codice non *Expertæ*, vt in vulgatis, ſed *ex parte*, ſcriptum eſſe. Quod certè leuiuſculum eſt mendum, quàm vt diuinari non poſſit. legendum enim, *expartæ*. Exparta & Effœta, idem ab eadem ratione. Veteres gloſſæ, quas penes me habeo: *Exparta, partu vacua*. Quin & *Parta*, ἡ τοκάς. Columella lib. VII, *Et parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fœtus ſui*. Præcipit igitur Varro vt integras potius quàm vetulas eligamus: ſicuti de ouibus & capris, quæ neque vetulæ eſſent, neque merè agnæ.

90 NEQVE ingredientibus qui diſplodantur.] Hoc eſt, vt Florentinus vertit, μὴ πλατυνομένοις ἄγαν.

90 COLORE potiſſimùm nigro, dein rubeo.] Caue rubeum pro rubro accipias. Id enim faciunt qui barbarè, non Latinè loquuntur. Nam rubeus hîc prima producta. Et veteres potiùs robeum ſcribebant, quod & robum dicebant. In veteri inſcriptione, VT PRAETOR, CVI HAEC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATVRVM SE SCIAT, ALIVSVE QVIS MAGISTRATVS VOLCANALIBVS X. CAL. SEPTEMB. OMNIBVS ANNIS VITVLO ROBIO, ET VERRE. Seruius in illis quæ adhuc in publicum vulgata non ſunt, *Nitela*, inquit, *mus agreſtis robeus*. Dicebatur & robus, vt eſt apud Feſtum: & in eiuſdem Seruij nondum publicatis fragmentis, in illud, *Sanguineis frontem moris*. *Multi*, inquit, *ob hoc dictum putant quòd robus color deorum ſit*. Hinc robos boues à ruſticis vocatos au-

tor Feſtus. hoc eſt ξανθούς.

90 PRIOR quam poſterior, melior.] Repone eterem ſcripturam, *De mediis duobus prior, quàm po-
terior, in eo prior.* Ludit facetus ſenex. De mediis, inquit, duobus coloribus, robo, & heluo, prior, hoc eſt obus, eſt quoque prior non ſolùm loco, ſed & bonitae. πρότερος καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀρετῇ.

90 BONI enim generis in Italia.] Locus interpolatus. Ita reſtituendum eſt: *Boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus. contra nugatorij Liguſci.* Gallici in Italia, nempe Piceni, aut Circumpadani: quos optimos eſſe ſcimus.

91 PAVLO VERBOSIVS.] Importunè interpuncta ſunt hæc, quæ ita diſtinguas licet. *Paullo verboſius hæc, qui Manilij actiones ſequuntur. Lanij, qui,* &c.

91 HIEME cùm hibernant.] Poſteriora duo puto interpretamentum prioris vocis. *Hieme, ſecundum mare, æſtu abiguntur in montes frondoſos.*

91 DE QVIBVS admirandum ſcriptum inueni.] Mirum genus loquendi, vaccas ſtatim concipere, exemptis teſticulis. Debebat dicere, taurum exemptis teſticulis ſtatim vaccam implere. Ariſtotelis autem locus eſt: οἱ δὲ ἐνόρχαι βόες, ὅταν ἐκτμηθῶσι, φανερὸν ὅτι γεννῶσι.

93 QVOD REMISSIONE laboris fit deterior.] Scribe ex veteribus libris: *quod remiſſione laboris ſic deterior.* Ita enim ſæpe loquitur. Leuis error, ſed quem in politiſſimo ſcriptore negligere, piaculum puto.

96 PERORIGA enim appellatur.] Inepta ſectio, ac tanto ſcriptore indigna. Vetus habet: *Peroriga miſit appellatur quiqui admittit.* Diſiungenda ſunt tantùm, quæ importunè coaluerant: & locum in priſtinam integritatem reſtituemus: *Admittere oportet, cùm tempus anni venerit, bis die, mane & veſpere perorigam. Is ita appellatur, quiqui admittit. Quiqui,* id eſt Qui ἀρχαϊκῶς, infinitis locis apud Plautum. Oportet igitur, inquit, perorigam admittere. Ita voca-

tur is qui admittit. Tempus anni dixit Græcanicè, ὥρα ἔτους. hoc eſt ver. Porro apud Pliniũ in veteribus exemplaribus nõ Perauriga, ſed Pruriga legitur. quæ rectior eſt lectio, à prurigine admiſſuræ. Praurigam dicere mirum non eſt. nam eo modo quo & cludus, claudus: & ſimilia.

97 NE vngulas comburat ſtercus, cauẽdum.] Pro *cauendum*, vetus codex optimus, *tenebat*. Aliquod mendum latet, quod tollere non poſſumus.

98 PVLLVM aſininum ſubiiciunt equæ.] Ariſtoteli ἱπποθήλας ὄνος.

99 IIDEMQVE vt ineãt equas perorigas curam⁹.] Mirum genus loquẽdi. Hoc curamus, vt perorigæ dent operam aſinos ad equas admittendi. Helleniſmus eſt, σπουδάζομεν τοὺς ἐπιμελητὰς ὥστε ὀχεύειν τὰς ἵππους τοὺς ὄνους. Non eſſet durum genus loquendi, ſi verbũ tranſitiuum eſſet, vt loquuntur grammatici. Tunc enim referretur ad perorigam. vt ſi dixiſſet, Iidémque vt admittant aſinos ad equas perorigas curamus. qui modus loquẽdi Plauto familiaris eſt.

100 VT eius quod.] Legendum, *Vt enim quod*. Sic ſuprà annotauimus, *Quod enim durities*. ἅτε δὴ τῆς σκληρότητος. Eleganter ergo, *Canis enim ita custos pecoris, Vt enim quod eo comite indiget*. ἅτε δὴ δέον αὐτῷ τῆς αὐτοῦ βοηθείας.

100 ET potius varis, quàm vatiis.] Vatia, eſt βλαισός. vt etiam teſtatur Fronto. qui vertit βλαισοῖς. hoc eſt extrorſum flexis. Ariſtoteles enim ait curuaturam brachii humani εἰς πλάγιον ἐβλαισῶσθαι. Brachia autem cancrorum βλαισά.

101 PASTORES vt deducerent.] Inquinatiſſimus locus ſiquis alius, cuius labe inſignis ſpecies obliterata eſt. Sed ſicubi in emendatione horum librorum egregiam operam nauauimus, ſanè quod de hoc loco aſſerere poſſumus eum deprauatiſſimum eſſe, ita integritati ſuæ reſtitutum certò præſtamus. Apponam primùm veterem lectionem, vt ex ea quàm minimo labore hæc tam inſignia menda tollantur, *Paſtores Vt dedurent. in metampinos ſaltus & traclepore. inde*, &c.

ſcribo, *Paſtores vt deduxent, in Metampinos ſaltus ſe traclepere.* Quia ſine paſtoribus gregi canes acceſſiſſent, noluiſſent illi ſequi gregem ad nouum dominum ſine paſtoribus notis. Ergo hoc cauit emptor, vt ad fines ſuos vſque canes deducerent paſtores ipſi. Quos vt deduxiſſent, poſtea celeriter in ſaltus Metampinos ſe ſubduxiſſe: ne fortè canes odorati paſtorũ veſtigia iterum ad eos reuerterentur, ſi ipſos animaduerterent. Metampini ſaltus qui ſint, tam otioſum puto quærere, quàm ſuprà qui ſint Gurgures montes. *Traclepere* pro tranſclepſere. præteritum à præſenti, vt ſæpe ſolet. vt apud Ciceronem de Legibus veteres libri habent, *Sacrum ſacróve commendatum qui cleperit, rapſitve.* Sic Lucillius à ſcabeo, ſcaberat,

Scaberat vt porcus contritis arbore coſtis. & ſimilia, quæ ſuperius notauimus. *Deduxent,* deduxiſſent. Horatio, Plauto, aliis veteribus. A paſtoribus ipſis, vt iam admonuimus, deductos eſſe canes apparet: deinde paſtores ſe clepſiſſe, & fugiſſe in Metampinos ſaltus, ne illos ſequerentur canes, qui gregi vendito acceſſerant.

101 INDE cùm domum rediiſſent, qui ad locum deduxerant.] Illa verba, *Qui ad locum deduxerant,* ſunt gloſſema. Itaque illa tollere nulla religio eſt: imo cauendum ne illorum contagio verba Varroniana aliquam labem & vitium contrahant. Quod aſſequemur, ſi ita legamus, *Paſtores vt deduxent, in Metampinos ſaltus ſe traclepere. Inde cùm domum rediſſent, è deſiderio hominum diebus paucis poſtea canes ſua ſponte,* &c. Tacere non poſſum egregiam huius loci reſtitutionem: non vt induſtriam noſtram commendemus, ſed vt ingenioſorum hominum ſtudia ad ſimiles exercitationes diligentia noſtra prouocemus.

101 SEQVITVR quartum de emptione.] Plures ſunt in veterum ſcriptis loci, de quorum vitio ſuſpicari ne in mentem quidem veniſſet, niſi veterum codicum indicio de ea re cõmoneremur. Eiuſmodi eſt locus iſte quem in manibus habemus. Nam præ ſe quidem ita vti vulgo editus eſt, nullum vitium præfert: veteris tamen

ſcripturæ ope vitioſum eſſe deprehendimus. ex cuius auctoritate ita eum emendamus, *Magni intereſt ex ſemine eſſe canes eodem: quòd cognati maximè inter ſe ſunt præſidio: ſed quod, quarum*. Sed, inquit, intereſt quod ſemen ſit, & quarum canum. Elegantiſſimè, meo iudicio, hæc lectio habet, & à nobis, vt legitima, in veteres ſedes aſſerẽda. Sequitur, *De emptione: ſit alterius*. Ita enim diſtinguendum.

102 PASCITVR è culina.] Malè, vt iudico, habet vetus ſcriptura, *Paſcitur è curia*. Nam è culina, recta eſt lectio. Sic loquitur Ariſtoteles, vt cùm de veſpa ſcribit, λίχνον δὲ ὄν, καὶ πρὸς τὰ μαγείρεια καὶ τοὺς ἰχθύας, καὶ τὴν τοιαύτην ἀπόλαυσιν, καταμόνας προσπέτεται. Paſcitur igitur, inquit, è culina, & oſſibus. os enim cibus caninus. vnde elegantiſſimè Plato in Epigrammate, Θυμὲ τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; At Terentius paraſiti cibum oſſum dixit eodem modo: quia paraſiti, vt canes, aſſeclæ ſunt menſarum. Nam ignauum genus canum, quod non venationi, ſed domeſticæ cuſtodiæ inſtitutum eſt, vocantur τραπεζῆες Homero. vt ipſi quoque paraſiti ſunt τραπεζῆες. Martialis,

Et melior rapuit canem culina. Ergo dixit elegantiſſimè Terentius de paraſito,

Viden oſſum & cibus quid faciat alienus? Quod explicatur illo Martialis poetæ,

Antiquæ venies ad oſſa cœnæ.

102 PROVERBIVM vt tollãt antiquum.] Prouerbium, quod habebat in mente Varro, fruſtra alii quærũt: adeò vt hîc alieno loco inſeruerint. Atqui Varro non poſuit, ſed indicat tantùm, vtpote vulgò tunc notiſſimum. Extat autem apud Theocritum,

Θρέψαι τοὺς λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι. Tollere prouerbium, eſt, vt, Tollere riſum, Tollere gaudium alicui. Catullus,

Impia deriſi gentilis gaudia tollens.

103 QVAE vocatur melium.] Apud Feſtum tamen legitur Millus, nõ Melium, ex oratione Scipionis Æmiliani ad populum. *Vobis reique publicæ præſidio erit is, tãquam millus cani.* Sed puto verius eſſe Melium. Nam

μηλωτὴ, Pellis ouilla. ab illo omne ſcorteum vocabant melinum. Vnde apud Plautum melina, eſt ſcortea mantica; vel coactilia è corio. nam Turnebus aliter voluit interpretari. Cui ſanè viro, alioqui maximo, aſſentiendũ hac in parte non eſt.

103 ET SI alter indeſinẽter æger eſt.] Itáne quæſo Varronem vnquam locutum crediderim? Ne, quæſo, tantam iniuriam tanto viro faciamus, vt hoc illi adſcribamus. Nam vetus ſcriptura habet, *Et ſi alter videm ſiter*: mendoſa quidem illa, ſed quæ minimo momento reſtitui poſſit, *Et ſi alter itidem vter*. Nam illud *itidem*, ſignificat rationem ſecũdam, quam præter primam adfert. Eſt autem tmeſis, pro, Et ſi alteruter itidem æger eſt. Qua figura non raro vtitur Varro, vt ſuprà, *Excande me fecerunt*: &, *are hos facies*. Quam familiarem Lucillio fuiſſe Auſonius, doctiſſimus poeta, denotat his verſiculis,

Lucani villa mox potieris aco.
Reſciſſo verbo dices componere verſum.
Lucilli vatis ſic imitator eris. Nam Lucillius tmeſibus aliquando vſus eſt. vt,

Illuuies, ſcabies oculos huic, déque petigo
Conſcendere.-- Nam depetigo dicebatur. Cato, *De petigini porcæ braßicam imponito: ſanum faciet.* Ita enim ex veſtigiis priſcæ lectionis legendum in Catone. At in eo verſu producendo Petigo tantùm agnoſcit Nonius, non depetigo. In quo ſanè errat, vt in aliis multis non ſemel.

104 CVI poteſt cedere.] Vetus ſcriptura, *Cui potius cedere.* Ego crediderim legendum, *Qui potis cedere*: eodem ſenſu quidem, ſed longè concinniore & ſignificantiore.

105 DE NVTRICATV.] Conciſa & manca ſententia: ad quam ſupplendam non leuiter ope veteris ſcripturæ adiuti ſumus, quæ pro *Tremellius* habet tantùm *ſemel*. Itaque ſic legendum eſt, *De nutricatu: hoc dico, eaſdẽ ferè & nutrices & matres eſſe melius. Simul adſpicit ad me.* Nam illud *ſimul* non eſt initium alterius perſonæ, ſed eiuſdem eſt cum παρεπιγραφῇ. Vt enim con-

firmaret ſententiam ſuam, adiuuat exēplo. Cuius teſtis, & conſcius erat cum Varrone.

105 ESSE leuuncidas.] Non eſt quòd dubitemus legere, *esuncidas*, vt alibi. hoc eſt, ἐξιτήλους, & veſcas.

105 NAM in Illyrico hoc amplius.] Clemens Alexādrinus hoc Hiſpanis mulieribus attribuit: Strabo Liguſticis, libro III, ex Poſidonio.

106 IN gregibus ouium ſed magnis.] Suſpectum hunc locum mihi facit vetus ſcriptura, *Greges ouium, ſed magnum.* Ego libenter legerim, *Greges ouium, ſed in agnum.* In greges, inquam, non ſolùm ouium, ſed & agnorum quoque. Et hác correctionem veram eſſe confido. *Agnum* pro agnorum apud Plautum. & in Epigrammate, *Cuſtodes ouium, teneræque propaginis agnum.*

106 ID ALIBILE.] Hæc in nullo veterū inueniri teſtis P. Victori⁹: &, vt videtur, gloſſema eſt: vtpote cùm ſine illo conſtare poſſit vetus lectio. Sed Varro tripliciter lac cōſiderandum proponit, θρεπτικὸν, vel alibile: καθαρτικὸν, vel quod eſt ad perpurgandum. Vtrunque, ab vna re, ſcilicet à paſtionibus. poſtremo, bonitatē ipſius lactis, eámque à duabus rebus: à pecudum natura, & à mulctu. A paſtionibus igitur primùm, θρεπτικὸν, cùm ait, *A paſtionibus: quod fit ab ordeo & ſtipula, & omnino arido & firmo cibo pecude paſta.* Iam ſupplēdum id quod irrepſerat in textū, *eſt alibile.* Deinde καθαρτικὸν: *ad perpurgandum: ea quæ ab viridi paſcuo. eo magis, ſi ex herba quæ ipſa ſumpta perpurgare ſolet corpora noſtra.* Salſè intelligit hibiſcum, quę [illegible]ibum ſumpta perpurgare ſolet corpora noſtra. Nam & in eam ouiū & caprarum, agnorum & hædorum gregem cōpellebant. Virgilius,

Hædorúmque gregem viridi compellere hibiſco. Porro ita correximus, ſequuti veterem lectionem, quam Petrus Victorius appoſuit ex vetere codice. Tantùm hoc conceſſimus nobis, quòd ex *paſco* fecimus, vt eſt in vulgatis, *paſcuo. eo,* &c. Item *viſſæ,* quod ex priori & ſequenti vocibus coaluerat, meritò expunximus. Igitur totum locum ita legimus, *A paſtionibus: quod fit ab ordeo, & ſtipula, & omnino arido & firmo cibo pecude paſta. Ad perpurgandum: ea quæ ab viridi paſcuo. eo magis, ſi ex*

herba, quæ ipſa ſumpta perpurgare ſolet corpora noſtra Quæ, quia per ſe ſatis clara ſunt, in eis explicandis non immorabor.

107 MAMMAE enim rumis.] Sequar veſtigia priſcæ lectionis. *Mamma enim Rumis, ſiue Rumin. ea re, Vtante, dicebant, a rumi.* Ait antiquitus mammã rumim, ſiue rumin vocari ſolitam. Nam indifferenter Rumin & Rumen dicebant, vt germen, germin. A qua mente, inquit, paſtores antea dicebant, *à rumi. Vt agnos depulſos a rumi.* quod poſtea dictum, *a mamma.* Varro Cato, de liberis educãdis. *Hiſce manibus lacte fit, non Vino: cuninæ, propter cunas:. Rumiæ, propter rumã. Id eſt priſco Vocabulo mamma. A quo ſubrumi etiamnum dicuntur agni.* Hæc ille.

107 ET INDE dicuntur ſubrumi agni lactentes, à lacte.] Illud poſtremum quod eſt *à lacte,* ſubdititium eſt. nam eſt gloſſema τῦ *lactentes.*

108 ALII velumina.] Malo *Velimina.*

108 SIC CAPRA pilos.] Hæc ad verbum mutuatus eſt Virgilius:

Nec minus interea barbas incanáque menta
Cinyphij tondent hirci, ſetáſque comantes,
Vſum in caſtrorum, & miſeris Velamina nautis.

109 NEQVE ab hoc quod mutaret.] Terentius: *Nec cõmutaturos tria Verba hodie.* Quadrigariꝰ: *Putabãt eos qui foris, atque qui in arce erant, inter ſe commutationes & conſilia facere.* Imitatum ex Græcis, qui συναλλάσσειν dicunt. Fortaſſe apud Terentium in Hecyra idem eſt:

Mutatio fit: ea nos perturbat, Lache. Tamen non ignoro quomodo vulgus grammaticorum interpretetur. quod non diſplicet.

109 NIGER in Turrani noſtri.] Ita conatꝰ eſt emẽdare P. Victorius. Vetus ſcriptura: *Niger in Turrani in oſte. illi,* &c. fortaſſe *Niger in Turranianos. Et illi.* Vt Turraniani horti fuerint Turraniorum familiæ. qaules fuerunt Salluſtiani, Mæcenatiani. Aliud certi nihil adferre poſſum.

IOSEPHI SCALIGERI NOTÆ AD TERTIVM LIBRVM M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA.

110 VOCANT colles Tebas.] Si verum eſt quod dicit Varro, vt Tebas colles vocarint Æoles Bœotii: mirum apud nullum veterem Græcum ſcriptorem ne eius quidem rei veſtigia extare. Quod ſi, vt ille ait, ſine afflatu Tebas vocarũt colles, non ergo Thebæ cũ afflatu ſignificabunt colles. Et ſanè reliqua meræ nugæ: ſed res ita ſe habet. Cadmus Thebarum cõditor nomen ei oppido impoſuit, à nauicula, qua traiecerat. quemadmodum & priſci Latini numum rate ſignarunt, quòd ea vectus Saturnus in Latium peruenit. Theba enim Phœnicibus, nauicula. Huic rei fidem faciũt & alia vetera Bœotiæ nomina. nam Cadmus ipſe ad verbum eſt ἀνατολικός: quòd ex oriẽte veniſſet: hoc eſt, ex Syria. Labdacus, eſt παιδευτός. Ino, εὐτυχὴς, vel potius τύχη. Iſmenus, λιπαρός. Cithæron, δυώδης, κνώδης, propter pineta. Et alia præterea multa, quæ, ne moleſtus ſim, ſciẽs prætereo. Vt appareat, Thebas à Syris conditas: & Syrũ nomen eis impoſitũ fuiſſe. aut fruſtra omnes vetuſtiſſimæ hiſtoriæ prodidiſſent Cadmũ in Græciam veniſſe. Quod cùm ita ſit, Thebæ nõ dicuntur colles, vt vult Varro. neq; apud vllũ auctorem vnquã reperies. Neque, ſi Sabini quoſdam colles apud ſe Tebas vocarunt, propterea omnes colles lingua Sabina Tebæ dicti. nõ magis ſanè, quàm ſi Romani collem Auentinum haberẽt, propterea alios omnes Auẽtinos vocarẽt. Sed non mirum hoc in Varrone, cuius libri iſtiuſmodi commentis referti ſunt.

112 TABELLA dum ita.] Reſtituenda priſca ſcriptura, *Tabula dimidiata.* Qui aderant candidato, recipiebantur in idem tentorium ab ipſo. Tentoria enim aut tabernulæ erigebantur in campo propter ſolem, aut pluuiam, à candidatis, vt ad eas ſe & fautores ſuos reciperent. Ludit ergo, qui malè fultam aut malè tectam tabernam vocet tabulam dimidiatam.

113 ANTIPHILI.] Parua dictu labes, ſed quæ prætermittenda obiter non ſit. Nam legendum *Antiphilu* ex veteri ſcriptura *Ante philu.* ἔργον Ἀντιφίλου. Antiphilus faciebat.

113 NVLLAM ſe accepiſſe villam.] Lege, *accediſſe villam* pro acceſſiſſe. vt ſuprà, *diſcedimus*, pro diſceſſimus. Sic apud iuriſconſultum, *relinquero*, pro reliquero. de hoc ſuperius.

115 NON TIBI decoquet non ornithon.] Eſt ἀναδίπλωσις. Non tibi non, inquam, decoquet ornithon.

116 DE HIS ſex partibus.] Paulo inconcinnior locus: qui tamen videtur ſuſpitione caruiſſe. ideóque ab eruditiſſ. P. Victorio præteritus: cùm ita legendus ſit: *De his ſex partibus: ad hæc iſta tria genera artificum paranda, aucupes, venatores, piſcatores: aut ab his emenda, quæ tuorum ſeruorum diligentia tuearis in fætura ad partus, & nata nutricere, ſaginéſque.* Nam illud, *ſaginéſque* ex veteri ſcriptura reponimus. Habet enim, *nutricare, saginiſque.*

117 IN QVIBVS ſtabulentur turdi, & pauones.] Eandem rem conquerebatur ſenex quidam apud eundem Varronem in Satira Menippea, γεροντοδιδάσκαλος.

In quibus Libyſſa citrus faſciis cingit fores.
Vbi graues paſcãtur atque alantur pauonum greges.
Vel decem menſes vbi vna ſeptant granaria.
Vineis vbi ampla cella, torculare Pœnicum.

Deteſtatur enim luxuriam hominum temporis ſui, qui villarum modum excederent.

118 AD IMMIDIVM hoſpitem.] Columella loquens de eadem re: *Numidium hoſpitem.* Scio tamen Vmmidium eſſe nomen Romanum: vt apparet ex antiqua inſcriptione; L. LVCEIO L. F. PAL. VMMIDIO.

118 ILLE, EGO verò, inquit, vt aiunt, poſt principia in caſtris.] Ineptè ſanè, cùm legendum ſit: *Ille: Ego verò, inquit, à poſtprincipiis, vt in caſtris.* Caſtrenſe enim prouerbiũ eſt, à poſtprincipiis incipere, in poſt principiis ſtare, in poſtprincipiis eſſe. Varro loquens de diſciplinis Mathematicis apud Gellium: *Sed hæc*, inquit, *aut*

omnino non diſcimus, aut prius deſiſtimus quàm intelligamus cur diſcenda ſint. Voluptas autem vel vtilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, cùm perfectæ abſolutæque ſunt. in principiis verò ipſis ineptæ & inſuaues videntur. Hactenus Varro: in quibus non ſolùm vſus huius prouerbii patet, ſed etiam explicatur prouerbium ipſum. Et ipſe Varro hîc quoque exponit prouerbium, cùm ſubiungit: *id eſt, ab his potius temporibus quàm ſuperioribus.* Sed & Plautus in Perſa idem vſurpauit:

Atque edepol firmè vt quiſque rem accurat ſuam,
Sic ei procedunt poſtprincipia denique.
Si malus aut nequã eſt, male res vortunt quas agit.

Nam malè hodie apud Plautum: *Sic ei procedit poſt principia.* Pluribus igitur monendi non ſumus, doctiſſimum virum, cùm hũc locum adduceret, perperam exiſtimaſſe hæc diſiuncta eſſe *poſt principia*, non autem vno verbo *poſtprincipia.* Vt taceam quòd locum corruptum eſſe non animaduertit.

120 QVOD cochleam appellant.] Quid ſit, docet Columella: *Sed vtcunque,* inquit, *fabricatum eſt, ſi ſemper influente gurgite riget, habere debet ſpecus iuxta ſolum: eorúmque alios ſimplices & rectos, quo ſecedãt ſquamoſi greges, alios in cochleam retortos, nec nimis ſpatioſos, in quibus murænæ delitescant.*

120 IN HOC tecto caueáque.] Vetus lectio: *In hoc tecto cauiis, quæ cauiis tabulata habeant aliquod adportat ſupplementum.* Ex qua lectione, corrupta quidem illa, ſed omnia integritatis ſuæ veſtigia retinente, monſtrum hoc lectionis vulgatæ conflatum eſt. Primum igitur membrum ita legimus ex illa antiqua ſcriptura: *In hoc tecto cauiiſque auis tabulata habeant aliquot.* quæ ſanè, niſi multùm me fallit augurium meum, legitima eſt & Varroniana lectio. *Cauiis*, hoc eſt Caueis. ſic infra hoc tectum vocat etiam caueas. *Auis* ἀρχαϊκῶς, hoc eſt aues. Tabulatum autem intellige, id quod Homerus vocat πέτευρον: vbi inſident aues vel exeuntes ex cauo ſuo, vel antequam cauum ipſum ſubeant. hoc enim ſolet in limine caui affigi, ſiue ſit tabella, vt co-

lumbis ſolemus facere,ſiue pertica, vt gallinis. Hoc enim Homerus vocat πίπυεγν. Veniamus ad alterum membrum,in quo prodigioſa correctorum licentia ap paret : *adportat ſuplementum.* Legendum enim: *ad portæ ſublimentum.* Sed totam periodum iam apponemus, vt faciliùs emendationum noſtrarum rationem edere poſſimus. *In hoc tecto cauiſque auis tabulata habeant aliquot. Ad portæ ſublimentum contra hcc auiarium eſt aliud minus.* Veteres quæcunque per MEN declinabant,eadem & omnia per MENTVM quoque:vt documen,documentum, monimen, monimentum : & ſimilia.Sic carmen,carmentum.vnde carmentæ,αἱ ἀοιδοὶ, vel parcæ.Sic limen,limẽtum:vnde Deum liminum vocarunt Limentinum. *Sublimentum* etiam eodem modo.quod Propertius vocat *Sublimen*:

At nullo dominæ teritur ſublimine amor, qui
Reſtat--

Nam ita potiùs quàm diuiſim *ſub limine* legendum eſſe, facilè ſibi perſuadebit quiſquis attentè locum Propertii penſitauerit. Cùm igitur ſit limen ſuperius & inferius, hoc ſuperius ſublimen vocarunt. Vnde cælum ſublimen vocat Ennius Thyeſte:

Aſpice hoc ſublimen candens, quem inuocant omnes Iouem. Ita enim habent veteres libri Apulei. Quanquam ſi aliquis refragari velit, leuiuſcula immutatione, poſſumus in Varrone legere : *Ad portam ſublimentum.* Hoc tantùm certò aſſerere poſſumus, *limentum* à Varrone pro limine poſitum eſſe: & ita,vt oſtendimus, interpungendam eſſe hanc lectionem. *Lemen* autem ſæpe ſcribebant illi, vt Menerua, & cætera. Ergo ex *ſublementum* fecerunt *ſupplementum.* Qua animaduerſione quantum lucis acceſſerit tam deplorato Varronis loco,nemo non videt.Nec ſum neſcius quomodo doctiſſimus Turnebus conatus ſit hunc locum emendare. Sed hoc ingenuè pronũtiare poſſumus:nunquam illum tam diſſimilem ſui eſſe,quàm ſiquando in his De re ruſtica libris aliquid emendare conatur. In omnibus enim immane quantum eum fugerit ratio.

120 TVM mihi tu dic.]Non mihi videbantur hęc

ſatis cohærere,cũ ſuſpitio mea annotatione P. Victorii aucta eſt. Nam admonet eruditus vir in illo peroptimo codice ſcriptum fuiſſe: *multum dic illud alterum*. Facile eſt hæc ſuæ integritati reddere ita: *Sexaginta quauis millia ſtatim in fœnus des licebit multum. Dic illud alterum genus*,&c. hoc eſt, In fœnus multum des licebit.

100 TVM mihi dic.] Ex vetere codice tantùm legimus, *Dic illud alterum*. Et inde à verbo *Dic* incipit pars altera huius capitis, in qua ornithon deſcribitur. nã quia ſuperioris ornithonis deſcribendi partes traditæ ſunt Varroni,& huius quoque deſcribendi munus eidem,non expreſſo nomine,attribuitur.

121 A VINIO fluuio.] Lege *ab imo fluuio*. Nam *au imo*, pro ab imo ſcriptum fuit, praua ſcilicet librariorum conſuetudine, v, in b, & contrà, mutandi. Vt ſuprà ſcripſerat librarius *auuiridi*, pro ab viridi. Flumen, inquit, hoc ἀνώνυμον, directum ab inſula quæ eſt ab imo fluuio, vbi eſt confluuium alterius amnis. ad ſummum fluuium, vbi eſt Muſæum, patet pedes CCCCL.

121 CVM capitulo.] Vocat capitulum, appendiculam ligneam rotundam tabulæ quadratæ literariæ impactam, eámque perforatam, vt eſſet qui ſuſpenderetur tabella è paxillo.

121 AB ORNITHONE plumula.] Scribo indubitanter, *Ab orithone. p. l. v. iii. via, in qua media ſunt caueæ*. Nam ex his notis meliùs *plumula* ſuppletur, quã ex *p. vits. la.* quia nunquam veteres per compendium ſcripſerunt LA, cùm latum vellent denotare. Sed neque hæc mendo carent: nam tranſpoſita ſunt. legendum enim: *Ab ornithone p. luiii. via, qua iter in aream eſt, in qua media ſunt caueæ*. Quàm facile fuit ex iii, literam, m: item, ex i, l facere, *cùm* id toties in veteribus libris contigerit?

121 QVA iter in aream eſt.] Vetus lectio, *qua introitus itur in aream eſt*. Tollo illud *itur*: nam conflatum eſt ex cauda illius, *introitus*. Et ita lego: *qua introitus in aream eſt*.

122 SVBTER columnarũ ſtilobatem eſt lapis.] Lapis ἀρχαϊκῶς in fœminino. Ennius, *Tanto ſublatæ tunc*

agmine

agmine ſunt lapides. lapidem vocat qui pro ſtereobate ſubſtruitur ſtylobatæ. *Falere* vocat id quod magis propriè eſſet pila. χηλὼ vocat Thucydides, Virgilius ſaxeam pilam. Et verbum apud Lucretium, oppilare:

-oppilare oſtia contra. Suſtinet autem falere totum periſtylii onus, & ſtagno oppoſitum & oppilatum eſt. Itaque pilæ litoribus immolitæ à veteribus propterea Faleria dicuntur, quia antea Haleria dicerentur, παρὰ τὴν ἅλα. Argumento, quòd Falerii populi ita dicti ſint quia apud eos ſal fieret, prius Halerii dicti. auctor Feſtus. Niſi ſit quòd omnia alta φάληρα vocabant Græci. *Culcitas* vocat toroſas ſtylobatæ proiecturas, extra ſolidum procidẽtes, vt eſt videre in periſtyliis monachorum, in quibus puluinatæ coronæ ſtylobatarum extra perpendiculũ præbent opportunas ſedes feſſis deambulando: quæ, quia pedibus calcari poſſunt, culcitæ dictæ. Seu, quod verius puto, quia ſimiles ſunt culcitarum toris in lecto conuolutis. Doctiſſimus vir quædam dixit de Falere: in quibus quòd à candore dictum putat, mihi non perſuadet. Sed quod *Faleſas* lingua Normanorum à Faleribus dictas conatur probare, id homini vlli Septentrionali non perſuadebit. Interroga enim de hoc vocabulo Saxonem hominem, aut Germanum, & quemuis ex illis partibus vnde originem trahunt Nortmanni, ſtatim reſpondebit *Fales* aut *Fels* eſſe rupem, neque aliud eſſe niſi id quod Nortmanni vocant *Faleſe*.

122 VBI orbile ſolet eſſe acutum.] Nihil minus orbile eſt quàm id quod vult doctiſſ. Turnebus. Nam proculdubio orbile vocat, quam Græci σύριγγα, & poetæ χνόην. Id erat axis capitulum ſeu cardo, quod in modioli foramen conueniebat. Pro eo tabula caua ad modum tympani erat in ſummo impacta, quæ exciperet modium rotæ, ita vt modius ipſe in eius cauum iniret, vt in acetabulum. Quo nomine verſatilem intelligamus. Atque ita, quantum poſſumus, receptam lectionem tuemur. Sed ſi propiùs inſpiciamus, eam non carere vitio, haud dubiè animaduertemus. Nam quid eſt, obſecro vos, *Vbi orbile ſolet eſſe acutum*? nam orbile

non ita deſinit in mucronem, vt acutum dici poſſit. Deinde quid erit illa *tabula*? an ita vlla eius craſſitudinis eſſe poteſt, vt tantum excauetur quantum ad modium rotæ excipiendum ſufficiat? Sed quid cauillamur? legendum enim omnino: *ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe, acetabula cauata ſit, vt tympanum, in latitudinem duo pedes*, &c. Nam columella, inquit, loco cardinis, qui conuenit in cauum modii, habet acetabulum, in quod potiùs ipſe rotæ modius conuenit. *Acetabulam* dixit, vt mandibulam, non autem acetabulum, ἀρχαϊκῶς. Ita fit vt quoties corruptas lectiones interpretari conamur, nihil aliud quàm nos traducamus. Quod ſanè penè contigiſſet nobis, niſi mendum odorati eſſemus. quanquam nihil abſurdum in recepta lectione expoſuimus. Cùm tamen Adr. Turnebus non ſolùm non falſam tueatur lectionem, ſed & longè aliena ſententia exponat.

122 VT TYMPANVM.] Acetabulum illud, vel, vt ipſe loquitur, acetabulam comparat tympano matris Ideę, tergore bubulo detracto nam cauum omnino eſt. Nollem accidiſſe doctiſſimo viro, vt de tabula, quod habet vulgata lectio, ea referret, quæ ne ipſe quidem, ſi diligentius rem examinaſſet, intelligere poſſet. ſed, vt diximus, ex illo *acetabula*, factum ab imperitis librariis, *acutum*, *tabula*. Quorum errorem fouit ἀρχαϊσμοῦ ignoratio, qui non animaduerterint talia nomina veteribus etiam fœminino genere enunciari. Vt Mandibulum, mandibula: Vertibulum, vertibula: Manibulum, manibula: Decipulum, decipula, & infinita talia.

123 EX ORBI ligneo, menſáque.] Orbem intelligit eam rotam, de qua iam ſuperiùs dixit, fuiſſe pro menſa columellæ impoſitam. Et, ne quis dubitaret, quaſi ἐπεξηγεῖται, cùm eundem orbem vocat menſam. Ad aliud refert doctiſſimus vir. vt ſanè mirer quid in mentem tanto viro venerit, cùm ea quæ meliùs taceri poterant, c hartiſuisi lue lerit.

123 IN PRIMIS radiis.] Omnino legēdum, in *primis radiis*. Nam epitoniis (eæ ſunt machinæ, puta

rotæ, ad aquam exprimendam) verſis, ad vnúquenque actum aqua frigida & calida ex ipſis radiis orbis, ſeu rotæ, quam menſam vocat, exprimebatur conuiuis. columellam enim, quæ ſuſtinebat orbem, ſeu rotam, cauam fuiſſe oportet, quæ aquam infernè conceptam, quotieſcunque epitonia verſarentur, supernè per radios rotæ, qui & ipſi caui erant, emitteret in conuiuas, & quaſi efflaret. fiebat enim mechanicis expreſſionibus. Certè hac deſcriptione nihil planius, nihil lucidius: vt ne minimum quidem in ea aſſequenda laborauerimus. *Primum* veteres dixiſſe pro ſingulo, & pueri ſciunt.

123 ESSE epitoniis verſis.] Illud *eſſe* inſultum eſt huic loco, quia malè legebant *factum*, pro actum. Legendum eſt enim, *in priuis radiis, epitoniis verſis, ad vnumquenque actum*, &c. *Epitonia* autem, vt diximus, ſunt rotæ mechanicæ, quæ funibus intenduntur, aut aliud quid ad exprimendam aquam. Nam nō ſemper rotas ſignificat, vt in Vitruuio, lib. x, *ſingulis autem canalib⁹ ſingula epitonia ſunt incluſa manubriis ferreis*. Quicquid eſt, non ad emittendam ſed ad exprimendā aquam fuiſſe, indicat etymon, quòd non ſine intētione hoc fieret. Vlpian. de Actionib. emp. vend. L. Fundi: *Caſtellā plūbea, putealia, epitonia fiſtulis adplumbata*. &c. Igitur epitonia nō ſemper rotas ſignificare, vel ex loco iam Vitruuii prolato, item ex ipſo Vlpiano patet, qui dixerit epitonia fiſtulis adplumbata.

123 SIC VT fluat in conuiuam.] Scriptum priùs fuiſſe puto, *ſic atfluat in conuiuam*. Nā *at* pro ad, & *illut* pro illud ſcripſiſſe librarios illos, vulgo notum eſt. Ergo non dubiū eſt quin totus locus ita legendus ſit, *Cum & aqua calida, & frigida, epitoniis verſis, ad vnūquenque actū, ſic adfluat in cōuiuā. Ad vnū quēque actū*, εἰς ἐνδέξιον περιαγωγήν. nam verſabat rotā, quę pro mēſa erat, puer, quotieſcunq; noua fercula adferebat. quod ſanè ex iis quæ ſuprà dicta ſunt, confirmatur: *Hæc ab vno puero, qui miniſtrat, ita vertitur, vt omnia vna ponantur & ad bibendum, & ad edendum, & admoueantur ad omnes conuiuas.* Quomodo autem hæc legenda cenſeat maximus vir, & olim amicus noſter Adrian. Tur-

nebus,omnibus qui eius Aduerſaria terunt, notum eſſe puto.De quibus nihil aliud dicam,quàm nihil tam alienũ eſſe à mente Varronis,quàm quomodo ipſe hunc locum reconcinnauit. Tamen nihil à tanto viro ſcriptum eſt,quod non libenter,propter exiſtimationem hominis, & amicitiam noſtram,amplectamur.

123 CYPRESTES.] Vitruuius lib.I. vocat Andronicum Cyrreſtẽ,loquens de eadem re. Cuius verba hæc ſunt: *Sed qui diligẽtius perquſierũt, tradiderũt eos eſſe octo: maximè quidẽ Andronicus Cyrreſtes,qui etiã exemplum collocauit Athenis, turrim marmoreã,octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorũ ventorum imagines exculptas cõtra ſuos cuiuſq; flatus deſignauit.* & quæ ſequũtur. Cyrreſtes ergo dict⁹ à Cyrro vrbe Syriç.nã Κυῤ-ῥέϛης eſt πολίτης Κύῤῥου. Stephan⁹.Sic apud Frõtinũ ϛρατηγημάτων primo mentio fit cuiuſdã Phanei natione Cyrreſtæ.

123 FORTASSE ante eum duceret ſerrã.] Cùm ſatis notum ſit hunc locum deprauatum eſſe,de eo nihil aliud dicã,quàm duplicem eius caſtigationẽ à nobis afferri poſſe:quarum quam priore loco afferam, verã nõ puto: de altera, quin vera ſit, non dubito. Sed id in primis admonendũ,anſam huic loco corrũpendo dediſſe aduerbium *fortaſſe an.* quo vtebantur veteres, vt eſt ſæpe apud Apuleium,Tertullianũ, alios. Vt & eiuſdem quoq; aduerbii ignoratio Gellium corrupit lib. x I. *Critolaus,* inquit, *ſcripſit legatos Mileto publicæ rei cauſſa veniſſe Athenas, fortaſſe an dixerit auxilij petendi gratia.* Vbi illud *dixerit* expungendũ eſt. *Nã fortaſſe an,* vt forſan. Alibi idem Gellius vſurpat,non ſemel. Itẽ ipſe Varro infrà: *De fructu,*inquit,*hoc dico, quod fortaſſe an tibi ſatis ſit, Axi.* Primum igitur, quod pollicitus ſum,poteſt ita legi: *fortaſſe an tecum duceret ſerram.* Nam ducere ſerram cum aliquo,eſt altercari cum aliquo. Tertullianus de corona: *Quandiu per hanc lineam ſerram reciprocabimus?* Sic ſerraculum ducere apud iuriſconſultum ad legem Aquileiam, L. Quemadmodum, eadem mente interpretatur iuriſconſultorum phœnix Iacobus Cuiacius, doctor meus, multis nominibus de me optimè meritus. Tamen & altera lectio defendi poteſt apud

eundem iuriſconſultum, *ſeruaculum ducere.* Nam ſeruaculũ eſt clauus nauis. In veteri Gloſſario, quem nuper edidit Henricus Stephanus noſter, inueni, πηδάλιον, *Seruaculum.* Altera coniectura, quam veriorem puto, hæc eſt, *fortaſſe an tecum duceret ſertam*, hoc eſt, tecum particeps laboris eſſet. Serta enim, τὸ σχοινίον, reſtis, funiculus. Palladius Martio: *Suſpẽdẽdi groſſi ex caprifico linea ſerta pertuſi.* malè hodie in Palladii codicibus legitur, *lino velut ſerta*, pro *linea ſerta.* Idem alibi, *Cum ſerta qua appẽſa ſunt auferãtur. Sertã ducere*, vt Terentio, *Reſtim ductitare.* Saltãtes enim aliâs ἐπὶ καρπῷ χερὸς, vt apud poetas Gręcos, ſe tenebãt. aliâs reſtem tenentes hærebant. Horatius: *Tortũ digna ſequi potius quàm ducere funem.* Erat etiam ſimilis ludus puerorum, qui ducebant ſparteam reſtem, & tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omiſſa funis prehenſione, in nates caderet. Cuius ludi meminit Ariſtides ſophiſta. ſed, quia librum non habeo, locum non quæſiui: quem tamen aliquando in ſchedis meis aduerſariis annotaueram. Alludit & Plautus Pœnolo:

-Iam tenetis. ſi tenetis, ducite. Caue dirumpatis,

ad quod genus luſus potius ſpectat hic locus Varronis. Quod ſine vlla controuerſia confirmatur ex Tertulliano, libro de pudicitia: *Sed non decet*, inquit, *vltra de auctoritate ſcripturarum eiuſmodi funem cõtentioſum alterno ductu in diuerſa diſtendere.* Quare *Sertã ducere* cum aliquo, eſt, vt dixi, prouerbiale: quotieſcunq; cõtentionẽ intercedere cum aliquo denotamus. Neque dubito quin ita potius quàm *Serram ducere* legendum ſit.

124 REFERT inteſtabilem eam,] Lego, *Refert intus ſtabilem eam.* nã *ſtabile*, vt molile, orbile. Mutatio autem generis hîc facta eſt: & regimen, vt loquuntur grammatici, præpoſitionis *intus*: vt apud Plautum, *Intus domum.* ſic mutato genere Plautus dixit *bubilem*, in Perſa: *Vt poſſim in bubilem reiicere. Stabile* aut ſtabulum pauonis dicit eodem modo quo ſupra pauones ſtabulari dixerat.

125 FENESTRIS Punicanis.] Poeni lignario opere claruerunt, vnde multa fabricæ ligneæ opera ab

illis nominata. vt *lecti Punici* Plinio lib. XXXIII, cap. XI. Et hîc, *feneſtræ Punicanæ*. Et apud eũdem, *Vineis vbi ampla cella, torculare Pœnicum*: apud Catonem *coagmẽta Punicana*: quæ fideliter hærebant, nec hiaſcebant. Itaque ab ea mente Plautus Mercatore, vbi vult oſtendere ædium poſtes hiare, ait non eſſe factos à Pœno fabro. non enim hiaſcerent commiſſuræ, ſi Pœnus faber eas coniunxiſſet. Ita enim ait,

Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.

Per *pultifagum* enim laſciuia comica intelligit Pœnum. vt idem prologo Pœnoli,

Carchedonius vocatur hæc comœdia.

Latinè Plautus, PATRVVS PVLTIFAGONIDES. Latinè enim Plautus inſcripſit Pœnolum. Ergo pultifagus, Carchedonius, ſeu Pœnus. Pœnos pultifagos, vt Plautino vocabulo vtar, fuiſſe, argumento eſt puls, quæ à Pœnis Punica vocata eſt, cuius faciendæ rationem docet Cato. Non ergo pultifagus pro Romano intelligendus eſt apud Plautum (quod vult doctiſſimus Turnebus) ſed Pœnus, vt dixi.

125 E QVO foras euocare poſſint.] Puto: *& quo fœtas euocare poſsint*. Suprà autem, *in certum locum*, vacat *in*, dele.

126 PROPTER illicium.] Sic de apibus: *apiaſtro perfricando: quod illicium hoc illis*. Aliud in comitiis illicium, vt notum ex libris De lingua Latina: aliud in aucupio. in quo illices aues ſunt quæ à Græcis παλεύτριαι. de quibus apud Ariſtophanẽ. Plautus: *Lectus illex, eſca eſt meretrix*. apud Plinium de perdicibus: *Capiũtur quoque pugnacitate eiuſdem libidinis contra aucupis indicem*. Lege, *contra aucupis inlicem*.

128 EGO quæ requiro ſarſuræ aſſuræ.] Ludit. videtur in actionibus conducti locati fuiſſe, *vti ſarſuræ tecturæ præſtaretur*: aut nõ multum diſſimile: id eſt, vt aliter in iiſdem legibus dicitur, vt ſarta tecta inſula aut ædes præſtarentur. Nã olim ſarſum pro ſartum, vt farſum, pro fartum. Ergo ludit παρ' ὑπόνοιαν. nam quod diceretur in lege conductionis, *ſarturæ tecturæ*, ludens in auium lege dixit, *ſarſuræ aſſuræ*. vt pote cùm aues ipſæ

ad aſſandum natæ ſint. Ná aſſura, quod priùs diceretur arſura. Et quod dicimus nunc aſſum, priùs erat arſum. Cùm igitur tractatus de palumbis & gallinis hìc deſideraretur, vult hoc ſartũ ſibi & integrum præſtari Axius. Sed verá lectioné, ni fallor, conficiemus, ſi non *farſuræ*, ſed *farſuræ* legamus. Ita nihil dubij relinquetur. ná farſura, quia de farciendis gallinis & palumbis ſermo inſtituitur. Nam quòd aſſurá doctiſſimus vir interpretatur aſſiduitatem, longè fallitur, cùm eum fugiat analogiæ ratio. Talia enim nomina à verbis, non à nominibus, Vſura, Curſura, Poſitura. Farſurá etiam inuenies apud eruditiſſimum ſcriptorem veterem Tertullianum, libro contra Valentinianos.

128 VT maximè factitauerunt Deliaci.] Plin. lib. x, *Gallinas ſaginare Deliaci cæpere.* Cic. Acad. II, *Videſne vt in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures ſaluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæſtus cauſſa ſolerent. hi, cùm ouum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant.* Columella, de gallinis: *Huius igitur villatici generis nõ ſpernendus eſt reditus, ſi adhibeatur educandi ſcientia, quam plerique Græcorum, & præcipuè coluerunt Deliaci.* Apud Arbitrum,

Molles, veteres, Deliaci manu reciſi. Reciſos manu Deliaci vocat ſpadones. Nam capones Deliaci manu caſtrantur. Deliacus enim, vt apertè videmus, pro curatore gallinarum.

129 SINT licet genera ei tria paranda.] Locus inquinatus. Ita legendus eſt, *Qui ſpectat vt* ὀρνιθοβοσκεῖον *perfectum habeat, ſcilicet ei genera tria parandũ, maximè villaticas gallinas. Equis*, &c. Iá luce clarior hic locus.

129 PALEA rubra ſubalbicanti.] Eleganter hoc Græcus interpres, χλῶρον ῥοδίζον.

129 QVAM in altitudine.] Scribe *altitudinem.*

129 QVA Gallinarius curator earum.] Sine dubio due poſtremæ voces ſunt interpretamentũ prioris. Ná Gallinarius eſt gallinarũ curator: vt Mellarius, apum, infrá. Sed huc irrepſerunt ex margine, vbi erat appoſitũ ſtudioſi annotamẽtũ: qui videbat alibi curatorẽ vocari.

129 EXCVLPTA ſint cubilia earum.] Cato: *Foramina longa* P. III. S. *exculpta digitos* VI. Reclamant tamen veteres libri, in quibus non *exculpta*, ſed *excluſa* legitur. Sed perperam, vt puto. Sanè Græcus interpres, cùm hęc verteret, neutro vſus eſt: ἐν δὲ τοῖς τοίχοις καὶ νεοσσιὰς κατασκευάσομεν εἰς τὸ αὐτὰς ἐν αὐταῖς τίκτειν.

130 POTIVS vetulis quàm pullaſtris.] Vetus lectio, *pullitris*. quod verum eſt. Nam pullaſtræ non ad ætatem refertur, ſed ad magnitudinem. Pullaſtri enim in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus. Pullitra autem, vel pulletra (nam vtroque modo ſcribebant) eſt quæ adhuc effœta non eſt. Sic à porca porcetra, quæ non multum peperit: & opponitur ſcrofæ, quæ multum peperit, vt eſt apud Gellium. Quin mecum facit Græcus Varronis interpres, δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ταῖς προβεβηκυίαις, οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις, καὶ τίκτειν δυναμέναις. Itaque parum hactenus intellectus fuerat hic locus, qui tamen non parui momenti erat. Nam quod doctiſſimus vir pullinos legendum cenſet, nulla neque linguæ Latinæ analogia, neque ſententiæ congruentia, mihi non perſuadet. An, ſi lingua Gallica vernacula hoc habet, propterea crediderim & in Latinam recipiendum? Minimè gentium.

130 QVOD in eis vitales venas confundant.] Veteres libri: *Quod inanes vitales venas*. Scribo, *Quod inas vitales confundant*. Nam τὸ *venas* eſt gloſſema, quo quid ſit *ina*, exponebat ſtudioſus lector. Inæ apud Latinos ſunt ἶνες, hoc eſt, ſubtiliſſimæ intercurſantes venæ: quales in chartis veterum, & aliquando in noſtris. Feſtus, *Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima*. Marcellus Empiricus capite XXI, *Ad vlcera in ano facta chartæ combuſtæ, ſeu inarum eius drach.* I. Quippe inæ ſunt minuta filamenta fibrarum, quæ in illis videntur. Neque dubium quin ita legendum ſit. Inas autem vitales in ouis elegantiſſimè, vt alia, Græcus interpres vertit, τὸ ἰνῶδες καὶ γόνιμον.

130 ESSE ob inane.] Coniunge, *obinane*, ὑπόκενον.

131 VT SE volutare poſſint.] Vetus ſcriptura, *vt volitare poſſint*. Quæ lectio nihil aliud quàm præ ſe fert

legendum eſſe, *Vt volutare poſſint.* hoc eſt ἀλινδεῖσθαι. vt, *mare mutat*, non *mutatur. mare turbat*, non *turbatur.* Sed totus locus ita legendus: *Prodigendum in ſolem, & in ſterquilinium, vt volutare poſſint, quòd ita alibiliores fiunt: neque pullos tantum*, &c. hoc eſt, Neque pullos tãtùm prodigendum. nam perperã legebatur *Prodigendi.* In qua conſuetudine loquendi ſemper in his libris cæcutiunt librarij. nam & id ſequens accuſatiuus probat, *Euitantem caldorem.* Prodigendum euitantem caldorem: qui eſt Græciſmus notiſſimus. προαγετέον διαλαβούμενον τὸ καῦμα. vel τὸν καύσωνα.

132 SIMILES facie nõ his villaticis gallinis noſtris.] Atqui contra Columella ait ſimiles villaticis: cùm tamen tractatum de gallinis per omnia à Varrone mutuatus ſit. *Ruſtica*, inquit, *quæ non diſſimilis villaticæ, per aucupem decipitur.* Sed eſt ἔλλειψις ἀρχαϊκή. *Similes facie non his villaticis.* hoc eſt, non ſolùm his villaticis. Nam ita locutos eſſe veteres, iam doctiſſimi noſtri temporis annotarunt. Et nos ſcimus illam non ſolùm ſimilem Numidicæ, ſeu Africanæ, quam Franci vocant Gallinam Guineæ, ſed etiam & noſtratibus villaticis. Hoc vnum excipio, quòd Numidicæ gibberoſæ ſint.

132 NON HIS villaticis.] Id eſt, vt diximus, non ſolùm his villaticis. Vlpian. l. inuitum. D. de ſeruit. vrb. præd. *Inuitum autem in ſeruitutibus accipere debemus, non eum qui contradicit, ſed eum qui non conſentit.* Et aliis locis in Pandectis, vt annotatur à doctiſſimo Antonio Auguſtino.

132 SED Africanis, aſpectu ac facie incontaminata.] Non ſolùm deprauata hęc ſunt, ſed & multa ab importunis correctoribus addita. nam cùm iam dixerit, *ſimiles facie*, quid hic ſibi vult, *aſpectu ac facie incontaminata*? quæ pulcherrimæ ſunt, quare eas vocat, *contaminata facie*, vt habent veteres editiones? aut quid ſibi vult *incontaminata*, vt habet Victoriana editio? Sed nolumus his dubitationibus fruſtra tempus conterere. Scimus enim ita Varronem ſcripſiſſe: *Gallinæ ruſticæ ſunt in vrbe raræ: nec fere manſuetæ ſine cauea videntur Romæ: ſimiles facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed*

Africanis. Vltima duo, *aſpectu ac facie*, addititia ſunt: vt poſtea videbimus.

132 INCONTAMINATA.] Ex hac dictione incontaminata, quæ planè eſt totius ſententiæ contaminatio, nihil, puto, ſani elicere poſſis. Nam illa, *aſpectu ac facie*, proculdubio irreptitia ſunt. Quid enim eis opus, cùm iam dixerit, *ſimiles facie*? Atqui tota ſententia ita concepta fuit à Varrone: *Gallinæ ruſticæ ſunt in vrbe raræ: nec ferè manſuetæ ſine cauea videntur Romæ: ſimiles facie, non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis. In conto miniato in ornatibus publicis ſolent poni cum pſittacis.* Nam quæcunq; à magiſtratu populo exhibebãtur, ea miniari ſolita eſſe, ex veterum monimentis cognoſcimus. Nõ ſolùm enim conti, aut perticæ, quibus imponebantur aues raræ & peregrinæ, miniabantur, ſed & aues ipſæ. In vita Gordianorum ita legimus: *Struthiocameli Mauri miniati exhibiti munere Circenſi.* Sic pleriq; apparatus ædilitii miniabantur: ſic triumphantes minio illinebantur. ſic triumphans Camillus vrbem ingreſſus eſt. Inter raras igitur aues & gallinæ ruſticæ ponebantur, in apparatu ſpectaculorum ab ædilibus. Vt peſſimo flagitio correctores *in conto miniato*, mutarint in illam prodigioſam ſententiam, *incontaminatæ*. Neque hoc contenti, illa duo de ſuo addiderint, quæ præcedunt, *aſpectu ac facie*: ſcilicet quo commentum ſuum commendarent.

132 GIBBERAE, quas Meleagridas appellant.] Falſum. aliæ ſunt gibberæ Numidicæ, aliæ, Meleagrides. Gibberæ Numidicæ ſunt, quas nos Galli Pullas Guineas dicimus. Meleagrides notum eſt eſſe noſtras gallinas Indicas, vt vulgo loquimur. Quin & Columella ipſe diſtinguit his verbis: *Africana eſt, quam plerique Numidicã dicunt, Meleagridi ſimilis, niſi quòd rutilã galeã & criſtam capite gerit: quæ vtraq; ſunt in Meleagride cærulea.* Nuſquã factũ igitur vt eadẽ eſſet Africana cum Meleagride. Et ſanè verũ eſt. nam mendũ tantùm hîc in interpunctione: cùm ita ſcripſerit Varro: *Gallinæ Africanæ ſunt grãdes, variæ, gibberæ. Quas Meleagridas appellant Græci, hæ nouiſſimæ in triclinium*, &c.

132 IN triclinium ganearium.] Vetus codex, *genanium.* quæ vera eſt lectio, præterquam quòd trãſpoſitio facta eſt literarum. nam *genianum* ſcripſerat Varrò. Genianum à genio elegãtiſſimé. Sic Heluius Cinna,

At me nunc geniana per ſalicta
Bigis reda rapit citata nanis.

Hodie ineptè apud Gellium, *At me nunc geninana per ſalicta.* Nõ repetam que hîc comminiſcitur doctiſſ. Turnebus: cùm multum & à mente Varronis & à veteri ſcriptura aliena ſint.

132 ET tenebricoſum.] Ita bene ex veteri ſcriptura emendauit vir elegãtiſſimi ingenii P. Victorius. & frequẽtiùs veteres autores vtũtur, vt Pacuuius Duloreſte,

Nam te tenebrica ſæpe lacerabo fame
Clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.

Vbi tenebrica fames acceptũ ex Æſchylo in Agamemnone, ex qua, & Choephoris, ſuã Duloreſtem fecerat Pacuuius.

--ἀλλ᾽ ὁ δυσφιλὴς σκότῳ
Λιμὸς συνοίκος μαλθακὸν σφ᾽ ἐπόψεται.

Nam in vulgatis Æſchyli exemplaribus perperam, κότῳ, pro σκότῳ.

132 PINGVITVDINI inimica.] Repone ex omnibus ſcriptis, *Vindicta.* Vindicta apud veteres erat ἀφαίρεσις & ἐξαίρεσις, vt vindicare, ἀφελεῖν, ἐξελεῖν. Nã quod in in XII Tabulis eſt vindicare, id Solon dixerat ſemper ἐξαιρεῖν. vt oſtendemus alibi.

132 VT Thetin Thelin.] Sic herba ἱππουρὶς, Equiſelis, pro Equiſetis. ſed ſi t in l vertitur: non propterea tamen ſequitur vt d in l: tametſi d & t cognata. Sed dicendum erat: quemadmodũ Dacrumæ, Lacrumæ: δάκρυς, alacris: Dautia, Lautia: Caſſida, Caſſila, Feſtus. Ὀδυσσεὺς, Vlyſſes: Impedimenta, Impelimenta.

132 TVRVNDIS ordeaceis.] Etiam turũdarum meminit Cato. Sunt autem offæ aliquãdo oblongæ, teretes: aliquando paſtillorũ modo cõformatæ. vnde & turũdi quoq; à Marcello Empirico vocantur, qui Græcè βάλανοι, qui ſupponuntur ſedi, quibus aluus cruda, ad deiiciẽda ſtercora duriora. Hęc huic chartæ cõmendaui, ne fides habeatur hac in rẽ doctiſſ. viro, qui putat, imo cẽſet, vbi legitur *turũda*, legendũ eſſe *rutũda.* Atqui turũdam cẽſco à terẽdo dictam, & ſubaudiri offam. ſic

præbenda,ſic calcanda. item merenda, quæ iis,qui merebant ære,hoc eſt mercenariis,dabatur. Calpurnius,

-ſeræ cum venerit hora merendæ. Nam hoc antequam labore mitterentur, dabatur, vt puta à domino ſeu cõductore. Sic ergo turunda,quaſi terunda. nam terere eſt μάττειν. Vnde Græcè μάζαι ſunt quæ Latinis Turundæ.

133 AC DECEM primis proceſſit.] *Proceſſit*, vt imperaſſit, ἀρχαϊκῶς. Ita infra de leporibus, *Quatuor modo intromiſit in leporarium: breui repleuit.* hoc eſt, intromiſerit. *Dationem* vero, vt medici, δόσιν.

133 INVNGENTVR in flumen.] Lege: *inigun-tur in flumen.*

136 Q. FVLVIVS Lippinus.] Plinius habet *Hirpinus*, non *Lippinus*.

137 AEOLES Bœotij λέποριν.] Λιπόρις epitheton leporis eſſe mihi videtur, vel λιπόῤῥις. nam vtroque modo dici poteſt. quia ſimus eſt, quod λιπόῤῥις ſignificat. Et puto ab aliquo poeta hauſiſſe Varronem, qui dixerit,

-λιπόρινα λαγωόν. ſic Θῦς ὗς, quod ſuperius poſuit Varro, ex quodam poeta ſumptum videtur: cùm Θῦς & Θῦνις videatur epithetum ſuis.

137 E PALAESTRA apris effunderetur glans.] Hinc Martialis aprum palæſtritam dixit: *Partitur apri glandulas palæſtritæ.* nam palæſtras in villis habebant. Supra: *nec putant ſe habere villam, ſi non multis vocabulis retineant Græcis, quum vocent particulatim loca,* προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, &c. Cicero II de Legibus, *Et tantum complectitur, quod ſatis ſit modicæ palæſtræ, loci.* Ad Q. Fratrem, *Imagines enim iſtæ, & palæſtra, & piſcinæ, & nilus, multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum.*

138 VBI tanta circunfluxit.] Vetus lectio: *vt tantum circunfluxerit nos.* quæ legitima eſt, modò illud, *multitudo*, quod peſſimo iure huc irrepſit, expungatur: *Vt tantum circunfluxerit nos ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum, vt non minus formoſum mihi,* &c. *Tantum ceruorum:* vt Catullus, *Cum tantum ſciet eſſe baſiorum.*

128 QVAM in circo maximo ædilium.] Ædilium ἀπὸ κοινοῦ ſpectaculum: ſed nimis coactum puto. Vix *aliter* poſſum credere, quàm Varronem ſcripſiſſe *ædilitiū*. ſubintelligitur enim *munus*. Ita idē Varro ſatyra, Longè fugit qui ſuos fugit, *Solus rex, ſolus rhetor, ſolus formoſus, ſecurus, vel ad ædilitium: mūdus, purus, putus*, &c. Nam duo manuſcripti Nonii codices, quos videre mihi contigit, habebant, *ad ædilitium, mundus*, &c. Nihil tamen auſim mutare.

138 FVGITIVARIVS.] Vlpianus, *Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius, depoſuimus*. Erat is qui mercede fugitiuos è fuga retrahebat.

139 EXGRVMINANTES.] Lege, *exruminantes*. Ab eodem verbo, ſed non compoſito, dixit Plinius libro XVII, capite XXII, *Si ſaucias recenti medicina mordeat quædam hiemis ruminatio*. *Propalam* vero, inepta ſcriptura, pro *propolam*. quam tamen fruſtra doctiſſimus vir conatur defendere: vt non ſolùm mediocriter doctos, ſed & maximi quoque in literis nominis viros, falli ſæpe contingat. Sed de hoc alibi diximus.

140 CVM cumulatim poſitū eſt.] Mendoſa prorſus & inquinata lectio. Vetus habebat, *Quibus in tenebris cumularim poſitum*. vnius tantùm literulæ additione egregiè locus reſtituitur, *Quibus in tenebris, cum aular impoſitum eſt, in doliis fiunt pingues*. *Aular*, vel *ollar*, eſt aulæ ſeu ollæ operculum: vt puteal τὸ φρέατος κάλυμμα, ad exemplum τοῦ Specular, Torcular, Lucar, & aliorum. Ergo aular ſecunda ſignificatione, pro operculo cadi, aut dolii. De qua caſtigatione humanioris doctrinæ viros mihi aſſenſuros ſpero. Neque ſum neſcius doctiſſimum Turnebum εἶλαρ legiſſe. Ego verò cōſtanter affirmare audeo, neque Varronem hîc bilinguem eſſe voluiſſe: neque, ſi voluiſſet, cùm haberet κάλυμμα aut πῶμα, notiſſima & vſitatiſſima vocabula, quibus animi ſui ſenſum explicare poſſet, iis quæ remotiſſima ſunt, & vetuſtiſſimis tantùm poetis cognita, vti auſum fuiſſe. Nos verò nulla licētia priſcam lectionem eruimus, cùm nonnulli codices habuerint *Hylarim*.

140 QVARVM alteram.] Prima vox aut vacat,

aut *earum* legendum eſt.

140 Πεποιημένα τέκνα.] Doctiſſimus vir emendauit, πεποτημένα. Et ſanè meliùs ab illo aut alio excogitari nõ potuit. ſed reclamat vetus ſcriptura, *Pepianem mina*: profectò legendum πεπλανημένα. Tantum ex i, l fecimus, qui eſt veterum librariorum error vſitatiſſimus. Sic igitur,

--βοὸς φθιμένου πεπλανημένα τέκνα.

--*exanimi bouis errabunda propago.* Sequens verſus Nicandri eſt, & hîc locum non habet.

140 QVOD hic ſocietas operis.] Hoc vult dicere, gracculos eſſe ἀγελαίους quidem, non autem πολιτικούς, vt ſunt apes. Eiuſmodi enim animalia πολιτικὰ vocat Ariſtoteles. vt apes, veſpas, crabrones, formicas. Cicero II de Finibus, *Quid ſi etiam beſtiæ multa faciunt duce ſua quæque natura, partim indulgenter, vel cum labore, vt in gignendo, in educando: vt perfacilè appareat, aliud quiddam iis propoſitum, non voluptatem? partim curſu & peragratione lætantur: congregatione aliæ cœtum quodammodo ciuitatis imitantur.* Nam poſtrema verba nihil aliud ſonant quàm πολιτικὰ ζῷα quædam eſſe.

141 NEMO has videt, vt illas in carne.] Ex Ariſtotele, πρὸς σάρκα δὲ οὐδενὸς καθίζει, οὐδὲ ὀψοφαγεῖ. Quæ ſequuntur, ex eodem ferè ad verbum, φέρει δὲ ἀπὸ πάντων ἡ μέλιττα ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων δὲ ὅσα ἂν γλυκύτητα ἔχῃ, οὐθένα βλάπτουσα καρπόν.

142 DVM HAEC audit, phyſicã addiſcat.] Quid eſt quo magis damnetur hæc lectio, quàm veteri ſcriptura? Apponam igitur eam, ita vti eam nobis indicauit P. Victorius. Ea ita concepta eſt, *Phyſicam achiſcat.* Minimum mihi permittam in vera lectione eruenda, *Ne, dum hæc audit phyſica, maciſcat.* Quæ ſententia & lepidiſſima, & faceto ſene digniſſima eſt. Vereor, inquit, ne dũ hæc phyſica & hiſtorica de apibus audit, maceſcat: quia eius quod eſui eſt, mentionem non fecimus, ſcilicet mellis. Quod paſcat aures, tantum recitauimus: nũc quod & palato ſit, recitemus. Nam mel ad edendum: at ἱστορικὰ καὶ φυσικὰ illa de apibus, ad audiendum tantúm. Quis non tam lepidam tanti ſcriptoris ſentẽtiam libens

ampleɑatur? *Maciſcat* autem & *maceſcat* veteres dixiſſe teſtantur grammatici: qui etiam è quarto De finibus, illud producunt, *Animam ſui datam pro ſale, ne puiſceret.*

142 QVIDAM μέλινον.] Scribe ex veteribus libris *Mellinam.*

142 HIC ENIM ſonus harum fugæ.] Hæc ego non intelligo: neque ab vllo, qui meliore ſit ingenio, intelligi poſſe ſperem. Nam & imperfecta eſt ſententia, & quæ ſequuntur, nullum bonum ſenſum efficiunt. Sed, vt puto, duo ſunt quæ hunc locum luxarunt. primùm, importuna diſtinctio: deinde vox corrupta *procerum*: quam ego in *protelum* transformo, vel potiùs reſtituo. vt ita hæc periodus legenda ſit: *Hic enim ſonus harum fugæ exiſtimatur eſſe protelum. Eſſe oportet aere temperato*, &c. Et quanuis temerarium eſt de eiuſmodi rebus ferre ſentētiam: tamen non puto aliter Varronem ſcripſiſſe. Nam nullum verbum ei rei accommodatius potuit excogitari. Eſt autem *Protelum* cōtinuatio ictus, vt alibi explicauimus, & Lucretianū verſiculū adduximus,

Vndique protelo telorum continuato. Itaque *protelum fugæ* eſt, cùm prorſus aliquid longè truditur, vt telum, quod ex balliſta emittitur. *Sonus earum fugæ protelum eſt.* hoc eſt, eiuſmodi imaginibus & ſonis lōgè protelantur in fugam. Sed quid plura colligo, quaſi æquiorum hominum iudiciis diffidam? Ipſe Varro alibi ita locutus eſt: in dialogo, quem inſcripſerat Catum de liberis educandis: *Remotiſſimum ad diſcendum formido, nimius timor, & omnis perturbatio animi: contrà, delectatio protelum ad diſcendum. Protelum* hîc, eſt incitamentum, vel potius impulſio: vt nulla prorſus de hac emendatione dubitatio relinquatur.

144 TRIA genera cum ſint.] Hæc malè interpuncta obſcurum & perturbatum ſenſum efficiunt. Nam hæc eſt recta interpunctio: *Et, vt quidam dicunt, tria genera cum ſint ducū in apibus: niger, ruber, varius: vt Menecrates ſcribit, duo: niger, & varius: qui ita, melior. vt expediat mellario*, &c. *Qui ita*, hoc eſt, qui varius eſt, melior eſt. Fortaſſe, *Vt Menecrates ſcribit, duo: ruber,*

niger, & varius. vt niger & varius, vnus tantùm ſit. Nam accepit ab Ariſtotele Menecrates Epheſius. Ita enim in libris ἱστορίας ζώων ſcriptum eſt, vbi ſermo eſt de ducibus apum, ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥός· ὁ δὲ ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος.

144 ALTER eſt lato ventre.] Imo ſcribe, *Alter eſt, atro ventre*. quam emẽdationem noſtram cõfirmat Ariſtoteles, vnde accepit Varro. τρίτος δὲ, inquit, ὁ φὼρ καλούμενος. οὗτος δέ ἐστι μέλας καὶ πλατυγάστωρ. Sed quid eſt, obſecro vos, quod Varro ſcribit, furem ab aliis vocari fucum, cùm fucus alius ſit à fure? Ariſtoteles, εἰσὶ δὲ γένη μελιττῶν, ἡ μὲν ἀρίστη, μικρὰ, καὶ στρογγύλη, καὶ ποικίλη· ἄλλη δὲ μακρὰ, ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ. τρίτος δὲ ὁ φὼρ καλούμενος. οὗτος δέ ἐστι μέλας καὶ πλατυγάστωρ. τέταρτος δὲ ὁ κηφὴν, μεγέθει μὲν μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός. Sed puto, ſequutus eſt Menecratem Varro, non Ariſtotelem.

145 NE CVM animaduerterint.] Quo propius ad finem accedimus, eo plura occurrunt quæ impetum legentis remorentur. Adeo ſcatent mendis vt ea præterire quàm legere ſatius ſit. meminimus tamen nos politiſſimũ ſcriptorem, atque adeò Latinæ linguæ columen, præ manibus habere: & cùm eum à plurimis, quibus conſperſus erat, maculis purgauerimus, hoc vnum ſupereſt, ne in cæteris deſpõdeamus. Huius igitur tam deplorati loci ſcriptura vetus ita in Victoriano codice habet, *Ne cum animaduerterint aut inopiam eſſe dicitis ait, cum ſunt apes*, &c. Quæ quàm perturbata ſint, nemo non videt: ſed ita tamen vt nulla propè licentia in integrum reſtitutum iri confidam. Nam vetus ſcribendi mos anſam dedit errori. quippe *aut* pro haud ſcriptum, vt ſæpe in veteribus libris annotauimus. Et *habiuiſſe* pro abiuiſſe: vnde *habuiſſe* factum. Quare totam periodum, meo iudicio, ita legas licet, *Nec, cùm animaduerterint, haud inopiam eſſe, abiuiſſe dicit. Is ait, cùm ſunt apes morbidæ*, &c. Nec apes, inquit, abiuiſſe dicit, cum animaduerterint nõ eſſe inopiam cibi. Quia verò ad quem referendum ſit illud κατηγόρημα *dicit*, obſcurum eſt, propterea tantum tenebrarum huic loco offuſum puto. Sed, niſi fallor, ad eundem, de quo antea locutus eſt, cùm de apũ genere diſſereret, Menecratem,

refe-

referendum puto.

146 AVT eas ſequatur.] Lege, *Vt eas ſequatur.* vt eas herbas ſequatur carptura. Aliter locus valde obſcurus erat.

146 EX ſiſere flore.] Lege, *Ex ſiſaræ flore.* quod ex Plinio cognoſcimus. Siſara eſt Erica, quæ aliter Athenienſibus dicebatur Tetralice. Erat etiam Siſarra ouis maior. Vetus Gloſſarium: *Siſarra*, μεῖζον πρόβατον ἐνιαυτοῦ. Quam vocem puto fluxiſſe è Græcia. σισύρας enim πρόβατον. Argumento σισύρα, id eſt μαλλωτὴ, apud Ariſtophanem, & alios. Quare, vt Tarentini, quos Romani ſequuti ſunt, pro σὺ, τὺ dicebant: ſic pro σισύρας, τιτύρας, vt πίσυρες, τέτορες. Vnde Petoritum, genus carri quadriroti. Nam πέτορες, quatuor. Vnde eruditiſſimus interpres Virgilii Seruius, cuius commentariorum tantùm hodie cadauer habemus monachorum barbarie ac ſpurcitia contaminatum: is, inquam, Seruius, rectè dixit, ſectarium veruecem à Siculis τιτύρον vocatum. In quo immeritò à moroſis quibuſdam reprehẽſus eſt. Recta enim eſt eius ſententia, & vera. Nam ſatis ea quæ iam diximus, probant. Præterea in argumento cuiuſdam eidyllij Theocritiani, quod ſcribitur τιτύρον dici κύριον, id fruſtra eſt. Legendum enim, κριὸς, non κύριος. Quare errant qui doctiſſimum grammaticũ Seruium eo nomine carpunt quòd τιτύρον, veruecem ſectarium interpretatus ſit. Siſennarum cognomen Romæ à Siſaris, hoc eſt ouibus, puto manaſſe. Nã prius, Siſernas dictos fuiſſe, vt Perpernas primùm, pòſt, Perpennas, à perpero: de quo ſuperiùs diximus, & in Plauti Truculẽtum amplius diſſeremus. Vnde τιτύρινος κάλαμος aut αὐλὸς dictus ſit apparet: à Tityro ſcilicet potiùs, quàm ille ab illo.

146 CIBI pars quod potio.] Neq; diſtincta bene neq; emendata lectio: quam quia, ſi propiùs inſpiciamus, non ita difficilem emendationẽ præ ſe fert, audeo profiteri ita legendam eſſe: *Cibi pars quod potio: & ea iis aqualicula, vnde bibant, eſſe oportet. eámque liquidam, quæ præterfluat.* Oportet, inquit, eſſe aqualicula, de

quibus bibant, eámq; liquidam. Nam quia aqualicula ab aqua dicta ſunt, propterea dixit, eam liquidã, vt intelligas aquã. Quod ſæpius faciunt veteres, præſertim Salluſtius, & Lucretius. Sic ſuperiùs cùm de aluearibus ſcriberet, præcipit eas vitiles faciendas eſſe. eas, ſcilicet aluos, quia ab eis aluearia dicta. Hic eſt ſenſus huius loci: quòd cibi pars potio, ideo iis aqualicula vnde bibant eſſe oportet.

146 ET EA iis aqua liquida.] Iam diximus, *& ea ijs aqualicula. Et ea*, hoc eſt, & propterea. Ob eam rem dicebant Eapropter. Nam *ea* eſt ἐπιῤῥηματικῶς dictum, & vltimam producit. *Aqualicula* eſſe vaſa aqualia, vulgo ſatis notum eſt.

146 CVM adnatæ proſpere ſint multæ.] Feliciter reddidit ex Ariſtotele: ὅταν δ᾽ εὐθηνῶσι τὰ σμήνη. de ſobole apũ.

147 CVM plenas aluos habent.] Non eſt locus inquinatior iſto. Et ſanè eum emendandi omnem prorſus ſpem abieci. Vetus ſcriptura: *ex ipſis viris aluos habeat vem congerminarit.*

147 CVM remota ſint.] Neque hic locus illo altero integrior, ſed tamen, vt de eo emendando non omnino deſperarim. Vetus ſcriptura: *Et ſi opercula aluũ cum remor. iſſi.* Nam ita, puto, ad integritatem ſuã redibit: *Et, opercula aluũ cum remoueris, ſi fauorũ foramina obducta videntur mellis mẽbranis, cũ ſint repleti melle. In eximẽdo quidã*, &c. Quæ verba quanuis per ſe ſatis plana ſint, tamen, ne vllam dubitationẽ relinquamus, ea ex Columellæ loci collatione, cùm de eadẽ re loquitur, meliùs intelligentur. Ita enim ſcribit: *Ergo cùm rixam fucorum & apiũ ſæpius cõmitti videris, adapertas aluos inſpicies, vt ſiue ſemipleni faui ſint, differãtur: ſiue iã liquore cõpleti, & ſuperpoſitis ceris tanquã operculis obliti demetantur.* Quę penè ad verbum ſententiam Varronis interpretantur.

147 CVM ſint repleta melle.] Oſtẽdimus ſuprà hæc perperã à præcedẽtibus disiuncta eſſe. Cõtinuãda enim ſunt. Et ita, vt iam ea propoſuimus, legenda: *ſi fauorum foramina obducta videntur mellis membranis, cùm ſint repleta melle. In eximendo quidam*, &c.

148 AC tepido promum è die.] Corruptus locus. Ita lege totã hãc periodũ. *Colligendũ eas in vas aliquod, & reponendũ in tecto loco, ac tepido. Promendæ quãmaximè tempeſtate bona: & cinere facto è ficulneis lignis infriandum paulo plus caldo, quàm tepidiore.* Infriare eſt quod Græci ἐπικνᾶν. Ariſtophanes, ἐπίκνω τὸ σίλφιον. id eſt friãdo inſperge. Varro Admirãdis: *infriaſſe papauerẽ.* ἐπικνῆσαι.

149 A PRAECONE renũtiari.] Diuerſa vetus ſcriptura: *à præcone recinij.* lego, *recini.* Nam canere etiã verbum præconis. ſic cornicen dicitur canere collegium regis in anquiſitione M. Sergii M. F. apud eundem Varronem lib. v De ling. Lat.

150 AD tibicinem Græcum.] Repone ex veterib. libris *tibicinam Græcam.*

150 INSVLAS Ludinorum.] Lege ex veſtigiis veterũ codicũ: *Ludianorũ.* Ludiani, vt Aſiani, Adriani.

150 IBI corroſas vidiſſes.] Veteres libri: pars *Circuſas*, pars *Coruſas.* Vtraque retinet veſtigia veræ lectionis. nã *Coreuſas* legendũ ſine vlla dubitatione: hoc eſt, χορεύσας. In Lydia νήσους χορεύσας vocat, quas alii χορήτιδας, Plinius ſaltuares vocat lib. II, cũ ſcribit, *Sũt & in Nymphæo paruæ, ſaltuares dictæ. quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantũ pedum mouentur.* Hũc locũ habebat in animo Martianus Capella, cũ ſcriberet, *In Lydia Nympharũ inſulas dicũt, quas etiã recentior aſſerentiũ Varro ſe vidiſſe teſtatur, quæ in mediũ ſtagnũ à cõtinenti procedẽtes cantu tibiarũ primo in circulũ motæ, dehinc ad litora reuertãtur.* Doctiſſimus Turnebus legendũ putat *Concuſſas.* ſed (quod pace omniũ illius viri ſtudioſorũ dicã) fallitur. neq; quiſquã hinc maximi viri nomini & exiſtimationi decedere putet, ſi quando non ei per omnia aſſentiamur. Nam & ſi viueret, ingenuè hæc mutaret, neque vltra contenderet, certò ſcio. Fuit enim, cùm aliquando ego, qui vix tum ex ephebis exieram, de huiuſmodi politioribus literis, vt fit, cum illo diſputarem, & cùm in quibuſdam ego illi non aſſentirer, ipſe vltro mutarit ſententiam, neque grauatus ſit etiã ſcriptis ſuis hæc teſtari. Quare nemo putet, me

niſi omnia magna & honorifica de tanto viro & ſentire & loqui.

149 QVOS proinde.] Totus hic locus ita interpungẽdus: *Quos, proinde ut ſacri ſint, quàm illi in Lydia, quos ſacrificanti tibi, Varro, ad tibicinam Græcam gregatim veniſſe dicebas ad extremum litus, atque aram, quòd eos capere auderet nemo, quum eodem tempore inſulas Ludianorum ibi choreuſas vidiſſes, ſic hos piſces nemo cocus in ius vocare audeto.*

150 QVAM illi in Lydia.] Id eſt: tam ſacri ſint, quàm illi qui ſunt in Lydia. Catullus,

Secunda præda Pontica: inde tertia
Ibera, quàm ſit amnis aurifer Tagus. Hoc eſt, tam pretioſa, quàm ſit ipſe Tagus, qui aurum vehit. nam hodie ineptiſſimè, *quàm ſcit amnis.* quanquam vtcunque excuſari poteſt. Sed nos alibi docebimus quare ita legendum ſit: vt ne taceam quòd ex manu ſcripta lectione ita emendauimus.

150 CVM mare turbaretur.] Scribe, *turbaret.* quod tametſi veteres libri præ ſe non ferrent, putarem tamen reponendum. Aliter enim qui Latinè ſe loqui putat, βαρβαρίζει.

151 IN Baiano autem tanta arſit cura.] Inuſitatus eſt modus loquendi hac in parte, & cælo Latino inauditus, quo vtitur Varro. Sed non puto Varronianum eſſe, *tanta arſit cura.* Imo, cùm veteres codices hîc varient, puto reconcinnandum. Illi habent ita: *In Baiano autem ardis tanta, vt* &c. Lego: *In Baiano autem arſit tantu, vt architecto,* &c. *Tantu vt,* pro tantum vt: quemadmodũ ſuprá: *Secundu ea,* & *datu iri*, & talia. Atque hîc cum Deo finem faciamus.

F I N I S.

SCRIPTORVM NOMINA

QVORVM AVTORITATE IN SVIS in M. Varronem Conieॆtaneis & Notis Ioſephus Scaliger vſus eſt.

A

AElianus. 138
AEſchylus. 28,32,46,52,89, 104, 116, 118, 119, 120, 126, 163, 211, 267
AEſchyli verſus ab Ennio Latini facti. 118
Afranius. 86,95,147,228
Alcman. 119
Alcmanis apud Plutarchum locus corrigitur. 211
Alexis comicus. 166,170
Amphis comicus. 205
Anacreon. 114
Antipater. 194
Antiphanes. 112
Apitius. 49,75
Apollonius. 52,92,151,158,169,
Eius interpres. 115,128
Aratus. 119
Ariſtophanes. 12,43,51,55,59, 70, 71, 86, 96, 132, 150, 161, 198,273
Ariſtoph. interpres. 171
Ariſtoteles. 53, 73, 206, 229, 234, 235, 237, 238, 245, 248, 272
Ariſtotelis locus explicatur. 167
Arnobius. 75,151
Artemidorus. 30,97,172
Atellanæ. 141
Athenæus. 18,45,47, 49,57, 64,68, 71,96,148,149, 166, 170,239
Attius. 67,92,100,101,113,115, 117,159,167,168,212
Attii verſus emendati. 9, 139,210
Attii verſus ex Euripide tranſlati. 93,94,107,140
item ex Sophocle. 108,109
Auſonius. 25, 63,156,204,230, 249

B

Bacchylides. 104

C

Cæcilius. 99,122,126,169
Callimachus. 26, 42, 77,94, 113,243
Caſsius Hemina. 34
Cato. 21,35,50,51,61,62,73,136, 156, 215, 219, 221, 231, 240, 241,249,264
Catonis loci reſtituti. 222, 227
Catullus. 56,115, 116, 119,126, 141, 145, 219, 220, 248, 268, 276
Catulli verſus corriguntur. 18,64,144, 157
Cenſorinus. 31,77,90
Chariſius. 27,63
Cicero. 66,88,90,98,99,112, 113,116, 131,140, 163,196,213, 214,217,247,263,268,270
verſus apud Ciceronem non animaduerſi. 112. integritati reſtituti. ibid.
Clemens Alex. 23,32,48,122, 158,171,174
Columella. 46,215, 234, 241, 244,254,263,265,274
Columellæ locus corrigitur. 227
Cornificius. 112

D

Democritus. 32

Demoſthenes. 49,79,91
Diodorus. 71,95
Diogenes Laert. 27,207
Diomedes.162,169. verſus Ennii apud Diomedem perperã legitur 14. Itidẽ Mattii.160
Dion. 47,213
Dionyſius. 24,85,133
Dioſcorides. 157,215
Diphilus. 158

E

Ennius. 12,13,14,21,27,28,29, 30,32,33,67,69,76,87,89, 92,99,105,106,114,118,123, 124,130,131,136,137,153,164, 166,172,174,176,193,194, 199,200,203,242,255,256
Ennii verſus ex Euripide tranſlati.98,153,154,175.ex AEſchylo.118.ex Homero. 165
Epicharmus. 26,29
ex Epigrammatum Gr. anthologia loci. 10,56,103,146, 167,194
Eratoſthenes. 59
Eubulus. 47,145
Eupolis. 43
Euripides. 12,13,28,39,52,62, 85,86,98,100,119,120,122, 150,153,156,158,168,198
Euripides AEgæone. 171
Euripidis verſus plures ab Attio Latini facti. 93,94, 107,140. ab Ennio.98,153, 154,175. à Pacuuio. 121
Alceſtis à Næuio tranſlata. 122

F

Fab. Pictor. 82
Feſtus. 14,22,24,25,30,37,50, 55,60,61,69,77,82,95,97, 98,99,100,101,114,126,129, 131,143,144,145,158,163, 164,170,171,201,208,244
Feſtus corrigitur. 45,58,94, 135,161,226
Feſti lacunæ explentur. 107
Frontinus. 21
Fronto Græcus Varronis interpres. 237,241,242,244
Furius poeta. 90

G

Gellius. 59,62,152,199,209, 217,224,230,253,260
apud Gell.perperã Trimatiꝰ pro Cn.Timatius. 160
Germanici locus emẽdatus.197

H

Heluius Cinna. 267
Hephæſtion. 31,119
Herodotus. 28,73,90
Heſiodus. 86,141
Heſych.19,29,45,49,53,62,99, 103,109,130,138,145,146, 151,154,155
Heſych.corrig. 75,130
Hippon apud Theophraſtum. 159
Hipponax. 196
Homerus. 14,40,54,55,63,96, 103,123,160,165,253,254
Homerici verſus à diuerſis Latinè redditi. 160
Horatius. 27,34,63,119,134, 152,159,163,214,261

I

Iſidorus. 52,172
Iuſtinus martyr. 158
Iuuenalis. 51,126,133,147,161

L

Laberius. 10
Leuinus vetuſtiſsimus autor.34
Lex XII tab. 57,149,165,224
Lex Poſthumia. 56
Licinius Imbrex. 35
Licinius in iudicio poetarum. 205,206
Liuius. 24,39,56,66,199
Liuius Andronicus. 54,103, 168
Lucanus. 55,133
Lucianus. 136
Lucillius. 9,10,15,41,54,58,61,

62, 63, 64, 70, 134, 142, 145, 161, 164, 166, 201, 205, 223, 235, 241, 249
Lucretius. 13, 14, 27, 30, 33, 243, 271
Lycophron. 36, 44
M
Macrobius. 87
Macrobii loci emẽdati. 26, 129
Marcellus Empiricus. 195, 215, 264, 267
Marius Victorinus. 216
Martianus Capella. 275
Martialis. 73, 116, 126, 207, 215, 243, 248
Maſurius Sabinus. 96
Mattius. 156
Mattii verſus ex Homero tranſlati. 160
Menander. 18, 37, 57, 143, 195, verſus Latinè redditi. 170
Mneſtocles. 208
N
Næuius. 37, 47, 82, 105, 132, 139, 169, 172, 243
Næuius Euripidis Alceſtin tranſtulit. 122
Nigidius. 159
Nicander. 92, 243
Nicandri interpres. 147
Nicoſtratus. 66
Nonius. 10, 11, 12, 16, 23, 25, 29, 37, 61, 63, 67, 90, 92, 95, 105, 106, 108, 114, 118, 125, 136, 137, 150, 167, 168, 169, 170, 207, 228, 269
Nonii loci corriguntur. 14, 38, 40, 41, 52, 82, 85, 94, 125, 130, 151, 160, 161, 169, 235
Verſus qui apud Noniũ corruptè leguntur emendati. 9, 18, 28, 58, 76, 79, 95, 117, 135, 137, 148, 166
Nouius Atellanarius. 158
O
Oppianus. 237
Orpheus. 174
Ouidius. 22, 23, 30, 51, 60, 78, 79, 85, 100, 104, 133, 157, 173, 213, 242
Ouidii verſ⁹ corrigũtur. 30, 33
P
Pacuuius. 10, 15, 16, 32, 68, 77, 90, 99, 105, 113, 115, 120, 144, 157, 167, 168, 267
Pacuuius ex Euripide quædam tranſtulit. 120
Palladius. 75. locus emend. 261
Pandectæ Florentinæ. 241
Papinius. 28, 111, 134, 151
Papinii vel Pomponii epigrammation. 125
Parmeniſcus. 208
Pauſanias. 28, 30
Paulus iuriſc. 210
Paulus Feſti mutilâtor. 80
Perſius. 27, 36, 52, 126, 127, 134, 230
Petronius Arbiter. 123
Pherecydes. 61
Philippus comicus. 96
Philemon. 212
Philo. 77
Pindarus. 123, 148, 165
Plato. 30, 70, 77, 121
Plato comicus. 32, 248
Plautus. 11, 12, 14, 16, 18, 35, 42, 45, 46, 49, 50, 56, 58, 59, 61, 63, 64, 67, 70, 71, 73, 77, 85, 87, 96, 97, 99, 116, 126, 127, 135, 137, 141, 142, 143, 144, 147, 148, 150, 152, 156, 157, 158, 159, 164, 172, 173, 174, 201, 214, 234, 235, 239, 241, 242, 246, 254, 261, 262
emendati loci. 163, 172
Plinius. 20, 33, 47, 50, 82, 83, 88, 101, 126, 132, 135, 166, 215, 219, 222, 231, 233, 237, 246, 262, 263, 269, 279
Pl. corrigitur. 48
Plutarch. 18, 31, 70, 75, 79, 81, 83, 89, 91, 101, 110, 116, 128, 131, 132, 159, 169

Plutarchi locus emendatus. 211
Poetæ Gr. incerti locus. 89
Pollux. 10,48,56,59,71,72,73, 138,145,151,152
Polybius. 138,203
Pomponius. 18,25,47,160,162
Pomponii vel Papinii epigrammation. 125
Pontificalia indigitamenta. 32
Porphyrio. 70
Porphyrius. 75
Poſidippus. 68
Priſcianus. 28,120,125,141
locus reſtitutus. 160
Probus. 30,33,86,98,130,132, 235
Propertius. 9,27,33,173,219,255
Q
Quadrigarius. 251
Quintilianus. 229
Quintus Smyrnæus. 109
S
Salluſtius. 232
Seneca. 19,75,88,110
Serenus. 156,168
Seruius grammaticus. 156,222, 244,273
Sidonius. 230
Silius Ital. 55,125
Sophocles. 77,83,108,115,120, 154,162
Sophoclis verſus cum Attianis conferuntur. 108,109
Statius. 34,37,53,133,152,163
Stephanus. 20,198,225
Strabo. 20,39,111,117,125,211, 232,239
Succius vetus poeta. 240
Sudas. 66,74,158
Suetonius. 148
T
Tacitus. 102,136
Terentianus. 74
Terentius. 36,60,149,207,232, 241,248,251
Theophraſtus. 48,142,159,219
Tertullianus. 26,192,260,261
Tibullus. 125,220
Theocritus. 68,86,131,159,248
locus emendatus. 273
Theognis. 211
Titinius. 42,55,88,146,147, 163,226
Trabea. 211
Trabeæ verſus ex Philemone tranſlati. 212
Tragici incerti locus. 159
Turpilius. 79,170,197,233
V
Valerius Flac. 10,111,121
Varro. 11,14,20,23,28,29,33,34, 38,52,56,57,58,59,61,64, 69,72,76,79,85,90,98,129, 135,138,139,152,156,158,166, 195,213,214,215,219,223, 228,238,241,251,253,260, 269,271,275
Varronis locus emendatus. 169
Varronis verſus apud Nonium corrupti corriguntur. 28,148,168,170
Varronis Græcus interpres. 237,241,242,244
Varro Stoicæ ſectæ addictus fuit. 207
Vegetius. 215
Virgilius. 39,79,105,114,119, 120,123,131,144,197,224, 235,251
Virgilius à Varrone quædã mutuatus. 251
Virgilii verſus ex Ennio deſumptus. 21
Vitruuius. 214,259,260
Vlpianus. 141,228,259,265, 269
X
Xenophon. 60,73,75

INDEX QVORVNDAM QVÆ IOSEPHI SCALIGERI CONIEctaneis in M. Varronem De lingua Latina, & eiuſdem Notis in libros De re ruſtica, docentur.

A

Abub. 57
Abitio, pro morte. 132
Accas. 83
Accediſſe, pro Acceſſiſſe. 253
Accenſi. 138, 139
Aceſcere. 231
Acetabula in fœm. gen. 268
Ἀχερ. 32
Ἀχυρον. 70
Acus. 70
Acus fabale. 223
Ἀδηφαγία. 141
Ἀδηφάγος. 141
Adiicere conuiuium. 126
Adiicialis cœna. 126
Adorea antiquis Romanis omnis ex agris prouentus. 16
Adruere terram. 223
Adſellare. 215
Adſitæ vites. 220
Ad te, pro, penes te. 114
ad triuium. 238
AEdium cauum. 69
AEquidiale. 78
AEquinoctium. 73
AEquora terræ. 16
AEs contrarium. 211
AEtas muſta. 221
Aggeres. 197
Ἀγκυλόμητις. 113
Ἀγλαὸν ὄζον. 115
Agnus. 45
Αἰθέρος τερθρη. 104
Αἶξ, pro meretrice. 143
Αἰπόλος. 217
Ala. 222
alæ fabules. 222, 223
Albicare. 156
Albogalerus. 133
Allicui, pro Allexi. 120
Alteræ aues. 163
Ἀλυσίκροτον. 54
Alueatum. 227
Ἁμαδρυάδες. 22
Ἅμαξα. 154
Amoecisu. 205
Ambidentes. 45
Ambigere, in iudicio. 87
Ἄμβωνες. 53
Amoub. 57
Amburuare. 58
Ambuſtum. 60
Amiternini. 21
Ἀμνός. 45
Amphimallon. 71
Ἀμφιτέρμονες. 21
Ἀμφιθαλὴς παῖς. 128
Ἀναδίπλωσις. 253
Ἀναγέτεια. 130
Anclabræ. 132
Anculare. 132
Ἄνεμος. 33
Angenora. 83
Animalia πολιτικά. 270
Animus latrat. 165
Annuit. 175
Annus. 78
Anquirere capitis. 101
Ἀντεξίσταθαι. 211
Ἀντιῤῥέπειν. 211
Ἀντίῤῥοπον. 211
Ἀντισηκοῦν. 211
Ἀντισταθμᾶσθαι. 211
Ἀντιτιμᾶσθαι. 211
Ἄπεικος. 235
Apello. 218
Aper. 43
Apes. 270
Apica ouis. 235

Apices. 133
Ἄφικτος. 29
Apiculum. 133
Ἄποι opponuntur τοῖς ἰθαγενέσι. 218
Ἄφικτος. extorris. 29
Ἀπογίνεσθαι, denaſci. 54
Ἀποελλία, Ἀπελλία. 218
Apolineris genitiuus antiquus pro Apolinis. 23,50
Apollinares ludi. 81
Apollinaris collis. 24
Appotus. 154
Ἀποστροφία Venus. 30
Aquale. 29
Aqualicula. 274
Aquæ ſtatiuæ. 20
aquæ caducæ. 21
Araneus. 52
Arbitrari, Cenſere. 139
Arca. 59
Arcedere. 79
Ἀρχαϊσμοί. 101, 106, 153, 198, 209, 214, 217, 223, 236, 245, 254, 256
Arculæ aues. 163
Arenifodinæ. 214
Areopagitica petra. 118
Arferia aqua. 79
Arferre. 79
Argiletum. 198
Ἄρχα. 45
Arimaſpi. 153
Aringa. 45
Ἀρραβών. 74
Arſum. 263
Arſura. 263
Ἄρτος. 47
Aruenire. 79
Aruga perperam pro Aringa. 45
Ἀσκαρίδες. 148
Aſcaripeda. 148
Aſſa, Adſeſtrix mulier. 130
aſſa vox, aſſa tibia. 129
Aſſamenta. 129
Aſſant tibicines. 129
Aſſidelæ. 152
Aſſiduus. 163
Aſta, pro Haſta. 53
Ἀστράβη. 142
Aſtarte, Aſtarot. 26
Ἀστέρες. 114
Ἄστυ, καὶ ἐξοχὴν, Athenæ. 199
At pro Ad. 259
Ἀθάρα. 82
Ἀθήρ. 82
Atri dies. 86
Attributa pecunia. 75
Atrium. 69
Atus, Ἄτυς. 200
Audio & Auſculto differunt. 99
Auentinus. 193
Augumentum. 50
Auguraculum. 24
Augures publicei. 16
Augurum precatio. 91
Auis, pro aues. 254
aues ſiniſtræ. 163
aues arculæ, cliuiæ, remores. 163
inebræ, enebræ. ibid.
alteræ, volſgræ. ibid.
Aula. 121
Aular. 269
Aurea dicta. 230
Aurum, pro Aurato arcu. 123
Auſculto & Audio differunt. 99
Αὐτοβδιανδύειν. 96
Αὐτόδειπνοι. 96
Αὐτοκάβδαλοι. 96
Αὐτολήκυθος. 96
Autumnus. 79
Axies mulieres. 150
Axioſæ. 149

B

B pro V in manu ſcriptis libris. 12
Bagienni. 226
Βάγανοι. 267
Balatrones. 243
Βαμβακίζειν. 149

Bambanear. 149
Baratrones. 243
Βαρβαρικὰ νόμιμα. 151
Bardi. 130
Βάσκανος. 103
Batilium. 56
Batualia. 68
Batuatores. 68
Batuere. 68
Βατεύειν. 68
Belitre. 243
Belli geminæ portæ. 70
Beſtiarum diuerſitas. 270
Βιάζεσθαι τὴν παρθένον. 97
Bidentes. 45
Bilbit amphora. 47
Betere. 172
Biuium. 227
Βλαισός. 246
Βλιτάδες. 144
Blitera meretrix. 144
Blitum. 144
Bos. 43
bos Luca. 205
Βοῦς. 43
βοῦς πετηνός. 45
Βουγλυφεῖς. 243
Βουστροφηδὸν γράφειν. 78
Βωτιανείρα. 118
Βρόπτες AEolicè, pro ῥῶπες. 221
Buceta, Bucita. 198
Buccina. 103
Bucco. 162
Buco. 200
Bulbum. 51
Burranica potio. 85
Βυκάνη. 103
Byzacium. 225, 226
Byzantium. 225, 226

C

C pro G. 201
Κάβειροι. 26
Cabir. 26
Cabiri tres. 111
Cacabum. 59
Cadaueroſa facies. 157
Cadmus Thebarum conditor. 252
Cadmus ἀνατολικός. 252
Caducæ aquæ. 21
Cælare, à cælo. 191
Cæli fretum. 136
cæli templa. 104
Cæligena Venus. 30
Cælus pro Deo. 194
Cæruleum fretum. 136
Καϊάδες. 243
Calabra curia. 86
Calces, Calculi. 201
Calendæ. 86
Calix. 45, 49
Καλλιπλόκαμος. 145
Καλλίσφυρος. 145
Καλοβάται. 151
Calpar. 80
Κάμακες. 220
Κάμαρον. 135
Camelopardalis. 47
Camillus. 128
Cãmpas equos marinos olim vocabant. 37
Camphora. 57
Camozzi. 233
Campi etymologia inepta. 16
Καμπός. 218
Καμπὸς Siculis circus, aut hippodromus. 16
Καμπτήρ, metæ. 16
Κανδίκη. 71
Canere. 275
Canina, pro pelle. 126
Canis. 45
Canis, vinculi genus. 46
Canes, veteres vocabant custodes. 46
Capedines, Capedunculæ. 56
Capere ſiliculam, radices, granum. 12, 19
Καπηλεύειν. 65
Καπίθη. 5
Capitium. 5

Capitulum. 256
Καπποφόροι equi. 115
Capra. 43
Καππᾶν. 238
Κάππος. 44
Κόπτεσθαι ὑπὸ σέων. 142
Capulæ. 56
Καπυριστή. 147
Carere lanam. 137
Καρῖναι. 153
Carmentæ. 255
Carminare. 137
Caro ſtrebola. 151
Caron, pro Charon. 204
Carpa. 43
Capreolus. 221
Caſci populi. 124
Caſcus Caſcam ducit. 125
Κάσμιλος, Ἑρμῆς. 128
Caſeale. 215
Καρύκ etymon. 47
Caſeus Lunenſis. 232
Caſtus, pro ritu. 158
Caſnares. 125
Caſus ἐναλλαγή. 223
Cata dicta. 134
Κάτινον. 56
Καταφυγεῖν ἀργύριον. 166
Κατιύματα. 39
Catulina, pro carne. 126
Cauædium, Cauum ædium. 13, 69
Cauiar. 13
Cauitio. 13
Caullæ. 13
Καυνάκη. 71
Caupo. 66
Cauponari. 65
Κειρίας vocāt Græci ſepulcrales tænias. 122
Κελβυστής, Portiſculus. 203
Κενέβρεια. 157
Cenſere, Arbitrari. 139
Κενταυρίδαι. 115
Centunculum. 71
Ceres, pro pane. 82
Ceres à cereo, non à gero, vt Varro & Cicero. 32, 98
Κεραΐδες. 45
Cereos proceribus mittebant pauperes clientes Saturnalibus. 194
Cereriti. 157
Cerialis pompa. 213, 214
Κριθαλλίς. 38
Cerno. 98
Cerritus. 94
Cerriti. 157
Cereo, Creo. 98
Cerui. 54
Cerui etymon. 47
Cerui palmati. 233
Cerum manum. 124
Cerus manus. 98
Ceruſes. 204
Ceſſoribus veteri conſuetudine ſcribendi pro Cenſoribus. 102
X in T. 222
X nota, quid deſignet. 228
Χαλκέμβολος. 121
Χαμαιωνάδες. 70
Χαμεῦναι. 70
Χαμεύνια. 70
Chamois. 233
Χέδροπα, tanquam Χειρόδροπα. 92
Χερόμακτρον. 99
Chermes. 63
Χέρνιβα. 29
Χλωρίδες. 22
Χνόη. 257
Χορεῖαι ἀστέρων. 77
Choreuſæ. 275
Χόρτος. 40
Χρεῖαι. 229
Χθὼν Pythagora. 202
Ciccum. 159
Ciere calces. 201
Cicurare. 159
Κηλώνειον, Tolleno. 59
Κηροχίτων λαμπάς. 194
Κικκός. 159
Κιλίβαντες. 56

Cilibantum. 56
Cincinnus. 221
Κιλίκια. 88
Circli. 224
Circus. 68
Cithæron, θυώδης, κνώδης. 252
Clauſtra Helleſponti. 119
Clauus. 207
Κλεῖσαι βόσπορον. 119
Κλῆις πόντου. 119
Clitella. 142
Cliuiæ aues. 163
Κλοτοπευτής. 113
Clucidatus. 171
Clupeare. 10
Coagmenta punicana. 262
Κόκκος, Κοκκών. 48
Cochlea. 254
Coclites. 153
Cœna adiicialis. 126
Collitia tribus. 22
Comedo. 141
Comiſſe, pro Comeſſe. 204
Comitiales dies. 87
Committi cœnam. 213
Commutare verba. 251
Compernis. 145
Conciliare. 88
Concinne. 89
Condalium. 154
Condus. 236
Conferre ratem. 121
Conferta ratis. 121
Confracuit. 214, 215
Congenuare. 150
Conregione. 201
Conſiptum, pro Conſeptum. 114
Contra aurum vænire. 211
Contrahere rugas. 214
Contumax. 236
Conturbare. 242
Conuentio, pro Concio. 101
Conuiuium adiicere. 126
Conus, Κῶνος. 53
Copa. 65
Copher. 57
Copo. 66
Κοππατίαι equi. 115
Cordolium. 236
Κορδύλη. 133
Cornicula. 67
Corona quercina deorum inferorum. 115
Cortina. 135, 136
in Cortina eſſe. 136
Cornuare. 123
Cortumio. 236
Κόρυμβος. 133
Coſaullæ pro corollæ. 123
Couella Iuno. 86
Couum veteribus cælum. 86
Κότταφον. 151
Κουρίζοφος. 118
Craber. 39
Creber. 38
Cracere. 39
Κρεμαστῆρες. 227
Cribrum. 38
Crimen, à κρίνω. 98
Crines, à κρίνω. 98
Crotilum. 145
Κρούπεζοι, κρούπεζοι. 146
Κρούπεζα, κρούπεζα. 146
Κρωπίον. 61
Cruſcula crotila, crocotila, todella. 145
Cubæ. 70
Culcita. 71
Culcitæ. 257
Culpa. 230
Culpa ſua gignere. 242
Cupa, Cupo. 65
Cupedia. 65
Cupedinis forum. 65
Cuprum. 69
Curtius lacus. 66
Cuſiones, pro Curiones. 204
Cutilienſis lacus. 35
Κυβιστᾶν. 58
Κύκλωψ. 153
Κύλιξ. 45
Κύων. 45
Cyrreſtes. 260

D

D in L mutatum. 96
Δακτύλιος. 78
Δακτύλιοι φυσικοί. 171
Δαδοῦχος. 96
Dagon. 26
Damæ. 233
Dapatica, Dapatilia. 204
Datio. 268
Daucus. 96
Decipulum, Decipula. 258
Deculpatum. 230
Defloccati ſenes. 52
Degumiare, non Degunere. 161
Δεισιδαίμων. 148
Deliacus. 263
Denaſci, ἀπογίνεσθαι. 34
Deorſum habitare. 17
Depontani ſenes. 125
Δρικετὼ, Δρικῖτις. 26
Dermio, pro Dormio. 70
Depſere. 64
Deſerere. 220,224
Deſita ſemina. 220,224
Deturbati ſaxo. 243
Deuotionis formula. 66,67
Δυσσοποιόν. 136
Diabathra. 137
Διακαλαμόσαρκες. 138
Διαφθείρειν τὴν παρθένον. 97
Dibalare. 165
Dicis imo. 90
Dico, Δείκω. 90
Dicta cata. 134
Dicteria. 90
Dies atri. 86
dies comitiales. 87
Diffindere. 210
Digitabulum. 227
Dignorare. 114
Δημήτηρ. 32
Δημήτειοι καὶ δημητειακοί. 157
Διϊπετές. 94
Diobolares. 143
Διώβολοι. 144
Diphthongum æ quidam non enuntiabant, ſed e ſimpliciter. 162
Διπλοΐς. 61
Δίπυλον Ἰανοῦ. 69
Diſcedimus, pro diſceſſimus. 253
Diſco, à δάω, δάσκω. 91
Diui potes. 26
Diuiana luna cur dicatur. 34
Diuidere, à diuidendo. 53
Dium mare. 121
Diuum deum. 124
per Dium Fidium ſub tecto iurare non licebat. 33
Doce, à δοκέω. 91
Doctiloqui oratores. 131
Dolitare, pro Dolere Catoni. 209
Δολοκλέπτης. 113
Dormio. 70
Δώς. 74
Draco. 221
Δρεπανώδεις πόδες. 145
Duonus. 204

E

E prò AE veteres ſcribebant. 76
E pro O. 42,218
Effari templa. 89
Eiuncidæ. 250
Ἐκκαθᾶραι λογισμόν. 91
Ἐλαύνειν. 48
Elera. 218
Εἰνοδία. 115
Ἑλλή. 32
Ellipſis τοῦ quàm. 219
ellipſis ſubſtantiui Aquæ. 20
Embractum. 49
Empanda. 85
Ἐναλλαγὴ numeri. 217,232
ἐναλλαγὴ generis. 221,228
caſus. 228
temporis. 234
Enebra. 172
Enebræ aues. 163
Ἔνθρυπτον. 48
Ἔνοχος. 21
Ἔντεκτον. 49

Ἐντέμνειν ὕπνου ἄκος. 211
Ἐραπῖς. 10
Epeus. 131
Ἐπηταί. 131
Ἐπιβλέπειν, curare. 113
Ἐπικνᾶν. 275
Epichyſis. 57
Epimenidis opus. 104
Ἐπίπεδον. 42
Ἐπισκοπεῖν. 113
Epirotæ. 237
Epitonia. 258,259
Ἐπωμίς. 207
Equas ἐξανεμοῦσθαι dicit Ariſtoteles. 234
Equiſelis herba. 267
ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ Ἐρᾶν. 97
ἜρϜος. 91
Erim, pro Eum. 24
Errare. 103
Ἔρρειν. 103
Eſquilina tribus. 22
Eſſe cum muliere, τὸ συνεῖναι. 97
Eſurire plantas. 219
Εὐφημεῖν. 100
Excreare. 147
Ἐξεταστέος. 21
Exſit. 82
Exparta. 244
Expergitus. 104
Exruminantes. 269
Extemplo, ſacrorum verbum. 114
Extorris. 29

F

Faber. 38
Fabules alæ. 222,223
Fabulia. 223
Fabulum. 223
Facies cadaueroſa. 157
Fæcula. 157
Fagutalis acus. 22
Falcones. 145
Falere. 257
Faleria. 257
Falerii populi. 257
Faleſe. 257
Fallo. 89
Falx. 62
falces arborariæ. 62
Famigerabile. 89
Familiaricæ ſellæ. 215
Fanum Rediculum. 69
Fari, τὸ προφητεύειν. 89
Farſum. 262
Farſura. 263
Faſcinus, βάσκανος. 103
faſcinus vel faſcinum. 162
Fatidici. 89
Fauere linguis. 99
Fauni. 130
quòd Fauſtum, felíxque. 99
Febris, vnde. 234
Felices, μακαρεῖται. 132
Feralia. 79
Ferentarii. 138
Fiber. 39
Fibrum. 38
Flamines. 39
Flexanima. 157
Floriſertum. 80
Fontanalia. 83
Fordæ boues. 80,89
Fortaſſe an. 260
Foſſim. 164
Frendre duo ſignificat. 167
Frenquẽtatiua forma veteribus familiaris. 209
Fretum cæruleum. 136
Frit. 82
Fritilla. 82
Fritilis olla. 82
Fritinnire hirundinum. 167
Fructus, à ferendo. 196
Frugionia veſtimenta. 52
Frui, paſſiuè. 196
Fugitiuarius. 269
Fulgurita loca. 35
Fullonius ſaltus. 88
Fulmentum lectum ſcandit. 73
Fundere. 48

Fundula. 65

G

Galbuli. 223
Galeæ etymon. 54
Galguli. 223,224
Galli aliquando Græcè loquuti ſunt. 72
Gallicana lana. 207
Gallina Guineæ. 265
gallina Numidica ſeu Africana. 265,266
gallina ruſtica. 265,266
gallina villatica. 265
gallinæ Indicæ. 266
gallinæ Meleagrides. 266
Gallinarius. 263
Gannire. 165
Γαύζεσθαι. 165
Γαῤῥα. 36
Gaunacum. 71
Gauſapia. 73
Gaza falſus. 148
Generis ἐναλλαγή. 221.228
Genianum. 267
Geniculari. 222
Genitiui antiqui. 23,50
Γέργυρα. 36
Gerra. 138
Γαστρίδιον. 196
Γαστρίς. 196
Γῆ. 32
Gignere culpa ſua. 242
Γῆρυς. 32
Glaber. 38
Gladii etymon. 53
Glebarii. 154
Glomus. 48
Glubere. 141
Γνάθωνες. 161
Γόμος. 161
Γοργόνες cum magnis dentibus pingebantur. 161
Gracculi. 270
Græcanicè dictum à Varroné Vinum Chio. 207
Grallæ. 151
Grallatores. 151
Γρῖφοι. 64
Grunnire. 164,169
Γρύ. 164
Gueretum. 226
Gumia. 141
gumiæ. 161
Guſtatorium. 196
Γόμφωνες. 151

H

Halecret. 54
Haleria. 257
Halerii populi. 257
Haruga. 45
Haſta. 53
Hebæ. 159
Helleniſmus. 88,208,232,239, 246,265
Hemonem. 218
Hibiſcus herba. 250
Hio,à χάω, χάσκω. 91
Hippocampa. 37
Hippocampus. 37
Hippopotamus. 37
Hir,vola manus. 196
Hirci. 141
Hirrire. 127
Hoc,pro Huc,ἀρχαϊκῶς. 101
Horarum in XII tab. nuſquam mentio facta. 101
Hortus. 222
horti Veneris tutelæ aſſignantur. 82
Hurpices. 61

I

I pro L, imperiti librarii : & contrá. 239
Iana eadem quæ Luna. 86
Ianium forum. 65
Ianualis porta. 69
Ἰανὲ δίπυλον. 69
Iber,ἡμίονος. 218
Ibi,pro Vbi. 192
Ibrida,non eſt παρὰ τὴν ὕβριν. 218
Ἴβυκες. 142
Ἱκετηρία. 39
Ἡ χθὼν Pythagora. 102

Idulia

Idulia ſacra. 22
Ignis etymon. 34
Ii pro ei. 217
I L, pro L L. 13
Ilicet, iudiciorum verbum. 114
Illut, pro Illud. 259
Imbitere. 172
Imbraſus. 26
Imbrum; ἡμίονον; πρόβατον. 218
Imburum. 58
Imparia, ſeu paria in ſupellectile quæ dicantur. 210
Impenſa. 75
Imperati rerum, Nouitii rerũ. 216
Imperia toralia. 210
Imponere. 220
imponere, verbum ſacrorum. 51
Inæ. 264
Inante. 200
Incita. 200
ad Incitas redactus. ibid.
Indagabilis. 21
Indagare crimen. 21
Inde, pro Vnde. 192
Indicere funus. 90
Inebra. 172
Inebræ aues. 163
Infans. 89
Inferiæ. 79
Inferium vinum. 80
Inficiens. 96
Infriare. 275
Infula. 122
Ingluuies. 141
Inhumatus. 192
Inigere. 68
Ino, εὐτυχὴς, vel τύχη. 252
Inſilire equilam. 68
Inſipare. 47
Inſobreis. 239
Interdico. 159
Interere. 49
Interuallum. 55
Intritum. 48
Ἰποῦν. 88
Irpices. 61
Iſardi. 223
Ἰσημερινόν. 78
Iſmenus, λιπαρός. 252
Italia vnde appellata. 199
Ἰταλοὶ, boues. 199
Iter limitare. 13
Ἦθον. 50
Iturei. 235
Iubar. 77
Iubilare. 199
Iudicare, pro Conſulere. 101
Iudices, pro Conſules. ibid.
Iugere. 38
Iuno Nouella. 86
Iuno οὐρανία. ibid.

L

L pro D. 96. & contrá. 236
L pro I, imperiti librarii: & contrá. 239
L nota; quid deſignet. 293. 228
Labdacus, παιδευτός. 252
Lac trifariam conſideratur. 250
Lacus Curtius. 66
lacus Cutilienſis. 35
Λαισποδίαι. 145
Lambero. 77
Lamia infantium deglutrix. 161
Λαμπὰς κηροχίτων. 194
Lana. 52
lana Gallicana; Parmenſis. 207
lanam carere. 137
Λανισταί. 52
Lapis in fœm. gen. 257
Λαρινοὶ βόες. 205
Λάθαργοι. 243
Latiaris collis. 24
Latius, Latia. 32
Latrat animus. 165
Latrones, Stipatores. 149
latrones, milites. 137

Laucus. 96
Laudabiles loci. 229
Laudabilia. 229,230
Laurentia. 84
Laurentinæ feriæ. 83
Laus. 230
Lauſangiæ. 72
Λέβης, Cortina. 136
Legumina. 91
Lemen. 255
Λεπαστή. 57
Λεωφόρος, militaris via. 13
Λέπειν. 141
Lepeſta. 57
Lethi etymon. 132
formula vetus quæ ſeruabatur in Legibus ſcribendis. 21
Liber. 38
Libum. 48
Liduna. 195
Ligna lenia. 231
Liguſcus ager. 218
Limaces meretrices. 143
Limentum. 255
Limitare iter. 13
Λίνος. 52
Λιπόρεις. 268
Λιπόρρις. 268
Liquitur, vetere declinatu. 169
Λῆροι. 145
Literæ & humanitas apud veteres idem. 216,217
Λογισμὸν ἐκκαθᾶραι. 91
Longes. 239
Loqui, à λόγος. 89
Luca bos. 205
Lucaria. 96
Lucere. 96
Lucia Volumnia. 88
Lucus Fagutalis. 22
Ludi Apollinares. 81
Luna, Iana dicta. 86
Iana, Diuiana cur appellata. 34
Iuſ a innixus. 123
Lunare arcum. 123
Lupanar, pro meretrice. 144
Lurco. 141
Lux. 47
Λυδὸν εἰς πεδίον προσκαλεῖν. 17
Λυκοφόροι. 115
Lymphata. 157
M
Μακαρῖται. 132
Μάκελλον. 65
Maceria. 65
Μαχανά, Machina. 103
Maciſcat ſeu Maceſcat. 271
Macte. 51
Macus. 162
Madidus. 148
Maduſa. 148
Magi. 130
Magiſtra lex. 56
Magiſtri. 56
Magmentum. 50
Magnus, Nequam. 127
Μαιμάκτης. 39
Malina. 195
Malaca corolla. 31
Mammas tenere. 150
Mamers. 36
Mamurius Veturius. 88
Mandibulum, Mandibula. 258
Manduco. 141
Manducus. 160,151
Manibulum, Manibula. 258
Mantelium, Mantile. 99
Μαντική, quaſi μανική. 89
Manuterium. 99
Marcipor. 43
Mare dium. 121
Martialis collis. 24
Μαρσαλιστήρ. 60
Mattici. 161
Μάζαι. 268
Meſitis. 21
Megaleſion. 79
Μέγας, ſtolidus & ineptus. 127
Μειλίχιος θεὸς, vetuſtiſſimis Latinis Mulciber. 39
Μέλαθρον, aula. 121
Melicerte e breui. 206

Melina. 249
Melinum. ibid.
Mellarius. 263
Mentis, pro Mens. 27
Meraria. 196
Merenda. 268
Meretrix blitera. 144
meretrices limaces. 143
Meridies, pro Media nox. 76
Μεσομφαλία. 117
Metallorum nomine, quid. 214
Metapii. 218
Milites vocati latrones. 137
Μηλωτή. 249
Mina ouis. 235
Miraculæ. 143, 144
Modiperatores. 56
Mœnia. 197
Mœnus. 197
Mœſius. 162
Μοῖτον ἀντίτιμον. 75
Molæ. 63
Molere. 64
Μονιοὶ apri. 44
Μορμολυκεῖον. 160
Μορμόνες. 144
Morticinum. 157
Mortualia. 152
Μοσχᾶν. 170
Μόσχοι, tenelli rami. 221
Μόσχον. 221
Moſtum, ſeu Muſtum. 222
Mu. 164
Mugonis porta. 199
Mulciber. 39
Mulgeo ab ἀμέλγω. 17
Mulieres. 150
Mullare. 63
Mullei calcei. 63
Multæ. 74
Multare. 74
Muri ratis. 203
Muriatica. 135
Murtatum. 50
Muſſare. 164
Mutialis collis, perperam, pro Martialis. 24
Mutare. 251
Mutire. 127, 164
Μυλλεῖν. 63
Myrteta. 221

N

Nænia. 151, 152
Næuolæ. 236
Narita. 135
Nefrendis & Nefrendus. 167
Negationes duæ pro vna. 232
Nego, quaſi non ago. 96
Νεήλατοι. 48
Neno & Nenu. 241
Νέποδες. 42
Nepotes. 42
Neptunus hippopotamis vehitur. 37
Νιδάελον. 133
Νηνίατον. 151
νηνίατος. 152
Νηνυρίζεσθαι. 152
Νηρεῖται. 135
Νηφάλια ſacra. 30
Noctiluca. 34
Noctulugus. 46
Noctuuigila. 34
Νωδός. 167
Νόμιμα βαρβαρικά. 151
negatio Nõn, geminatur. 253
Νοσήματα, pro νοσηλοί. 144
Noua via. 22
Nucis etymon. 47
Nugæ. 152
Nugarium vnguentum. 145
Nugatorium vnguentum. 146
Nugiuendus. 145
Nuncupare, pro Inclamare. 90
Numeri ἐναλλαγή. 217, 232
Nummus. 73
nummus rate ſignatus. 251
Nuptiæ. 35

O

O in E. 218
Ob pro Ad in verbis compoſitis. 130
Obferre vitium. 97

Ὄβεια. 18
Ὀβείκαλα. 18
Obuagulari. 165
Obſcœnum. 162
Obſtita loca. 35
Ocrea. 54
Ocris. 54
Offendices. 133
Ὀγκᾶν. 168
Οἶνος Χιόθεν. 206
Οἰπολίαν. 217
Οἰπόλος. 217
Οἰασάτη. 138
Οἰσύπος. 138
Οἰωνοσκοπεῖον. 24
Ὤλακες. 78
Olla fritilis. 82
Olla ver. 201
Ollar. 269
Olus κατ' ἐξοχὴν pro braſſica. 215
Olympus pro cœlo. 119
Ὁμαλήπιδες. 60
Ὀμβεικαὶ δαῖται. 18
Ὀμβείκαλοι. 218
Ὀμβείκια. 18
Omnicarpæ capræ. 43
Ὀμφαῖοι. 117
Oncare. 168
Ὀπαδός. 42
Ὀπάων. 42
Opilio. 217
Opidum, ab ope. 147
Opidi appellatione Palatinum κατ' ἐξοχὴν intelligitur. 199
Opiperata, pro Opiparata. 210
Opiperum, pro Opiparum. 210
Oppilare. 257
Ὦπις. 32,218
Ops. 32,218
Ὧρα ἔτους. 246
ὧρα τελεσφόρος. 79
Oracula. 229
Orbile. 257
Orbis. 258
Ὡραῖον, Ὡραῖα. 36
Oratores doctiloqui. 131
Orcus. 34
Orcus, inferorum deus. 194
Orcum, inferorum locus. 194
Ὄρνιχας, Tarent. pro ὄρνιθας. 221
Os terminatio antiqua, pro vs. 40
Oſca lana. 138
Ὄθρυες. 218
Οὐραῖα. 36
Οὐρανία Venus. 30
Ouum. 51
Ouis in circo notata curriculorum ſpatia. 213
Ὀξίναι. 62

P

Pædidum. 226
Pæminoſum. 226
Paganalia, & Paganicæ feriæ differunt. 85
Παῖς ἀμφιθαλής. 128
Παῖδες. 42
Palaria. 68
Palatina tribus. 22
Paluda Virago. 130
Πάνδημος Venus. 30
Panicæ. 48
Paniculæ. 48
Πανίον. 48
Πανός. 47
Πανέκλιον. 53
Panuelium. 53
Panula. 53
Panus. 48
Παφλάζει λοπάς. 47
Pappus mæſius. 162
Pappus ſenex. 125,162
Παράγγελμα. 90
Farapechy. 61
Paria. 61
Paria & imparia in ſupellectile familiari quæ dicantur. 210
Parmenſis lana. 207
Parta, ἡ τοκάς. 244
Parthenius. 26

Paſcale pecus. 138
Patagium. 207,208
Πάταγος. 208
Patagus. 208
Patales boues. 45
Πατάνη. 56,103
Patina. 56,103
Peculatoriæ oues. 43
Peculatum. 43
Peculium. 43
Pecunia attributa. 75
Pecus. 41
Pecudes πονάδες dictæ. 41
Pecudes indomitæ. 219
Pecuſcum. 25
Pedidum. 226
Πεῖκος. 235
Πέκος. 235
Πείσματα. 227
Πέλεκυς. 62
Πέλματα. 227
Peluis. 56
Πέλυς. 56
Penſilia. 231
Perauriga. 246
Perbitere. 172
Perdepſere. 64
Περικωνίζειν. 164,166
Περισκυλακισμός. 126
Periſtromata. 73
Permolere. 63
Peroriga. 245
Perna. 50
Perſibé. 170
Pertendere. 9
Pertinacia. 9
Peruicacia. 9
Peruolgare litus,ſidera. 158
Pes,pro Fundamento. 42
Pes magnus. 42
Πεταλεῖς boues. 45
Πέτευρον. 254,255
Petilæ oues. 235
Petilum. 235
Πέτορες. 273
Petoritum. 273
Phago. 14
Φάληρα. 257
Φαλός. 71
Pheleq. 62
Phobæ. 48
Φόβητρα. 144
Φορβάδες,fordæ boues. 80
Φρέαρ. 99
Φυραμόν. 59
Phryges propriè Barbari dicuntur. 151
Phrygio. 52
Πήγανον. 47
Pinguedo. 240
Πλωίκη. 48
Πλωτόν. 48
Πιέζειν. 88
Πίλημα. 71
Pinſere terram. 14
Pipare. 164
Pipulo differre. 164
Piſcis,pro lupo. 215
Πίστος. 33
Πίστρα. 99
Πιθοιγία. 81
Plagæ prægnantes. 142
Platonis τετραλογίας libri à criticis digeſti. 204
Platycerotæ. 233
Plecæ. 231
Πλείονες,νεκροί. 132
Πλεβερίδες. 239
Πλινθία. 71,105
Πλοκιώνης. 235
Poetarum Latinorum in tranſferendo de Græcis licentia. 140,153
poetæ Latini errauerunt in vertendis Græcis fabulis. 94
poetæ cuiuſdam veteris de Harpocrate verſus. 25
Ποικιλοφάγος. 43
Πόκος. 41,235
Polæ,Polulæ. 71
Πολέμου πύλη. 70
Polimenta. 71
Πολίων. 71

Polire. 71
Pollæ. 71
Polliones. 71
Πόλτος. 47
Poluinar. 71
Poma muſta. 221
Πομφολυγεῖν. 57
Por. 42
Πόρ. 43
Porcetra. 264
Πόρκος. 44
Porcus. 44
Porcus Catullo & Pomponio pinguis. 18
Porta Ianualis. 69
Portiſculus, κελευςής. 203
Poſtante. 200
Poſtilio, pro Poſtulatio vet. 197, 198
Poſt-principia. 253, 254
à Poſt-principiis. 253
Poſtulionem poſtulare. 66
Ποτήρ. 99
ποτὴρ, quæ πίςρη apud poetas. 19
Ποτίςρα. 99
Præficæ, Phrygum inuentum. 151
Præfiſcini. 163
Prægnantes plagæ. 142
Præire verba. 103
Præmeſſum. 80
Præperare. 209
Præs. 95
Præteritũ Diſcedimus, à præſenti. 232
Præteritum à præſenti. 247, 253
Primum. 259
Proebia. 172
Proebra. 172
Proceſſit. 268
Prodicere diem. 90
Περλογία. 80
Proſum pro prorſum. 68
Protelum. 271
Proteſilaus. 156
Prouerbia. 17, 18, 54, 57, 61, 73, 75, 125, 126, 127, 219, 253, 261
prouerbiale dictum. 205
prouerbialis ſenarius. 195
Pruriga. 246
Ψιλοκιθαριςαί. 129
Ψιθυρίζειν. 167
Publipor. 43
Puer. 42
Publicei augures. 16
Pullæ Guineæ. 266
Pullaſtri. 264
Pullitra. 264
Pulletra. ibid.
Pulmentum. 49
Puls. 47
Pultifagi Pœni. 262
Purpurei rami. 115
Putare rationem. 91
Puteal. 269
Putei etymologiæ. 19
Puteoli. 20
ἡ χθὼν Πυθαγόρα. 116
Πύθιον. 19, 20
Python. 161

Q

Quàm ἐλλειπτικῶς omittitur. 219
Quercina corona deorum inferorum. 115
Querquedula. 38
Querquetulanæ vuæ. 22
Ques, pro Qui. 153
Quiqui ἀρχαϊκῶς, pro Qui. 245
Quis itio. 216
Quiſquis, genere fœminino. 106
Quintipor. 43
Quod enim, ἅτε δή. 246
Quom. 33
Quotidiana. 230

R

R caninum. 127

Ῥάφανος. 49
Rapæ etymon. 49
Rapſit, præteritum formatum à præſenti. 247
Rapo. 141
Ῥαπίδα. 73
Ῥάπυς. 49
Raſtelli. 62
Rationem putare. 91
Ratis etymon. 121
Ratis muri. 203
Rediculum fanum. 69
Regere, eximere. 236
Reice, pro Reiice. 191
Reii, pro Rei. 216
Religionem à ſe reiicere. 148
Relinquero, pro reliquero. 253
Remores aues. 163
Reno. 72
Reperare. 209
Reperitare. 209. ſeu Reparitare. 216
è Re venire. 233
Retecta loca. 226
Regis eſt, Rex ſum. 11
Rica. 59
Rica, Ricula. 197
Ringere. 127
Ῥινοῦν, metaphoricῶs. 143
Ῥιπίζειν. 35
Robeus & Robus. 244, 245
Robi boues. 244
Roma in quatuor vrbanas tribus diſtributa. 22
Rorarii. 139
Rude quid ſignificetur. 214
Rudentiſibilus. 9
Rudere. 166, 168
Ruere. 61
Rumen vel Rumin. 251
Rumiceſtri. 62
Runcaſtri. 62
Runcinare. 103
Rupicapræ. 233
Rura ab ἄρουρα. 17
Ruſſeus, ξανθός. 157
Ruſſus. 156
Ruta. 47
Rutilus. 156
rutilus, πυῤῥός. 157
Rutrum. 61
Ῥυκάνη. 103

S

S pro R in Saliari carmine. 123, 124
Sabeca. 57
Sabulum, genus organi muſici. 129
Saburra. 161
Saburratæ mulieres. 161
Sacra via. 22, 212, 213
Sacrima. 80
Sadon. 57
Sagaris. 162
Σάγκτος. 33
Sagum. 71
Salacia. 195
Salictum. 220
Salii. 58
Saliorum carminum interpretatio difficilis. 123
Saltus Fullonius. 88
Salutaris collis. 24
Sambuca. 57
Σαμφόραι. 114, 115
Samothracia. 26
Samothracii anuli. 171
Sanctus. 33
Sancus. 33
Sanqualis porta. 33
Saperdæ. 134
Sarculum. 61
Sarrii. 233
Sarſum. 262
Saturni etymon. 31
Sauies, pro Sauiere vet. dixerunt. 150
Scaber. 38
Scæua bona, & mala. 163
Σκάμβωνες. 54
Σκανδάληθρα. 54
Scarroſus. 38
Scauripeda. 143
Σχελίδες. 239

Schœnicolæ 143
Σχοινοτείβεις. 144
Scopi. 226
Scopiones. 227
Scracere. 146
Scrancia. 147
Scranctiæ. 146
Scrapta mulier. 146
Scritare. 149
Scrupea. 148
Scrupedæ. 146
Scutale. 72
Scutulæ. 71
Scutulatum ſagum. 72
Scutum. 53
Σκυζᾶν. 46
Σκύτινα προσκεφάλαια. 71
Σκυτικὸς, pro πυῤῥός. 157
Secundo, pro ſecundum. 241
Secundum ea: ἐπὶ τούτοις. 242
ſecundum Tiberim. 65
ſecundũ Tiberim, pro Vltra. 81
Sediculum. 206
Segeſtria. 70
Selecta. 230
Sellæ. 215
Sellæ familiæ. 215
familiaricæ. 215
Seminum quatuor genera. 223
Semo pater. 34
Sempel. 57
Senes defloccati. 52
Senes depontani. 125
Senum. 228
Sephel. 57
Septimontium. 192
SerFos, pro ſeruos. 91
Sermo. 91
Serraculum ducere. 260
Serram ducere. 260
Serta. 261
Sertam ducere. 261
Seruaculum. 261
Seruus, à ſeruando 91
Seſum, pro Seſſum. 233
Seuum. 240
Sexagenarios de ponte. 125
Sibus. 170
Sicca mulier. 147
Sidera. 114
Sigalion. 25
Siliculam capere. 219
Simpo. 196
Simpulum. 57
Singillatim. 51
Siniſtræ aues. 163
Σίφων. 196
Σιφωνίζειν. 196
Sirpare. 64
Sirpea. 64
Sirpi. 64
Sirpices. 62
Sirpiculi. 235, 236
Siſara. 273
Siſarra. ibid.
Siſtere fana. 89
Sol occaſus ſuprema tempeſtas. 137
Σολοικισμός. 151
Solſtitium. 28
Solum. 14
Solum, Solium. 76
Solox lana. 138
Somnum diffindere. 211
Sperata, ἡ μνηστευομένη. 95
Spernere, pro Secernere ἀρχαϊκῶς 242
Σπείρω. 242
Σπέρνω. 242
Σφὴξ, Σφηκώδεις. 39
S T. 25
Stablile. 261
Stagnum à στεγνόν. 20
Statiuæ aquæ. 20
Στέμματα. 39
Stillicidia. 21
Στέγαστρον. 70
Στεγνόν. 21
Στιβάδες. 70
Stipis etymon. 75
Strebola caro. 151
Stria, & Striare. 154
Stribligo. 151

Strictipellæ. 147
Strictiuellæ. 147
Striones. 154
Stritabillæ. 147
Stritare. 149
Stritauus. 149
Structare. 149
Strufertarii. 35
Suaſoria. 230
Subare. 238
Suber. 38
Sublimen & Sublimentum. 255
Subulo. 129
Subulones. 63
Suburana tribus. 22
Succrotilus. 145
Suffibulum. 82
Suffimenta. 80
Suidon. 57
Superuacanea, quæ. 210
Suppera veſtis. 210
Supplicè pro ſuppliciter. 124
Surcli. 224
Surdum theatrum. 174
Surire. 238
Surus. 176
Sus. 43
Sus nutrix. 243
Sues volutares. 166
Suſus. 68
Suſum. 68
Σύ pro τύ. 273
Σύγχορτα πεδία. 40
Συμπαθῆσαι. 88
Συμπλεῖν. 88
Συνᾴδειν τινι. 89
Συναλλάσσειν. 251
Σύριγξ. 257
  σύριγγες. 77

T

T pro D. 259
T in L. 267
Θ nota, quid deſignet. 230
Taantes. 25
Taberna caſearia. 215
Tac. 208
Tædulæ oues. 235
Tænia. 122
Tæniæ ſepulcrales. 122
Tæniacæ. 239
Tagenia. 135
Tali extriti. 145
  extorti. ibid.
Ταμίας. 236
Tantu vt, pro Tantum vt. 276
Tapetia conſuta. 73
Taratius. 84
Tarmes. 142
Tarruntius. 84
Taruntius. ibid.
Tebæ. 252
Tedæ etymon. 113
Teges. 70
Τελεσφόρους ὥρα. 79
Τεμάχη. 239
Τεμψίζειν. 83
Templa cæli. 104
Templa effari. 89
Tempus anni, Ver. 246
Temporum ἐναλλαγή. 234
Tenacia. 227
Tenſarii. 117
Tentipellium. 147
Terminus vnde deducatur. 14
Terra Pythagoræ. 202
  terræ etymon. 113
Teſca. 200
Τετάνωθρον. 147
Tetralice. 273
Τετραλογίας Platonis libri à criticis digeſti. 204
Θάμνοι. 47
Theatrum ſurdum. 174
Theba quid. 252
Τεμφὴν αἰθέρος. 104
Θεοὶ μεγάλοι. 26
Teſſera. 90
Theta. 230
Θρίαμβος. 95
Θρόνος. 76
Thunno capto coruum excludendum foras. 205
Θυᾶν. 238
Tina. 57

Titanis. 116
Tipullæ. 148
Titulina. 69
Τιτύρες. 273
Tmeſi vtitur Varro. 249
Todi. 145
Τοῖχοι τῆς νεώς. 202
Tolleno. 58
Τολύπαι. 48
Tomacinæ. 238
Tomentum. 70
Τόμοι. 239
Τόνοι. 73
Toral. 70
Torulla. 55
Torus. 73
Τορμών. 55
Traclepere. 247
Tractatio, pro Traiectatio. 191
Trahea. 64
Trahula. 64
Trama. 52
Trames. 142
Τραπεῖν. 63
Trapeta. 228
Trapetes. 63
trapetes impares. 210
Τραπεζῆες. 248
Θρίαμβοι. 95
Τριλογία. 205
Τριοδῖτις. 115
Triones. 154
Τρίπους, Cortina. 136
Θρίψ. 142
Τριώλαξ. 78
Tritare. 149
Triticum. 48
Trua. 55
Truare, τὸ κινεῖν. 55
Trutina. 103
Τρὺξ κεκραυμένη. 157
Τρυπήλη. 55
Τρυσίππειον. 115
Τρυταίνη. 103
Tuber. 38
Tueri duo ſignificat. 113
Tullii. 77
Turundæ. 267
turundi. 267
Tutanus. 69
Tutilina. 69
Tutulatus. 133
Tutulus. 133

V

V in B, & contrá. 256
V pro B, librariorum errore. 172
V pro B imperitos librarios decepit. 40
Vænire contra aurum. 211
Valga. 145
Valli. 220
Vallum. 54
Vallus. 64
Varetum. 226
Vari. 54
Vatia. 145, 246
Vaticinari. 89
Vaticinium carmine hexametro. 24
Velabrum. 22
Velamenta. 39
Velamina. 39
Velata colus. 39
Velatis manibus orare. 39
Vellemina, Vellimina. 193
Venus, pro oleribus. 82
cur menſis à Venere nominari non potuerit. 87
Veneris tutelæ horti aſsignātur. 82
Veneres plures. 30
Venilia. 195
veniliæ etymon. 35
Ventus pro aere. 33
Ventum facere, τὸ ῥιπίζειν. 35
Vepres. 221
Vepreta. 221
Verſus, Verſura. 78
Vertibulum, Vertibula. 258
Veſtis. 59
Veteres quæcunque per MEN, eadem per MENTVM declinabant. 255

Veteretum. 226
Veruactum. 226
Veſpera. 137
Via ſacra, Via noua. 22
Vibices. 142
Vila, pro villa. 240
Vinalia. 80
Vindicare. 267
Vindicta. 267
Vinum Chio. 207
vinum inferium. 80
Viocurus. 68
Violare virginem. 97
Vipres. 220, 221
Virgatum ſagum. 72
Virgultum. 47
Vis, pro vix in vet. lib. 233
Virtus. 36
Vitilitigatores. 243
Vitiolitigare. 243
Vitium obferre. 97
Vitio ſuo gignere. 242
Vitulantes. 169
Vixit, pro Vita ceſsit. 132
Vmber. 218
Vmbri. 17
Vmbilicus. 118
Vmbones. 53
Vmbram iacere. 123
Vnguentum nugarium. 145
nugatorium. 146
Vncia. 73
Volgiuaga Venus. 30
Volpes. 153
Volſgræ aues. 163
Volutares ſues. 166
Vorticordia Venus. 30
Vrbum. 58
Vrinare. 58
Vrpices. 61
Vruum. 58
Vt, pro vbi. 220
Vt enim quod, &c. 246
Vti proportione. 218
Vtiliter. 210
Vuæ concameratæ. 231
Vuæ Querquetulanæ. 22
Vxorculare. 149

X

Ξαίνειν. 137
Ξηρὸν, ſobrium Græci vocant. 148

Y

Ὑπερδιατείνεσθαι. 9, 13
Ὑπεύθυνος. 21
Ὑποτίθεσθαι. 103
Ὗς. 43

Z

Ζάγκλην. 62
Zanculæ. 62

CORRIGE,

Pagina 25, v. 15, Et ſt Harpocrates digito ſignificat. Ita emendatum eſt in Romana editione, quæ vera eſt lectio [*quanuis in poſteriori editione Romana non legatur ſt, ſed ſte*] P. 39, v. 31, γυμνάσιά τε, P. 86, v. 28, χλίος P. 136, v. 24, ταριχηρά, P. 138, v. 2, παρὰ P. 210, v. vlt. diffindere. P. 214, v. 1, cenſium. P. 225, v. 32, fecit P. 251, v. 36, quales P. 258, v. 36, chartis ſuis illeuerit. P. 260, v. 9, perquiſiuerunt,

IN M. TERENTII VARronis libros De lingua Latina, qui ſuperſunt,

ADRIANI TVRNEBI Commentarii & Emendationes.

ANTONII AVGVSTINI Emendationes.

CLARISS. ET AMPLISSIMO VIRO, MICHAELI Hoſpitali, Franciæ Cancellario, Odo Turnebus S. P. D.

CVM poſt parentis obitum, omnibus literarum ſtudioſis grauem ac moleſtum, mihi fratribúſque meis luctuoſum & acerbum, in illius bibliotheca cõquireremus ecquid eſſet quod ſtudia diſcentium poſſet adiuuare, multa quidem reperimus, ſed ita confuſa & perturbata, ita ſitu & puluere obducta, & lituris deformata, vt illa facilè pro derelictis eſſemus habituri, niſi nobis in tanta rei difficultate, Iacobi Danielis, in comitatu regio conſiliarii Franciæque relatoris, auxilium adfuiſſet. Qui cùm ſe olim parentis noſtri præceptis inſtitutiſque formatum & eruditum meminiſſet, hæc doctoris ſui monimenta noluit aboleri. Itaque miſit Rothomago Ioannem Furdinum, qui veteri cum patre cõiunctus neceſſitudine, aſſiduè vnà iam à multis annis vixerat, eique in ſtudiis ſedulam operam & induſtriam nauauerat: illius manum & ſcripturam, paucis cognitam, propter diuturnum vſum, penitus perſpectam & exploratam habebat. Huius labore, induſtria, vigilantia effectum eſt vt plurima, quaſi tempeſtate diſiecta, naufragià colligerentur: & quæ alioqui funditus erant peritura, ſeruarentur. Ecce tibi igitur primùm hoſce in Varronis linguam Latinam commentarios à patre iam olim exaratos, à

Furdino & Daniele propè ex incendio ſeruatos, recentis tui beneficii memores adhibemus: multa etiam poſthac oblaturi. imprimiſque Aduerſariorum non exiguas reliquias: illius innocentis epiſtolæ comitatu ornatiores, quam tibi dicatam nonnulli lucem aſpicere paſſi non ſunt: vt cùm paternos librorum fœtus tibi deuotos & conſecratos ſumma humanitate & animi alacritate exceperis: liberorum etiam orbitatem tuæ fidei & clientelæ commiſſam arbitrere: quò per te Regis liberalitate frui, & ex diuturnis parentis laboribus fructum aliquem percipere poſſint. Bene vale. Lutetiæ Pariſiorum, Idibus Auguſti. 1566.

ADRIANI TVRNEBI COMMENTARII ET EMENDAtiones in libros M. Varronis De lingua Latina.

Pag. 1. QVEMADMODVM.] Inſcriptio horum omnium Varronis librorum generalis eſſe videtur De lingua Latina: in quorum primis tribus (vt ipſe ſcribit in calce libri v 1) diſſerebat de diſciplina originis verborum. quæ priuata eorum trium librorum inſcriptio eſt, vt trium ſequentium titulus eſt, De verborum originibus: quod librorum eorum argumentum eſt. In veteri libro ſic inſcriptio horum librorum concipitur, *M. Terentij Varronis de lingua Latina, de diſciplina originum verborum ad Ciceronem incipit liber primus.* Fortaſſe inſcribi debet, M. Terentij Varronis de lingua Latina liber quartus, qui eſt de verborum originibus, ad Ciceronem liber primus.

1 CONTRA eam dicerentur.] Cur etymologia neque ſit, neque vtilis ſit.

1 QVAE pro ea.] Quæ ſit, cur ea ſit, & cur vtilis ſit.

1 QVAE DE EA.] Quæ forma ſit etymologiæ.

1 A PERTENDO.] Mirum videri fortaſſe poteſt, quòd Varro pertinaciam à Pertendo potius quàm à Pertineo deducat, cùm vt à Teneo Tenacia, ſic à Pertineo Pertinacia oriri videatur. Verùm ab alio capite eius genus arceſſit, quòd in qua ſignificatione pertinacia ponitur, pertinere poni non ſoleat, ſed pertendere. Terentius in Eunucho,

Verùm ſi incipies neque pertendes nauiter.

Nauiter & pertendit cùm ſcribitur, pertinacia ſubintelligitur.

1 SCRVTANTVR.] In veteri reperi, *ſcrutamur:* quod etiam vehementer placet.

1 Περὶ ἀναλογίας.] Ad hunc locum nihil analogia pertinet, vt in excuſis libris extat, cùm quæritur in quare vocabulum ſit impoſitum. id enim ad verbi ſignificationem pertinet. Itaque ex veteribus libris rectè & ratione reſtituit Antonius Auguſtinus, vir & doctiſſimus, & acerrimus harum rerum inueſtigator, περὶ σημαινομένων, id eſt, de ſignificationibus. quam etiã lectionem in manu ſcripto exẽplari reperi. Nam & eodem modo Laertius ſcribit, τὴν διαλεκτικὴν διαιρεῖσθαι εἴς τε τὸν περὶ τῶν σημαινομένων καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν φαντασιῶν τόπον.

1 IMPOSITIO.] Multa enim verba, à quibus alia oriuntur, hodie non extant, ſed exoleuere, atque adeò in totum interiere. Nam impoſitionem nominũ appellat quam Græci dicunt ὀνοματοθεσίαν, intelligens nomina quæ alicui rei ſignificandæ impoſita ſunt: quorum multa iam nuſquam comparent, cùm tamen ab iis alia profecta in vſu fortaſſe ſint: vt proinde eorum originem & notationem reperire, magni ſit operis. Nam impoſitiones nomina primitiua vocat, à quibꝰ oriũtur declinationes, id eſt, quæ deriuatiua appellãtur. Varro lib. VI, Duo igitur omnino verborum principia, impoſitio & declinatio: alterum, vt fons: alterum, vt riuus.

1 CVNCTA MANET.] Integra, non mutila, non interpolata, nõ mutata. Multa enim impoſita verba (eas enim vocat impoſitiones verborum) literis mutata ſunt vel adiectis, vel detractis, vel traiectis.

2 VT HOSTIS.] Cicero libro 1 Offic. Equidem illud etiam animaduerti, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Indicant duodecim tabulæ, Aut ſtatus dies cũ hoſte: itémque, Aduerſus hoſtem æterna auctoritas. Ita Ciceroni abſolutè hoſtis, vetere conſuetudine peregrinus omnis eſt: Varroni, peregrinus qui ſuis vteretur legibus, æquè ac Romani ſuis.

2 VETVSTAS.] Id eſt, longinquitas tẽporis & diuturnitas, quæ etiã dicitur in futurum, non tãtùm in præteritum. Cicero, Hæc nulla vnquã vetuſtas obruet.

2 PAVCA non deprauat.] Id eſt, pauca retinet integra, nihilque immutata: pauca ſunt immunia & libera à vetuſtatis deprauatione.

2 QVARE illa quæ iam.] Eleganter fugitiua retrahere dixit. nam retrahi dicitur qui ex fuga reducitur domum, vt ſeruus fugitiuus, ad quem alluſit Varro. Sic etiam Terentius,

Retraham herclè opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

Salluſtius, In his erat Fuluius ſenatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iuſſit. Hinc in lib. de re ruſtica apud Varronem, Fugitiuarius, qui fugitiuos ſequitur, vt retrahat. Mox quod ſequitur, ſic in veteribus libris legitur, *Non, ſi potuerò indagare, eo ero tardior, ſed velocior ideo ſi quæuero.* Quam lectionem tacitam prætermittere nolui: niſi quòd fortaſſe verior ſit vſitata, vt ſenſus pendeat è ſuperiori, deuinctus vna complexione, hunc in modum: Illa, quæ maioribus noſtris ademit obliuio, ſecuta ſedulitas Mucii & Bruti iuriſconſultorum, fugitiua retrahere nequit, nec poteſt originem indagare, Si ipſe potuero indagare, non eò, quia illi inueſtigare nequiuerunt, ero tardior, nec illorum exemplo deterrebor aut debilitabor. Pro, *Si quæuero*, etiam reperi *Si quæro*. Receptam autem lectionem etiam animaduerto defendi poſſe: tantùm iſta diſtractio ſententiæ, quam duæ in ea complexiones faciunt, mihi non probatur.

2 IN TRAMITIBVS.] *Intrantibus*, lib. vetus. Mox pro, *Quoniam verborum*, v. l. *Quorum verborum.*

2 BIS QVATERNAS.] Quatuor enim in literis ſunt cauſæ, demptio, additio, tractatio, & commutatio, & totidem in ſyllabis. Sed in ſyllabis ſola productio hic commemoratur; aliæ, vt exiſtimo, deſiderantur: alii, *has quaternas* emendant.

2 ARTATIONEM.] Lib. ſcript. *Tractationem*, quam germanam eſſe ſcripturam reor. Tractatio enim eſt, cùm tanquam manu literæ tenentur, & huc aut illuc tranſponuntur & traiiciuntur. Itaque literarum tractatio, eſt earum traiectio & tranſpoſitio. Sic Cicero ſcri-

bit, materiam in verbis eſſe, tractationem in collocatione verborum. Vt enim verba optimè collocentur, à nobis tanquam manu tractantur, & aliis atque aliis locis collocantur, vt iucunda ſit & lenis eorum compoſitio. Vulgares editiones *attractionem* ſcribũt. quod nullo modo probo. Antonius Auguſtinus, de cuius fide & doctrina dubitare nefas eſt, *artationem* legit: quæ vox, cùm de literis agatur, hîc, vt reor, non ſignificaret correptionem (id enim ſyllabæ proprium eſt) ſed inculcationem & interiectionem. Nam arctare eſt interdum refercire, replere. Cicero pro Rabirio, Quibus cùm multæ naues refertæ fuiſſent, vna non patuerit parua arctata. Sic anguſtus interdum eſt plenus, denſus. Tibullus,

Pauper in anguſto fidus comes agmine turbæ
Subijcietque manus, efficietque viam.

Commutatio autem eſt, cùm pro litera, litera ponitur.

3 AERIFODINAE.] Sic Antonius Auguſtinus. editiones reliquæ, *Aurifodina*, quod vocabulum à Varrone damnatur: vetus liber, *Aretofodina*. Librarius videtur ſcribere voluiſſe cretifodinæ. Viocurus autem, non Viocurrus (ſic enim legendum cenſeo) eſt curator viarum, vt in libris de Legibus docui. Infrà hoc verbũ Varro ſic vſurpat in libro ſcripto, Simili de cauſa Publius & Coſconius, quòd ab iis viocuris dicuntur ædificati. In veteri etiam legitur explanandi gradus, Infimus in quo.

3 CONFINXERIT.] V. L. *Quod finxerit, quod declinarit.*

3 RVDENTISIBILVS.] Hæc vera lectio eſt. Legitur tamen in epiſtola Celii, Rudentum ſibilus. qui Pacuuij (vt opinor) carmen affert,

Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitru, rudentum ſibilus. Quintilianus, *Nerei repandi poſterum incuruiceruicum pecus*, ex Pacuuio affert, verſum trochaicum. Adfertur & à Nonio,

Currum liquit, & chlamyde contorta clypeat brachiũ.

3 ET INITIA REGIS.] Qui ad quartum, inquit, gradum peruenerit, is rex fuerit, & planè nu-

meris omnibus rem abſoluerit. ſic enim illud Regis interpretor. Tale eſt illud Horatianum,

-At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,
Si rectè facies. Auſonius,
Qui faciet rectè, non qui dominatur, erit rex.

Sic victor, qui aliquid abſoluit & perfecit. Virgilius,

-Victorque virûm volitare per ora. Iterum,
Illi victor ego, & Phrygio conſpectus in oſtro.

Itaque victoriam Cicero in Bruto pro abſolutione poſuit, quæ nos voti compotes reddit. Eius verba ſunt, Eloquentem neminem video factum eſſe victoria.

3 AD OPINIONEM AVCVP.] Si ad primam & vltimam originem peruenire nō potero, quòd ea impoſitio multis antè ſeculis interierit, vt nullis in libris compareat (proinde obliuia appellat) quid opiner dicam: vt in noſtra valetudine opinionem interdum medici ſequi ſolent.

3 SECVNDVM non præteribo.] Lib. vet. *Secundum præteribo.* ac rectè: pollicetur enim ſe ad tertium gradum peruenturum, quòd non ſolùm ad Ariſtophanis & Cratetis (qui grammatici fuerunt) lucernam hæc elucubrarit: verùm etiam ad Cleanthis, qui philoſophus fuit. Itaque mox ſcribitur in bonis libris, Volui præterire eos qui poetarum modò verba, vt ſint ficta, expediunt. quod eſt, Volui vltra grammaticos progredi, & ad philoſophos peruenire. quod eſt tertium gradum attingere. Philoſophi autem Stoici perdiligenter enucleabant verborum origines, interdum ad ineptias vſque. quod cùm facit M. Tullius, nonnunquam ait ſe Stoicorum ineptias imitari. Cleanthes autem, Stoicus philoſophus fuit, vt omnibus eſt notum. Cæterum cùm lucernam dicit, per metonymiam lucubrationes & opera ſignificat.

3 AVT NOSTRA.] Aut Latina verba ſunt, aut aliena, vt Græca quibus vtuntur Latini, vel Thuſca, aut obliuia: quæ verba ſunt obſoleta & ignota, quorúmque homines Latini iam obliuiſcebantur.

3 PARTEM cùm ita.] Liber vet. *Partim quo ita inuenerim, ita opiner, ſcribam.* quæ ſcriptura plana eſſet, ſi quod poneretur.

4 PYTHAGORAS.] Hæc Pythagoræ principia attingit Ariſtoteles, & in libris De moribus ad Nicomachum, & in Auditione naturali. Eius etiam conſulendi ſunt interpretes.

4 EIVS enim interuallum.] Vet.lib. *Eius annui interuallum*: vbi &, *Fuerint motus*, legitur in plurali. Quadrigas autem quadripartitionem per tranſlationem dicit.

4 QVARE QVATVOR.] V.L. *Quare quod quatuor genera prima rerum, totidem verborum enim horum.* Puto legēdum, Totidem verborum minimum horum: vt oſtendit Varro in curſu.

4 DE HIS LOCIS.] V.L. *De quibus locis.*

4 LOCI origine.] Exordiens ab origine huius vocabuli, Locus.

4 COLLOCATVM.] Quod Varronis ætate Collocare dicebant, id ſuperiori memoria dicere ſolebant Locare: quod auctoritate Plauti confirmat. Locus eſt in Aulularia.

4 O TERRA trita.] Vetus lib. *O terra treca.* Quid ſi, O terra Creta? Sic autem dicitur vt terra Italia dici ſolet. Quidam, O terra Thrace, legunt: melius quidam Threſſa. Certa enim quædam regio, non orbis terrarũ intelligitur. Verſus eſt ſenarius cum alterius initio.

5 IN CVIVS MVRO.] Vetus eſt ſcriptura, *In ciuium muro*, pro, *In cuius muro*, & mox, *Vbi quicque conſiſtit*, non *quicquam.*

5 QVOADVSQVE id emitur.] Veteris libri ſcriptura eſt, *Quod vſque id emit quoad in aliquo conſtitit pretium.* emendandum cenſeo, Quod vſque idem it. Id enim pergere videtur, nec antè conſiſtere & conquieſcere, quàm locatum eſt conducenti mancipi & publicano.

5 LOCARIVM.] Proinde locarii apud Martialem ſunt, qui in ſpectaculis loca populo locāt: Hermes, diuitiæ locariorum.

5 LOCI.] Pro vtero & natura mulieris, ab auctoribus Latinis honeſto vocabulo appellari ſolent. Cato, Et ſi mulier eo lotio locos fouebit, nũquam ii viroſi fient. Lucretius, *locis quia non potis eſt adfigere adhæſum.* Sed & Græci. Dioſcorides lib. 1, μαλάσσει τοὺς τόπους καὶ ἀναστομοῖ.

5 VT ASIA, ſic cælum.] Optimé. nam cælum dupliciter intelligitur, tum illud in quo fixa ſunt ſidera, tum hoc citerius, quod aeris nomine cenſetur: vt Aſia duobus modis dicitur. Altera enim, pars eſt orbis terrarum: altera, regio eſt Aſiæ intra Taurum. Aſiam autẽ & Europam, duas ponere orbis terrarum partes videtur Varro: quæ diuiſio ſic à Salluſtio attingitur: In diuiſione orbis terræ, plerique in parte tertia Africã poſuere: pauci, tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa. Aſia autem ferè Varronis ætate ſumebatur pro prouincia quæ intra Taurum erat. Cicero pro Flacco, Namque (vt opinor) Aſia veſtra cõſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Strabo, οἱ δὲ ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύοντες, ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. id eſt, Illi autem prouinciam fecerunt, Aſiam appellantes, eodem nomine quo totam continentem. Cælum quoque interdum tantùm eſt aer, vt apud Ciceronem De fato, Tenue cælum Athenis. Cæterùm in libro veteri inueni ſcriptum, *Nam vt Aſia*, non, *Nam & Aſia.* &, *In qua eſt Ionia & prouincia noſtra.* quomodo legendum cenſeo, & *Cilicia* tollendum, quæ illius prouinciæ pars non erat. Mox etiam reperi, *Et id quod Pacuuius cùm demonſtrat, dicit.* Quod ex Pacuuio affertur, verſus eſt trochaicus cum principio alterius. Poſt, pars eius, diſtinguendum eſt, vt ſit appoſitio ſummum.

5 MEMORANT.] Abſolutus eſſet verſus ſi adderetur, vocant Graii aera.

5 SVORVM vnius &.] Vetus lectio, *Lucretius, Vnum & viginti*: quam nec improbo. Apparet ex hoc loco multo plures de rerum natura libros à Lucretio eſſe ſcriptos, quàm qui ad nos peruenere. Vnius eorum hoc erat initium. Scriptura quam non improbabam, oſtendit x x libros ab eo ſcriptos.

5 AELIVS GALLVS.] In veteri, Ælius tantùm legi: ac fortaſſe Ælium Stilonem, qui & Præconinus dicebatur, intellexit. Multis tamen locis Antonius Auguſtinus, homo & eruditionis & fidei plenus, Gallum addidit. Ælius autem Gallus libros ediderat De ſignificationibus verborum, quæ ad ius pertinebant: Stilonem tamen libentius intellexerim.

5 QVOD poſterior Ælius.] Sine Ælius, aliis in libris excuſis legitur, & in veteri manu ſcripto. Dicit à quodam poſteriore reprehenſam fuiſſe Ælii notationem, cùm celare potius à celo natú eſſe videatur, quàm celum à celando: aut, ſi Ælius additur, ipſe ſui corrector fuit poſterioribus libris. Scribit Plinius, cælati argumento dictum videri cælum Varroni: cùm hîc tamen veriloquium aliud ſequatur Varro. Verba Plinii ſunt, Cælum quidem haud dubiè cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Adiuuat rerum ordo, deſcripto circulo qui Signifer vocatur, in XII animalium effigies. Sed id in Satyris Varro ſcripſerat his verbis,

Mundus, domus eſt maxima omnium, quam
Quinque altitonæ fragmine Zonæ cingunt,
Per quam limbus pictus bis ſex ſignis
Stellis micantibus altus in obliquo æthere lunæ
Bigas acceptat Poſthumi: cui ſeplaſia fœtet.

Vocatur à cælatura cælum, Græcè ab ornatu κόσμος, Latinè à puritia mundus.

5 A CHAO CAVVM.] Vetus lib. *Conum*. fortaſſe Cohum librarius ſcribere voluit. Cohum enim, vt ait Feſtus, poetæ cælum vocauerunt. Receptam tamen ſcripturam non moueo, tantùm admoneo. Alii cœlum à κοῖλον deducunt.

5 NOCTIQVE CAVA.] Legendum cenſeo, Nocti quæ caua. Sunt autem verſus Anapæſtici. Scribitur etiam, Noctu. Sic Cæli cauernas dixerat Varro in Menippeis, his verſibus,

Nubes aquali frigido velo leues
Cæli cauernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.

Sed & Cortinam hemiſphærium vetus poeta dixerat, hoc verſu,

Corpore cæruleo caua quæ cortina receptat.

5 AD CAVATIONEM.] Id eſt, quia cauatum eſt cælum. Cæterùm hanc tranſlationem non improbat Varro: damnat Cicero lib. 3 De oratore, his verbis, Quanuis ſphæram in ſcenam, vt dicitur, attulerit Ennius, tamen in ſphera fornicis ſimilitudo ineſſe non poteſt. Attamen M. Tullius in libris De natura Deorum, illud eiuſdem Ennii multo inſolentius vſurpat: Epicurus dum palato quid ſit optimum, iudicat, cæli palatum (vt ait Ennius) non ſuſpexit. Qua tranſlatione mihi videtur vſus Ennius, propterea quòd à Græcis palatum, tãquam paruum cælum, appellatur: *οὐρανίσκος* enim dicitur. Minus etiam fortaſſe probaſſet Cicero, Clypeũ cæli dici, propter conuexitatem. Pro, *Ad cauationem*, libri alii etiam ſcripti, *Ad nationem* habẽt, pro, Ad procreationem, ac tum pars erit verſus Enniani. cælum enim Ennio omnia generat. Animam æther adiugat, ex eodem infrà ſcribit Varro. Natio etiam apud Ciceronem dea eſt quæ à naſcendo nominatur. Quidam Adnationem vno verbo legunt, id eſt agnationem. Inde enim oriundi ſumus.

5 CAVILLAE.] *Cauille*, vetus ſcriptura. quidam Caulæ emendant. nam à cauo nomen habent. Et apud Lucretium meatus & foramina corporis, caulæ vocantur,

Diſperſúmque foras per caulas corporis omnes.

vt & cauillum Plautus, *Iſthæc ridicularia, cauillationes vis, Opinor, dicere: ita vt pauxillum differat à cauillulis.* Vt alii, *à cauilibus.* Cauillæ hîc pro Cauillatione dicit. Mox vetus liber habet, *Cauete cauitiones.* Nam cauitiones pro cautionibus priſci dixere, Verrio authore: vt fortaſſe Varro verba quædam priſcarum formularum aut legum hîc ponat. Adiuuat porro & ſubleuat etymologiam Varronis (quæ multis alienior & longinquior videtur) Feſtus, qui cohum à poetis cælum vocari, vt dixi, ſcribit.

6 TERRITORIVM.] Varroni territorium lo-

cus eſt communis prope coloniam: Ciceroni ager colo- niarum eſt: vt in Verrem, Vt florentis coloniæ territorium minueretur. Pomponio vniuerſitas eſt agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis: quod (vt ait) vel à terendo vel à terrendo dicitur, quòd magiſtratus intra eos fines terrendi ius habeat. Frontinus ita de eo ſcribit, Quicquid enim ad coloniæ municipiíue priuilegiũ pertinet, territorii iuris appellant. Sed ſi rationem appellationis huius tractemus, territorium eſt quicquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt. Siculus Flaccus, Præmenſúmque quod vniuerſis ſuffecturum videbatur ſolum, territis fugatíſque inde ciuibus, territorium dixerunt. Initio autem (vt dixi) in coloniis territorium tantùm dicebatur, non in aliis ciuitatibus.

6 TERMENTARIVM.] Vetus lib. *Extermentarium:* ſed termentarium malim. Termentum quoque apud Plautum pro detrimento poni Feſtus ſcribit. Pro *Triuolo* autem, Tribulum malim, vt apud Maronem, Tribuláque traheæque. Hinc Tribulare apud Catonem, Permiſceto crebrò, tribulato cotidie. Id eſt, Perturbato agitatóque tanquam tribula. Sed & Treblam Cato dixit, In Lucanis ploſtra, treblas Albæ.

6 ITAQVE quũ is in Latio.] Aliquando legendũ putaui, Cumis & Latio. Cumani enim Græci erant, ſed Latinè multis antè ſeculis loqui ceperant, vt Liuius docet. Nunc nihil muto, ſed pòſt. In Latio, diſtinctionem noto, & annoto in veteri legi, In Latino. legitur etiam Cum terminus in Latio. Pro Termen autem puto ſcribendum Termon, aut (vt Ennius dixit) Termo,

Ingenti Vadit curſu qua redditus termo eſt.

Nos etiam τέρμονα pro τέρμα ſcribendum cenſemus ex veteri libro, ita origine poſtulante. Erant & aliquot alia verba Græca, quæ legere non potuimus.

6 CVBITIS pinſibant humum.] Lego pinſebãt. Melius in lib. ſcripto, *Ennium in terram cadentes, dicere, Cubitis pinſabant humum*, id eſt, feriebãt terram. Imitatio eſt Homeri. Vertit enim Ennius, ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ, id eſt Cecidit in cubitum, & mortuus eſt. Piſare etiã in Varrone Nonius legit: Vt in piſtonio piſetur ac torreatur.

6 COMBVSTVS, in ſepulcrum.] Qui Romanus vſtus eſt, aut in ſepulcrum abiecta gleba non eſt, humatus non dicitur. Feſtus in vocabulo Præcidanea, ſcribit Obiecta, Virgilius Iniecta:

-Aut tu mihi terram Inijce. Sed & Cic. lib. 2 De legibus, Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis ponitur, vt humati dicantur, id erat proprium tũ in iis quos humus iniecta cõtegeret. Eúmque morem ius pontificale cõfirmat. nam priuſquam in os iniecta gleba eſt, locus ille vbi crematum eſt corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba, tũ & ille humatus eſt, & gleba vocatur: ac tum denique multa religioſa iura complectitur. Mox liber vetus ſcribit, *donec in purgãdo homo eſt opertum:* ſed, vt opinor, In purgãdo humo eſt opertum, librarius ſcribere voluit: ac tum id intelligeretur, quod ad familiam purgandum exceptum erat. cuius meminit lib. 2 De legibus Cicero, illícque explicaui. Vſitata tamen lectio, *humo non eſt opertus*, ſenſum idoneum habet. Romani autem (vt hoc etiam addam) vbi in fauilla combuſti cadaueris os reppererãt, mortuum diuum eſſe factum clamabant, vt refert Plutarchus.

6 ET DICITVR humilior] Hæc in omnibus libris conturbata erant, etiam manu exaratis. ſic enim in omnibus ſcribitur, *Et dicitur humilior, quæ ad humum, Vt Sabini, Vt Lucani*, nullo planè ſenſu. Quæ poſt aliquot paginas ſequebantur, huc traduxi, ſententia ita poſtulante, atque connexui hunc in modum, Et dicitur humilior, demiſſior, infimus, humillimus. Cuius me rei admonuit Georg. Buccananus, vir doctiſſ.

6 LATIVM vtrumque] Nouum & vetus. Plinius, Latium antiquum à Tiberi Circeios ſeruatum eſt. Iterum, Et vltra Circeios Volſci, Oſci, Auſones, vnde nomen modo Latii proceſſit ad Lirin amnem.

6 DICTVS LATIVM.] Libri vet. *Dictus Latius.* vt ager aruus dicitur infrà, more adiectionis, & apud Plautum, *non aruus hic, qui arari ſoleat, Sed paſcuus eſt ager.*

7 AB ROMVLO.] Vetus liber, *Ab Romo.* Multi enim à Romo, non Romulo conditam ferunt Romam

Salluſtius ab Ænea, Vrbem Romam,ſicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani,qui Ænea duce profugi incertis ſedibus vagabantur.Qua de re multa Pompeius,Plutarchus,alii.

7 PEREGRINVS.]Peregrinus(Feſtus inquit) qui neque Romanus,neque hoſtilis habetur. In Gabino agro. Sed quod auſpicia habet ſingularia , ex veteri lib. pro Habent. Oſtendit cur in peregrino Gabinus non numeretur , & diſcernatur : quia ſuum quoddam genus auſpiciorum habebat à reliquo peregrinò agro diuerſum. Antonius Auguſtinus legit, *Peregrinus ſecūdū hos auſpicia habens ſingularia ab reliquo.* Pro, Feruntur auſpicia : in veteri legi, *Seruntur auſpicia.* Quidni enim dicatur,vt ſerere ſermonem,ſerere rumorem,ſic ſerere auſpicium? cùm etiam lumine arua conſeri dixerit Lucretius : & Plautus, *Conſitus ſum ſenectute.* Feruntur tamen ſede non moueo.

7 AGER DICTVS.] Vetus ſcriptura, *In qua terra quid agebant, & vnde quid agebant, aut quo fructus cauſa: a quo id Græci dicunt* ἀγρὸν, *vt ager, quo agi poterat.* Tantùm, *Quod fructus*, &, *Quod agi poterat*, ſcribitur malè(vt exiſtimo)pro, Quô. Ita enim & optimus & perſpicuus ſenſus fuerit.

7 IN QVADRATVM actus.] Vet. ſcriptura, *In quadratum actum, & latum & longum, eſt C. & x x.*

7 VT TRIBVS actibus.] Puto, Vt tribus partibus multiplicatæ idem tenent nomen. Libri ſcripti hîc diſertè habent, *Tenent.* Id oſtendit Columella, hunc locum attingens, lib. 5 cap. 1, Centuriam nunc dicimus(vt idem Varro ait) ducentorum iugerum modum : olim autem ab centum iugeribus centuria vocabatur, ſed mox multiplicata nomen retinuit. ſicuti tribus dictæ primùm à partibus populi tripartitò diuiſi, quæ tamen nunc multiplicatæ priſtinum nomen poſſident. Ideò autem ducenta iugera centuriam appellauerunt, quòd initio ſingulis hominibus bina diuiderentur , ita centenis ducentena:vnde centuria. Siculus Flaccus, Centuriis,quarum mentionem nunc facimus, vocabulum eſt datum ex eo: Cùm antiqui Romanorū agrum ex hoſte captum

captum victori populo per bina iugera partiti ſunt, cẽtenis hominibus ducenta iugera dederunt. & ex hoc facto iuſtè centuria appellata eſt. Varro De re ruſtica, Bina iugera, quòd à Romulo primùm diuiſa dicebantur, viritimque quòd hæredem ſequerẽtur, hæredium appellarũt: hæc poſtea à cẽtum centuria dicta. Quo ſanè loco non dicit, initio centum iugerum, vt hîc, fuiſſe: nec ſibi vtrobique conſtare videtur. Poteſt & ſine partibus legi multiplicatæ.

7 SEMINA.] Seminum nomine veniunt non tantùm fruges ſatæ, verumetiam ſtirpes & plantæ. Virgilius,

Mutata ignorent ſubitò ne ſemina matrem.

8 COLLES.] Fortaſſe potius à collo, quod eminet, quàm à colendo: præſertim cùm etiam δειράδες à Græcis appellari ſoleant ex ea parte. multæque notationes aliunde repeti, quàm vnde à Varrone accerſuntur, poſſunt.

8 SALTVS.] Sunt & ſaltus in aſſignatione agrorum quatuor centuriæ coniunctæ. Varro, Hæ porrò quatuor centuriæ coniunctæ, vt ſint in vtramque partem binæ, appellantur in agris diuiſis viritim ſaltus. Siculus Flaccus, in aſſignatione agrorum viginti & quinque centurias ſaltum appellat. Cùm viginti & quinque centurias (inquit) includũt, ſaltus appellatur. Eſt & ſaltus, ingens mons & eminẽs iugum, vt ſaltus Pyrenæus, ſaltus grauis.

8 QVOD non planè id.] Negatio ex veteribus libris meritò eſt addita. Significat enim Varro, ſemen ex eo habere nomen, quòd ſemimperfectum quiddam ſit, cùm ex eo perfectum quiddam tandem prodeat. Itaque à ſemi, vt cenſet, dicitur.

8 SECTA TERANTVR.] Triticum verbi gratia intelligit, non far. far enim in area non terebatur, cùm extricari ex ſuis folliculis nõ poſſet, ſed in piſtrino pinſebatur atque torrebatur. Vnde apud Catonem fiſtula eſt farraria, ad far pinſendum: & per ferias iubet Cato far expinſi, non item triticum.

8 LOCA PVRA.] Id eſt, non ædificata, non

conſtructa. Quo fortaſſe modo verba prætoris accipi poſſunt, ſic edicentis, Si homo mortuus, oſſáve hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id ſepulcrum, in quo ius non fuit, illata eſſe dicentur. Nam cùm ſepulcrum eſt, iam quiddam conſtructum & inædificatum eſt, neque iam locus purus eſt. Itaque permirum mihi videtur quòd ita prætoris edictum explicet Vlpianus. Purus autem locus dicitur, qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt: ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacare videtur. Nos tamen Vlpiano credamus.

8 NOVANDO.] Vt Proſtibile & Proſtibulum à proſtituendo: ſic Reſtibilis ager à reſtituendo dicitur, qui quotannis reſeritur. At noualis eſt qui alternis annis ſeritur, vt Plinius lib. XVIII, cap. XIX exponit: quo in capite vt acceſſiuncula huic loco addatur, legendum exiſtimo, In arando verſum peragi, nec ſtrigare in actu ſpiritus. Quod magno ſententiæ detrimento mutarunt in Striare in actu ſæpius. Quod me eruditiſſimus huius ætatis Gulielmus Peliſſerus, Monſpeſſuli epiſcopus, docuit: vt & apud Senecam ſcriptum eſſe in libris bonis idem mihi dixit, lib. IIII Epiſtolarum, Rurſus ad honeſta nitẽtes, quanto magis incubuerint, minúſque ſibi vinci & ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo, Tanto melior ſurge & ſpira, & cliuũ iſtum vno, ſi potes, ſpiritu exupera. Eſt autem hîc Nouare, quod antè proſciſſum fuit, arare. Heſiodus,

Εἴαρι πολεῖν, θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσει.

Præcipit enim hoc verſu vt vere aremus, æſtate nouemus: quod νεᾶν Græcè dicitur. Cicero de oratore, Opus eſt ſubacto mihi ingenio, vt agro non ſemel arato, ſed nouato & iterato. Alii Noualem interpretãtur, qui alternis annis vacet, nouandarum virium gratia. Varro lib. I De re ruſtica, Nouale dicit, quod ſatum fuit antequam iterum renouetur.

8 ARVVM.] Vetus lib. *Ager aruus*, vt apud Plautum in Truculento, *Non aruus hic, ſed paſcuus eſt ager*: & à Grammaticis ex Varrone memoratur: Ager aruus,

conſitus, paſcuus, florens. Varro De re ruſtica, interpretatur aruum, quod aratū nec ſatum eſt. Alii aruum interpretantur, agrum ſationalem.

8 ARATIONES.] Populi Romani vectigalia erant è portubus, quæ portoria dicebantur: è paſcuis, quæ ſcripturæ: ex arationibus, quæ decumæ vocabantur. Cicero Pro lege Manilia, Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit: tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura, vectigal cōſeruari poteſt. Proinde mox legendum eſt in eadem oratione, Quas in ſyluis habent, quas in agris, quas in portubus & cuſtodiis. Nam ſyluas pro paſcuis dicit. Vulgò malè excuſum eſt, In ſalinis. Scriptura igitur eſt, *Vectigal è pecore in ſyluis publicis paſcente*. Ac miror aliter explicatum & ab Aſconio & à cæteris. Plautus,

Nam aduorſum legem à me ob meam ſcripturam pecudem accepit.

AS. *Plerique idem quod tu facis, faciūt rei malè gerentes:*
Vbi non eſt ſcripturam vnde dent, incuſant publicanos.

Arationes erant agri publici, qui aratoribus colendi dabantur, & tanquam locabantur impoſitis decumis: aut denique agri etiam, qui decumas populo Romano pēdebant. Nec tam aratores domini erant quàm reipublicæ quidam coloni. Plautus eodem loco,

--Malè vertit
Res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſſim volo habere
Aratiunculam pro copia hìc apud vos. AS. *Non*
Aruus hic, ſed paſcuus eſt ager. ſi arationes
Ambituris, qui arare ſolent, ad eos verò ire melius eſt.
Hunc nos habemus publicum, illi alij ſunt publicani.

Sic arationes & aratores in Verrem Cic. ſemper appellat agros decumanos, & eos qui agros illos colebant, vt in IIII, Aratores inimici ſunt propter decumas. quid? qui agros immunes liberóſq; arant, cur oderūt? Iterum, Qui ſit iſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Hic eos cōplexus eſt qui portorium, de-

cumam; ſcripturam pendebant. Rurſum, Siue cuiquam ordini, ſiue aratorum, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum probatus ſit. Itaque ne domini quidem verè cenſebantur aratores, & illis agri adimebantur interdum, coloniſque aſſignabantur: vt ager Campanus lege Iulia aratoribus adeptus eſt, & colonis aſſignatus. nam Capuæ aratores erant. Cicero in Rullum de Capua, Vt aratores cultu agrorum defeſſi, vrbis domiciliis vterentur, idcirco illa ædificia non eſſe deleta. Rurſum, Illi Capuam receptaculum aratorum, nũdinas ruſticorum, cellam & horreum Campani agri eſſe voluerunt.

8 SVLCVS.] A Græco deduci videtur ὁλκὸς, & multæ notationes aliter quàm à Varrone informari poſſunt. In libro De re ruſtica, ſulcum interpretatur, qua aratrum vomere lacunam fecit. Quinto ſulco ſerere, aut ſexto, aut etiam nono, dicunt ſcriptores, pro Serere quinquies aratum agrum, aut ſexies aratum, aut nouies. Deriuat Varro Sulcum à verbo Suſtollo.

8 PORCA.] Porcam in lib. De re ruſtica, à porriciendo oriri cenſet, vt exta diis porrici dicuntur. Columella, Liras à ruſticis vocari eaſdem porcas, cùm ſic aratum, vt inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumẽtis præbeat. Eo genere arationis in Gallia nonnullæ prouinciæ vtuntnr, ne vligine ſoli ſata vitiẽtur. Idque ſulco arare, Gallicè appellamus. Hîc pro Proiecta, quibuſdam in libris ſcribitur Porrecta.

8 LARGITATVR ad aream.] Non ad fenile, vt prata largitur, ſed agros frumentarios. Sulpitius fortaſſe is fuit, qui loquitur in libris Ciceronis De oratore, qui Tribunus plebis ſeditioſus fuit. Vetus liber, *Diuidit enim eos eius, ſcribit Sulpitius.* Fortaſſe, Eos Seius, ſcribit Sulpitius. Ac Seruius Sulpitius iuriſconſ. intelligitur.

8 PRAEDIA.] Alii à præuidẽdo deducunt. Non ſolùm prædia obligantur, cùm quis quid de publico conducebat, ſed etiam prædes: ac prædes ipſi cum prædiis, ſi mancipes & publicani non eſſent ſoluendo, ven-

debantur. Cicero in Verrem, Vbi illa conſuetudo in bonis prædibus, prædiiſque vendendis omnium conſulum, cenſorum, prætorum? Prædia, inquit Aſconius, ſunt res ipſæ: prædes homines, id eſt, fideiuſſores: quorum res Bonaprædia nunc vno nomine dicuntur.

8 VBI NVNC Roma eſt.] Coniunxi cum eo quod malè diſtractum fuerat, hunc in modum: Vbi nunc eſt Roma, ſeptimõtium nominatum, ab tot montibus. vt ſententia flagitabat. Nam Roma, vt eſt apud Poetam, *—Septem vna ſibi muro circumdedit arces.* Vnde & Septimontium, feriæ quædam, à ſeptem montibus.

8 SAXVM TARPEIVM.] Pars erat montis Tarpeii, id eſt, montis Capitolini, vnde nocentes deiiciebantur. Plutarchus, Πλὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν, ἀφ' ἧς ἐρρίπτουν τοὺς κακούργους. Ex eo periuros præcipitatos aliquando fuiſſe legimus: nam periurio grauiſſima pœna conſtituta erat. Sed & indicta cauſa Catinus Trib. pleb. Metellum Macedonicum meridie vacuo foro & Capitolio rapuit, vt de Tarpeio præcipitaret. quod à Plinio relatum eſt. M. etiam Manlius de ſaxo Tarpeio à Tribunis deiectus fuit: & eo, vt reor, genere pœnæ etiam Tribuni vtebantur in eos à quibus ipſorum ſacroſancta poteſtas imminuta fuiſſet. Dicebatur & Saxum. Horatius,

Deiicere è ſaxo ciues. Scribit Plutarchus à Patrobio & Vitellii ſeruis caput Galbæ deformatum & illuſum, abiectum eum in locum vbi interfici ſolerent ij, de quibus à Cæſaribus ſupplicium ſumeretur: eum autem locum, Sextertium vocari. Legimus, eos qui interficiebantur, ſæpe tractos ad Gemonias fuiſſe: ἀναβαθμοὺς appellat Dio. De Sextertio nihil vnquam prǽterquam eo loco legi: ac fortaſſe ſic locus ille appellatus fuerit de ſpatio ambitus ædium, qui Seſtertius pes dicebatur, id eſt, duo pedes ſemis, vt à Verrio ſcribitur.

9 HINC SVDOR.] Legendum puto, ex veſtigiis veteris ſcripturæ, Hinc ſudor, vdor. is quãuis deorſum in terrã: vnde ſumi pote, puteus, niſi potius, quòd

Æoles dicebant, vt ποταμὸν, ſic ποτῆρα & ποτὸν, vt nunc φρέαρ. In veteri eſt, *Sudor Vdores, quanuis*, reliqua planè & diſertè ſcribuntur: niſi quòd ſcriptum erat, Potura & poru.

9 PVTEOLI.] Feſtus, Puteolos dictos putãt, ab aquæ calidæ putore: quidam à multitudine puteorum, earundem aquarum gratia factorum. Rurſus, Puticuli (inquit Feſtus) ſunt appellati, quòd vetuſtiſſimum genus ſepulturæ fuerit in puteis: & dicti puticuli, quòd ibi cadauera putreſcerent. In Varronis libris legitur, Vt Ælius ſcribebat, Puticulæ, fœminino genere. Is locus erat ad Exquilias, vt Varro vltra, vbi ima plebs & inopes humabantur. Ad eum reſpexit Horatius fortaſſe, de Exquiliis loquens,

Hic miſeræ plebis ſtabat commune ſepulcrum
Pantolabo ſcurræ, Nomentanóque nepoti.

Scribit Vrbicus, in ſuburbanis, loca publica inopum deſtinata funeribus, culinas appellari. Quod ſequitur, Inde ſuſpiciunt perpetuò lumen: in veteri libro legitur, *Suſcipiunt perpetuos.* Funera autem ſignificat, quæ cum funalibus efferebantur. Puto tamen ex veſtigiis veteris ſcripturæ legendum, Quo deinde ſuſcipiunt perpetuò flumen lacus: Lacunæ, in qua ibi aqua. Nam, *In qua ibi aqua*, perſpicuè ſcribitur, & *Perpetuos lumen*, coniecturam affert legendum eſſe, Perpetuò flumen. Lacum autem hîc intelligo, quo ex flumine ad aquandum aut lauandum aqua excepta eſt, vt quò etiam ex aquæductu, aut fonte recipitur. Terentius,

Apud ipſum lacum eſt piſtrilla. Horatius,
--omnes Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacúque.

Aliter autem dicitur, vt lacus Lemanus, lacus Larius. Porro de humore cœperat diſſerere, & de puteo dixerat Varro: vt de lacu etiam, aliíſque, quæ ibidem ſunt loci, hîc tacere non deberet.

9 QVOD GRAECE στιμνόν.] Ex veſtigiis veteris ſcripturæ repoſui στεγνὸν, quod eſt στεγανόν. Hinc etiam Feſtus Pompeius emendandus eſt, in quo idem inoleuit error. Neſcio quid tamen etiamnum reſidet in Varrone vitij, cùm ſcribitur, *Quod nomen habet pri-*

mam: niſi ſi quis literam, ſcilicet A intelligat. Alij Primum potius ſcribunt, vt Stegnum primùm dictum fuiſſe ſcribat Varro, poſteà ſtagnum. quod equidem verum puto.

9 QVI circum Aternum.] Nam ad Aternum amnem erant Amiternini: quaſi Amaternini, id eſt Circumaternini, dicti.

10 ANCEPS.] Id eſt, duplex hiſtoria: qua in ſignificatione ancipitem poni declarat Nonius. Pro Dehebri, in veteri libro *Thebrim* reperi.

10 TRANSLATITIO nomine ab hominibus.] Hoc coniunxi cum Sabinis & Lucanis, cùm antè confuſa eſſent, & inordinata, magnáſque tenebras offunderent. non enim quod ſequebatur, cohæreſcebat. Sunt & nomina ab tot montibus: vbi vetus liber habet, *Nominatum ab tot.* quod adiuuat emendationem ſequentium. Vt autē ab Appulis Appulia dicitur, ita à Sabinis non poteſt declinari Sabinia. Quinetiam ætate Varronis in Lucanis potius quàm in Lucania dicebant: quāquam poſtea Lucaniam etiam dixerunt. quod apud Florum reperitur & alios.

11 SATVRNIA.] Totam dicit Dionyſius olim Italiam, Saturniam terram vocatam fuiſſe, his verbis, *καὶ ἄλλη δὲ ἀκτὴ σύμπασα, ἣ νῦν Ἰταλία καλουμένη, τῷ θεῷ τούτῳ ἀνέκειτο, Σατορνία πρὸς τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζομένη.* Antiquū autem oppidum Saturniam illic fuiſſe vbi Roma eſt, ſcribit Virgilius,

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

11 PANDANA.] Quæ ſic dicta eſt, vt ait Verrius, quòd ſemper pateret. Quem autem Iunium dicit, is eſt Iunius Gracchanus, cuius apud Pliniū mentio eſt.

11 MAXIME puto ab aduectu.] Malè veteres libri, *Ab aduentu*, niſi fallor. *Quod ea qua tum dicitur Velabrum, & Vnde eſcendebāt ad imam nouā viam, locus ſacellus.* Labrum paulo pòſt habebant libri veteres: ex quibus totū locū emēdaui, Quod de aqua tum, dicitur velabrū, & vnde eſcēdebant ad imam nouā viam, locus ſacer velabrum. Velabrum autē maius fuit, de quo hoc in loco Varro, & minus, de quo infrá. Ab iis palus fuit

in minori velabro: à quo quòd ibi vehebãtur lintribus velabrum, vt illud maius, de quo ſuprà dictum eſt. Velabrorum meminit Propertius,

Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quáque
Nauta per vrbanas velificabat aquas.

Antonius Auguſtinus hîc ſcribit, *Ad rumam noua via lucus eſt, & ſacellum Larum*, cùm in veteribus libris *Sacellus labrum* ſcriptum extet. In velabro autem ſacer locus erat, quod Velabrum dicebatur, vt Varro libro ſequente tradet. Accæ Larentiæ ſacrificium fiebat, qua in nouam viam exitur. Veteres porro Eſcendo pro Aſcendo dicebant, vt hîc Varro: & Liuius, A.D.X.Cal. Octob. ludorum Romanorum II die, C. Licinio conſuli ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, reddidit laureatas literas: quadrigis miſſis conſul currum aſcendit. Varro alio loco, E vinea in arbores eſcendit vitis. Iterum, In carnarium eſcendat. Velabrum ſunt qui non à vehendo ſed à velis deducant, ptoptereáque viam ad hippodromum ferentem è foro, ſolerent ludis intendere velis.

II VELLATVRAM.] Quod de nauibus homines traiicientibus hîc dicit, dicit de vecturis plauſtrorum in lib. I De re ruſtica. Item, Dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere. Plutarchus, τὴν δὲ πορθμείαν βηλατοῦραν καλοῦσιν. Id eſt, Tranſuectionem autem velaturam appellant.

II QVADRANTIS RATITI.] Veteres libri, *Ratici*: quod non ita probo, adductus Pompeii auctoritate, qui ſcribit Ratitum quadrantem dici, quòd in eo & triente, ratis fuerit effigies, vt nauis in aſſe. Quod & à Plinio ſcribitur, his verbis, Nota æris fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex altera roſtrum nauis: in triente verò & quadrante, rates. Quadrantis ratiti, finis eſt verſus hexametri. Ratitus, rati notatus & inſignitus dicitur. id eſt, ratem habens.

II TVM ARGEORVM ſacraria.] Argei loca erant in vrbe, vbi ſacra fiebant, à Numa conſecrata. Liuius libro I, Locáque ſacris faciendis, quæ Ar-

geos pontifices vocant, dedicauit.

11 SVBVRANA.] Hæ quatuor regiones, Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina, poſtea quatuor tribus vrbanæ fuerunt. Erat autem omnium tribuum prima Suburana: pro qua Ocriculana irrepſit in orationem ſecundam in Rullum. In bonis enim libris veteribus legitur, *In dena iugera deſcribat ab Suburana vſque ad Arnienſem.* vt Suburana ſit prima tribus, Arnienſis, vltima. Cõqueritur enim illic orator ordinem tribuum à Rullo negligi.

11 VIBENNO.] Libri ſcripti, *Cele vibenno.* Cælius à Dionyſio vocatur, ὧν ἀφ' ἑνὸς ἡγεμόνος ἐκ Τυῤῥηνίας ἐλθόντος, ᾧ Καίλιος ὄνομα ἦν, τῶν λόφων τις, ἐν ᾧ καθιδρύθη, Καίλιος ἐς τόδε χρόνου καλεῖται.

12 TVSCVS.] Liuius ſcribit, Profligatis ab Aricinis Hetruſcorũ copiis, Porſena rege, benignè qui cladi ſuperfuerint, exceptos eſſe Romæ, nuntiatáque ſuis hoſpitalium beneficiorũ benignitate, multos vrbis charitate captos, Romam migraſſe: eiſq; locum ad habitãdum datum, qui Tuſcus vicus appellatus ſit. Ita Liuio cum Varrone non conuenit. Verrius etiam aliter, qui Tuſcum vicum dicit eſſe nominatum ab iis Tuſcis qui recedente ab obſidione vrbis Porſena remanſerant.

12 VORTVMNVM.] Vertumnus apud Propertium ſe Tuſcum his verſibus dicit,

Tuſcus ego, & Tuſcis orior: nec pœnitet inter
Prælia Volſcinos deſeruiſſe focos.

12 QVATRICEPS.] Quatuor habẽs vertices, interpretatur Volaterranus, qui Quatricepſis legit, vt infrà Tricepſis, & Quinquecepſis, vt veteres lib. *Tricepſois* & *Quinticepſois* habent. Sed legẽdum, Quarticeps, Terticeps, Quinticeps: quòd Quartus, Tertius, Quintus, ſit mons & caput: ac perſpicuè oſtendunt ea quæ de Exquiliis ſcribit, ad ordinem iſta eſſe referenda. Sacrarium hîc dicit, vnum ex Argeis, vt ſuprà expoſuimus. Mineruium, eſt templum Mineruæ, vt Dianium, templum Dianæ. Mineruium etiã à Victore, vel (vt alij volunt) Ruffo ponitur in IX vrbis regione. Tabernola, pars quædam in vrbe ad Cælium montem. Cerioniam

autem dici putat Varro à κάρα, quod caput eſt, niſi fallor. Sacram autem viam ſcribit Pompeius appellandam eſſe à regis domo ad ſacellum Streniæ, & rurſum à regia vſq; ad arcem. In quo auctore, Screniæ, pro Streniæ, malè legitur, vt hic locus indicat. Idibus autem, ſacerdotes ſacra in arcem ferebant ad ſacrificandum, quæ ſacra Idulia vocat Pompeius. Ad eam conſuetudinem ſic alluſiſſe videtur Horatius,

- Dum Capitolium
Scandet cum tacita Virgine pontifex.

12 SVC tertia litera c non b.] Idem ſcribit Pompeius: ſed & Quintilianus lib. I. cuius hæc verba ſunt, Et Suburra cùm tribus literis notatur, c tertiam oſtendit. Nam cùm ſcribebatur notis, tribus literis exprimebatur, Suc, etiam Varronis ætate. Auguſtinus hîc legit, Tertia litera b non c.

12 ET LARIVM querquetulanum ſacellum.] Puto legendum, Larum querquetulanum, vt apud Liuium Larum permarinum. Nam querquetulum illic erat, & Larum ædes. Cælius etiam mons querquetulanus, à querna ſylua vocatus fuit. Quos Lares querquetulanos vocat Varro, appellare videtur Nymphas querquetulanas Pompeius. Mox libri veteres *meficis* habẽt: ego Mephitis rectum puto, vt & emendauit Auguſtinus. Virgilius, *-ſæuámque exhalat opaca mephitim.* Eſt autem interdum putor, interdum Dea, quæ Iuno cenſetur à quibuſdam, grauis odoris præſes. Pro, *Vna eſt*, ex veteribus libris correxi, *Vtæ eſt*, eleganti ſententia.

12 CISPIVS.] Quidam libri, Ciſpeus. Ciſpius (inquit Pompeius) in vrbe, Exquiliniæ regionis, de nomine cuiuſdam hominis dictus. Duo montes erant Exquiliis, Oppius & Ciſpius. Oppius (inquit Feſtus) appellatus eſt ab Oppio Tuſculano, qui cũ præſidio Tuſculanorum miſſus ad vrbem tuẽdam, dum Tullus Hoſtilius Veios oppugnaret, in Carinis conſederat, & ibi caſtra habuerat. Ciſpius à Ciſpio Anagnino, qui eiuſdem rei cauſa eam partem Eſquiliarum, quæ iacet ad vicum patricium verſus, in qua regione ædis Mephitis eſt,

tuebatur. Sic hæc in Feſto coniungi debent, quæ miſerè diſtracta ſunt, vt intelligi non poſſint. Cùm autem ſcribit Varro, *Exquiliis lucum fagutalem*, ſubaudire oportet, Habet, aut quiddam tale.

13 PRINCEPS.] Id eſt, primum caput, & primus mons Exquilinæ regionis.

13 TERTICEPS.] Id eſt, tertium caput & tertius collis, tertium iugum.

13 DEXTERIOR VIA.] Fortaſſe melius, Dexteriore via, auferendi caſu. vt paulo antè, Siniſtra, auferendi caſu dicebatur. Quod mox additur, *In ſingulis eſt*, puto deprauatum eſſe, pro, Exquiliis eſt: vt & paulo pòſt, *Ex quibus eſt*, pro, Exquiliis eſt, aut, *Exquilinus eſt*, vt in veteri libro.

13 SEPTIMVS MONS.] Vetus liber, *Sceptius mons*: quod verius puto. Lucum Petilium, lucum Petilinum vocat Victor. Auguſtinus Oppius legit: quidam Ciſpius.

13 VIMINIO.] Victor, Vimineo. alij libri, Vimino. Pro, *Qui quòd ibi Vimineta fuerunt*, alij libri, *Vimina nata fuerunt.*

13 ADVERSVM eſt pilonoris.] Varia hîc coniectura diſtractus fui, animúmque huc & illuc diuiſi. Nā modò legendum putaui, Aduerſum ædem Honoris, ædem Salutis: modò, Aduerſum eſt, Apollinis ædem, Salutis. Nam Apollinis ædes in Quirinali erat, vt ſcribit Victor. Exiſtimaui etiam commodius aliquando legi poſſe, Aduerſum eſt pilam Horatiam. Nam angularis erat in foro columna, ſpolia Curatiorum habens, vt Dionyſius ait, quæ pila Horatia vocabatur. Dionyſius, τὴν δὲ ἐπίκλησιν ἡ στυλὶς φυλάττει τὴν αὐτήν, Ὁρατία καλουμένη πίλα. Meminit & Liuius. Potuit enim è regione eſſe mōtis Salutaris. Sed vt omnes meas cōiecturas perſcribā, mihi veſtigia veteris ſcripturæ rimanti, deſiderari literam vnam, & duas tranſpoſitas eſſe, tandem in mentem venit: legíque debere cenſeo, Aduerſum eſt Apollinaris: vt ſit, Eſt è regione Apollinaris collis, vel Apollinaris vicus, cuius meminit Victor. quanquam illud alterum magis probo de colle Apollinari, in quo Apollinis

ædes erat. Eſſe enim potuit collis Apollinaris, vbi templum Apollinis erat.

13 HABERE SOLET.] Solet habitare. Dius autem Fidius (quem Græci πίστιον interpretati ſunt) ſanctiſſimè colebatur: & iuſiurandum eius nomine conceptum religioſiſſimum & ſanctiſſimum erat: adeò vt ſenex apud comicum, quem ſeruus enixiſſimè obteſtatus erat, obteſtationem eius inſtar iuriſiurandi nomine dij Fidij concepti eſſe dicat. Ait enim, *Per dium Fidium quæris, iurato mihi. Video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges.*

13 MVSTELLARIO.] Sic Auguſtinus ex veteribus, vt reor, libris habebat: *Inſtellario* tamen vetus liber. Meminit muri muſtellini Pompeius in Mutinitini ſacello: ſed aliud eſt. Quod ſcriptum erat in excuſis libris *Turaculum*, in ſcriptis reperi *Auraculum*: ſuppleui ſyllabam, & Auguraculum edendum curaui. Locus enim erat vnde augures captabant auguria, & auſpicabantur. Pompeius Auguraculũ, arcem dicit eſſe, quòd inde auſpicarentur augures. Nam & in arce inaugurabant, vt Varro dixit: & in arce apud Liuium inauguratur Numa. Victor auguratorium appellat, & in Palatio collocat. Ex Carinis quoque nonnulli ſunt qui captata fuiſſe auguria tradant. Eſt autem auguraculum quod Græcè dicitur οἰωνιστήριον. Scribit Higinus de caſtris metandis, in caſtris etiam Romanorum auguraculum fuiſſe, vbi duces auſpiciis operam dabant. Id Augurale vocat Tacitus lib. I I, Nocte cœpta egreſſus augurali per occulta & vigilibus ignara. Quod autem dicit Varro, Ædificium ſolum eſt, puto hanc ſententiam continere, nulla illic delubra & fana eſſe, ſed tantùm priuata ædificia.

13 QVI appellatur palatium.] Ager ſic dicebatur: & vrbs Aboriginum etiam in agro Rheatino erat Palatium nomine, X X V ſtadiis à Rheate diſtans, vt auctor eſt Dionyſius, qui priſcos illos Latinos ait Aborigines ad Latini ætatem vocatos eſſe: tum enim Latinos appellari cœpiſſe. Aborigines autem vocatos fuiſſe vel à montibus (qui Græcè ὄρη dicũtur) vel ab errore, quaſi

Aberrigines:vel potius quòd ſint tanquam auctores generis,id eſt, γενάρχαι καὶ πρωτογόνοι. Nam & origines Salluſtius appellauit μητροπόλεις vrbes, quæ colonias miſerũt, & populos auctores generis:Hæ'que breui(inquit)multùm auctæ, pars originibus ſuis præſidio aliæ decori fuere. Μητρόπολιν etiam elegantiſſimè, maiorem patriam vocauit Curtius, his verbis, Syracuſis id ſimulacrum deuexerant Pœni, & in maiore locauerant patria.

13 CERMALVM.] Pompeius, Cermalus (inquit)locus in vrbe ſic nominatus. nec aliud addit. Plutarchus in Romulo, Κατήνεγκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακόν, ὃ νῦν Κερμανὸν καλοῦσι· πάλαι δὲ Γερμανόν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, γερμανοὺς ὀνομάζουσιν. Id eſt, In locum valde mollem detulit, quem nunc Cermanum vocant, olim Germanum, vt apparet, quòd fratres germanos nominant. Ita Cermanum pro Cermalo ſcribit Plutarchus:apertéque oſtendit, vt & Pompeius, per C ſcribi debere, non, vt in omnibus Varronis libris, per G. In epiſtola autem tertia lib. 4 ad Attic. vbi ſic legitur, Nam Milonis domum,meámque Ceramio prid. Id. Nouemb. expugnare & incendere ita conatus eſt:mendoſum reor, & Cermalo emendandum. Habitabat enim Cicero in Palatio: ac perquam leuis fuerit iſta mutatio, quæ certiſſima coniectura nititur.

14 VELIAE.] Fragmenta quædam circunferuntur Catonis nomine,in quibus ſcribitur, Veliam eſſe alteram partem montis Palatini, à vellunda lana appellatam,ante monſtratam ab Hetruſcis tonſuram.

14 VELLERA.] Vetus liber *Vellemera*, In libris De re ruſtica, Vellera & Vellimina. Verbis priſcis vtitur magis quàm delectatur Varro, vt ſuprà dixit. Vellimina à vellimen recto, vellemera inſolens omnino, & inauditum magis.

14 TRIBVS appellatæ.] Non tribus, ſed centurias fuiſſe equitum Liuius ſcribit: cui hac in re cum Varrone minimè conuenit. Aſtipulatur Liuio Horatius, cùm pro equitibus dicit,

Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes. Quid autem vetat ſic appellatas fuiſſe equitum centurias &

agri partes? Dicuntur autem Tatienſes & Titienſes, vt quos Varro ſodales Titios nominabit, appellat & Lucanus hoc verſu,

Semptemuirque epulis feſtis, Titiique ſodales. Alii etiã Tatios vocant. Etiã Tatienſes vocat Propertius Tities;

Hinc Tities, Rhamnéſque viri, Luceréſque coloni. Hîc quibuſdam in libris legitur Taties & Rhamnes. Tatiẽſes nomen habent à Tito Tatio.

14 IVNIVS.] Gracchanus cognomento, à Gracchi amicitia, vt ait Plinius, vocatus, qui Commentarios ſcripſerat, multa antiquitatis Romanæ documenta & exempla continentes. Eius lib. 3 De legibus meminit Cicero. Lucumonem autem, à quo Luceres vocati ſunt, ſcribit Dionyſius veniſſe Romulo auxilio contra Tatium.

14 VOLVMNIVS.] Vetus lib. *Voluius.*

14 SVBVRANA.] Triginta quinque tribus erant, vrbanæ quatuor, triginta vna ruſticæ. Earum certus erat ordo in ferendis ſuffragiis, ac poſt prærogatiuam, quæ ſortitione fiebat, ſuo quæque iure & ordine vocabatur. vnde tribus iure vocatas, exiſtimo appellatas eſſe. Nam & ex hoc Varronis loco colligere facile eſt, certum quendam earum ordinem fuiſſe, & ex Cicerone in Rullum: qui conqueritur in agri diuiſione & aſſignatione Rullum incipere à Romilia, neglecto tribuum ordine, id eſt, prętermiſſis quatuor vrbanis, Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina. à quibus primis incipere debuerit.

14 ETSI Harpocrates digito.] Etſi Harpocrates qui digito premens labrum, ſignificat ne hæc euulgem, tamen hoc dicam. Plutarchus de eo (quanquam in Plutarcho κερατοκεράτης malè legitur:) Διὸ τῷ στόματι δάκτυλον ἔχει προσκείμενον, ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον. id eſt, Itaque digitum habet ori adpoſitum, ſilentii & taciturnitatis indicium. Proinde ſcripſit Catullus, *- Et patruum reddidit Harpocratem.* Pro, mutum & elinguem reddidit. Sigalion etiam dicebatur. Auſonius, *Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet.* Plutarchus Harpocratem ſcribit filium fuiſſe Iſidis exterricineum, id eſt,

ànte exactos menſes genitum : quem ἠλιτόμηνον Græci vocant. eundem etiam pedibus debilem. Cùm autem ait, Etſi Harpocrates digito ſignificat vt taceam, ſentit myſteria & arcana ſacra non eſſe enuntianda. Qui ſunt Taantes & Aſtarte apud Phœnicas, addidit Auguſtinus, de ſuis (vt exiſtimo) codicibus. nefas enim eſt malè ſuſpicari de docti hominis & in literis religioſè verſantis fide. Taantem Euſebius (ſic enim vocat) dicit eſſe apud Phœnicas Mercurium, qui ab Ægyptiis Thot vocetur. Aſtartem, Venerem. Hanc Deam Salomon, veræ pietatis & religionis deſertor, tandem coluit.

14 AMBRACIA.] Sic Auguſtinus. Alii libri, *Quas Samothracia.* Dionyſius ſcribit, Æneam veniſſe Ambraciam, & in Actio ædificaſſe Veneri templum & diis magnis, qui quidem ſunt Samothraces. Ita etiam Ambracia meritò retinemus.

14 SAMOTHRACES.] Varro humanarum rerum libro ſecundo referebat, Dardanum deos penates ex Samothrace in Phrygiam, & Æneam ex Phrygia in Italiam detuliſſe. Macrobius ait eos Deos fuiſſe, Iouem, Iunonem, Mineruam : & Caſſius Hemina eoſdem Romanorum penates & Samothracas deos fuiſſe ſcripſit, eóſque propriè dictos fuiſſe θεοὺς μεγάλους. Apud Euſebium lib. 1 Præparationis euangelicæ, Samothraces dii ſunt Caſtor & Pollux, aut Cabiri, aut Corybantes. Id tamen reprehendit Varro, & ad rerum principia deos illos reuocat. Tertulianus de Samothracibus hoc ſcribit, Ante eas tres aræ trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus : eoſdem Samothracas exiſtimant. Iuuenalis, *- Iuret licet & Samothracum Et noſtrorum aras.* Eorum ſacris religioſſimis homines initiabantur.

15 HVMIDVM & frigidum.] De corpore accipio. animæ enim eſt calor & ſiccitas. Itaque mox ſcribet, quòd per hos natura frigori miſcet calorem, atque humori aritudinem. nam animam, vt ſcribet, æther adiugat.

15 PVLLIS.] Ad hunc Ennii locum reſpexiſſe

Lucretius videtur, cùm ſcripſit,

An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe,
Ennius vt noſter cecinit.

Parire autem more priſco, pro Parere, dixit Ennius: Genus pennis cõdecoratum, id eſt, per circumlocutionem, aues. vt apud eundem Ennium, *Corpora pennipotentum*, ſunt corpora auium.

15 ZENO.] Auctor ſectæ Stoicæ, qui certa temporum vice cenſet in ignem omnia deflagrare, deinde ex igne omnia renaſci. Verſus eſt trochaicus, quem affert ex Ennii Epicharmo. Pro, *Iſque totus mentis eſt*, Auguſtinus legit, *Iſque actus mentis eſt*. Quòd ait innumerabiles & immortales ignes eſſe, de cæli ſtellis interpretor, qui ignes, vt ait, animas generant: ſol autem etiam mentem hominum, vt præſtantiorem, præſtãtior & nobilior ignis. Cæterùm verſus eſt Pacuuii è Chryſe,

Mater eſt terra, ea parit corpus, animam æther adiugat. Id eſt, adiungit: vt Coniugat, coniungit, Iugat, iungit.

15 EX SE genuerunt.] Vetus lib. *Exgenuerunt*.

15 TERRAM corpus.] Ita vt reperi in Victoriano, & excudendum curaui, hoc ſenſu, Terram ipſam deperire & amare corpus, & mortuo homine corpus recipere quod genuerit, neque quicquam diſpendii facere. Auguſtinus duos verſus integros reponit,

Eſſe igitur corpus terram quæ deperit ipſam,
Et capit, & neque iam diſpendi conficit hilum.

hoc ſenſu, Corpus eſſe ipſam terram quæ corpus deperit, & capit homine mortuo, neque quicquam amittit animæ & corporis diſceſſu, cùm anima ſit ab æthere.

15 NATI SIT exitus.] Rectè, *Quòd natis exitus, inde Exitium*, emendauit Auguſtinus.

15 VBI NIMIVS.] *Vbi minus ardor*, codex Victorianus, bono ſenſu: nam minus calet hyems, nimis humida eſt æſtas. Nimius tamen malim.

15 IN LIMINE.] Plutar. in Problematis quærit quamobrem apud Romanos noua nupta ignem & aquam tangere cogebatur, & rationem commemorat, Varronis verbis conſentaneam.

15 IVNCTIONE ſumit Venus hinc comicus.] Vetus, *Iunctione ſuis Venus, comites hinc.* lego, Iunctionis, Venus: comites hinc. vt Varro Venerem à vi ignis & aquæ coniunctionis dictam ſcribat, ac proinde in nuptiis ignem & aquam comites eſſe Veneris dicat. Mox lego, Comicus, victrix Venus: vt ab aliquo comico ſic vocatam Venerem intelligamus.

15 SED VINCIRE.] Victricem eſſe dictam ait, non tam à vincendo quàm à vinciendo: vt & mox Victoriam, quòd ſuperati hoſtes vinciuntur, dici putat: quod mirum fortaſſe videatur.

16 MALAM VIERE.] *Malaci*, id eſt molles, vetus. fortaſſe etiam Malacam legi poſſet, id eſt, mollem. Sic in Bacchidibus Plautus Malacum pallium dicit. Hic verſus apud Cenſorinum valde deprauatus eſt, vltimo capite.

16 PALMAM.] Putem potius à ſimilitudine palmæ humanæ, vt & Palmites. In libris De re ruſtica, palmam in vitibus à pariendo deducit, his verbis, Poſterior, quo ea vitis immittitur, ad vuas pariendas, dicta primò videtur à pariẽdo parilema: exin mutatis literis, vt in multis, dici cœpta palma. Ita Varro ſibi non ſatis conſtat.

16 SIGNIFICANTES.] Excuſi libri, *Significantes Veneris*: vetus, *ſignificāt ſe Veris*. Fortaſſe, Eſſe veris. nam ver maximè eſt genitale. Et paulo antè, Natura potius ver expectat. Auguſtinus Veneris tollit.

19 SATVRNVS.] Ab ſatu dicitur Varroni, vt Nocturnus, qui apud Plautum deus eſt noctis, à noctu. Ciceroni Saturnus, quòd ſaturetur annis, appellatur: quòd deus is conuerſiones & ſpatia temporum contineat. De cereis Saturnaliorum ſcribit Macrobius.

16 OPS.] Macrobius de Saturno & Ope: quôs etiam nonnullis cælum & terram eſſe perſuaſum eſt, Saturnúmq; ab ſatu dictũ, cuius cauſa de cælo eſt: & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur: vel ab opere, per quod fructus frugéſq; naſcuntur.

16 ISTIC eſt is.] Verſus ſunt trochaici.

17 NEGANT ſub tecto.] Cato apud Nonium

Itaque domi ritu noſtro, qui per Dium fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium. Item de quadam dea dicit Plinius, quam tamen non nominat, his verbis, Seiámque à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in circo videmus. Tertiam ex his nominare ſub tecto religio eſt. In Plinio putem legi debere, vt libri ſcripti habent, Seriam. Seſſiam Tertulianus vocat, Macrobius Saiam, vt Segeſtam Segetiam. aitque, ſiquis nominaſſet Salutem, Semoniam, Saiam, Segetiam, Tutelinam, ei ferias obſeruandas fuiſſe. Tertia illa dea, quam religioſum erat ſub tecto nominare, Tutelina (vt reor) erat. Tertulianus de circo loquens, Delphines Neptuno vouent, columnas ſeſſias, à ſementationibus: meſſias, à meſſibus: tutelinas, à tutelis fructuum, ſuſtinent. Ante eas tres aræ tribus diis parẽt, magnis, potentibus, valentibus: eoſdem Samothracas exiſtimant. Hic locus & ad ea pertinet quæ antè Varro de Samothracibus diſſeruit, & dearum, quas in Circo fuiſſe Plinius dixit, columnas memorat: & verſum Iuuenalis illuſtrat,

Conſulit ante phalas, delphinorúmque columnas.

17 SANCTVM.] Sillius,

-- Pars ſanctum voce canebant

Auctorem generis, pars laudes Sabe canebat

Ore tuas. Deus ille Sabinorum à Romanis Sanctus vocabatur, à Sabinis ipſis Sancus. Itaque hîc nonnulli libri veteres habẽt *Sancus*, alij *Sangus*. In fragmento Catonis ſcribitur, Sangum gentilem Sabi, pronuntiari à Sabinis, Sanctum a Romanis. Propter viam fit ſacrificium (ait Verrius) quod fit proficiſcendi gratia Herculi, aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt deus. Qui me locus admonet, vt locum Catonis apud Macrobium emendem, in quo legitur Pteruia, pro Propter viam. Verba Macrobij ſunt, Sacrificium apud veteres fuit, quod Propter viam vocabatur. In eo mos erat vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Hinc Catonis locus eſt. Namque Albidiũ quendam, qui ſua bona comediſſet, & nouiſſimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, propter viam feciſſe dicebat: quod

comeſſe non potuerit, id combuſiſſe. Simile eſt illud Plauti, vt reor, in Rudente,

Propter viam illi ſunt vocati ad prandium.

Sanctum Herculem dici à ſanciendo dicit Propertius,

Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem:
Sic ſanctum Tatiæ compoſuere Cures.

17 DIESPITER.] Dieſpiter eſt Iupiter, diei pater, vt exponũt interpretes Horatij, illo verſu, *Namque Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens.* Gellio etiam Dieſpiter, eſt diei & lucis pater: vnde & Diiouis & Lucetius (inquit) dictus eſt, quòd nos die & luce, id eſt vita, afficeret & iuuaret. Dieſpiter etiam eſt infimus aer, & Iupiter infimus, id eſt, Dis pater, qui & infernus Iupiter dicitur: vt Proſerpina, eius vxor, Iuno inferna. Aboriuntur autem dixit pro Intereunt.

17 FINIS ORTVS.] Vetus, *Finis orcum.* Itaque legendum ferè putem, Finis orcum, orcus dictus. vt Orcum pro loco dicatur ab eo in neutro genere: quanquã etiam in maſculino dicitur frequentius Orcus, vt & pro deo. Nã infimus Dieſpiter eſt Orcus, id eſt Pluto, qui infernus Iupiter vocatur: vt eius vxor, Proſerpina, inferna Iuno. Vergilius, *Iunoni infernæ dictus ſacer.*-- Orcius theſaurus inferi in epitaphio Næuii; Ortus tamen à me non ſummouetur.

17 NOCTILVCA.] Horatius,

Rite creſcentem face noctilucam.

Hoc cognomine colebatur in Palatio Luna, & noctu in eius templo lampades lucebant. vnde libro v ſcribit Varro, Noctiluca lucere, ab luce, quòd propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus. Apud Varronem etiam in Marcipore, Noctiluca fax erat, vt coniicio, cùm ſcripſit, Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo: anima reuiuiſcit.

17 APOLLINIS vocabulum.] Dicit Apollinem vocabulum eſſe Græcum, Dianam Latinum.

17 ET HINC quòd luna.] Quidam non omnino malè legunt, & hinc quòd Diuia, quia ſequitur mox Diuiana. Sed Diuiana Dianæ originem ſatis exprimit; Quærit enim cur Diana vocetur, quod nomen La-

tinum eſſe dixit: ac Dianam à duplici via, & ab eundo dupliciter in altum & latum, vocari cenſet, quaſi diuianam & diuiam. Nigidius tamē apud Macrobium Dianam, Ianam interpretatur.

17 PROSERPENS beſtia.] Verſus eſt Plauti in Penulo,

Biſulci lingua quaſi proſerpens beſtia.

Et idem comicus in Aſinaria ſcribit,

Fac proſerpētem beſtiam, duplicē vt habeam linguam.

Vbi Proſerpens beſtia, eſt ſerpens.

17 ALTERA terra.] Sic è libro ſcripto reſtitui. Nam, vt ſcribit Cicero, Xenophanes habitari in luna putauit, eámque terram multarū vrbium eſſe & montium. Hic igitur Varro ſignificat terram eſſe quandam lucentem. Nomen autem Iunonis multis deabus Latini tribuebant. Sic Iuno vocabatur Iouis coniux: ſic Proſerpina, quæ (vt dixi) Iuno inferna vocabatur: ſic, vt virorum Genij, mulierum Iunones erant: vt apud Petronium iurat meretricula,

Iunonem meam mihi iratam habeam.

& apud Iuuenalem de viro muliebria patiēte, & molli,

Et per Iunonem domini iurante miniſtro.

Iuno etiam Lucina, Diana eſt, quam parturientes inuocabant. vt apud Terentium pariens Glycerium, Iuno Lucina fer opem, clamat.

18 VT QVI denaſcitur.] Id eſt, qui moritur. Aliter, Quod denaſcitur. Scindit autem, eſt penetrat, ingreditur, penitus ſubit. Quidam legunt Gignit.

18 ET FVLGVR quod fulmine.] Puto, Et fulguritum, quod fulmine ictum. Plautus Trinummo,

Nam fulgurita ſunt hic alternæ arbores.

id eſt, fulmine ictæ. Auguſtinus legit, *Et fulgur: quòd fulmine ictus Phaethon.*

18 CONTRARIIS DIIS.] Vt diis qui aquæ præſunt: ſunt enim contrarij ijs qui præſunt igni. nam de diis aquæ hic enucleat.

18 IVTVRNA.] Seruius dicit Iuturnam, fontem eſſe in Italia ſaluberrimum, iuxta Numicum amnem, vnde Romam ad omnia ſacrificia afferri aqua ſoleret.

Maro Nympham ſororem Turni fuiſſe canit. Tēplum Caſtoris ad lacum Iuturnæ Romæ erat,

Fratribus ille deus fratres de gente deorum
Circa Iuturnæ compoſuere lacus.

Sed & ædes Iuturnæ erat ad aquam Virgineam.

18 VT TIBERINVS.] Deus & genius Tiberis. Cicero lib. I I I De natura deorum, Tiberinū, Spinenem, Anemonem, Nodinū, alia propinquorū fluminum nomina videmus. In Cicerone legerem libenter Anienonem, ab Aniene amne. quanquam eius deum Anienum vocat Papinius, *Illis ipſe antris Anienus fonte relicto.* Et Propertius, *Acceſsit ripæ laus Aniene tuæ.*

18 VELINIA.] Nympha, quæ Velino lacui præſidet. In veteri ſcribitur, *Ab lacu Velini.*

18 COMITIAE.] In lacu Cutiliēſi inſulam eſſe, quæ huc illuc vagetur, cōmemorat Macrobius: & Dionyſius his verbis refert, οἱ δὲ Πελασγοὶ (τυγχάνουσι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατὰ δαίμονα περὶ Κοτύλην πόλιν Ἀβοριγίνων αὐλισάμενοι, πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης) ὡς τήν τε νησίδα τὴν ἐν αὐτῇ περιδινουμένην κατέμαθον, &c. Id etiam oraculum ſignificat, Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται. Meminit & Plin. lib. I I. In libro ſcripto reperi *Lymphæ comitiæ.* quidam etiam *Commotiæ* legunt.

18 NEPTVNVS.] Ciceroni Neptunus, à nando dicitur, lib. I I De natura deorum.

18 SALACIA.] Cicero in Timæo, quam Græci τηθὺν vocant, Salaciam eſt interpretatus: vbi ſcribit, Oceanum & Salaciam cæli ſatu terræque conceptu generatos atque editos. Ea (vt Varro cenſet) à Salo dicitur, vt & inſula, quòd in ſalo ſit.

18 VENILIA.] Venilia nympha, Amatæ ſoror, Turni mater, vt Turni ſoror Iuturna. Maro,

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.

18 QVOD ille dixit.] Apud Plautum initio Ciſtellariæ, *Itaque ventum gaudeo*, emendauit illinc Auguſtinus rectè, cùm in Varronis libris, Ventum gaudet, legeretur. In Varrone legitur, *Quod tibi dixit.* in Plauto, *Quod ille*, & melius.

18 POLLVCES.] Plautus vſurpauit in Bacchid.

Caſtor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules.

18 NOVENSIDES.] Horum ſæpe meminit Liuius. Sed & Arnobius hunc in modum qui ſint explicat, Nouenſiles Piſo nouem deos eſſe credit in Sabinis apud Trebiam conſtitutos: hos Granius muſas putat, conſenſum accommodans Ælio. Nouenarium numerum tradit Varro, quòd in mouendis rebus potentiſſimus habeatur, & maximus: nouitatum Cornificius præſides, &c. Pro Feronia, libri ſcripti *Cerronia* habent, malè, vt reor. Huius deæ meminit Flaccus,

Ora manúſque tua lauimus Feronia lympha.

18 LARAM.] Non ſatis eſt plana hæc libri veteris ſcriptura, *Dicimus Heccalem*: vnde fecerunt multi, Dicimus Herculem. quod fortaſſe verum eſt. Larám ſcribit Antonius, vt opinor, è veteribus libris. quod ſi eſt, ea veriſſima ſcriptura ſit. Lara autem eſt Larum mater, inquit Lactantius: quæ eadem etiam Muta & Larunda dicitur. Auſonius, *Nec Genius domuum Larunda progenitus Lar.* Aliis Larum mater eſt Mania.

18 VOVIT OPI.] Eadem ferè apud Dionyſium verba ſunt, Τάτιος δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ Κρόνῳ καὶ Ῥέᾳ, πρὸς δὲ τούτοις Ἑστίᾳ καὶ Ἡφαίστῳ καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ Ἐνυαλίῳ, καὶ ἄλλοις θεοῖς, ὧν χαλεπὸν ἐξειπεῖν τὰ ὀνόματα Ἑλλάδι γλώττῃ. Quam autem Varro Opem appellat, Rheam dicit Dionyſius: quem Quirinum, Enyalium. Martem enim Quirinum intelligit Varro, non Romulum.

19 CLOACINAE QVE.] Cloacinæ ſimulacrum (inquit Lactantius) in cloaca repertum Tatius conſecrauit: & quia cuius eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. Septimius Florens, adyta Cloacinæ, ludens cùm dicit, cloacam intelligit, his verbis, in libro De pallio, Sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detuliſſet. Veneris Cluacinæ meminit Plinius, quæ ex eo nomen habebat, quòd Cluere lingua antiqua eſſet pugnare. Illic autem erat eius ſignum, vbi depoſitis armis ſe Romani & Sabini purgauerant myrtea verbena.

19 ALITES ALII.] Videtur legendũ, Ab alis. Nam ab alis alites dicuntur, vt volucres à volatu.

19 GALERITVS.] Alij fœminino genere Galeritã, Græci κορυδὸν. ſed & κορυδαλίδα, quam & ἐπιτυμβίδα Theocritus cognominat, quòd tanquam tumulum in capite habere videatur.

GREGES GERGERA.] Quid hîc ſibi velit Varro, equidem neſcio. γέργυρα fortaſſe legendum: quæ vox Græcis nõnullis multa ſignificat, vt inde grex videatur fortaſſe Varroni deduci. Eſt & γέργερος. Quid ſi dicat quædam auium nomina eſſe Græca, vt grus, γέρανος? quod mihi verius videtur. Itaque potius legendũ cenſeam, Vt quædam Græca, vt grues, γέρανοι. Eſt & Crex auis nomen Ariſtoteli, ſi quid ad emendandum hunc locum conferre poteſt.

19 CYBIVM.] Plinio Cybia ſunt fruſta pelamidum ſalſarum & confectarum. nam ſic ait vocari concíſam pelamidem. Hîc Varroni ſunt piſces ipſi, id eſt pelamides. Hiceſius apud Athenæum Pelamidas ait eſſe magna cybia: quòd (vt reor) parua & magna ſint, ſed magna pelamides vocentur. Ita Pelamis eſt Hiceſio quod Plinio Apolectus. Nam Pelamidum generis maximam Apolectum vocari dicit, Aut Triton, magni (vt ſcribit) Pelamidum generis, ex quo horæa cybia fiebant. Sic potius legendum cenſeam, quàm vt vulgò, *Vræa cybia.* Sed & in Varrone Horæum legerem, non Vræum. Hoc autem ſalſamentum nomen habet à verno tempore. eius eſt mentio apud Athenæum, niſi partes nominarent.

19 MELANDRIA ATQVE.] Sic ſalſi thynni partes vocantur. à cauda οὐραῖον dicitur. quod ſalſamentum viliſſimum, vt ait Plinius, erat. Melandria autem partes ſunt thynni ſalſi, quernis aſſulis ſimiles. Quanquam autem quæ caudæ proxima ſunt, viliſſima Plinius ait, Melandria tamen vocat. Itaque horæum hîc legere propè perſuadeor, vt in Athenæo & Plauto ſcribitur. nec quòd partes dixit, officit, cùm certæ fortaſſe partes vere ſalirentur, vt ſuauiores. nam in eo macra pinguibus præferebantur, & in partes ea ſalſamenta

ſecabantur. Siquis vræum mauult, ita explicet vt expoſui.

19 LINGVLACA.] Quid ſi potius Lingulata? quòd linguæ ſimilis ſit, præſertim bubulæ, vnde βούγλωσσος à Græcis dicitur. Sic Paſtinaca videtur vocari debere herba, à paſtini ſimilitudine: ſed & piſcis. Ac ferè labor vt putem Securiclatam vocari debere herbam eam quæ πελεκῖνος Græcè dicitur: quòd præ ſe ferat ſimilitudinem ſecuriculæ. Sed & Scandulatam libentius quàm Scandulacam dixerim: hæc tamen affirmare non auſim. Lingulaca Solea eſt. Plautus tamen à Solea eam diſtinguit in Caſina. Nam cùm dixiſſet *ſoleas*, mox ſubiecit, *Vin' lingulacas*?

19 SVRENAE.] A ſuræ ſimilitudine, vel ſuri, id eſt pali. Sic concha quædam vocabitur, de qua nihil vnquam legi. Alij libri *Sirenæ* habent: in quo æquè hæreo. Græcum enim videretur. E genere concharũ ſunt apud Plautum in Rudente Striatæ: ſi cui probari poteſt emendatio, in quam ſumus procliues, cùm ignorantiæ ſubſidium quærimus. Sunt & Veneriæ è concharum genere apud Senecam, epiſtolarum lib. XV. his verbis, Veneriæ, ſpondylíque, & oſtrea eatenus circunciſa. Vbi doctiſſimus ille Eraſmus nõ minus hæret quàm ego, in Surenæ explicatione, nec videt eſſe nomen conchæ: de qua ſic Plinius ſcribit lib. 9, Nauigant ex his Veneriæ, quæ (vt reor) ſic appellatæ ſunt, quòd hac cõcha Venus eſſe vecta dicatur. Papinius de Venere, *-Inque ſua ducet ſuper æquora concha.* Hoc vocabulum eſt corruptũ lib. XXXII Plinij. nam vbi legitur Vrenæ, vua, legendũ eſt, Veneriæ, vua. Quid igitur ſi vt illic Vrenæ pro Veneriæ, ſic hîc corruptum ſit? Sed ſimilitudo nõ apparebit, vnde vocabulũ vult ortum Varro, niſi quis ex eo dicat vocatas quòd ſimiles ſint ei, quæ vexit Venerẽ, aut partibus venereis, vt quæ Veretillia & Virginalia ab Apuleio vocantur. Inueni qui hîc Buccina legendũ cenſeret: cui tamen non ſubſcribo. Iſidorus cùm ſcripſiſſet de echino, Caro eius mollis, & minio ſimilis: Vris tribus modis dicitur, vt teſtudo ac peloris, & coclea, continuò ſubiicit. Vitiato tamen codice, putare quis poſ-

ſet Suris ab eo ſcriptum, quòd genus conchæ ſit. Sed Iſidorus mendoſus eſt, nec mihi operam in eo corrigendo hoc tempore ſumendam puto. Ego pro Surenæ, Mures libenter legerim. nam mures & muſculi è genere concharum ſunt, & à ſimilitudine nomen inuenerunt, vt & murices.

20 CERCERIS.] Liber vet. *Cæteris*: excuſi, *Cercuris*. Eſt Græcis κερκὶς, genus auis, & κερκιθαλίς. Cerceris, Auguſtinus, quod & commodius reor.

20 AT LYTRA.] Deducitur ab luo, quod eſt apud Latinos ſoluo. Itaque Lutra, non Lytra, ſcribi debet, cùm ſit (vt Varro oſtendit) dictio merè Latina. In codice ſcripto pro Lutra, *Lira* ſcriptum erat, inquinatè, vt exiſtimo: vt tamen putem librarium Lua ſcribere voluiſſe.

20 CONSVL FIAT.] Emendo, vt verſus conſtet, Fuat. Vetus liber, *Conſulciat*. quod idē valeret quod conſulat. Atque à vetere verbo Conſulcio, Conſultum videtur ortum, vt à fulcio, fultum. Niſi ſi quis cōfulciat librarium ſcribere voluiſſe putet. Conſulere autem hîc eſt In concione populum aut in Senatu patres ſententiam rogare. Vnde Conſul dicatur, apud Nonium lib. De vita Pop. Rom. Varro ita oſtendit, Quia iidem dicebantur conſules & prætores: quòd præirent populo, prætores: quòd conſulerent ſenatui, cōſules. Illic igitur paulo aliter quàm hîc. Hîc enim quòd cōſulunt populum & ſenatum: illic, quòd ſenatui conſulunt & proſpiciunt. Florus vocatos conſules dicit quòd meminiſſe deberent conſulere ſe ciuibus. Conſules προβούλους interpretatur Dionyſius. Erat & Conſulere apud veteres, iudicare: ſed & Conſul, iudex vocabatur. Atque hinc Conſulem vocatū qui tradant, non deſunt. Fabius, Sítne Conſul à conſulendo, an iudicando. nam & hoc Cōſulere veteres vocauerunt. Brutus erat Tragœdia Accij de exactione regis Tarquinij.

20 IVRE & exercitu.] Pro, Iuri & exercitui. Notat enim Nonius Varronem non rarò ablatiuo pro datiuo vti ſolere. Infrà, qui præiret exercitu, à Varrone ſcribitur: vt hîc, iure & exercitu. Nam exercitu pro

exercitui dicebāt. Vel iuri & exercitui, quod verius puto. Vel intelligendum eſt, Populo & cædis, quòd ſcilicet iure & exercitu præirent aliis. Prætor olim omnis erat magiſtratus qui exercitui præerat. Antè & Præ pro eodem dixit.

20 MALEFICIA.] Ante conſtitutas quæſtiones publicas repetundarum, peculatus, ambitus, de ſicariis, quia de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat permiſſum cōſulibus cognoſcere, quæſtores parricidij à populo creabantur, cauſa rerum capitalium quærendarum, vt Pomponius ait: vt in iudicio perduellionis. Ab eodem pop. creabantur duumuiri, cùm res flagitabat. Poſtea quæſtores, vel quæſitores, vocati ſunt prætores, qui de ambitu, vel peculatu, vel alia publica quæſtione quærebant, & iudicia exercebant. Apud Triumuiros, fures & ſerui (inquit Aſconius) accuſabantur. Itaque ſeruus apud Plautum dicit, *Quid faciam nūc, ſi Treſuiri me in carcerem compegerint?* Et in Aſinaria adoleſcēs ſe minitatur accuſaturū lenam apud Triumuiros capitales: *Ibo* (inquit) *ego ad Tresuiros, Veſtráque ibi nomina faxo erunt capitis.* Ita etiam nondum conſtitutis quæſtionibus ætate Plauti, tamen de maleficiis illis cognoſcebant Triumuiri, qui poſtea tantùm cognouerunt de maleficiis peregrinorum & ſeruorum, & de furtis ciuium.

20 CENSIONEM.] Nam cenſere veteres pro arbitrari dicebant. Varro, Itaque quòd hos arbitros inſtituerunt populi, cenſores appellarunt. Idem enim valet Cenſere & Arbitrari.

20 TRIBVNI militum.] Tum igitur nouem creabantur, poſtea XXIIII, vt Polybius ſcribit: quatuordecim iuniores, & decem ſeniores. Eorum tribunorum erant Ruffuli, qui in caſtris creabantur, & Comitiati, qui Romæ comitiis deſignabantur: ſed initio ſoli erat Comitiati. Pro Tatienſium, hîc etiam *Tatium* legitur.

21 MAGISTER populi.] Seneca, Præterea notat eum quem nos Dictatorem dicimus, & in hiſtoriis ita nominari legimus, apud antiquos Magiſtrum populi

vocatum. Hodiéque id extat in auguralibus libris, & teſtimonium eſt, quòd qui ab illo nominatur, Magiſter equitum eſt. Cicero De finibus, Rectius Magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magiſter fuit. Accēſos autem hìc cùm dicit, adſcriptitios intelligit, tanquam ad ſupplēdas legiones, quaſi ad legionum cenſum adſcriptos. Hos etiam quidam Velatos, alij Ferentarios, alij Rorarios vocabant. Hæc Feſtus. Varro lib. VI miniſtratores interpretatur, De vita pop. Rom. eos qui de adſcriptitiis erant attributi Decurionibus & centurionibus, eius verba ſunt, Qui de aſcriptitiis tū erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur. genus enim militiæ erant miniſtrantibus proximū, inquit Nonius. Varro, Vt conſules & prætores qui ſequuntur in caſtra, accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res ſæpius acciantur, velut accerſiti.

21 VT POTIFICES.] Sic correxi ex veteribus libris. Pote enim pro Poſſibile veteres dicebant. Ergo pontifices Scæuolæ ſunt, tanquam potifices, qui facere poſſunt, id eſt ſacrificare. Ita enim crebrò facere vſurpatur. Dionyſius autem Varronis ſententiam ſequitur, ita ſcribens, Οὗτοι κατὰ μὲν τὴν αὐτῶν διάλεκτον ἀφ' ἑνὸς τῶν ἔργων ὃ πράττουσιν, ἐπισκευάζοντες τὴν ξυλίνην γέφυραν, ποντίφικες προσαγορεύονται. Pons autem ſublicius, totus erat ligneus, neque quicquam erat in eo ferri; vt ſcribit Dionyſius.

21 ET VLS & cis.] Cùm vbique legatur *Ites*, coniectura adductus, quam oſtendebat ſenſus, Vls, pro Vltra, emendaui: quod & ab Auguſtino factum animaduerti.

21 CVRIONES.] Curiones triginta erant, quot & curiæ: nam ſacrificabant pro curiis. Dionyſius, Ἀπέδωκε δὲ μίαν ἱερουργιῶν διάταξιν τοῖς τριάκοντα κουρίαισιν, ὡς ἔφην τὰ κοινὰ θύειν ὑπὲρ τῶν φρατριῶν ἱερά. Illis autē in ſacrificiis vnà epulabantur Curiales magna cum hilaritate. Ac fortaſſe ea de cauſa ſcripſit Cicero lib. I De oratore, Vt dies inter eos curiæ fuiſſe videretur, conuiuium Tuſculani.

quod de die ſenatus interpretantur. Curiones ludis publicis epiſtolas hiſtrionum, comœdorum, tragœdorum legebant, cùm quid à populo, à principe, aut à ludorum domino petebant. Proinde ita ſcripſit Martialis, Video quare tragœdi epiſtolam accipiant, quibus pro ſe loqui non licet. Epigrammata Curione non egent, & contēta ſunt ſua (id eſt maledica) lingua. Nam in ludis per Curionem multa pronuntiari ſolebant. Trebellius ille per Curionem dici iuſſit, Taurum toties non ferire difficile eſt. Iterum per Curionem dici iuſſit, Impoſturam fecit, & paſſus eſt. Populus autem Romanus à Romulo in triginta curias diuiſus fuerat.

21 QVOD in ſacro.] Vetus lib. *In Latio.* & Auguſtinus.

21 CAPITE velato.] Flaminem Dialem ſine apice ſub dio eſſe nō licebat, ſed ſub tecto eſſe licebat: quod tamen à pontificibus ei conceſſum erat, cerimoniæ huius facti gratia. Dialis autem flamen galero vtebatur albo: pileúmq; eius Albogalerus vocabatur. Nō erat autem Flaminis caput tantùm tectum apice, id eſt galero, ſed etiam apex inuolutus erat filo. Itaq; quia laneo filo erant coronati, à Dionyſio στεφανηφόροι dicuntur. qui flamines (vt ait) vocati ſunt ἀπὸ τῆς φορήσεως τῶν πιλωτῶν τε καὶ στεμμάτων. id eſt, quòd geſtarent galeros & infulas. Nam στέμματα dicit filum quod apici circūdabatur. Hinc Lanigeros apices Virgilius ſcripſit. Seruius dicit eos habuiſſe pileum, quem cùm per æſtum ferre non poſſent, nec capite intecto eos eſſe liceret, capita filo religare ſoliti ſint. Nec verò tantùm apex dicebatur flaminis pileus, verum etiam oleagina in eo virgula. Flamen autem à filamine, id eſt à filo, nomen habuit.

21 FVRINAE.] Feſt. Furinalia, inquit, ſacra Furinæ, quam deam dicebant.

21 FALACRE.] Quis iſte Falacer ſit, nunquam legi. Singula circi ornamenta ſcribit Tertullianus ſingula templa eſſe: fortaſſe igitur cùm illic falæ eſſent, Deus qui eis præerat, Falacer dicebatur. Sed hæc coniectura eſt, eáque perexilis. De falis circi Iuuenalis,

Conſulit ante falas delphinorúmque columnas. Sunt

& Heſychio phalacræ quædam Nymphæ. Conueni qui putaret Deum caluitium arcentem: ſed hæc omnia ægrorum ſunt ſomnia.

21 IN COMITIO.] Alii libri, *In comitiis*:ſed, In comitio, malim. quòd Quinquatribus menſe Martio ſaltarent in foro, vbi comitium erat: & in Capitolio, duodecim erant à Numa inſtituti, qui Palatini vocati ſunt, vt quos addidit Hoſtilius, Collini & Agonales. Trabeati erant (vt ait Dionyſius) & apices gerebant altos, in conum faſtigiatos: & ancilia manu altera, altera haſtam tenebant, accinctíque gladio erant. eorum præſul motus edebat, & ab aliis referebantur. Illud, Ampiruare, hoc, Redandruare dicebatur. Lucil. *Præſul, vt ampiruat, ſic vulgus redandruat ipſum.* Motis ancilibus infauſtum erat aliquid ſuſcipi. Tacitus, Fuere qui proficiſcenti Othoni moras religionémque nondum conditorum ancilium afferrent. Suetonius, Sed & motis necdum conditis ancilibus: quod antiquitus infauſtum haberetur.

21 LVPERCI.] De Lupercis Liuius, Dionyſius, Plutarchus, conſulendi. Eorum in vrbe purganda agmina erant plura: quidámque Fabiani, quidam Quintiliani, à Fabio & Quintilio præpoſitis ſuis vocabantur. Proinde ſcripſit Propertius,

Vnde licens Fabius ſacra Lupercus habet.

21 FRATRES ARVALES.] De his ita ſcribit Plin. Aruorum ſacerdotes in primis Romulus inſtituit, ſéque duodecimum fratrem appellauit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice ſua, ſpicea corona, quæ vitta alba colligaretur, in ſacerdotio ei pro religioſiſſimo inſigni data: quæ prima apud Romanos fuit corona. honóſque is non niſi vita finitur, & exules etiam captóſque comitatur. Lego autem, Sunt qui à fratria dixerunt.

21 VT APOLLINI etiamnunc.] Vetus, *Apolli*: lego, Neapoli: quòd cùm oppidum Græcum eſſet, vt Athenæ, ſuas fratrias habebat. Fratria enim, tertia pars tribus eſt. Eo etiam nomine cenſetur ſodalitium.

21 SODALES TITII.] Tatii à Tacito vo-

cantur libro primo, à Lucano Titii: *Septemuirque epulis feſtis Titiique ſodales.* Vtrumque verum puto; cùm & Titienſis tribus à prænomine Tatii dicta ſit, & Titia curia ab eodem. Titii tamen ſodales à Varrone dicuntur, non Tatii, argumento Titiarum auium. De his ita ſcribit Tacitus, Vt quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum ſacris Sodales Tatios inſtituerat. Varro autem à Titiis auibus appellatos putat. Vetus interpres Perſii, Ingentes trepidare Titos, cùm poeta ait; à Titis Titos vocatos dicit. Seruius Palumbes dicit vulgo appellari Tetas. Iſidorus, Palumbes, inquit, eo quòd ſint fartæ pabulo, quas vulgus Titos vocat. An ſint hæ Titiæ aues, lectori coniiciendum relinquo.

21 FECIALES.] Feciales interpretatur εἰρηνοδίκας Dionyſius, Plutarchus εἰρηνοποιοὺς & σπονδοφόρους. Præerant fœderibus, & bella indicebant rebus repetitis per clarigationem: nec niſi rebus ab eis repetitis, bella pia & iuſta eſſe credebant. Cicero De Repub. Nullum bellum iuſtum haberi videtur, niſi denuntiatum, niſi indictum, niſi repetitis rebus. Itaque id fieri deſitum dicit Varro, poſtquam bella iuſta fieri deſiere. Varro De vita pop. Romani, Itaque bella & tardè & nulla licentia ſuſcipiebant: & quòd bellum nullum niſi pium putabant geri oportere, priuſquàm indicerent bellum iis à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Illa autem repetitio, Clarigatio appellabatur. Eſt tamen etiam Clarigatio, ius hominis prehendendi & abducendi: quòd (vt opinor) id publicè atque etiam per fecialem fieri licere, iúſque eſſe, promulgaretur. Id eò moneo, quòd doctiſſimis viris animaduerterim diſplicere hoc verbum in ea re poni quod ἀνδρολήψιον Græcè dicitur: cùm perſpicuè tamen à Liuio ſic vſurpetur, libro octauo ab Vrbe condita, his verbis, Vt eius qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, vſque ad mille paſſuum põdo clarigatio eſſet. Ætate Varronis per eos fœdus fiebat, iam bella ab eis non indicebantur. Vnus Fecialium, Pater patratus dicebatur, quòd & eum patrem eſſe oporteret, & patrem habere, quod e ſt patratúeſſe, quòd

ad patrandũ fœdus fieret,vt interpretatur Liuius. Alii, quòd perfectus & abſolutus eſſet, qui & parens eſſet,& parentem haberet.

22 HIPSICRATES.) Vet.lib. *ipſi Crates:* putaui legendum Ipſa Crates:vt nomen grammatici ſignificetur.quanquam Hypſicrates etiam à Luciano in Macrobiis nominatur hiſtoricus Amiſenus:qui quidni potuerit hoc,quod Varro dicit ſcribere?& grãmatica quædam relinquere?Itaque Hypſicrates retineo.Iſicrates legit Auguſtinus. Χόρτον autem (ſic enim lego , non cohorton, nec κόνθον) explicant grammatici Græci in Homero, αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ , cohortis ambitum ac ſeptum. à qua etiam ſignificatione illud Euripidis manauit σύγχορτα ναίω πεδία , pro finitimis & vicinis agris.

22 PILANI.] In legione Romana fuerunt Pilani , quos Polybius vocat γροσφομάχους & γροσφοφόρους, qui gladium,pila,parmam vel cetram ferebant : & Haſtati, qui loricam, ſcutum, gladium Hiſpanum , veruta duo ὑσσοὺς Polybius vocat. Eadem erat principum armatura & triariorum , niſi quòd pro verutis triarii haſtas habebant. Olim tamen etiam Haſtati haſtas gerebant , vt Varro ſcribit. Sed res militaris immutata fuit. Haſtati in prima acie pugnabant, in ſecunda principes , in terra triarii. Liuius,Haſtatorum prima ſigna, deinde principum erant , triarii poſtremos claudebãt. Ea enim(vt ſcribit Polybius) ratio erat apud Romanos aciei inſtruendæ.

22 ET POST] Lego,Sed poſt.& mox,Minus illuſtria ſunt.

22 DVPLICARII.]Vet.lib. *Duplicaui*.Duplicarii,melius.Sic apud Vegetium ſunt armaturę duplares, quæ conſequũtur binas annonas:Simplares,quæ ſingulas.Mox,Turma terma, vetus, *terima.* Curiatius quoque apud Feſtum quaſi terimam dictam refert : Terma tamen etiam placet.Paulo antè,Ab abſcindendo: *Ab obſidendo,* vetus. fortè Ab obſcindendo , quaſi obſidium, tanquam obſcidium,dicatur. &,vt opinor , non ſolùm obſidium ſcribebatur , ſed etiam obſcidium , vt diſſidium & diſcidium in libris ſcriptis reperimus. Non

multo pòſt pro Claſſicos, quod in omnibus eſt libris, legitur in veteri *Claßices.* non dubito quin Claſſicines emendandum ſit: nec officit quod lib.5 Claſſicus canat, ſcribitur. Nam claſſicus pro claſſicum illic ſcribitur. Canere autem claſſicum,aut,vt loquitur,claſſicus,dicitur,vt ſigna canere dicuntur. v.l. *claßices vocant à claſſe,qui item cornu vtuntur,cum claſſes comitiis comitatum legunt.* Quæ ſcriptura ſicui probatur,à comitare(quod eſt ſimul itare) ſupinum erit. Alii *Ad comitatum* legunt. Sic veteres comitia & conuentum vocarunt. Cicero, Niſi per maximum comitatum.Quanquam & in Cic.& Gellio comitiatum multi ſcribunt.

23 NVLLO EST.] Id eſt nihilo.

23 EAE OPIMAE.] Aliàs,*cui eſt opimé.*

23 COPIAE.] Vetus lib.*copiis:*puto legẽdum copis.Sic enim copioſus à veteribus dicebatur.

23 PRAESTIGIATOR.] Vt pilarii & ventilatores, & ψηφοκλέπται, omnéſque qui oculos ſpectantium fallunt.Monitor,qui monet hiſtrionem in ſcæna, auctor Feſtus. Nomenclatorem habebant candidati & petitores, qui nomina ſubiiciebat hominum quos prenſari & appellari oportebat. Eum ſignificat Horatius cùm ſcribit, *Mercemur ſeruum qui dictet nomina, ſæuum Qui fodiat latus.*

23 LEGVLVS.] Catoni (vt hîc Varroni)eſt qui legit oleam : quidam etiam adiiciunt,qui vuam. ac hîc legulus vindemiatore non adiuncto in excuſis & veteribus legi libris. Auguſtinus inſerit vindemiatorem. Vuam ni legito calidam, lex vetus eſt quæ legulos etiam in vua probaret.

23 VINVM legere.] Id eſt, vuas legere:nam hîc vinum,vua eſt.

24 PECVS.] Pecus pecoris,à paſcendo deducit. pecus pecudis, à pede. Pes magnus, area ædificii eſt,vt ait Varro,id eſt,ipſa loci planities : Sic pes planus, planities dicitur:vt pes quadratus,cubus.

24 PECVLATORIAE oues.] Id eſt, peculiatoriæ,quæ ſeruis aut filiisfamiliàs ſunt in peculio. Plautus peculiarem ouem dixit,

Etiam

Etiam opilio qui paſcit, mater, alienas oues,
Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.

Vetus eſt ſcriptura, *Peculacoriæ*. fortaſſe & peculia à pecore, quod verum puto.

24 HINC eſt quod.] Vet.lib. *Hinc eſt qui Græcis* ὗς, ſus, quod σῦς: bos, quod βοῦς. eámque lectionem veriorem puto.

24 Ἰτῦλος.] Vetus lib. ἰταλός: quæ vox taurum, vt inquit Heſychius, ſignificat. Apud Gellium Varro lingua veteri Græca, ἰταλοὺς, boues ſignificaſſe dicit.

24 OMNICARPAE.] Quòd omnia virgulta carpat. etiam capræ ab antiquis crepæ vocabantur. auctor Feſtus.

24 PORCVS.] Varro de re ruſtica, Porcus enim Græcum nomen eſt antiquum, ſed obſcuratum, quod nunc vocant χοῖρον. Itaque in Athenienſium initiis hoc nomen ſcriptum erat, cùm in iis Porci (vt Varro ait De re ruſtica) Cereri immolarentur. Eſt & apud Lycophronem πόρκος, quadruplex animal ad Iſtrum: à primo Porcopor: inde à Sabinis Porcòpor, inquit, vt puer ſuis dicebatur. nam ita in veteri libro legebatur. Auguſtinus legit, *Quod Sabini dicunt de aprino porco porcus: inde porcus.* Hoc ſenſu, Sabini catulum apri vocabant porcum: vnde nomen porci fluxit. In Auguſtino poridus ſcribitur, inemendatè pro porcus, vt reor. Ergo ſcribendum, A primo porco, vel aprino porco quod idem eſt.

24 ARES VETERES.] Vtrum Romani, an Græci, addere debuit. Et veteres Latinos intelligere videtur: Græcis etiam veteribus ἀρὴν erat.

24 ARVIGA.] Eſt etiam Pompeio Haruga, vel (vt alii in eo ſcribunt) Hariga, cuius adhærentia exta inſpiciebantur. Donatus, Haruſpex, inquit, ab haruga nominatur. Nam haruga dicitur hoſtia, ab hara in qua concluditur & ſeruatur. Ego putem Aruigam & Harugam & Haruigam ab eodem eſſe capite.

24 HINC aruignus.] Id eſt arietinus. Inde fortaſſe aruina dicta eſt, quaſi aruigna pinguedo. Alij aruigus hîc legunt.

24 QVAE CORNVA.] Cornigeri autem ſunt arietes.

25 NOCTVCVLVS.] Vetus lib. *Noctuculus*, id eſt interdiu & noctu. Fictum enim eſt nomen ex veteribus à luerbiis noctu & lucu: vt à diu, quod eſt die, perdius. Niſi fortè quis Noctulucu ſcribendum putet.

25 PANTHER.] Huius retis mentio in iure eſt his verbis, Veluti cùm futurum iactũ retis à piſcatore emeris, aut indaginem plagis impoſitis à venatore, vel panthera ab aucupe. Panthera autem in accuſatiuo ſingulari, nõ plurali, dixit, à nominatiuo Panther: nec fingendum nomen eſt Pantherum: vt nonnulli faciunt.

25 CAMELOPARDALIS.] Horatius eam intellexit, cùm ita ſcripſit, *Diuerſum cõfuſa genus panthera camelo*. Ea etiam ouis fera dicebatur. Viſa primùm Romæ eſt Dictatoris Cæſaris ludis Circenſibus, paulo ante horum librorum æditionem. Tigris primùm viſa Romæ eſt in dedicatione theatri Marcelli, multis poſt æditionem huius libri annis.

25 PROXIMA animalia.] Non me latet à quibuſdam philoſophis ſtirpes animalia cenſeri: etiam à Platone in Timæo. Tamen cùm hîc Varro eis vitam non animam tribuat, legendum videtur, Proxima animalibus: vt Auguſtinus legit: aut cùm in veteri libro ſic legatur, *Proxima me animal:* ſcribendum fortaſſe, Proxime animalia. id eſt, ſtatim poſt animalia. Quam veram ſcripturam cenſeo.

26 RVTA.] ῥύτη enim ab antiquis Græcis dicebatur. quod ab Aretæo & Nicandro nomen vſurpatur.

26 RADIX.] Hoc nomen apud Nicandrũ extat, ſed pro baculo, aut virga.

Κορίανδρον.] Scribendum puto, Item ex Græcis Latina, coriandrum à κορίαννον, malachen, cyminon. His enim vt iam Latinis etiam vtebantur.

26 PRAESICATVR.] Id eſt præſecatur. vt in Plauto, Exicas harundinem, pro execas. Sic braſſica vt præſica dicitur. Hæc per * id eſt, in lib. veteri ſcribuntur, & melius, cùm propius ad braſſicæ nomen accedant.

26 FERVNTVR VT.] Vetus lib. *Ferũt vt fruamur*.

26 ETIAM frumentum quod extat.] Vetus liber, *Etiam frumentum quod in ollico quo ſolet addi ex mola.* Puto ex his veſtigiis legendum, Quod ad exta olicoca ſolet addi. Pompeius, Aulicoca exta dicebant, quæ in aulis coquebantur, id eſt, elixa. nam ſæpenumero torrebant. Virgilius,

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.

In aruige hoſtia elixabatur. Varro, vt ex veteribus libris emendauit Auguſtinus, *Hæ ſunt quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur.* Antè enim legebatur, *Exta in veru coquuntur.*

26 AQVAE feruenti inſipitur.] Id eſt, iniicitur. Puls autem Romanorum erat & Italorum cibus, vt polenta, Græcorum. Itaque pultifagum artificem pro Romano & Italo Plautus vſurpat: & ſe pultifagonidem ludens quodam loco dicit, Romanum aut Italum ſignificans. *Inſipatur* autem mallem (vt in lib. veteri reperi) quàm Inſipitur: vt Diſſipatur, Obſipatur. Sed in Feſti codicibus Inſipit reperitur, & in Catone Inſipiat. Feſtus Inſipere, farinam iacere pulti.

26 IN LANIFICIO panus.] Panus in lanificio eſt tramæ inuolucrum, quod tumet: à qua ſimilitudine panus eſt appellatus. Sed & panus tumor inguinũ. Lego autem è veteri libro, *quòd primo figura faciebant vt mulieres.* & mox, *poſteaquam ei.*

26 ID κρόκαι.] Sic libri veteres: nec ab iis temerè recedendum eſt. Nam quòd κόκκον nõnulli ſubſtituunt, id verò quam habere vocabuli ſimilitudinem cum granario & grano poteſt? Sunt κρόκαι tramæ: ſunt & calculi litorei, atque adeò interdum litora: vt proinde fortaſſe veteribus quibuſdam Græcis, ſic granaria dicerentur à ſimilitudine. Quanquam quid ſi ῥογοὺς legamus? quomodo à Siculis granaria vocata fuiſſe, ex Epicharmo dicit Pollux. κόκκον ad ſignificationem grani accommodatum, ad ſimilitudinem vocis alienum & abſurdum. Sed certè longè petita à Varrone vocabuli notatio eſt: idque aliter ab eo ſcribitur libro 1 De re ruſtica, Granum, inquit, à gerendo. Id enim ſeritur vti ſpica gerat frumentum, non vt glumam aut ariſtam gerat.

26 Μελίνlω.] Panicum appellant alij μελίνlω, milium κέγχρον, & hæc diſtinguunt. Nonnulli genus quoddam milij eſſe cenſent, quos ſequitur Varro. quare ſcribendum, Nam id μελίνη. quod mox ſequitur poſt μέδιν, expungendum.

27 LIBARETVR.] Libabatur autem diis immortalibus antequam comederetur: vnde nominis origo.

27 PRIVSQVAM eſſet coctum.] Vetus liber, *Priuſquam eſſetur, erat coctum.* id eſt, antequam ederetur.

27 TESTV caldo.] Teſtus vel teſtum, eſt κρίβανος, vel κλίβανος. Matralia, matris Matritæ feſta.

27 CIRCVLI.] Huius generis erant fortaſſe & arculata in ſacris, circuli illi qui fingebantur è farina & aqua. Lixæ dicebantur etiam à lixa, id eſt aqua: vnde & Lixæ, qui aquam militibus portabant.

27 GLOBVLI.] Scribendum è veteribus libris, *globi.* Sed & à Catone lib. De re ruſtica, ita vocantur, non globuli.

TRITON.] Vetus, *Thrium.* Sic ab Athenienſibus iucundum quoddam edulium vocabatur, ex eo quòd frondibus ficulnis, quæ θρία dicuntur, inuolueretur. Sunt & ἴθρια Græcis lagana quædam & placentæ, ſiquis fortè ita legendum hoc loco putet.

27 Θρύμμον ϗ τρύφον.] Quæ hîc adſcribuntur, non approbo.

27 A COCTO lacte.] Puto, à coacto lacte, vt coaxeus. quod & Auguſtinus rectè emendauit, cùm antè, *à cocto lacte & coxeus*, excuſum eſſet. Caſeus autem paſtoribus debuit primum eſſe pulmentum, atque paſtoribus eum cibum debuit. Romani primi paſtores fuere. Iſidorus, Pulmentum vocatur à pulte. ſiue enim ſola puls, ſiue quid aliud eius permiſtione ſumatur, pulmentum propriè dicitur.

27 QVAE NIMIS.] Scribo è veteri libro, *quæ minus cruda.*

27 AB OLLA.] Hîc locus fortaſſe adiuuerit explicationem prouerbii, Ipſa olera olla legit.

27 QVOD rueret è rure.] Puto, Quòd erueretur è terra.

27 ORCHITIS.] Quæ etiam orchas dicitur. Sic vocatur (vt ait Varro) grandis olea, minor tamen Attico orcha. Sic enim, vt opinor, ab Athenienſibus quædam ſua vocabatur olea : & in Varrone eum ſenſum efficiebam, cùm antea nullus eſſet. Meminit huius oleæ Virgilius lib. II Georgicῶn, & Pompeius hunc in modum, Orchitis genus oleæ, ex Græco dictum ὄρχις, quòd ſit magnitudine inſtar teſticulorum. Antonius Auguſtinus, cui pluſquam mihi fidei habeo: *quod ea antiquitus orchemora*. ſed vt ingenuè inſcitiam non fatear ſolùm, ſed profitear etiam meam, quid illud orchemora ſit, non percipio, niſi orche minor legatur. Ὀρχὰς, inquit Heſychius, εἶδος ἐλαίας. fortaſſe igitur orchitis, maior erat, orchas, minor: vel ὄρχις, quòd ea Attico orche minor. Vetus ſcriptura eſt, quam & expoſui, & non incommodam cenſeo, *Orchitis magnitudine eſt inſtar teſticulorum*. Quidam ita diſtinguunt, Olea ab elæa, grandis. Orchitis, quòd ea Attico orche minor.

27 AB ILLIS.] Vetus lib. *Habilis*, ſed malè, vt opinor.

27 ET EX iure.] Cùm in patina obſonium iure conditum coquitur. Plautus enim, *Quouis pacto condias, Vel patinarium, vel aſſum verſes, quo pacto lubet.*

27 TERGVS.] Vetus liber, *Tegus ſuis, ab eo quòd tegitur.* Puto, Ab eo quòd tegit, vt perna. Eámque germanam eſſe ſcripturam etymologia declarat, atque apparet veteres tegus non tergus dixiſſe. Itaque in Captiuis Plauti verſus hic trochaicus tegoribus poſtulat,

Dij immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus.

non, vt vulgo, tergoribus: vt ſit tribrachus pro choreo. nam dactylus non ſolet poni. Et in octonario quoque eiuſdem fabulæ ſic cenſeam legendum,

Arripuit gladiũ, prætruncauit tribus tegoribus glandia.

Quanquam hic etiam dactylo locus eſt. Veruntamen ſi Tergus legas, Varro dempta litera à tegendo deducet. Mox in Veteri, *Perna à pede ſueris, à nomine eius.* Nam ſuerum veteres pro ſuum dicebant, & bouerum pro

boum. Cato, quot iuga bouerum. Proximè quoque legitur, *Offula ab offa minimæ ſueræ*, id eſt, ſuillæ carnis. his enim vocabulis antiqui vtebantur. Offa, inquit Iſidorus, propriè fruſtum demptum: vnde, vt ait, offarij, coci.

28 INSICIA.] Sic Varro ſcribit: alij tamen fere ſine n, Iſicia. ἴσικον Græci & ἰσίκιον vocant, ita vt Latino tamen vtantur: vt Alexander Trallianus, & Aphrodiſienſis, & Athenæus, qui interpretantur ἰσίκια, τὰ ἐκ σαρκῶν εἰς λεπτὰ κατακνιζόμενα, καὶ μετὰ πεπερίδων συμπλαττόμενα.

28 DICITVR nunc proſectum.] Hoc nomen eſt apud Ouidium,

Cuius vt impoſuit proſecta calentibus aris.

Nam proſecari exta dicebantur. Tranquillus in Auguſto, Semicruda exta rapta foco proſecuit. Proficium etiam, ait Feſtus, quod proſectum proiicitur: quod profectò ea forma dicitur qua Inſicium quod inſectum. Præſicias in Arnobio legimus, cùm proficias, vt opinor, legendum ſit. Eius ſunt verba, Quòd ſi omnes has partes quas præſicias dicimus, accipere dij amant. De Inſicio idem ſic ſcribit, Quid, inquam, ſibi hæc volunt, apexabo, inſicia, ſilicernium, longauo? quæ ſunt nomina & farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.

28 MVRTATVM.] Plinius, Et alius vſus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illam obtinens vicem: quodam etiam generoſi obſonij nomine inde tracto, quod etiamnunc myrtatum vocatur. In lib. veteri eſt, *Quod ea largè fartis*, id eſt, quod fartis & farciminibus largè ſolet addi. Mox, *Quod fartum inteſtinum craſſum*.

28 LVCANICAM.] Eius meminit Martialis in Xeniis. Hoc farcimine coronabantur pultes. Martialis,

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Eius confectio apud Cælium Apicium eſt. Genus eſt farciminis, quo inteſtinũ farcitur, vt & venter faliſcis, cùm vẽter ſuis rebus quibuſdam farciebatur. Papinius,

Non lucanica, non graues faliſci.

28 Τυφλὸν ἔντερον.] In veteri, vno verbo, τυφλοέντερον. A fundolo fortaſſe nomẽ habuerunt fundulæ, angiporta non peruia, nec exitum habentia.

28 LONGABO.] Vetus lib. *Longano.* Aureliano Longao, & Longano, Longauo Arnobio. Cùm autem u in b ſæpe à ſcriptoribus commutetur, etiam hîc Longabo reperit Auguſtinus, & edendum curauit. Non tãtùm farcimen inteſtini vltimi eſt, ſed etiam ipſum vltimum inteſtinum. Lõgano grammaticis probatur magis. *Quod longius quam duo.* vet. liber.

28 AGVMENTVM.] Ex veteribus libris repono *Augmentum*: antè etiam vitioſius *Argumentum* & *Agendi cauſa* legebatur, pro *Augmentum* & *Augendi.* Auguſtinus *Agumentum* & *Agendi cauſa* legit: ſed augmentum vel augumẽtum ſincerius crediderim, ab augendo. quod magmentum vel magumentum oſtendit, à magis augendo, quòd iam augumento auctum eſſet. Augumentum quoque vocat Arnobius, Quæ ratio eſt, vt caro ſtrebula ſeparatim, ruma cauda, & plaſea ſeparatim, iſicium ſolum, omẽtum ſolum, augumentorum adiiciatur in cauſam?

28 MAGMENTVM.] Vetus, *magnentum*, malé. Magmentum, inquit Pompeius, magis augmentatum. Arnobius, Non magmenta, non augmina, non mille ſpecies.

28 PROPTER hoc montana.] Vetus ſcriptura non eſt ſatis plana. eam repræſentabo: *cuntarea.* Suſpicor, Magmentarea, à magmento legendum eſſe.

28 MACTAE.] Macteæ à Suetonio vocantur in Caligula, Et multis venenatas macteas miſit. Arnobius per diminutionẽ ſic ſcripſit, Fruſtilla hæc paruula pro ſuauibus macteolis ſumunt. Puto, Macteolis in eo legẽdum. Mactiæ à Martiale. Mactya autem (vt diſſerit Athenæus) omne ſcitamentum, & omnis cupedia, iucundúmque & pretioſum eduliũ vocatur: cùm tamen propriè initio eſſet tanquam quædam maza. Itaq; vtriuſque eadem eſt origo. Malè autem legi exiſtimo matæ, ab eo quod Græci ματτύαι καὶ μάττειν: cùm legendum ſit mactæ vel mactex, ab eo quod Græci ματτύαι.

28 LANA.] Nam & apud poetas reperitur λῴνεαι βεβρίθει. Itaque λῶος lana erat Græcis. vnde Latinum nomen.

28 POENICVM.] Tibullus, *Africa puniceum, Purpureúmque Tyros*. illud, φοινικοῦν, hoc, πορφυρεῦν vocatur: illud, rubrum & ſanguineum eſt: hoc, preſſius eſt & in cæruleum vergens. τὸ μέλαν, inquit Ariſtoteles, καὶ σκιερὸν, τῷ φωτὶ μιγνύμενον, φοινικοῦν. quo ſignificat naſci puniceum colorem atrore & vmbra mixtis cum lumine: ἁλουργὸν autem, ὅταν τῷ μετρίῳ λευκῷ καὶ σκιερῷ κραθῶσιν ἀσθενεῖς αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαί. Purpureus, inquit, color gignitur cùm imbecilli ſolis radij cum candore modico & vmbra temperati ſunt.

28 SVBTEGMEN.] Vet. *Subtemen*, quaſi Subſtamen. Ac ſæpe mihi vſu venit vt ſubtemen non ſubtegmen in bonis libris reperirem: quomodo & hîc legendum exiſtimo, cùm id oſtendat perſpicuè origo quam Varro affert.

28 QVOD TRANAT.] Vetus, *Quod tramat frigus*: puto Quod traniat frigus: aut potius, trameat: id eſt, tranſmeat. Vnde illa tranſlatio Perſij, *Mihi trama figuræ, ſit ſatis*, à tenuitate panni ſcilicet, & raritate texturæ. Sic trama Varroni veſtimentum eſt rarum: aliis trama eſt ipſum ſubtegmen. Pro Frigus hîc Phrygum malè legebatur.

28 DENSVM.] Inde Leuidenſis veſtis, quæ raro filo erat, leuitérque denſata. Cic. Munuſculum mittere volui leuidenſe, craſſo filo: per tranſlationem elegantiſſimam dixit veſtis panidenſis, quæ crebrius & denſius erat texta, & tanquam panita & calcata.

28 PANVS.] Nam Græcè πῆνος eſt ὕφασμα, vnde panus. Recentiores Græci etiam πανίον vſurpant: ſed Latinum vocabulum eſt. Πηνίον paniculus eſt, & fuſus cui filum inuolutum eſt.

28 PANNVELLVM.] Vulgo ſcribunt eſſe ſudarium: in quo longè opinione falluntur. Eſt enim pannus, fili inuolucrum. Hoc loco ergo cùm totum lanificium & filum inuolutum eſt, dicitur Pannuellum. Id enim eſt quod Varro ſcribit, Vbi ea fecit, id eſt, fecit

filum & pannum. In veteri libro *Pannuellium* ſcribitur: Auguſtinus *Pannellum* ſcribit.

28 ALTERVM VIRIS.] Cinctus virorum eſt, cingulum mulierum. De Pentheſilea Maro, *Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.* Cingulo etiam noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſoluebat. Varro, Nouus maritus taciturnus taxim vxoris cingulum ſoluebat. Cinctus, virorum: vt Cincticulus, puerorum & adoleſcentium. Plautus, *Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſsideres.* Cinctus autem, zona erat lata: vt Semicinctium, zona dimidio anguſtior. At Cinctus Gabinus, modus eſt induendæ togæ, vt lacinia reiecta & reuocata cingamur. Sunt & cingula virorum, *Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula,* inquit Maro.

29 PARMA.] Hoc verbo vtitur Polybius. ea rotunda erat, minórque ſcuto: ſcutum, oblongum. Eius enim longitudo, quatuor pedum & ſemiſſis.

29 TRAGVLA.] Tragula, vt iaculũ iaciebatur, etiam tormẽtis mittebatur. Vnde apud Vegetium, qui ad manuballiſtas vel arcuballiſtas dirigebant ſagittas, tragularij nominabantur.

29 VMBONES.] ὑϐοὶ, curui & gibboſi. & ὕϐωμα, curuitas, gibbus. quæ vocabula ſunt Hippocratis. ἄμϐη etiam eſt ſuperciliosa apud eundem ſcriptorem eminentia. Sunt ἄμϐωνες, labra & ſupercilia patinarũ, & vaforum, inquit, latera. & montium eminentiæ locáque ædita & ſuggeſta. vnde Vmbonis nomẽ. Sed cùm ἄμϐων Græcum ſit, ab ἀναϐαίνω, adducor vt in Varrone legam Vmbones, à Græco videlicet, quod ἄμϐωνες.

29 FERIRET vt pilum.] Emendo, veterem librũ ſecutus, *Nam veluti pilo aliquid feritur & tunditur, ita quoque pilo miles hoſtem ferit.* Itaque, Vt perilum, quod alij ſcribunt, mihi hîc non placet.

29 SVCCVDERVNT Galli.] Vetus lib. *Succudit Gallia è ferro.* Tunica ferrea dicitur ab Horatio, Tunica adamantina, *Quis Martem tunica tectum adamantinà,* &c. Sic χαλκοχίτωνες ab Homero vocantur Græci.

29 TVBICINES ſacrorum.] Id eſt, tubicines ſacrorum etiam hodie tubos vocant ſuas tubas. Tubus etiam canalis eſt, cui ſimilis eſt tuba.

29 VARICARE.] Quòd ea in parte nemo poteſt diductis diuaricatíſque cruribus & pedibus ſtare, propter crebritatem valli. Quintilianus de pronuntiatione, Varicare ſupra modum & in ſtando deforme eſt, & accedente motu propè obſcœnum. Quòd furcillata dicit eſſe bacilla vt litera v, id quidem magna ex parte erat. quædam tamen non bifurca tantùm erant, ſed & trifurca & quadrifurca. Polybius, οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες τοῦτον ἡγοῦνται χάρακα βέλτιστον, ὃς ἂν ἔχῃ πλείστας ἐκφύσεις καὶ μεγίστας πέριξ τοῦ πρέμνου. παρὰ δὲ Ῥωμαίοις· δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχουσιν οἱ χάρακες· ὁ δὲ πλείστας, τέτταρας. Seruius in illum Virgilij locum, *Atque humiles habitare caſas, &c. figere ceruos,* Aut furcas, inquit, dicit, quæ figuntur ad caſæ ſuſtentationem: quæ dictæ ſunt Cerui, ad ſimilitudinem cornuum ceruinorum, &c. Stipites autem erant cornicula eminentia habentes, quibus ad vineas pluteóſque vtebantur. Cæſar, Huic loricam pinnáſq; adiecit, grandibus ceruis eminentibúſque ad commiſſuras pluteorum atque aggeris.

29 CIBILAM.] *Cillibam*, libri veteres. Pōpeius, Cillibæ menſæ erant rotundæ. Sed Cibilam deprauauerunt, quòd à cibo eam dictam Varro ſcribat: quaſi verò non tractentur & traiiciantur ſæpe (vt antè dixit) literæ & ſyllabæ. Putem tamē potius à Græcis ductum, apud quos κιλλίβας eſt menſa tripes.

29 IN CIBO menſa.] Vel à μέσος, vt ait, vel à metior menſa deducitur.

29 TRVLLA.] Vas potorium. Iuuenalis,

Si trulla inuerſo ſonitum dedit aurea fundo. A terendo eam deducit Nonius. qui & pollubrum ſua dicit ætate fuiſſe.

29 Τρυβλίον.] Eſt catinus, patina, acetabulum: etiam, auctore Heſychio, interdum poculum.

29 VT TRVVLA.] Per diminutionem dictum truula, deinde trulla. antecedit tamen truola. Truæ erant, quæ è culina aquam, vbi calefacta erat, in lauatri-

nam, id eſt domeſticum balneum, fundebant.

29 QVOD latius concipit aquam.] Trulleum, ſcilicet: cùm trulla vinarium vas ſit. nam trulleum vas eſt aquarium; quo manus (vt Nonius ait) perluebãtur. Vetus ſcriptura, *niſi quod latius eſt quod cõcipit aquam*, ea etiam per codices vulgata: ab Auguſtino tamen damnata, mihi probata. Quod enim concipit, vaſis ipſius capacitas & ſinus eſt. ad manubrij diſcrimen hoc dicit.

29 NISI vinaria.] Scribo, Niſi in vinaria trulla. hoc ſenſu, Niſi ſi olim eodem modo ſolidum non cauum erat manubrium trullæ vinariæ & trullei aquarij: poſtea cauum factum eſt. Nam trulla manubrium habebat. Trulla, inquit Cicero in Verrem, excauata cum manubrio aureo.

30 MATELLIO.] Cuius Cicero in Paradoxis meminit. Si L. Mummius aliquem iſtorũ videret matellionem Corinthium cupidiſſimè tractantem. Varro apud Nonium, Trulleum, matellionem, peluim, naſſiternam. Diminutiuum à matula dicit eſſe Pompeius.

30 FVTVM.] Futis à Sipontino vocatur. Erat & Futile vas, inquit Donatus, quod non deponebant miniſtri ſacrorum, cùm acuto eſſet fundo, & ore patulo, nec ſtare poſſet. Vetus etiam liber *futim* habet, quod & verius puto.

30 Μάγνος.] Suſpicor, refragantibus libris omnibus, eſſe legendum Nanus. Nam magnus Græcum nomen non eſt. Nanum autem, inquit Pompeius, Græci vas aquarium vocant, humile, & concauum, quod vulgo appellant ſitulum barbatum, vt & hoc quoque loco barbatum appellari Varro ſcribit. Perottus in Varrone videtur legiſſe hanus.

30 MAGIDAM.] Mirum mihi videtur quòd verba merè Græca Varro à Latino deducit. Sed mirari profectò deſino: non enim ſemel id facit, ſed ſæpius. Pollux, Αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν, id eſt, Menſæ autem quæ imponuntur & tolluntur, quas nunc magidas vocant. Niſi cùm recens eſſe dicat Pollux, à Latinis ad Græcos migrarit. Vſus ta-

men eſt Epicharmus, κύλικα μαγίδα λύχνον: alioqui magis eſt Græcis alueus vbi pinſitur, & quæ ad ſacrificium pertinent, portantur. Varroni vas eſcarium eſt, cui aſſa imponebantur, vt Lancula, quæ diminutio lancis.

30 LIBARENT cœnas.] Veteres aliquid de cœna libabant diis: tam religioſi erant. Quod autem libabant, patellæ imponebant. Varro apud Nonium, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Cic. De finibus, Atqui ita reperiemus aſotos, primùm ita non religioſos vt edant de patella, id eſt, de iis quæ ſunt diis libata. Patellæ, inquit Feſtus, vaſa picata parua ſacrificiis faciendis apta.

30 Τρύβλιον.] Vetus liber, *Triplion & cauum de Græco.*

30 CILIBATHVM.] Vetus liber, *Cilibanum.* Cilibantum verum puto: cùm κιλλίβαντες à Græcis dicãtur quidam tripodes, in quibus milites fatigati reponunt ſcutum, & inde natum ſit menſæ nomen. Ariſtophanes, Τοὺς κιλλίβαντας οἴσε παῖ τῆς ἀσπίδος. Sed & menſæ tripodes ſic vocantur. A cylicio autem cùm dicit Varro poculorum repoſitorium, intelligo quod κυλικεῖον Grȩcè dicitur, vt ſcribit Athenæus. itaque malo à Græco ciliceo à poculo cilice, quàm quomodo in aliis ἀπὸ τῆς κύλικος.

30 POMA QVOD hæc poſcunt.] Eodem ferè modo ſcribit libro 1 De re ruſtica, A quo quòd indigent potu, poma dicta eſſe poſſunt. Vetus liber hîc habet, *Et etiam poſtea hæc poſſunt*, fortaſſe, Et etiam poſca hæc poſcunt à poto, quod πότος potio Græcè dicitur. Promulgatam tamen lectionem non moueo loco. Ab alio mox principio legitur in veteri exemplari, *Origo potionis aqua.*

30 QVI illa capit.] Legendum puto, Cilibantum, capis & minores capulæ. Varro apud Nonium, Etiam nunc pocula, quæ vocant capulas ac capides, quod eſt poculi genus. Pocula erant capedinibus & capedunculis ſacrorum ſimilia.

30 MAGISTRI.] Qui ſunt bibendi arbitri & modiperatores. Varro apud Nonium, In conuiuiis qui ſunt inſtituti bibendi modiperatores magiſtri.

31 DEPESTA.] Lepiſta, inquit Pompeius, genus vaſis aquarii. vt & apud Nonium Varro, Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt, aut æneæ. In Varrone hoc loco, & libri quidam formis excuſi, *flepeſte* habent, & liber vetus manu exaratus. vbi fortaſſe ſcribendum eſt, lepeſte quod ſit: & verius puto. Depeſta à δέπαστρον deducetur, cuius meminit Athenæus: vel à δεπαστὴ, quod ſe legiſſe Varro profitetur in ſcriptoribus Græcis: vel à δέπας. Lepeſta à λεπαστὴ, cuius eſt etiam apud Athenæum mentio & Heſychium. Scribendum autem, Quare videlicet inde.

31 GVTTVM.] Etiam guttus vas erat quo aqua manibus dabatur: quod gutturnium etiam dicebatur. Liuius, qui Homeri Odyſſeam verterat, quod ſcribit Homerus,

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος.

conuertit (citante Nonio) Argenteo polubro & aureo gutto. Ita polubrum eſt λέβης, πρόχους guttus. Polubrum etiam trullam dicit vocari Nonius. In Varrone hîc vas eſt vinarium, vnde guttatim & minutatim vinum in ſimpulum fundebatur.

31 SIMPVLVM.] Nomen poculi, quo, vt apparet, priſci, non in ſacris tantùm ſed etiam in conuiuiis vſi ſunt. Erátque pro cyatho. Simpulum autem quaſi ſimplum dicitur. Sic integra voce olim loquebantur, nos hodie imminuta ſimplum dicimus.

31 EPICHYSIS.] Eius meminit Athenæus his verbis, ἐπὶ δὲ τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο, καὶ κάδος, καὶ σκαφίον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν, καὶ κύαθος. ἡ δὲ ἐπίχυσις, χαλκῆ. id eſt, In tripode frigidiarium æneum poſitum erat, cadus, ſcaphium argenteum duarum capax heminarum, cyathus: epichyſis autem, ænea. Epichyſis erat vt guttus. nam ex epichyſi fundebatur in cyathũ, cyathus vt ſimpulum.

31 VNA COLVMELLA.] Id eſt, vno lapide

oblongo. Erat & incitega machina vbi amphora ponebatur.

31 VRNARIVM.] Hìc menſa eſt & locus ante balneum. Interpretatur tamen vas alio apud Varronem loco, Nonius: cùm ille ſcribit, Ad quã rẽ nobis eſt confluuium, ad quam rem vrnarium. Quanquã (quod pace Nonii dixerim) ab vſitata ſignificatiõe poſſet nõ recedi.

31 ANTE BALNEVM.] Id eſt, Ante domus lauatrinam. nam balneum, domeſticum & priuatum eſt, balnea, publica.

31 IMBVRVM.] Vetus lib. *Impurro*. Prius verius puto. Eſt autem Vruum (vnde hoc verbum deductum) aratri curuatura, ſimilis vncino, quæ efficitur curuatione buris & dentis, cui vomer præfigitur. at buræ pars eſt poſterior aratri curua. Vruat apud Ennium pro circundat, ſcriptum erat: hîc quidam bura legere malunt: nam imburum ad eam propius accedit. Bura, etiam buris Maroni dicitur. *Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur, In burim.* id eſt (inquit Seruius) in aratri curuaturam. Noſtri Normanni hodiéque pocillum quoddam, quo ad ſacra vtuntur, Buretillam, ab anate quam Buram vocãt, nominant. Bura autem dicitur anas, quòd vt imburum videtur vrinare, aut vt vrna. Imburum vas dicitur, in quo bura vel buris eſt, id eſt, curuatura & flexio.

31 CALDA PVLS.] Scribo *Calda plus*, è veteri libro. Non enim veriſimile in eo appoſitum fuiſſe pultem: ſed potius aquam calidam. Infrà vomer, quod vomit eo plus terram.

31 SEDVM.] Herba eſt quæ Sẽperuiuum dicitur. In veteri eſt, *Sonum*: puto Solium eſſe ſcribendum.

32 MVNDVS MVLIEBRIS.] Tertulianus, Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circunfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento & gemmis & veſtibus deputatur: iſte, in cura capilli & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt.

32 CINERARIVS.] Etiam Ciniflo Horatio,

Ciniflones paraſitæ. Sed Ciniflones Satyrica irriſione dixit. Diſcerniculum autem ab aliis diſcriminale, vt & diſcrimen in capillis. Ea acus erat, vt dicunt.

32 QVOD IBI ſpectant.] Legendum putauerim ſe ſpectant. Coniecturam mouet vet. lib. in quo ſcriptum eſt, *exſpectant*. Plautus ferè eodem modo in Moſtellaria dixit, *Mutuo quæ ſe ſuámque ætatem ſpecit ſpeculo eluſa eſt*. Ibi Spectant tamen non diſpliceret: ſed alterum magis placet.

32 LANAM EX LANA.] Suſpicor legendum Lanea ex lana facta: vt de veſte lanea intelligamus & reliquis laneis. Addit nomen veſtis Auguſtinus, & ſic legit, *Lauant ex lana facta veſtis*. Quam etiam lectionem valde probo.

32 VEL AB EO.] Scribendum ſuſpicor, vela ab eo: vt veſtis à velis: vela à vellendo deriuentur. Veſtis tamẽ eſſe videtur ἐσθὴς. Sed cum Varrone rixari nolim.

32 ITEM texta faſcio.] Hîc deſcribitur Capital, quod linteum quoddam erat (vt ait Pompeius) quo in ſacris vtebantur: ſed olim, vt Varro ait, omnes vtebãtur mulieres. Ita igitur locus eſt diſtinguendus, Quia capillum in capite alligarent, dictum capital. Alii tamen ſeparant & diſtrahunt iſta, vt & excuſa ſunt: liberum cuique iudicium cenſendi relinquimus. Hîc perdoctè emẽdauit Auguſtinus *texta*, cùm *teſta* antè legeretur.

32 SIC RICA.] Granius apud Pompeium, ait, Ricam eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica vtatur. Varroni etiam aliæ mulieres vtebantur ea, vt hinc apparet. Turpilius, *Interea aſpexit virginem in capite geſtantem riculam inductam oſtrinam*. Iſidoro Ricula eſt, virginalis capitis mitra. De Flaminica apud Gellium ſcribitur, Et quod in rica ſurculum de arbore felici habet. Vbi inquinatè ſcribitur Virrica. Ricam dicit eſſe ſudarium Nonius.

32 PRIVS DE indutu.] Scribo, *Prius de indutu, tũ amictui quæ ſunt, tangam*. idq; ex antiquo libro. ac ne quid diſſimulem, in eo ſcriptum erat, *De indutui* quaſi ſubaudito Quæ ſunt, id eſt, Prius dicam de iis quæ ſunt indutui: vt Quæ ſunt, ad Indutui & Amictui pertineat:

quomodo retinentem antiquitatis & amantem Varronem ſuſpicio eſt ſcripſiſſe. Sic mox *indutum comprehendit*, planè diſertéque in eo perſcriptum erat: nec temerè mutandum, cùm antiquum ſit, & archaiſmum eſſe ipſemet annotet Varro. Induit quod corpus ita integit, vt ei adhæreat & comprehendat, vt tunica: amicit, quod corpori circumiicitur, vt pallium. Addunt & quæ præcingunt & alia iuriſconſulti, quorum verba ſunt: Quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, iniiciendi, accubandíue cauſa parata ſunt. Præcingunt quæ ad medium corpus aut pectus hærent & nectuntur, vt strophium, zona, caſtula. Nonius, Caſtula, inquit, eſt palliolum præcinctui, quo nudæ infra papillas præcinguntur. Cicero: Strophium accuratè præcingerere. Indutui autem & amictui veteres dicebant per datiuum, hæc loquendi genera enuntiantes. Nonius, Caſtula eſt palliolum præcinctui. Varro De re ruſtica, Oleas eſui optimè condi ſcribit Cato. Reſoluuntur iſti datiui hunc in modum, ad induendum, ad amiciendum, ad edendum, ad præcingendum.

32 CAPITIVM.] Capitium, ſubucula, ſupparus, hîc muliebria videntur, non virilia: quanquam virorum ſubucula eſt apud Horatium, *--ſi fortè ſubucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ.* Plus fidei tribuo Varroni, quàm Nonio: qui capitium capitis tegmen interpretatur. Niſi ſi quis defendat Nonium, & capitium fortaſſe poſuiſſe, & caput & pectus tegere. De capitio Varro apud Nonium, Neque id aborbita matrumfamilias inſtitutio, quòd eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. De ſubucula Varro, Poſteaquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium. Supparus in Epidico, mulierum eſt. Diſſentit à Varrone Nonius, qui linteum femorale ad talos pendens interpretatur: ex eo dictum quòd ſubter appareat. Feſtus veſtimentum dicit eſſe puellare lineum, quod & ſubucula dicatur.

32 INDVTVI.] Ad induendum, vt paulo pòſt Amictui, ad amiciendum, vt iam dixi. Apuleius, odioſus plerunque & ineptus antiquitatis & elegantiæ affectator, non

tor: non contemnendus tamen auctor, hanc loquendi formulam æmulatus eſt: quídque indutui & amictui eſſet, libro ſecũdo Floridorum indicat, his verbis, Habebat indutui ad corpus tunicam, interulam tenuiſſimo textu, triplici licio, purpura duplici: ipſe eam ſibi ſolus domi texuerat. Habebat cinctui balteum, quod genus pictura Babylonica, miris coloribus variegatum. nec in hac eum opera quiſquam adiuuerat. Habebat amictui pallium candidum, quod ſupernè circumiecerat.

32 ALTERIVS generis.] Alterius formæ, etſi eiuſdem ſexus. ſunt enim muliebria.

INTVSIATAM.] Vulgo in Plauto ſcribitur Induſiatam, & à Nonio agnoſcitur. Varro perſpicuè intuſiatam legit. Illud alterum ab induo eſſet. Muliebria autem veſtimenta ponuntur, Capitium, ſubucula, ſupparus, palla, intuſium à Varrone.

32 ASBESTON.] Sic legendum, non vt antè, Asbyſton. Sic vocatur linum quoddam, quod igni non conſumitur, ſed ardendo niteſcit & mundatur. Plinius viuum appellat: Asbeſton igitur cùm dicit Varro, lintea ex eo confecta, & veſtimenta etiam intelligit. De eo ſic Plinius ſcribit, Inuentum iam eſt etiam quod ignibus non abſumeretur: viuum id vocãt. ardentéſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes, igni magis quàm poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis fauillam ab reliquo ſéparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtiſque ſole Indiæ, vbi nõ cadunt imbres, inter diras ſerpentes: aſſueſcítque viuere ardendo. rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem: ruffus de cætero color ſplendeſcit igni. Cùm inuentum eſt, æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem à Græcis asbeſtinum, ex argumento naturæ.

32 AMICTVS.] Scribo amictui, vt ſit archaiſmus. Libenter enim retineo veterem ſcripturam, præſertim cùm vetuſtatem olet. Lego etiam, Quod veſte ſe inuoluunt, circumiectui appellant. Vetus liber, *Veſtitas ſe inuoluunt.*

32 AMIECTVM.] Id eſt, circumiectum. Mox

e. j.

Circumiectui, pro Ad circumiiciendum, dixit. Circumtextum, vt Varro dicit, vſurpaſſe videtur Maro,

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Iſidorus, Circumtextum, eſt quod Græcè Cyclas dicitur. Locúmque Maronis, quem protuli, affert. Circumtextum autem, inquit, dictum eſt, quia eſt rotundum pallium. Sic Varrone auctore, poſt Circumtextum in Marone diſtinguendum erit, vt velamen appoſitio ſit: & croceus acanthus, ſit limbus croceus, veſtem ambiens. Nam acanthus hic limbus eſt, à ſimilitudine, vt mæander.

32 ANTIQVISSIMI amictui.] Legunt aliqui, Antiquiſſimis amictui.

32 RICINIVM.] Togas, inquit Seruius, mulieres habuiſſe, cycladum & ricinij vſus oſtendit. Ricinium autem dicitur, ex eo quòd poſt tergum reiicitur. Hac veſte vtebantur in luctu mulieres, auctore Cicerone De legibus: & Varrone, cuius hæc ſunt verba, Et quòd mulieres aduerſis rebus & luctibus, cùm omne veſtimentum delicatius, & luxurioſa poſtea inſtituta ponunt, ricinia ſumunt.

33 DICTA reclusum propter.]. Legendum cenſeam, Ri excluſum propter lenitatem. Nam cùm initio parilia dicerentur, ri ſublato pallia tandem dicta tradit. Vetus ſcriptura *Reliculum*, perſpicuè falſa. Voluit fortaſſe ſcribere librarius Ri reiiculum.

33 Παραπλεχία.] Melius, vt in aliis, παραπήχυα. Hoc nomine veſtem fuiſſe mulicbrem, ſcribit Pollux. meminit & Heſychius.

33 SARRIENDO.] Quidam excuſi, *ſarciendo:* vetus liber, *ſarcendo.* neutri bene.

33 QVOD ARVIT.] Vide num Adruit, id eſt, propè ruit & iacit. Sunt qui Eruit legant, omninò melius: alii, arauit. Eo plus terram cùm dicit, ſuo more loquitur: vt ſuprà, Quod in eo calda plus adponebantur. Plus hìc pro magis & amplius, illícque pro ſæpius, dicit.

33 MANICVLA.] *Manibula*, vetus liber: emendatè meo iudicio, & ad etymologiam Varronis accom-

modatè, cùm à manu bubulci verbum ductum ſcribat. Malè igitur in aliis *Manicula* legitur. eſt autem hic bubulcus, arator. Sed quid vetat cur buram, curuum aratri, vocatam fuiſſe dicamus?

33 A CVRVO curuum.] Aliqui emendant, Vruũ appellant. Vruum enim curuatura eſt aratri. ſic autem interpungo, Qui quaſi temo eſt inter boues, bura à bubus. Alij à bura inchoant ſententiam.

33 CAVVM.] Cauum in iugo, quod extrema bura (id eſt extremitate buræ) oppletur, Coum vocatur, vt ait Varro, ab eo quòd cauum ſit. Pompeio tamen Coum, lorum eſt, quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Hìc Oppilatur, eſt oppletur, clauditur. Cicero, Iiſque oppilatis impetum tuum compreſſiſſet. Lego autem Oppilatur, non Appellatur: & Cauum quod, non Couum. Cauum autem eſt cauitas.

33 FENISECIA.] Vetus, *Feniſecta*. Feniſecia malim.

33 A QVO rutubatri.] Alij, Rutubri. Mihi legendum videtur, A quo erutum raſtri dicti: vt modò, Quo ab raſu raſtelli dicti. Lego etiam Quibus dẽtatis, non dentalibus.

33 ADOREAE.] Vetus liber, *arboreæ*. ſed adoreæ malim: alioqui arborariæ ſcribendum eſſet.

33 LVMARIAE.] Vetus liber, *Linariæ & lunariæ ac lunecta*. Feſtus, Lina, inquit, genus herbæ vel potius ſpinæ.

34 SIRPATA.] Id eſt alligata. Nam dolia fictilia veterum quaſſa, tamen alligata, vſui erant. Malè *ſirpicea dolia* hìc antea legebatur.

34 INCISOS fuſtes.] Inciſi fuſtes faces ſunt:
Mopſe nouas incide faces.--

34 CHERMONESICE.] Quidam Cherroneſitæ emendant, quidam, Cremonenſes: alij Cherſoneſice. Ego hoc totum, Has falcillas Chermoneſice dicunt faſces, adulterinum exiſtimo: olétque Gallicum ſermonem. In veteri eſt, *Chermoneſioe*: vt videatur Germanus aut Gallus idioma ſuum adſcripſiſſe.

34 LVCILII piſtrina.] Piſtricem validam ſi

nummi ſuppeditabunt. Addam quæ empleuron, manphulas quæ ſciat omnes: è Lucilio adferunt, quod nonnihil hunc locum illuſtrat : dixerat autem Lucilius Piſtrinam genere fœminino, vt Terentius piſtrillam.

34 A MOLENDO.] Vetus, *à moliẽdo*. vt & mox, *harum enim motu conſecta moliuntur*.

34 VALLVM.] A vanno deduci ac diminui videtur: à ventilabro differt, quòd ventilabro in ventum præ ſe iactabant fruges, vt ventus difflaret paleam & acus: erátque ventilabrum longum. Vallo fruges ſubiactantur, & in vallum recidunt ad purgandum, cùm latum ſit, vt vannis facimus. Varro De re ruſtica, Oportet è terra ſubiactari vallis aut ventilabris, cùm ventus ſpirat lenis. Vannum interpretatur cribrũ areale Seruius, quem & à Varrone vallum dicit vocari.

34 CORRVEBANT.] Vetus, *eo corruebant*. id eſt, eò cóiiciebant. Nam in meſſorias corbes ſpicas deſectas congerebant. Varro, Ac de ſingulis ſecant inter ſpicas & ſtramentum : ſpicas coniiciunt in corbem, atque in aream mittunt. Eſt igitur hîc corruere, coniicere. Sic actiuè à Catullo vſurpatur, *& in quo me corruerit genere*. niſi ſi torruerit potius in Catullo legendum, cùm mox ſequatur, *Cùm tantum ardorem, quãtum Trinacria rupes*.

34 TRAGVLA.] Hîc trahula quidam legũt, quæ traha ſine diminutione integro nomine dicitur : nec malé. Cuius meminit Maro, addito per epentheſim e, vt Seruius notat,

Tribuláque traheæque & iniquo pondere raſtri.

Tragula iaculum à trahẽdo deducebat, vt & tragulam hoc loco. Huius tamen tragulæ nulla apud ſcriptores rei ruſticæ mentio eſt, quod ſciam, vt tribuli & trahæ. Tragula tamen nobis ſit tanquam trahula.

34 VEHICVLVM.] Lego in veteri libro, *Aliúdve quod geritur, quòd è viminibus vietur, aut eo vehitur breuis, eſt vehiculum dictum*. vt duplex ſit etymologia, vna à viẽdo, altera à vehendo. Arceram, plauſtrum vndique tectum interpretatur Nonius. Affert è Varrone, Vehebantur cum vxore vehiclo ſemel aut bis in anno,

cùm aceram, ſi non vellet non ſterneret. Verba XII tab. ſunt, Si in ius vocat, ſi morbus æuitáſve vitiũ eſſet, qui in ius vocabit, iumentum dato: ſi nolet, aceram ne ſternito.

34 A PARTE.] Malo Aperté: vt in aliis. vt dicat non eſſe obſcuram originem. pro Vbi habitent, in veteri eſt, *Vbi habeant.* Varro enim Habere libenter pro Habitare dicere ſolet. Lego in veteri, *Oppida opere muniebant mœnia dicta, quo mœnitius eſſet, quod exaggerabant.*

34 MVNITIVS.] *Mœnitius*, vetus. Mœnire enim pro Munire olim dicebant. Plautus, *Magna mœnis mœnia.* Mox in veteri, *Quod contineret aggerem mœrum.* Varro, Præco in templo primùm vocat, poſtea de mœriis. Eſt enim grammatici officium iſta explicare quæ antiqua ſunt, & à priſcis ſcriptoribus vſurpata: quod profitetur Varro. Mox lego è veteri libro, *Quod muniẽdo cauſa parabatur munus, quod ſepiebant oppidum eo mœnire. murus enim ſumma.* Id eſt, murus eſt ſumma ſalutis. Alij poſt enim, diſtingunt, Summa ad pinnas referunt. Non ſuſtineo mihi conſcius diſſimulare immutationis vnius literulæ. Nam in veteri libro eſt *manus*, nõ munus. Sed munus legendum non temerè ſuſpicor. Munus autem Varro dictum exiſtimat vt mœnus à mœniendo, id eſt muniendo.

35 IN GLADIATORIBVS.] Hinc Iuuenalis fortaſſe nonnullam lucem accipit, cùm ſcribit,

Pinni rapi cultos iuuenes, pueróſque laniſtæ.

Samnites gladiatores erãt, ab armatura Samnitum appellati. Horatius, *Lento Samnites ad limina prima duello.* Lucilius, *Samnis, ſpurcus homo*, id eſt, gladiator.

35 TVRRES.] Potius à Græco τύρσις. Apud Nicandrum τύρσεσιν ἐστήσαντο. Sed Varronis iſta, vt & alia multa, concedamus.

35 VACCA interiore.] Qui vrbem (inquit Cato) nouam condit, tauro & vacca aret: vbi arauerit, murum faciat, vbi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat & portet, vt portam vocet. Vrbs vt aratro condebatur, ſic aratro diuertebatur. Horatius,

Imprimerétque muris hoſtile aratrum.

35 MVNITA.] *Muniti* melius, vt in veteri libro. ſic mox eiuſdem auctoritate ſcribendum, *Introrſum factam*, non factum. de terra enim intelligitur exſculpta aratro, & in interiorem partem reiectam, urúmque ſimulante.

35 POSTEA quod fiebat.] Vetus liber, *Poſtea qui fiebat orbis Vrbis principium, qui quod poſt murum pomerium dictum*, cuius hîc auctoritatem cõtemnendam non puto.

35 EIVSQVE auſpicia.] Lego, Pomerium eius, quo auſpicia. Alij legunt, Eiúſque ambitu. Magiſtratus autem cùm in campum ibant, pomerium tranſeuntes, auſpicabantur. Vt Cic. lib. II De natura deorum docet, In campum euntes magiſtratus Petroniam amnem auſpicato trãſibant. Quod genus auſpicij perenne vocabant: credo quòd extra pomerium eſſet, vt & campus Martius.

35 CIPPI.] Cippi autem lapides erant qui pomerium definiebant, vt quæ à Græcis στῆλαι vocantur. Cæſari etiam lib. VII ſunt ſtipites demiſſi & reuincti.

35 CIRCVM ardolam Ardeam.] Vetus lectio, *Circum ars clam & circum Romam*. Coniicio legendũ, Circum Ardeam & circum Romam.

35 COLONIAE vt vrbes.] Vetus liber, *Coloniæ & Vrbes conduntur.*

35 IN OPPIDO.] Aliter diſtinctum hoc reperi in veteri libro, & aliis quibuſdam verbis elatum: quæ audiuiſſe ab re non fuerit, *In oppido Vici à Via. Quod dextra qui parte Viæ ſunt ædificia, fundulæ, à fundo. Quod exitum non habet ac peruium non eſt, angiportum: ſi id anguſtum, ab angendo & portu.* ac videtur verba Terentij poſuiſſe, Id quidem àngiportum non eſt peruium. Puto tamen legendum cum Auguſtino, Ex vtraque, & diſtinguendum, Vici autem multæ habitationes & ædificia ſunt, vias cingentia. Viæ ſpatia inter vicos. In Angiportu Donatus portum domũ dicit ſignificare & inſulam.

36 ET CASTELLI μακέλλους.] Μάκελλος eſt ſe-

ptum: & μάκελλα in plurali, ſepta, clauſtra, munimenta, & μάκελλοι quoque. μακελλωτὰς autem cùm dicit, θύρας (id eſt ianuas) ſubaudiendum.

36 AD IVNIVM.] Sic locum Romæ appellatum fuiſſe probabile eſt: alij, quòd templum Iani propinquum eſſet (vt è Ruffo liquidò conſtat) audent mutare Ad Ianum.

36 AD CORNETA.] Sic in vrbe locus vocabatur à cornis arboribus, vt infrà Varro declarabit, inter viam ſacram & macellum.

36 A CVPEDIO.] Vetus lib. *à faſtidio*, quòd faſtidioſis & delicatis quæruntur lautitiæ & cupediæ. Si à Cupedio legas, nomen erit hominis à quo locus appellatus ſit. A Varrone Cupes vocabatur in libris Rerũ humanarum. Numerius enim Equitius cupes, inquit, & Armamus Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis publicata ſunt bona, & ædes vbi habitabant, dirutæ: éque ea pecunia ſcalæ deûm Penatium ædificatæ ſunt. Vbi habitabant, locus vbi venirent ea quæ veſcendi cauſa in vrbem erant allata: Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.

36 PROCILIVS.] Sic veteres libri, & rectè, nõ Porcilius, vt multi. Cic. lib. 11 ad Atticum, his verbis, O magnum hominem & à quo multo plura didiceris quàm de Procilio. Lucius autem Ælius cognomento Stilo, Varronis magiſter fuit.

36 DEVM manium.] Qui Summanus, vt Manium ſummus vocatur, & Pluto.

36 POSTVLIONEM.] Equidem cenſeam poſtulationem legendum, imminutúmque verbum eſſe ex breuitate ſcripturæ. Eſt autem poſtulatio, cùm dij violati expiationem poſtulant, vt aruſpices reſpondent. Réſque quæ poſcebatur, poſtulatio etiam dicebatur, vt hic ciuis fortiſſimus: quemadmodum reſpõderant. Cicero, De ea re ſcriptum eſt, poſtulationes decretas eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cæleſtibus. Id eſt, expiationes.

36 EODEM MITTI.] Mallem, eô demitti: ac

vt quod ſentio, verè proloquar, cùm in antiquo libro repererim, *deum Maino poſtilionem poſtulare*, vt in lubrico labor, vt legendum putem, deum Manio poſti leonem poſtulare: vt poſtis Manio, vel Manius ſit oſtium orci: leo autem, vir fortiſſimus. vel Manium deum. Quidam etiam coniiciebat legendum, Peſti leonem poſtulare.

37 C. AELIVS & Lutatius.] Sic rectè. nam quòd Cornelius hîc ſcribebatur, natus erat error ex loco ſuperiore. Hîc pro Luctatio Luceium quidam ſcribunt, refragantibus veteribus libris, & nonnullis excuſis. Alioqui Luceius ſcriptor hiſtoriæ fuit, vt in Epiſtolis Cicero ſcribit.

37 FVLGVRATVM.] Emendandum adſtipulante veteri libro, *Fulguritum*. Sic fulguritæ arbores dicuntur à Plauto. Loca autem fulgurita, id eſt, de cælo tacta, ſacra erant & bidentalia vocabãtur. & apud Lucanum Aruus Aruſpex collectas fulguris reliquias ſanctiſſimè condit,

-Aruus diſperſos fulminis ignes
Colligit, & terræ mœſto cum murmure condit.
Dátque locis nomen.-

37 TVLLIANVM.] De quo ſic in Catilina Salluſtius, Eſt in carcere locus, quod Tullianum appellatur: vbi paululum aſcenderis ad læuam, circiter duodecim pedes humi depreſſus. eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta.

37 ET DE latumia.] De Syracuſanis latumiis multa à Cicerone vltima in Verrem ſcribuntur. in eo autẽ, vt & in veteribus Varronis libris *lautumiæ* ſcribitur. Nam etſi latomia rectum eſt, tamen verba cum ſolo & regione etiam nonnihil mutant ſpeciem plerunque: quod & Pompeius in hoc verbo ſignificat. Videtur autem ſcribendum, Inde latumiæ. Ita enim etiam Romæ locus vocabatur, qui carcer erat. Liuius, Triũuiri carceris latumiarum, intenſiorem curã agere iuſſi. In orat. in Piſonem: vbi ſcribitur, Cum altero Catilinæ laternario, in veteri libro legi: *cum altero Catilinæ lautumario*,

id eſt, carceris colono: quales plerique in coniurationis & Catilinæ ſocietate fuerunt.

37 VT ESCVLETVM.] Eſculetum & fagutal, loca in vrbe fuerunt. In Exquilina regione lucus erat fagutalis, & templum Iouis fagutalis, vel ſacellum potius, vt Varro dicit.

37 ARMILVSTRVM.] Armiluſtrũ, quaſi ambiluſtrum. Varro dictũ interpretatur ab ambitu, ſcilicet luſtri: circúmque dicit fuiſſe maximũ. In ludis enim expiatio & luſtratio etiam eſt, vt ſcribit Seruius. Armiluſtrum autem circuibãt ludentes ancilibus, armati armiluſtrio. De quo, proximo libro diſſeret Varro. Erat & Romæ vicus armiluſtri, & locus qui caput armiluſtrì dicebatur, in Auentini regione: vtque locus alius ab Armiluſtro, id eſt circo maximo. Sed fortaſſe armiluſtrum à circo maximo diſtinguendum eſt ab ambitu luſtri: locus alter, circus, cùm in armiluſtro Romano ſacra faciebant, ſéque luſtrabant tubis canentes. Erat & tubiluſtrium, cùm agna tubas luſtrabant.

37 SPECTACVLIS ædificatus.] Spectacula ſunt loca contabulata & cõtignationes, vnde ludos ſpectamus, quæ Fori etiam vocantur. Liuius, Loca diuiſa patribus equitibúſque, vbi ſpectacula ſibi quiſque facerent, Fori vocati.

37 POMPA fertur.] Vt pompa Circenſi. ita ſcribit Ouidius,

Circus erit pompa celeber numeróque deorum:
Primáque ventoſis palma petetur equis. Et in Amoribus,

Sed iam pompa venit, linguis animíſque fauete.
Tempus adeſt plauſus: aurea pompa venit. Illa autem in pompa tranſuehebantur deorum ſimulacra, Victoriæ, Neptuni, Martis, Apollinis, Cereris.

37 IN CORNICVLA.] Nomen comœdiæ, quã etiam lib. VI nominat Varro. Legẽdum autem eſt, militis aduentu, non millies. In ea enim fabula miles ludebatur, & pro circo erat, cùm per ludibrium circuiretur. *Quid ceſſamus*, verſus eſt trochaicus.

37 MAGISTRATVS miſit.] Vt prætor. Ouid.

Maxima iam vacuo prætor ſpectacula circo,
Quadriiuges æquo carcere miſit equos.

37 POETA.] Næuius, qui oppidum pro carceribus circi vſurpauit. Proximo verſu in quibuſdam excuſis legitur, *Quod à murtis parte pinnis turribúſque carceres olim fuerunt.* quam lectionem non puto contemni debere. Nam carceres eſſe potuerunt aliquando à parte murtis ad intimum circum, qui, quòd pinnati turritique erant, oppidi præ ſe ferebant ſpeciem. A muri tamen parte, non improbo.

37 AD MVRVM.] *Ad murtim*, vet. lib. quam lectionem veram puto. Alij, ad murtium emendant. Murtea Venus primùm, poſtea murtia dicta eſt. Plinius, Quin & ara vetus fuit Veneri myrteæ, quam nũc murteam vocant. Eius meminit Liuius, Quibus vt iungeret palatio Auentinum, ad myrteæ ſedes datæ. Eſt & Arnobio Murcia, ſegniũ dea. Murciæ, inquit Feſtus, deæ ſacellum erat ſub monte Auentino, qui antea Murcus dicebatur. Tertulianus de circo loquens, Murciæ quoque idolum fecit. Murciam enim deam marmoris eſſe volunt, cui in illa parte ædem vouere.

38 TAVRICIS.] *Tauriis*, vet. Feſtus, Taurij, inquit, ludi appellantur, in honorem inferorum deorum facti, cùm Tarquinio regnante peſtilentia in mulieres grauidas incidiſſet, ex carne taurorum vendita populo.

38 CVRIAE veteres.] Curiæ erant in Palatina regione, eò in vico qui Curiarum dicebatur: ac erant numero triginta. Quinque poſtea ſunt additæ. Romæ (inquit Feſtus) curiæ prope compitum Fabricium ædificatæ ſunt, quòd parum erant amplæ veteres à Romulo factæ: ac ſacra quãdo ex veteribus curiis in nouas euocata ſunt curiarum quatuor: per religiones euocari nõ potuerint. Itaque Forienſis raptæ, Vellenſis, Velitiæ res diuinæ fiebant in veteribus curiis.

38 ROSTRA.] Roſtra erant ad comitium prope iuncta curiæ Hoſtiliæ, poſtea mutata ſunt. Itaque erant roſtra vetera & noua.

38 SVBSTRVCTVS.] Erat enim ſub ſenaculo:

idcirco ſubſtructus dicitur. Senaculum à ſenibus dicitur, vt à tabernis tabernaculum. Senaculũ autem quàm Senatulum malim. Nec tamen ſenaculum erat ſupra Græcoſtaſin, quod aureum Ruffo & Victori dicitur: ſed etiam ad portam Capenam & ad ædem Bellonæ. Tria enim Romæ erant ſenacula, vbi Senatus haberi ſolebat: vnum, vbi ædes Concordiæ: alterum, ad portam Capenam: tertium, vbi exterarum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur in æde Bellonæ.

38 SENACVLVM.] Sic etiam Pompeius, qui & locum Senatorũ interpretatur: ſed Lampridius in Heliogabalo, ſenatulum appellat. Fecit & in colle Quirinali, inquit, ſenatulum. id eſt, mulierũ ſenatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis.

38 LAVTVLAE.] Locus, inquit Pompeius, extra vrbem: quo loco quia aqua fluebat, lauandi vſum exercebant. Hîc tamen Lautulæ in foro ſunt ad Iani Gemini ædem, quæ ærea erat. Ianus Geminus dicitur, quòd duplex erat, id eſt, bifrons.

38 DOLIOLA.] Feſtus, Doliola, inquit, locus eſt in vrbe ſic vocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus vrbem, ſacra in eodem loco doliolis repoſita fuerũt. Qua de cauſa in eo loco ne deſpuere quidem alicui licebat. Doliola erant ad cloacam maximã, quæ in foro erat. Ponitur & Doliolum locus à Victore & Ruffo in Auentino. Locus autem ad buſta Gallica dicebatur, vt ad Corneta, ad Iunium. Oſſa conſita ſunt ſimul ſita & humata. Æquimelium autem erat in quarta vrbis regione, vt & Buſta Gallica.

38 AB ARGO ſeu quod.] Vetus, *Ab argula ſeu quod*. Videtur legendum, Ab argu lapſu. Argu autem genitiuus erit Græcus, vt Menandru apud Terentium: vel potius, Ab argula ſeu argo. vtroque enim modo dicebatur. ídque magis omnino probo. Meminit Virgilius,

Necnon & ſacri monſtrat nemus Argileti.

39 AB HIS Viris.] Lego è vet. lib. *Viocuris*, id eſt, Viarum curatoribus, vt antè expoſui. Erat autem

Publiſius vicus in regione, quæ via lata dicebatur. In Ruffo tamen ſcribitur vicus Publij. hîc veteres libri habent, *Vicus Pullius*.

39 CLIVVS Publicius.] Vicus publicus à Ruffo vocatur: à quibuſdam Cliuus publicus. Erat in ſexta regione vrbis vicus antiquus publicij ad portam Trigeminam in vndecima. qua in regione etiam velabrum minus erat & argiletum. Cliuus Publicij in tertiadecima, quæ eſt Auentini montis.

39 AD FLORALES vſus.] *Ad floras ſuſus*. vet. lib. Floras pro Floræ, genitiuus priſcus, vt familias: pro ad Floræ. Suſus autem pro ſurſus vel ſurſum dixit. vt & Cato De re ruſtica, Ita ſubducito ſuſum animá quamplurimum poteris.

39 CAPITOLIVM vetus.] In regione vrbis quæ alta ſemita dicebatur, Capitolium vetus, à Victore prope templum Floræ ponitur. Ibi tria colebantur in ſuis ſacellis numina, Iupiter, Iuno, Minerua: vt vrbis tutelæ. In altero etiam Capitolio, quod erat in octaua vrbis regione, communi colebantur templo. Medium templum Iupiter tenebat, ad dextram ſuam cellam Minerua habebat: Iuno ad ſiniſtram. Proinde ſcripſit Auſonius,

Trina in Tarpeio fulgent conſortia templo. Erant & in Capitolio deorum ſimulacra omnium: illícque omnes dij celebrabantur. proinde optimus quidam & pius auctor, Capitolio, id eſt, idololatriæ eccleſia.

39 CIPRIVS.] Erat in quarta vrbis regione. pro Mitteret, in veteri legi *Inijceret*. quod & magis placet.

39 Ὀπισθόδομον.] Sic Athenis in arcæ poſticum templi Mineruæ dicebatur Opiſthodomus, quod publicum erat ærarium.

39 DICIMVS.] Vetus lib. *Dicamus*. Eſt profiteri hoc loco, dicare. Cicero pro Flacco, Ad hæc prædia etiã in cenſu dicauiſti. Vnde dicatio, cùm quis ſe ciuitati alicui tribuit, & eius eſſe ſe profitetur. Cicero pro Balbo, Nõ eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alij ciuitati dicarit,

poteſt:neque ſolùm dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt fieri ciuitatis mutatio.

39 DICEBATVR teſtudo.] Quod appellat Vitruuius cauum ædium teſtudinatum, his verbis, Teſtudinata verò ibi fiunt, vbi non ſunt impetus magni, & in contignationibus ſuprà ſpatioſa redduntur habitationibus. Pectinatum tectum, duas in partes deuexum: teſtudinatum in quatuor. De cauis ædium conſulendus eſt libro VI Vitruuius.

39 IMPLVVIVM.] Cohors in villa dicitur, in vrbe Compluuium & Impluuium. Erat Compluuium ad tectum, Impluuium ad ſolum.

39 TVSCANICVM.] Sic Tuſcanicum cauum ædium à Vitruuio deſcribitur, Tuſcanica ſunt in quibus trabes in atrii latitudine traiectæ habeant interpenſiua & colliquias ab angulis parietũ ad angulos tignorum intercurrẽtes: item aſſeribus ſtillicidiorum in medium compluuium deiectas. Diodorus autem ſcribit multis artibus Tuſcos excelluiſſe, & floruiſſe.

40 COENACVLVM.] Olim cœnaculum in plano erat, poſtea in ædito. Superiora enim domus cœnacula vocarunt, quæ plerunque locabant. *Rarus venit in cœnacula miles*, inquit Iuuen.

40 HIBERNVM.] Habuere poſtea Romani Cœnationes æſtiuas & hibernas, & cubicula hiberna & æſtiua: ſed & triclinia: quod ex epiſtola Plinii ad Apollinarem intelligi poteſt.

40 IVNONIS.] Hoſpitæ, quæ Lanuuii colebatur.

40 RELIGIONEM.] *Ligionem* in veteri: quid ſi regionem? vt de regione vrbis intelligatur. Tutilina dea, frumentis collectis & reconditis preæ ſſe, atque adeò omnia tueri cenſebatur. in veteri *Titulina* hîc legitur. Ædicula Tutilinæ erat in tertiadecima vrbis regione in Auentino. Erat & in circo, vt iam antè diximus, ſignum Tutilinæ.

40 NAEVIIS.] Næuiæ ſyluæ mentionem Pompeius facit. Hæc porta ante Capenam & Tiberim erat.

40 RANDVSCVLA.) Prope Næuiam fuit, quæ & Randuſculana vocata fuit: vt Randuſculæ vicina fuit

Lauernalis, vicus portæ Næuiæ, & vicus portæ Randuſculanæ vel Ruduſculanæ, & ara Lauernæ, erant in duodecima vrbis regione.

40 MVCIONIS.] Mugiona porta à Pompeio dicitur, quam ſic vocatam ſcribit à Mugio quodam, qui ei tuendæ præfuerit. *μυκωνὶς* à mugitu Græcè vocatur à Dionyſio, *Ῥωμύλος μὲν*, inquit, *ἱδρύσατο Διὶ παρὰ ταῖς καλουμέναις μυκωνίσι πύλαις*. Erat igitur Mugiona porta prope Iouis Statoris fanum. Hic Bucitatum neſcio quod oppidum fingunt, nunquam fando auditum. Proinde vide num legendum ſit, In Buccina tum antiquum oppidum exigebat: aut potius vno verbo Imbuccinatum, pro Buccina citatum. Varro De re ruſtica, Subulcus debet conſuefacere omnia vt faciát ad buccinam. Primò cùm incluſerunt, cùm buccinatum eſt, aperiunt, vt exire poſſint in eum locum vbi ordeum fuſum in longitudine ſit. Huius autem conſuetudinis Polybius meminit in hiſtoria ſua.

40 ROMANVLAM.] Eam alii vocant Romaniã. Volupiæ ſacellum erat in decima regione: id eſt, in Palatio, vbi vetus Roma, vel quadrata. cuius hic portas deſcribit.

40 CLAVSA.] Vet. lib. *aperta*. puto operta legendum, quod eſt clauſa.

41 LECTOS.] *Lecticas*, liber vetus & excuſi. ſed *lectis* rectè emendatum. lecti enim in lecticis ponebantur, vt in pheretro lectus mortui. Eſt enim lectica quod lecto ſubſternitur. affertur ex Attilio Ruffo, Primùm contra conſuetudinem imperatorum, ipſe pro lectis lecticis vtebatur.

41 QVAM lectionem quod.] Mallem, Qui lecticam inuoluebant, vt Varro apud Nonium loquitur. Lecticam qui inuoluebant, ſegeſtria appellabant. Proinde, Segeſtria appellabant, non Segeſticam, lego.

41 IN EAS AGVS.] Equidem legendum puto, Quod in eas acus aut tomentum. Prius enim illud paleam ſignificat. Antonius, ſagum, quod non probo: mox, Hac quicquid, lego.

41 A PLVMIS.] *Vel à pluribus, vel à pollulis* Vetus

liber habet poſterius vtique:optimè:vt exiſtimo. Pollula autem veteres pro paruis vſurpabāt. Cato Labellum pollulum, amphoras olearias duas. Id eſt, paruū, exiguū, paululum. Puluinaria igitur & puluini polluli lectuli erant. Illud à pluribus dicetur in hanc ſententiam, quod plura ea habebant. alii legunt, vel à plumis, vel à pellulis. ſed vix eſt vt pellulæ pro pelliculis dicantur.

41 GALLI QVID.] Emendo Gallica, rectè, vt opinor: pro gaunacumma, gaunacum. Nam quod additur maius ſagum, hominis fuit non ſatis eruditi gloſſema. καυνάκαι, inquit Heſychius, ϛρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα, id eſt, gaunacæ ſunt ſtragula & operimenta altera parte villoſa. Eſt & gaunace genus pallii ad induendum: effertúrque per g & c hoc vocabulum.

41 TORVINVS) Lego, omnibus libris refragantibus, Torulus, quod vocabulum lingua Gallica retinet. Plautus Amphitruone, *Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo.* Ab eadem mente eſt illud Ciceronis in Oratore ad Brutum, Aut addit aliquos, vt in corona toros.

41 GRADVS) Huius gradus ſic meminit libro primo De analogia, Quòd ſi eſſet analogia petenda in ſupellectile, omnes lectos haberemus domi ad vnam formam, & aut cum fulcro, aut ſine eo, nec cùm ad triclinarem gradum, mentem ad cubicularem, Locus igitur de tricliniari gradu eſt. legitur in veteri libro, *gerit in inferiora ſuperiorem.*

41 IBI) In ædibus, ſcilicet: quanquam hæc parum cum ſuperioribus cohærere videantur, & fortaſſe aut aliquid conturbatum aut diminutum ſit.

41 DVPONDIVS) Dupondius, duo ſunt aſſes, aſſipondium, aſſis vnus. Olim enim aſſes erant librales.

41 DECVSSIBVS BICESSIS) Puto legēdum, Viceſſis: quia mox ſequitur, Quod dici ſolitum à duobus biceſſis. Vbi vetus liber *bicenſis* habet, ſed vt opinor, malè. Nam biceſſis duos aſſes ſignificat, viceſſis, viginti: quāquam in viceſſi, vis idem eſt quod Bis, vt Varro interpretatur duos decuſſes. Martialis,

Amphora viceſſis modius datur ære quaterno:

Ebrius & crudus nil habet agricola.
Pro, *Quo dixi ſolum*, legitur etiam, *Quod dici ſolitum*.

42 DENOS AERIS.) Id eſt, denos aſſes. Sic enim ſæpe loquebantur, & aſſes ſubintelligebant. Æs etiam aſſem ſignificat, vt in mancipiis, Ære libram ferito, id eſt, aſſe.

42 RETRO AERA dicerentur.) Id eſt, in ære retro loquerentur & numerarent, pro dupondio & ſemiſſe ſemiſſem tertium dicentes: quæ fuit ſeſtertii origo, vt ait Varro. Sic trientem tertium pondo vouit Ioui coronam auream Quintius, id eſt, duarum librarum & ſemiſſis: & lignum bes alterum dicebant latum, pro pedem & beſſem latitudinis habente. Sic τρίτον ἡμιτάλαντον etiam Græci, à quibus iſta loquendi ratio manauit.

42 SEMBELLAE quod valet.) Alii libri, *quod libellæ, vt hæc quarta pars.* Nam teruncius eſt quarta pars libellæ vt quadrans aſſis. Teruncius etiam ſembellæ dimidium eſt. ita in vtraque ſcriptura idem ſenſus eſt: tantùm Auguſtini locupletior eſt ſembellæ vocabulo.

42 AB EODEM.) δωτίνη ſcilicet, ab hoc enim Siculo verbo non dos tantùm, ſed etiam donum manauit.

42 GRAECE δῶρον.) Vetus lib. Græcè vt aſſedonium, legendum: Nam Græci vt Aſiæ δόμον non poteſt, inquit, aliunde doni origo quàm à δωτίνη repeti. Non enim elici commodè poteſt ex aliis Græcorum verbis donum ſignificantibus. Quorum tria enumerat: vnum Aſianorum, Græcorum alterum aliorum, tertium Atticorum.

42 ἀῤῥαϐον.) Scribendum ἀῤῥαβών. mox quod ex eo quod debitum reliquit.

42 REFECTVM.) Puto, refectum, id eſt, cùm minus redit, quàm quanti conſtat. Cic. Antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum tibi reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones poſſis.

43 QVAM exoluerit.) Si amplius eſt quàm vt exoluat tantum, quanti ceptum eſt. legitur etiam, quam vt exolueret. Non auerſa Minerua coniicit vir elegantis iudici

iudicij Auguſtinus,Ex eo luerit quàm quanti.

43 INTRIGO.] Sic libri veteres.Sed intertrigo veriſſimum eſt & ingenuum : vt cùm inter ſe pedes vel fœmina teruntur. Intrigo in his duobus tam propriè fortaſſe non diceretur. Itaque nomen intertriginis retinendum:intriginis propè exterminandum cenſeo.niſi ſi intrigo eſt,cùm quid alteri interitur:vt intritum & intrita in fœminino genere dicitur. Non ſolùm enim interterendo , ſed etiam interendo partes aliquæ lædi poſſunt. ac intertrigo quidem erit , ſi vtrumque femur lædatur, alterum ab altero : intrigo, ſi vnum ab altero, aut cùm quid alterius tritu dolet.

43 DICTA vt exigi.] Vetus, *Dicata, vt exigi poſſit ob reatum.*

43 ESSE MVLTA.] Senſus eſt, cùm olim ſingulæ hæ appellarentur,multæ dicebantur à populo,vnde hoc nomen adeptæ ſunt.Quòd vnum dicebant multa, id ex eo probat Varro, quòd cùm in dolium aut culeum ruſtici vinum addũt , prima vrna addita hoc nomen vſurpant,& multam vrnam dicũt. Quod(vt reor) faciebant boni ominis cauſa,copiam quandam & multitudinem ominantes.

43 PVNIENDO.] Vetus liber,*pœniendo:* quod priſcum verbum eſt, ſed pœnæ valdè finitimum. vt autem priſci dicebant pro Munio,Mœnio,ita pro Punio, Pœnio. A pœnitẽdo,nõ reperi in veteri libro:cùm pœnitere à pœna potius,quàm pœna ab eo duci videatur. aut Quod poſt peccatum ſequitur,lego. vt Pœna,à Pone,quod eſt poſt,deriuetur.

43 COROLLARIVM.] Plinius, Corollis inter initia propter gracilitatem nominatis:mox & corollariis, poſtquam è lamina tenui inaurata aut inargentata dabantur.Idem Plinius,Coronarium æs tenuatur in laminas , taurorúmque felle tinctum ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet.

43 Μοετὸν.] Μοιτὸν verbum Siculum annotat Heſychius, Siculorúmque prouerbium refert : ἡ γὰρ χάρις μοιτὸν οἰνόχαειν. quod prouerbium mutuum in gratia vult eſſe.Pro Moeton ἀντὶ thymo (quod videtur eſſe mutuum

in animo, vt αἰ ſit ἀνά) in veteri eſt *Moeton antimo*, id eſt mutuum ſupero pretio, pro ἀνατιμῶ.

43 SI HIS ea pecunia.] Hæc valde mutila ſunt. legendum autem cenſeo, Super ea pecunia: vt ſuprà, Super lectulis.

43 AD PONTEM.] Multi, Apud pontificem, emendant: Budæus pontem retinet. Qui Ad pontificem legunt, ratione nituntur: quòd à ſacro qui vicerat, auferebat ſacramentum ſuum. Qui pontem, quòd pontem ſublicium pontifices referre ſolerent: vnde & nomen, vt quidam cenſent, inuenere. Nam de ponte ſuffragium accipere ratio nulla eſt. Hîc etiam alij quingentos, alij quingenos. In Probo ſcribitur, Quando negas, te ſacramento quinquagenario prouoco. In Feſto, Sacramentũ aliis in rebus quinquaginta aſſium eſt: in aliis, quingentorum inter eos qui iudicio inter ſe contendebant. In cauſis autem ciuilibus petitor & inficiator dicuntur, vt in capitalibus, accuſator & reus.

44 A POPVLO.] Scribo, *quæ populo*, ídque auctoritate & fide veteris libri.

44 ATTRIBVTVM.] Cicero in Verrem, Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. Quem in locum Aſconius ſcribit. Quæ in ſtipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæſtori ſolet.

44 AES MILITARE.] Inde milites ære diruti: quibus ſtipendia, id eſt æra militaria, non procedebant: quòd æs diruebatur tum non in militis ſacculum, ſed in fiſcum. Auſonius, Et quia ſub imperatore tum merui procedere, mihi inter frequentes ſtipẽdium iubebis: ſin aliter, ære dirutum facies, vt cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto, redeant verſus vnde venerunt.

44 CEDIT miles.] Id eſt, venit miles. ſic enim ſæpe ab antiquis cedere vſurpabatur. Locus eſt in Aulularia Plauti.

44 LIBRAE pondo.] Vetus, *Libras*, genitiuo antiquo.

44 STIPO.] Vetus, *ſtipo*, à στοιβῆ.

44 CVM theſauris aſſes.] Id eſt, deorum cellis,

aut ſacris maioribus arcis. Aſconius, Vnde quia maior eſt ſumma pecuniæ publicæ quàm priuatæ, vt pro cenſu priuato, ærarium: pro loculis & arca, theſauri: ita pro ſacello, fiſcus. Hic igitur theſauri ſunt in templis pecuniæ receptacula: in quæ ſtipem iaciebant, vt hodie in indulgentiis fit. Cicero ſtipem, libro II De legibus, ſuſtulit, præterquam matris Ideæ Megalenſibus: de qua Ouidius,

Dic, inquam, parua cur ſtipe quærat opes.
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait: dandæ mos ſtipis inde manet.

44 MILITES ſtipendiarij.] Exiſtimo legẽdum, Multi ſtipendiarij. Sic enim vocabantur populi qui ſtipendia pendebãt, vt Hiſpani & Afri. Cicero in Verrem, Quod cæteris, ait, impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur; vt Hiſpanis & pleriſque Pœnorum, quaſi victoriæ præmium & pœna belli. Non malè etiam qui *militis* legunt. Lego mox, *ab eodem ære pendendo*, è libro veteri. quanquam Impẽdendo ſi legatur, non multùm intereſſe videatur. Non longè hinc ſcriptum reperi, *& in prima penſione & in ſecũda, & quod compenditur vna fit.* legendum, quod cùm penditur: aut, vt excuſum eſt, *quod cùm compenditur.*

44 IMPENDIVM]. Sors appellatur impendiũ, quòd ea pecunia fœnori impenditur. mallem itaque legere Impendium appellatam, quàm appellatum. Varro de eadem re, vt proximo libro, Ab hac pecunia, quæ in fœnore ſors eſt, impendium quod inter ſe iungat. Latius tamen plerumque patet impendij ſignificatio, vt cùm impenſam & ſumptum eo nomine intelligimus.

45 LOQVITVR.] Vetus liber, *Loquuntur.*

45 CHRYSIPPVS.] Vetus, *Ariſtippus. Alij quoque, & Antipater.* De philoſophis autem Stoicis loquitur Varro, qui hiſce de rebus multa ſcripſerant: atque, vt antè teſtatus eſt, non ſolùm ad Ariſtophanis lucernam, verùm etiã ad Cleanthis iſta lucubrauit. Chryſippus autẽ in Stoica diſciplina notiſſimus eſt omnib⁹. Tres etiam Ariſtippi in Stoica diſciplina à Diogene Laertio nominãtur. Itaq; quòd Ariſtippus repereram,

prætermittere nolui.

45 PLVS LITERARVM.] Meliores grammatici ſunt, etſi non tam acuti, ſunt diſputatores.

45 ALIA MVTENT.] Quidam excuſi, *Mittãt*: emendo, Amittant.

45 TVRDELITIO.] Vetus liber, *T. Turdelice*, pro T. Turdelico, vt puto. Itaque Turdelitius nomen eſt proprium, vt etiam Turdelicus, ſicui magis fortè placet.

45 LVCIENVM.] Varro De re ruſtica, At Q. Lucienus ſenator, homo quamuis humanus & iocoſus.

45 VT AB ſolo.] Vetus liber, *Vt à vetere, vt ab ſolu ſolum*. A vetere igitur, id eſt, ab antiqua conſuetudine. Illud, *Ab ſolu*, etiam in excuſis quibuſdam reperi. Apparet autem Varronem dicere, ſolum in neutro genere, olim dictum fuiſſe in maſculino, eáque declinatione qua Captus inflectitur. Sic legi poterit, Multa declinauit à vetere.

46 QVANQVAM.] Puto, Quæque.

46 MVNDI & motus.] Puto, Mundi, motus, vt ſuperiore libro. eius enim interuallum tempus eſt.

46 IN BASILICA Æmilia.] M. Æmilius Lepidus, & M. Fuluius nobilior, cenſuram vnà geſſerunt, è quibus Fuluius baſilicam poſt argentarias nouas faciendam locauit. Eam Varro Æmiliam & Fuluiam appellat. Inumbrare autem de ſolario aptè dixit ex vmbris horas quærente: vnde eius vmbilicus, qui Gnomo dicitur, σκιαθήρας, tanquàm indagator vmbræ, vocatur. Inumbrauit igitur eſt, ex deſcriptione vmbræ comparauit: quod horologium σκιαθηρικὸν dicitur. De primis tamen horologiis, quæ Romæ fuerũt, paulo aliter ſcribit Plinius libro ſeptimo.

46 A SVPREMO.] *A ſuperrimo*, vetus liber. nam ex eo ſupremum eſt imminutum.

47 PACVVIVS dicit Paſtor.] Fortè, Pacuuianus dicit paſtor. aut Paſtor, perſonæ nomen eſt, debétque verſui præſcribi: quod verius puto.

47 CASSII.] Puto, C. Actij, legẽdum. Actij enim Brutus à multis citatur.

47 AVTVMNVS ab ſole.] Hîc aliquid deeſt. Dicere enim vult anni tempora quadripertita ab ſole eſſe, menſes à luna. Abeſt etiam autumni etymon.

48 AB EO noſtri.] Menſes, ſcilicet. Intermenſis autem eſt id quod intermenſtruum nominatur, cùm luna in coitu eſt. Varro, Inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad veniat ad intermenſtruum: è quo die dicitur luna eſſe extrema & prima: à quo Athenis eam diem appellant ἔνην καὶ νέαν, καὶ τριακάδα. Intermẽſis autem dicitur, quia olim cùm mẽſes luna metiretur, & prima luna primus dies eſſet mẽſis, extrema vltimus, hoc tempus medium intercurrebat.

48 SENESCENTIS.] Deſinentis.

48 CHRYSIPPVS.] Solent libenter etymologiam verborum Stoici ſcrutari, vt Chryſippo αἰὼν, quaſi ἀεὶ ὢν videtur eſſe. Græca coniectura adductus, ſic reſtitui vt excudenda curaui.

48 DIEM acceſſerunt.] Id eſt, ad diem venerũt. Alij libri *dies* habent in plurali.

48 AGONALIA.] Vetus, *Idus Ianuarias*. De his feriis conſule Ouidium in Faſtis. Regem ſacrificulum Varro hîc dicit: Regiam, locum in Capitolio.

48 AGONE?] Id eſt, ferióne? Id non regem ſacrificulum, ſed miniſtrum interrogare aſſiduè, Ouidius ſcribit. Ordine autem menſium ferias percenſet Varro, de quibus Ouidium conſule.

48 FORNACALIBVS ſuis.] In ſua curia fornacalibus, quæ indictitiæ feriæ erant, feriabantur & ſacra faciebant: ſed ſtulta pars populi, quæ ſua curia eſſet, ignorabat, rem diuinam fornacalibus omiſſam, Quirinalibus faciebat. Proinde Quirinalia, ſtultorum feriæ vocabantur. Ouidius auctor.

48 FERALIA.] *Hanc, quia iuſſa ferunt, dixere Feralia lucem*. Quidam codices *Ferialia* hîc habent.

49 ET CVM intercalatur.] Poſt XXIII diem Februarij confectum, id eſt, poſt Terminalia. Romani ante annum à Iulio Cæſare correctum intercalabant: cúmque eorum menſes eſſent lunares, alternis annis, vt æquarent ſpatia ſolis, vicenos binos & vicenos ternos

intercalabant dies,menſémque conficiebant intercalarem, additis ei quinque diebus duodecimi menſis, qui Februarius olim erat.Ita apparet ante annum à Cæſare emendatum iſta à Varrone ſcripta fuiſſe.

49 EQVIRIA.] Ouidius,

Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen.

Nonnulli Varronis libri *Equurria* habent, à curſu equorum.

49 SEDENT.] Id eſt,feriantur. Plautus, *Venter meus reſidet eſuriales ferias.* Vſurpatur & à Cicerone libro II De legibus,vt illic explicaui.Foculum cùm dicit, ignitabulū ſignificat,paruúmque focum. Eo vtebantur cùm rem diuinam extra templa in locis non ſacris,aut in quibus ara non erat, faciebant. Cicero Pro domo, C.Attinius bona Q. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris,adhibitóque tibicine.

49 PROINDE vt ſint quinque.] Quinque dies Quinquatruum erant: quos inuexit error & ignoratio nominis, vt ait Varro. Dies enim vnus eſſe debebat, quintus poſt Martias Idus.

49 FORDICIDIA.] Horda bos & forda,Pompeio eſt prægnans : & Hordicidia & Fordicidia,hæ feriæ. Itaque per f & h ſcribitur, cùm alioqui digamma velut duplex aſpiratio ſit.

49 PALILIA.] Quo die Roma condita eſt, XI Cal.Maias.Parilia appellat Cicero libro II De diuinatione : & Athenæus, qui ea etiam Romana fuiſſe dicit vocata ſua ætate.

49 VINALIA.] X Cal.Maias Ouidio : IX, Plinio,deguſtādis vinis inſtituta: vt illa quæ Græci πιθοίγια dixerunt.Hæc autē priora Vinalia Ioui cōſecrata erāt, vt poſteriora,quæ celebrabātur XIII Calend.Septembres ad auſpicandam vindemiam.Veneris autem priora cenſebantur feriæ à multis : quem errorem annotat obiter Varro, cùm ſcribit, Is dies Iouis, non Veneris. Ouidius,

Cur igitur feſtum Veneris Vinalia dicant,
Quæritis, & quare ſit Iouis iſta dies?

Quæ autem Varro de vindemia hic ſcribit, poſteriori-

bus Vinalibus magis conueniunt, quàm prioribus, quibus vindemiam nemo dum auſpicatur. Varro, Item adueneror Mineruam & Venerem: quarum vnius, procuratio oliueti, alterius, hortorum: quo nomine ruſtica Vinalia inſtituta.

49 VINVM.] Vuas. Sic à Catone vinum pendens dicitur: ſic à Plauto in Trinummo vinum vſurpatur.

49 AGNA facit.] Rem diuinam, ſcilicet, vt Maro, *Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.* Et Horatius, *Seu poſcat agna, ſiue malit hœdo.* Alij, *Agnam facit*, legunt, pro ſacrificat: quòd & vſitatiſſimum eſt.

49 EXTA cæſa.] Exta cocta cæduntur, deinde cæſa proiiciuntur in aram: iis proiectis res diuina facta videbatur.

49 RVBIGALIA.] VII Cal. Maii.

50 POPVLI fugia.] Iulio menſe, ſcribendum videtur. Neque enim Ouidius in Iunio meminit: & Macrobius hac de re ſic ſcribit, Cuius rei hoc argumentum profert, quòd poſtridie Nonas Iulias re bene geſta, cùm pridie populus à Tuſcis in fugam verſus ſit, (vnde populifugia dicũtur) poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio.

50 CAPROTINAE.] Vnde natæ ſint illæ feriæ, Macrobius docet lib. I. Saturnaliorum, cap. X I. Hìc autem Varro, vt in libris eſt veteribus, *ſacrificantur*, pro ſacrificant, poſuit. quod verbum in Varrone annotat Marcellus.

50 TOGATA, prætexta.] Eſt enim togata, nomen generale: cuius ſpecies ſunt, Atellana, Prætextata, & Tabernaria. Pro Tabernaria videtur dixiſſe Togatam Horatius, cùm ſcripſit, *Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.*

50 IN PORTV.] Præerat etiam portis, & clauis ei dabatur: auctor Pompeius. Eius feriæ erãt antę diem X I I I I Calend. Septemb. Res diuina fiebat ad pontem Æmilium, vbi eius ædes.

50 VVLCANALIA.] X Calend. Septemb.

50 OPICONSIVA.] Octauo Calēd.Septemb. Suffibulum Varroni hîc ſubligaculũ videtur eſſe:quanquam id ab eo dubitanter poſitum eſt, & notatione adumbratum. A ſuffiendo autem cùm dicit, videtur eſſe à ſubter fiendo, quòd ſubter fiat. Aliis veſtimentum eſt ſuffibulum,album,prætextum,quadrangulum, oblongum: quod in capite virgines Veſtales ſacrificantes habebant, ídque fibula comprehendebatur: vnde & nomen.

51 VINVM nouum & vetus.] Meditrinalibus muſtum vinúmque nouum libabatur & deguſtabatur, boníque ominis cauſa vetus dicebatur. Sextus Pompeius, Medittrinalia, inquit, dicta hac de cauſa: Mos erat Latinis populis, quo die quis primùm guſtaret muſtum, dicere, ominis gratia, Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum, eiúſque ſacra Meditrinalia dicta ſunt. Eſt autem Meditrina, medendi dea.

51 FONTANALIA.]Fontinalia,Sext.Pōpeius: quæ fontium ſacra interpretatur: atque inde dicit eſſe Romæ appellatam portam Fontinalem.

51 ID AB luendo.] Siue feriæ à loco nomen habent,ſeu locus à feriis,vtrumcunque ſit,quod prius eſt, ab luere nomen ducit.Inde enim luſtrum oritur.

51 ANGERONALIA.] Pontifices in ſacello Volupiæ rem diuinam Angeronæ faciebant: quæ dea animorum angores & ſollicitudines depellit: vnde & eius nomen.Eius ſimulacrum erat obligato & obſignato ore.Eius erant feriæ XII Cal.Ianuarij.Saturnalia olim XIIII,poſtea XVI.mox Opalia.

51 ACCALIA.] *Acculeta*,veteres lib.Sed ab Acca,Accalia emendaui.

51 LAVRENTALIA.] Laurentinalia, Macrobius.

51 SEXTO die, qui Acca.] Macrobius, decimo Calend.Ianuarias. Sed cùm ſolerent Saturnalia ſeptem diebus celebrari, à ſextodecimo Calend.Ianuarias Accalia, quæ X Calend. fiebant, in ſextum eorum diem

incidunt:quod Varronem intellexiſſe puto.

51 DIEM Tarentum.] Hoc expungendum cẽſeo, ſicque legendum, Qui Acca dicitur. Hoc ſacrificium fit in Velabro. Macrobius de Accalibus, Et ideo ab Anco in Velabro, loco celeberrimo vrbis ſculpta eſt, ac ſolemne ſacrificium eidem conſtitutum, quo diis manibus eius per Flaminem ſacrificaretur.

51 FERIAE non populi.] Septimontium dicit ferias non totius populi, ſed montanorum tantúm. Tum autem in ſeptem locis rem diuinam faciebant, Palatio, Velia, Fagutali, Suburra, Cermalo, Ciſpio, & Oppio. Montani autem & Pagani in vrbe, ſua quædam ſacra, ſua quædam conuenticula habebant. vt & ex hoc intelligitur loco, & ex eo quód à Cicerone ſcribitur Pro domo, his verbis, Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores noſtri conuenticula & quaſi concilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint.

51 PAGANALIA QVI.] *Vt Paganalibus qui ſunt*, veteres libri habent. Nam & in vrbe, non ſolùm in agris, etiam pagi dicebantur: & in plebe Romana, montanis pagani videntur opponi.

51 DE STATVTIS.] Id eſt, de ſtatiuis feriis, de diebus ſtatis. Nam non raró ſic vſurpatur ſtatutus, vt apud Cic. in Tuſcul. Solemne & ſtatutum ſacrificium. vbi quidam emendant Statim: ſed nihil mutandum cenſeo. Pro Milone, Statuta ſacrificia Dictatoris Lanuuini.

52 ANNALIBVS.] De anniuerſariis, non tamẽ ſtatutis, ſed conceptiuis. Sunt autem conceptiuæ feriæ, quæ cõcipiuntur & indicuntur quotannis.

52 SEMENTINAE.] Sementinæ, multi ſcribendum cenſent, & in libro primo Varronis De re ruſtica ita ſcribunt. Res autem diuina tum fiebat in æde Telluris.

52 PAGANICAE.] Aliæ à Paganalibus, vt reor: etſi Paganalia in conceptiuis Macrobius numerat.

52 NOVENDIALES ſunt.] Nouendiale ſacrũ indicebatur publicè, quoties lapidibus pluerat. A nouẽ diebus, quibus feriabantur, nomen habuerunt.

52 CALANTVR.] Id eſt, pronuntiantur. Curia Calabra, à calando, id eſt, à vocando, nomen habebat: quòd eò populus vocabatur ad audiendas Nonas, Calendis cuiuſque menſis, ſeptimanæ an quintanæ eſſent. Calabra autem curia erat in Capitolio, iuxta caſum Romuli.

52 QVINQVE.] Quinquies, cùm quintanæ erant, dicebat: ſepties, cùm ſeptimanæ. Itaq; Quinquies ſcribendum & Septies videtur: aut veteri more iſta aduerbialiter dixerit.

52 IVNO Nouella.] Iuno hîc luna eſt, quæ etiam Iuno Lucina dicebatur. Multis enim deabus nomen Iunonis tribuebant: vt & mulieres ſuam ſibi Iunonem adoptabant, vt viri Genium. Veteres libri, & quidam excuſi, hîc pro Nouella, *Couella* habent: vt opinor, mendoſé.

52 VOCANT Itus.] Id eſt, Iouis fiducia. ſunt enim Idus Ioui conſecratæ.

52 DIES NOVI inciperent.] Legendum cenſeo, Nihil noui. Gellius, Religioſi dies dicuntur triſti omine infames impeditíque: in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandum eſt.

52 OMNIA verba.] Do, dico, addico: quod eſt, Do actionem, Dico ius, Addico aliquid mea ſententia. his enim tribus iuriſdictio continetur.

53 QVANDO REX comitiauit fas.] Pompeius, Quando rex comitiauit fas, in Faſtis notari ſolet, & hoc videtur ſignificare, quando rex ſacrificulus rebus diuinis perfectis in comitium venit. In Sexto Pompeio, pro Rex, malè Herus legitur. Inde etiam à Plauto, licet in aliam ſententiam, verbum Incomitio vſurpatum eſt.

53 QVANDO ſtercus delatum.] In Faſtis, inquit Pompeius, notatur dies quo ſtercus purgatur ab æde Veſtæ.

53 QVOD ver omnia.] Vide Macrobium.

54 A DIE Februato.] Id eſt, à Lupercalibus, quæ diem Februatum etiam vocabant, quia tum purgabatur: quod februare eſt vetus oppidum, id eſt, vetus Roma, quam in Palatio quadratam Romulus condiderat: & mulieres amiculo Iunonis (id eſt, pelle caprina) februabantur. Pellem autem caprinam, Iunonis amiculũ vocabant, quòd capræ exuuio ſimulacra eius in Latio veſtirentur, id eſt ægide: & ita amicta pingeretur. Cicero De natura deorum, Tam hercle quàm tibi illam veſtram hoſpitam, quam tu nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. Quod autem Varro ait, Gregibus humanis cinctum, eam (vt opinor) ſententiá habet, quòd à gregibus Lupercorum (quorum quidam, Fauiani, quidam Quintiliani dicebantur) luſtratum purgabatur.

54 VERBORVM declinantium.] Vide num Declinationum legendum ſit: præſertim cùm paulò pòſt ſcribat, Ex eorum declinationibus verborum. Declinationem autem appellat perſpicuè Varro, deriuationem & deductionem à verbis primigeniis, & (vt Cicero loquitur in Partitionibus) inflexionem. Sunt enim Primigenia Varroni, quæ grammatici Primitiua vocant. Adſignificare autem dicit quod in Ariſtotele Dialectici conſignificare appellant: nam Adſignificat tempus, quod adiunctam habet temporis ſignificationem & notationem.

55 VNAS. In nullis.] Veteres libri, & quidam excuſi, *Nullius*. Ego verò legendũ cẽſeo, Vná. Sin nullius, id eſt, ſin nullius verbi primigenij originem oſtẽderit.

55 PRINCIPIO erũt.] Principia, malim. In vetere libro hanc complexionem non reperi.

55 PRAEVERBIIS.] Præuerbia appellat præpoſitiones, quia in compoſitione verbis præponuntur.

55 DEMOCRITVS ſecutíque.] Quidam excuſi codices, *Secutus quod:* vetus, *Securus:* emẽdo, Epicurus. Conſtat enim ſatis Epicurum infinita indiuidua corpuſcula cenſuiſſe rerum eſſe principia.

55 IDEO locus eſt diff.] Vetus, *Locutus eſt*: pro, De iis difficile eſt loqui : vt apud Liuium traditus antiquus.

55 QVORVM in partu.] Id eſt, quorum originem meminerimus.

56 CONSILIARI.] Conſiliari, eſt cogi: eóque Lucretius ſæpe vtitur. Sed conſiliari etiam veſtimẽtum apud fullones dicebatur, id eſt, cogi, mutatione c in ſ: vnde Conſilium.

57 LIBITINA.] Eſt enim etiam Libitina Venus. Plutarchus, διὰ τί τὰ πρὸς τὰς ταφὰς πιπράσκουσιν ἐν τῷ τεμένει τῆς Λιβιτίνης, νομίζοντες Ἀφροδίτην εἶναι τὴν Λιβιτίνην; id eſt, Cur quæ ad funera pertinent, vendunt in templo Libitinæ, exiſtimantes Venerem eſſe Libitinam? Eſt & lectus quo efferuntur mortui, inquit Acro.

57 MAMVRIAM veterum.] Veterem memoriam cani à Saliis exiſtimare videtur Varro. Alij tamen ab iis Mamurium Veturium cantari dicunt. Sextus enim Põpeius, Mamurij Veturij nomen frequẽter celebrari Romanis cantibus ait, quòd ancile cælo delapſum multis factis ſimilibus imitatus ita eſſet vt verè illud cælo delapſum internoſci non poſſet. Plutarchus eiuſdem rei auctor eſt, qui vtramque etiam opinionem his verbis refert, Οἱ δὲ Οὐετούριον Μαμούριον εἶναι φασὶ τὸν ᾀδόμενον· ἄλλοι οὐέτερην μνημορίαν. Id eſt, Alij Veturium Mamurium eſſe aiunt qui canitur, alij veterem memoriam. Hîc veteres libri habent *Mamuri Veteri* in vocandi caſu. Quam veram lectionem puto : & à Varrone ſub nomine proprio intelligi memoriam veterem cenſeo.

57 ITAQVE Terentius ait.] Opinor apud Terentium locum non extare : & in veteribus, *Iuuentius* ſcribitur, non Terentius.

57 NARVM.] Id eſt, gnarum. id enim abſque g veteres dicebant.

57 AB TACENDO.] Veteres lib. *A iacendo*: puto, A dicendo. Nam primam dixit actionem mentis & animi, ſecundam orationis, tertiam factorum. De prima adhuc egit, ſequitur proxima.

57 AC FATVVS FARI.] Puto, Fatuus ac fari id factum : vt ſignificet per imitationem eſſe facta hæc vocabula. quanquam Ac fatuus redundare videtur, cùm de eo pòſt agat.

58 EXTRA VRBEM agris.] Ager poſt pomeria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus, vt Seruius ſcribit.

58 PROFANATVM.] Id in decima Herculis vſurpabatur. Macrobius, Et benè re geſta decimam Herculi profanauit. Quòd autem Pollutum à porriciendo dictum ſcribit Varro, mirum eſt, cùm Polluctum ſcribendum eſſe videatur : vt à Plauto dicitur in Rudente, *Ni daturus nihil ſim, neque ſit quicquam pollucti domi.* Iterum, *Non ego ſum pollucta pago.* Et à Polluceo deductum ſit. Plautus, *Vt decumam partem ex voto Herculi polluceam.* Niſi fortè pollucere à porricere declinatum putat. quod veriſimile eſt.

58 VTCVM profanum.] Puto, Profanatum.

58 PES BETAE.] Libro primo De re ruſtica, Pedes betaceos eodem modo dixit. Nam malo de meis pedibus audire, quàm quemadmodum pedes betaceos ſeri oporteat. Sic autem vocat propagines betarum, atque adeò betas ipſas, quæ ſeruntur.

59 FANIS SABINIS.] Ex aliquo veteri ſcriptore.

59 CONSVLENDI.] Conſolandi cauſa, legendum: vt apud Catullum, *Qua ſolatus es allocutione?*

59 DICTVM A concinne.] Puto, A concino, quod eſt conſono. Veteres libri, *Continuè loqui à continuo* habent, malè vt opinor.

59 DICTVM ET nuntiare.] Putem legendum, Dictum enuntiare.

59 POETA cogitante] Sic de poeta etiam Terentius dixit,

Sed hic actor tantum poterit à facundia, quantum ille
potuit cogitare commodè,
Qui orationem hanc ſcripſit quam dicturus ſum.

59 AB QVIS rebus.] Cenſeo emendandum, Ab nouis rebus, vt nuntium ab nouo interpretetur : cùm

præſertim cauſam reddat, & nouitatis mentionem ſuperiore complexione fecerit. Nouum autem à Græco νέον deduci poſſe ait.

59 NOVISSIMVM.] Equidem miror Gellium affirmare hoc verbo Ciceronem non eſſe vſum, cùm & in oratione Pro Roſcio Comœdo, & aliis in locis, eo vtatur. Ælius autem, cuius hîc meminit Varro, is fuit qui cognomento Stilo & Præconinus vocatus eſt, ipſius (vt aiunt) Varronis magiſter.

60 INDICIT ILLVM.] Fortè, Indicit bellum: atque ita legendum cenſeo. Aut, Indictiuum illi mortuo funus prædicat: aut, Prædicat illius dei indictiuas ferias. Illum enim pro certo quodam poſuit.

60 PRODIXIT DIEM.] Id eſt, Diem antè dixit & antè denuntiauit. Cicero Pro domo, Ne niſi prodicta die quis accuſetur. Addixit iudicium, eſt (vt puto) Addixere iudices, addixit prætor.

60 DICTVM IN.] Id quod ſalſè dicitur: minúſque dictioſus eſt, qui ſalibus abundat.

60 CASTRENSIBVS ducibus.] Pro Ducibus quid hîc ſubſtituendum ſit, adhuc quæro. Mihi quidem deprauatiſſimus eſſe videtur locus. In manipulis caſtrẽſibus eſt decanus, ſed eius alia origo. Dice ibus aliquando legendum putaui, ſed malè: nihílque quod placeat, nunc in mentem mihi venit.

60 DICITVR IN IMO.] Vetus ſcriptura, *Dicuntino*. vide num, Dicunt in os, legendum ſit: vt In os laudare, apud Terentium. Aut potius Dicuntino erat perſona aliqua Imperatiui apud veteres: vt apud Catonem, Vino præfamino, id eſt, prædicito, antè dicito. Ex quo flagitioſè & indoctè factum eſt à nonnullis adiectiuum præfaminum. Sic Plautus in Pſeudolo, *Si hic quò progreditur, pariter progredimino*. id eſt, progreditor. Alii, *Dicitur innuo*, pro, Non conueniunt nunc iudices, ſed iam oratores dicunt.

60 DICIS CAVSA.] Soſipatro nomen eſt indeclinabile, Dicis, genitiui caſus. ſic enim ſcribit, Alia vnius tantùm caſus ſunt, vt, Haud ſecus ac iuſſi, faciunt: Adfatim, Adincitas, Inficias, Suppetias, Pedum, Sponte,

Dicis,Ergo,Nequam,Nihili,Frugi. Vſurpatur à Cicerone Pro Muræna, Sed ánne tu,dicis cauſa, vindicaueris? Et in Verrem, Artagatho imperat vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum,dicis cauſa daret. Varro hoc libro,Id inceptum credo,cùm non adeſſet accenſus, & nihil intererat cui imperaret, & dicis cauſa fiebant quædam,neque item facta,neque item dicta ſemper. Plinius lib. XXVIII, cap. II, Si pôtifici accidat, dicis cauſa epulanti,in menſa vtique id reponi, adolerique ad Larem, piatio eſt. Ac videtur eſſe, Dicis cauſa,idem quod verbi cauſa.

60 SI DICO.] Lego,Sic dico:& mox,Quod det, lego,Quod &.

61 IN VESTIMENDO ſartum.) Non tam videtur ſartum à ſerie,quàm à ſarciẽdo,deductum:quamquam ſecus Varroni videtur. Cùm autem in Moſtellaria Plauti ſcribitur, *Non veſtẽ amatores mulieris amãt, ſed veſtis fartum*, aliquando ex hoc Varronis loco emendandum ſartum putaui: ſed nunc fartum præclarè conuenire,& nihil mutandum eſſe intelligo.

61 NAM MANVM aſſerere dicit.) Puto dici, Conſerere manu cum hoſte, ſubaudita pugna. Inde illud, Ex iure manu conſertum; quod ex formula ſine mutatione caſus dicitur. vt apud Ciceronem,Condemnari arbitrium pro ſocio. Nam & hîc, Arbitrium pro ſocio,ſine declinatione vſurpatur ex iudicii formula: & Conſerere manum, tanquam conferre & commiſcere, eodem. Sic, Aſſero manu dicitur,pro Manu vindico,& Aſſero manũ,pro Manum admoueo impono,& tanquã iuxtà ſero & pono:vt Aſſitæ dicũtur arbores, propè ſatæ.Augur igitur manũ imponens,cùm inaugurat, verbi auctoritatem ab eo quem inaugurat, petit. Liuius de Augure, Tum lituo in læuam manum tranſlato, dextra in capite Numæ impoſita,precatus eſt ita,Iupiter pater, ſi fas eſt hunc Numam Pompilium,cuius ego caput teneo,regem Romæ eſſe.

61 SORS EST, Impendium,quod inter.) Sors quod inter ſe iungat,legendum exiſtimo. Nam impendium,vt ſortis gloſſema, huc inculcatum arbitror ſatis

inconſideratè.

62 APRISSIVS.] Vetus ſcriptura, *Imitans Chryſippus io buco quis me iubilat? Vicinus Atus antiquus.* Videtur autem Varro ſignificare ab Io ductum iubilare eſſe.

62 QVI ID dum facit, oblig.] Sponſi hîc ſunt ex ſponſu obligati, conſponſi. Nam conſponſos veteres appellabant, fide mutua obligatos, & ſponſos, obligatos: vel, vt Varro ait proximo libro, contra ſponſum rogatos: id eſt, ad ſpondendum.

62 QVAE PECVNIA.) Sipontinus, Qua, legit: optimè, meo iudicio. Quod autem mox ſequitur, Contra ſponſum, putem, Ad ſpondendum, id eſt, ad mutuam quandam ſponſionem. Itaque proximo libro legitur, Sponſus contra ſponſum rogatus, id eſt, ad ſpondendum rogatus.

62 NON ENIM ſi nolebat.) Non poterat enim non dare, cùm iam extra eius arbitrium & poteſtatem eſſet. Nam tum prætor ducere cogebat, quod eius iudicium ad legem eſſet, quæ ſtipulationes confirmat, quales erant in ſponſalibus, non ad æquum: vt poſtea verum cenſorium iudicium ad æquum tum erat, vt memoria Varronis prætorium. Prætor enim tandem legis interpretationem ſibi vſurpauit, & ei addidit ius honorarium, quod quibuſdam de cauſis ſponſalia diſſoluebat.

63 CONSPONDERE.) Hîc Conſpondere lego, à ſpondere. Nam etiam apud veteres ſpondere, erat dicere: vnde Reſpondere, quod eſt, poſt alium dicere. Hîc autem Ad ſpontem reſponderent, legēdum videtur. Interpretatur enim, Ad ſpontem, ad voluntatem. quanquam grammatici tantùm in ablatiuo reperiri cenſent. Celſus etiam dixit hominem ſuæ ſpontis. Legendum puto, Spondere quoque dixerunt, tum à ſponte reſpondere, id eſt, &c.

63 SPERATA EST.) Sperata eſt quam quis vxorem fore ſuam ſperat.

63 DICIT PRAES.) Videtur ſignificare Præs eſſe ductum ex voce multitudinis acclamantis Præs, pro præſtat,

præſtat imminuto vocabulo.

63 VAS.] Sponſor in re capitali poſtea ſic appellatus eſt: ſed initio is erat qui ex pactis cōuentis & mancipiis, ſe vadimonio pro reo adſtringeret, ſi res fortè ab emptore euicta eſſet. Itaque à quo aliquid emebatur, ſi ſatis idoneus non eſſet, ab eo vas, id eſt, qui vadimonio obligaretur, in euictionis periculo exigebatur. Hanc autem fuiſſe vadis ſignificationem, ex lege venditionis apparet, in qua nominatim cauebatur plerunque ne venditor vadem daret, ne emptor vadem poſceret, ſi quando res euinceretur.

64 NON CVM præpoſitione.] Os enim in dictione oſnamentum, præpoſitio eſt quæ non eſt in ornamento. Nomen enim quod præponitur, ab eo præpoſitio vocatur.

64 FACIT fabulam.] Comœdiam verbi gratia facit: vt, Menander fecit Andriam & Perinthiam.

64 INFICIENTEM.] Sic eum vocabant qui ocioſus erat, & nihil agebat, à non faciendo. Varro De re ruſtica, Neque ipſæ ſunt inficientes, neque non oderunt inertes. Indicat enim gnauas eſſe & operoſas apes.

64 QVI adlucet.] Lucere, eſt cereum aut facem ferre. Plautus Curculione,

Tute tibi puer es lautus, luces cereum.

Et Caſina,

Primùm omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem.

Lucere igitur dicitur qui lumen fert, id eſt, qui adlucet, vt Varro loquitur: quod eſt, luci adiunctum eſſe: vt adſignificare, eſt adiunctum eſſe ſignificationi. Ergo non propriè dicitur facere. Non enim eius lux eſt, ſed lumen gerit. Lucere porro ab Luere, quod eſt ſoluere, Varro deducit.

64 ABLVTAE.] Sic ex veteri libro emendaui. In aliis eſt, *Ab luce*, ſiquis fortè id magis probat. Abluere autem tenebras dicebant, pro diſcutere & diſſoluere. Lucretius, --*Nigráſque ſibi abluit vmbras.* id eſt, tenebras diſturbat.

64 NOCTILVCA lucere.] Varro libro ſupe-

riore de luna, Itaque ea dicta noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum. Atque is eſt cultus quem hoc loco dicit Varro, ſignificãs Romæ eius templum nocte lucere.

65 QVAE res.] Id eſt, aliqua res.

65 ATTICVM illud.] *Acticum*, vetus ſcriptura, pro Actianum: ex Actio enim iſtud eſſe puto.

65 CVM muliere fuiſſe.] Cicero De fato, Non poterit dici, ſiue Laius fuerit cum muliere, ſiue nõ fuerit. Hîc illam veterum verecundiam tenuit Cicero: concubuerit enim non dixit.

65 ET qui id teſtamento.] Locus mutilus eſt. ſic in integrum reſtitui poſſe videtur, Et quod in teſtamento cernito: id eſt, Nam in cretione cernito à teſtatore vſurpabatur. Vlpianus, Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi, ad deliberandum vtrum expediat ei adire hæreditatem, néc ne. velut, Titius hæres eſto, cernitóque in diebus centum proximis, quibus ſcieris poteríſque: niſi ita creueris, exhæres eſto. Vetus ſcriptura, ſi quam meliorem poteſt coniecturam aliis afferre, à me adſcribetur, *Et quid id teſtamento, id eſt.*

65 TER ſub armis malim.] Ennius ex Euripide vertit ſane quam eleganter, -- *ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.* Vitam cernere dixit, pro De vita decernere & dimicare: vt alio loco, *Vitam cernamus vtrique, Vóſne velit an me regnare hera.*

65 NOS epulo.] In Pompeio legitur, Quos vbi rex paulo aſpexit de cotibus ſummis: vitioſè & mendoſè, vt puto.

66 AVDIO, aut auſculto.] Vide núm legendum ſit, Audio, haud auſculto. Etenim locus ſignificare videtur audiendum, non parendum. Sic Ennius, cuius hic etiam locus (vt reor) à Varrone citatus eſt, apud Ciceronem ſcribit, Magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo.

66 NVNTIVM erit.] Exiſtimo, Nuntiatum erit, legendum eſſe, pro, nuntiata erunt ei ab augure ſecunda auſpicia. Nam Nuntiare in lætis dicebant, vt

Obnuntiare in malis auſpiciis. Cicero in Antonium, Nos enim nuntiationem ſolùm habemus, conſules etiam electionem.

67 DE mœris.] De muris. Veteres autem Mœnire pro munire, & Mœrum pro muro dicebant.

67 MYRRHA vnguentiſque.] Vnguenta compoſita ſunt, myrrha ſuopte conſtat ſolo ſucco. Itaque ab vnguentis eam idcirco ſeparauit, vt arbitror.

67 POTESTATE.] Sic emendaui ex libro vetere, in quo legitur, *Poſtante habet.* In aliis malè eſt (vt reor) *Poſt autem conuentionem habet.*

67 AD iudices.] Ad conſules. Olim enim iudices appellabantur. Cicero De legibus, Regio imperio duo ſunto, iíque præeundo, iudicando, cõſulendo, prætores, iudices, conſules appellantor.

67 HIC accenſo ille.] Conſul dicit id accenſo: Cenſor, non accenſo, ſed præconi.

67 COMOEDIAM alij eſſe dicunt.] Hanc comœdiam M. Accij Plauti eſſe Varro exiſtimat, alij Aquilij eſſe exiſtimabant. Itaque hîc pro Alij, Aquilij legendum eſſe ſuſpicor. Vide Gellium libro III, capite III, Quam comœdiam Plauti eſſe exiſtimo, alij Aquilij eſſe dicunt.

67 MITTAS auſpicium.] Mittas qui nuntiet ſecundum eſſe auſpicium ad commeatum petendum. id eſt, vt tibi liceat inquirere.

68 CORNICINEM.] Omnes libri *Cornicem* habent: ſed Cornicinem emendaui, ſic orationis emendatione poſtulante.

68 ARGENTARII tabernas.] Tabernæ argentariorum in comitio ac foro erant, vbi futura erant comitia. ideo occludi iubentur. Liuius, Vt vocato præcone, tabernas argentariorum, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, extemplo iuſſerit venire.

68 CONCIONEM auoces.] Auocare concionem dicebant veteres, cùm quis etiam ab alio qui populum iam conuocaſſet, auocare poterat: & eo auocandi verbo vtebantur, ius ſignificantes habendæ con-

cionis, & aliis adimendæ. Gellius, Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum & concionem auocare poteſt: prætor & comitiatum & concionem vſquequaque auocare poteſt, niſi à conſule. Legi tamen etiam poteſt in hoc Varronis loco, Concionem aduoces, vt paulo pòſt.

68 QVOD attingat.] Quod incipiat, quod inchoet, quod ingrediatur.

68 CLASSICVS canat circúmque.] Claſſicus erat, qui in arce circúmque muros tuba populum ad comitia vocabat centuriata. Tuba illa claſſicum dicebatur, à claſſibus populi. Nam comitia centuriata ex centuriis claſſium habebantur.

68 EX iiſque interea.] Illicium, inquit Pompeius, dicitur cùm populus ad concionem elicitur, id eſt, vocatur. Et alio loco, Illicium vocare antiqui dicebant, ad concionem vocare.

68 INLICIS.] Id eſt illicis, ab illix.

69 ET dicis cauſa.] Verbi gratia.

69 M. IVNII.] Gracchani.

69 ILLICITE illexit.] Legēdum puto, Illigit, illecítque. I cum e, & c cum g magnam habet affinitatem. In commentariis enim Iunij ſcriptum erat, Illigit, pro illicit, & Illecit, pro illicit. Græca, quæ ſequuntur, multis locis emēdaui, ſecutus veſtigia perquam obſcura veteris ſcripturæ, quam librarius Latinus (qui Græcè neſciebat) vt potuerat, depinxerat.

70 NAM repens ruina.] Sic ex veteri libro emendaui, ſanequàm ad ſenſum accommodatè. Ruinam enim eſſe factam in multis vocabulis ait, quæ à ſua origine vſqueadeo immutata ſunt, vt vix veſtigia tenuia eius appareant: cùm initio fortaſſe, quibus literis oporteret, verba condita forent.

70 MYRMECIDIS.] Hunc totum locum nullo libro aſtipulante emendaui, hiſtoriam ſecutus. Ælianus, Ταῦτα ἄρα ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα Μυρμηκίδου τοῦ Μιλησίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου τὰ μικρὰ ἔργα. τέθριππα μὲν ἐποίησαν ὑπὸ μυίας καλυπτόμενα, καὶ ἐν σησάμῳ δίστιχον ἐλεγεῖον χρυσοῖς

γράμμασιν ἐπέγραψαν. id eſt, Hæc admirationi ſunt Myrmecidis Mileſij & Callicratis Lacedæmonij parua opera. Quadrigas fecerunt quas muſca tegeret, & in ſeſamo diſtichum elegiacum literis aureis ſcripſerunt. Plinius, Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: à quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam: & nauem, quam apicula pennis abſconderet. Alio loco, Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca.

70 IMPOSITORIS.] Sic contra codicum fidem emendaui, in quibus omnibus *In poſteriores* legitur.

70 LVCVBRA.] Non multa ſunt verba de quibus literæ lucubraturæ non ſint, id eſt, de quibus originis rationem grammatice non ſit traditura.

70 LICET multum.] Quanquam Ælius perſtudioſus erat euoluendi veteres ſcriptores, tamen in carmine Saliorum explicando præteriit multa, & leui ac exili opera rem illam tractauit.

71 EPIMENIDIS ſomno.] Sic emẽdaui, cùm pro *expeditus*, quod eſt in omnibus libris, *experrectus* in veteri reperiſſem. Epimenidis autem ſomnus (vt omnes ſciunt) in prouerbium abiit.

71 TEVCER Liuij.] Teucer, tragœdia erat Liuij Andronici: ſed exortis mox melioribus poetis, qui & alias fabulas & Teucrum etiam ediderãt, obſoleuit. Teucer autem Pacuuij à Cicerone nominatur libro 1 De oratore, & laudatur.

71 FORIS in carminibus Saliorum.] Saliorum enim carmen Numa, qui Salios inſtituit, etiam condidit, vt Horatius ait,

Iam ſaliare Numæ carmen qui laudat.

71 MVLTO tanto.] Multo nobis propinquius. Multo tanto, more Plauti dixit.

71 PRIMA verba poetica.] Nullum enim apud Romanos vetuſtius erat poema carmine Saliorum.

71 VT quærere à qua re ſit.] Sic ex veſtigiis veteris ſcripturæ emendaui. In aliis eſt, *Vt quia quare*. Significat autem omnium verborum origines explicari

non poſſe, vt vnde Medicina.

71 VNVS erit quem tu tolles.] Ex Ennij annalibus verſus eſt, de Romulo in deos referendo, quem pulùm immutatum Metamorphoſi Ouidius inſeruit,

Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notaui)
Vnus erit quem tu tolles in ſydera cæli,
Dixiſti: rata ſit verborum ſumma tuorum.

72 HECVBA.] Ennij fabula locum Euripidis hunc vertiſſe videtur, Αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, &c.

72 ACHERVSIA templa.] *

72 HEMISPHAERIVM.] Sic correxi, ſecutus vetus exemplar, in quo etiam pro *Terra cerulo*, erat *Conca cerulo*. Exiſtimo Concha cerula legẽdum, vt concaua cæli conuexitas more tegumenti conchæ concamerata, per trãſlationem intelligatur. Alius poeta Cæli clypeum eodem ferè modo dixit.

72 OLLA ter.] Veteres libri *Vlla ber:* & mox, *Olla ver.* Fortè Vera legẽdum, vt arbore vera ſignificet ſe finire templum.

72 INTEREA conregione.] Conregionem augures, regionem intra fines comprehenſam vocabant. Conregione autem & Conſpicione dicuntur abſolutè ſine participiis: vt apud Plautum, *Mirum eſt te lolio victitare, tam vili tritico*. Id eſt, cùm triticum tam vile ſit. Et apud Salluſtium, Ipſa malis fructibus vix agitat. Id eſt, cùm mali fructus fuerint, & propè ſterilitas. Malè autem *Concretione* & *Senſit*, legebatur.

72 CONTEMPLA & templum.] *

72 QVOD addit.] Puto legendum, Quod ad id templum, vt ſint dextra, aiunt ſancta eſſe. Reprehendit quoſdam, qui quòd augures in augurando dicunt, templum quauis tectũ in dextrum, interpretantur ſanctum eſſe templum omne.

72 NAM curia Hoſtilia templum.] Gellius, Propterea & in curia Hoſtilia & in Põpeia, & pòſt in Iulia,

cùm profana ea loca fuiſſent, templa eſſe per augures conſtituta, vt in iis ſenatuſconſulta more maiorum iuſta fieri poſſint. Curia, inquit Varro, Hoſtilia, templum erat, nec tamen ſacra erat: ſed quòd pleræquē ædes ſacræ etiam templa ſunt, quæ quidem ædes eædem ſanctæ ſunt, factum eſt vt quidam templum omne ſanctum eſſe putarent.

73 TESCA.] Teſca erant deo ſacra agreſtia quædam loca. Templa autem & teſca pro eodem augures dicebant. Hinc factum vt quidam omne templum ſanctum & ſacrum eſſe crederent.

73 CELSA Cabirum.] Verſus ſunt anapæſtici ex Philoctete. Cabirorum autem myſteria erāt in Lemno & Samothrace.

73 VNDE IGNIS.] Tuſculana II ita ſcribitur, Quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium, vnde ignis lucet mortalibus clam diuiſus? Ex eo Ciceronis loco Varronem emendandum cenſeo, in eóque legendum, Lucet mortalibus clam diuiſus non: (vt vulgò) Mortalibus diuis. Vetus lib. *Clauet* præ ſe fert, vt fortè fuiſſe videatur Claret. Ex Lemno autem inſula furatum Næuius ait ignem Prometheum: ideóque furtum Lemnium appellat Cicero: & Æſchylus ignem Vulcani rapuiſſe in ferula Prometheum dicit.

73 IDEOQVE ſancta.] Teſca, ſcilicet vocauit: ſed quòd, vbi in Lemno myſteria fiunt, tuentur ea vidéntque, ideo Teſca dicta.

73 NON editumum.] Varro æditumum quàm æditūum dicere malebat. Illa enim ætate æditūus nominatus eſt. Lib. I De re ruſtica, Rogatus ab æditumo, vt dicere didicimus à patribus noſtris: vt corrigimur à recentibus vrbanis, ab æditūo.

73 CONTINVIS ſe cepit.] Puto legendū, Continuis ſi vel ſic cepit ſpoliis. Verſus ſunt anapæſtici.

73 CIRCVM cæli.] Circuitum, ambitum cæli.

74 SIGNVM candens.] Sic reperi in veteri libro, nec contempſi: cùm præſertim ſignetur & inuratur pecus, veſt apud Maronem,

Continuóque notas & nomina gentis inurunt. Alij, *ſignum cadens.* In Euryſace, propterea quòd ex Euryſace Actij à Nonio affertur hîc anapæſtus, *Super oceani ſtagna alta patris terrarum anfracta reuiſam.*

74 ANFRACTVM.] Interpretatur Varro flexum: eiúſque duplicem originem dicit, Ambire & frangere.

74 IN directo.] In itinere lex cauet vt in directo pedes octo ſint, in flexu ſedecim, ad flectendi plauſtri commoditatem.

74 TERRARVM obtines.] Apud Ciceronem libro poſteriore De diuinatione, legitur Obſides, & additur alter verſus, *Vnde ſuperſtitioſa primùm ſæua euaſit vox fera.* Videtur autem tollendum o, cùm poſterior verſus perſpicuè ſit trochaicus.

74 Ἡ χθών.] Terra Pythagoræ. ſed Pythagora, genitiuus eſt Doricus. Pythagoras autem philoſophus, terram in homine partem appellabat genitalem: quòd ea pars, vt terra in mundo, procreare ſoleat, & in homine, qui paruus eſt mundus, vt in mundo maiore terra, ſit media. Itaque vt lineæ ab ambitu cæli ductæ conueniunt in terram, vt cẽtrum: ita quoque genitalem partem, mediam eſſe Pythagoras voluit. Vitruuius tamen eos ſequitur qui vmbilicum, medium eſſe dicunt, & hominis centrum. Eius verba ſunt, Item corporis cẽtrum medium naturaliter eſt vmbilicus. Namque ſi homo collocatus fuerit ſupinus manibus & pedibus panſis, circiníque collocatum centrum in vmbilico eius, circumagendo rotundationem, vtrarumque manuum & pedum digiti linea tangentur.

74 QVO diſcernitur.] Per genitale.

74 ALLATVM.] Vetus, *Allatus.* Puto, Ad latus. Narrabant autem fabulam, olores aut aquilas ab vltimis mundi oris in mediterranea prouolantes, illuc cõcurriſſe, qui vmbilicus dicitur. Plutarchus, Ἀετούς τινας ἢ κύκνους, ὦ Τερέντιε Πρίσκε, μυθολογοῦσιν ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς γῆς ἐπὶ τὸ μέσον φερομένους εἰς ταυτὸ συμπεσεῖν Πυθοῖ περὶ τὸν καλούμενον ὀμφαλόν. Et Pauſanias, Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν, λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέ-

γουσιν οἱ Δελφοί. καὶ ἐν ᾠδῇ τινὶ Πίνδαρος σφίσιν ὁμολογοῦντα ἐποίησε, id eſt, Quem autem appellant Delphi vmbilicum, lapide candido perfectum, aiunt ipſi vniuerſæ terræ medium eſſe. & in quodam cantico Pindarus iis adſtipulatus eſt. Varro autem hanc opinionem refutat.

74 NOSTRI interpretes.] Noſtri poetæ, qui de poetis Græcis interpretantur.

75 CALYDONIA altrix.] Ex Euripide eſt.

75 QVID dedere quam pudam.] Tantùm in veteri eſt, *Areopagitæ*. Fortè pro *Quam pudam*, legendum Quam pudet.

75 QVASI Helleſpontum] Eſſe videtur quod apud Ciceronem ſcribitur in Oratore ad Brutum, Qua pontus Helles. Itaque pro Quaſi, lego Qua.

75 HINNVLIS.] *Ab inſulis* reperi in veteri libro: quod & ſecutus ſum. Inſulas autem vocat ſcopulos, qui à ſimilitudine caprarum αἶγες vocantur.

75 QVI perit qui dum mare.] Fortè, Qui per mare. *Conferre queant*, perſpicuè ſcriptum reperi, vbi *Conferre aut* libri omnes habent.

75 SED velatas.] Cùm Velatas dicit Næuius, velamenta lanæ ſignificat. Mox Cornua taurûm, cùm ſcribitur, ſignificatur vmbra cornuta, à ſimilitudine.

76 OSCVLO dolori.] Fortè Orculo, ab orco: vt ſ ſit pro r. Parum hìc plana eſt vetus ſcriptura.

76 IANI Cuſianes.] Iam Cuſiones lego. Cuſiones enim pro Curionibus dicebant.

76 NVSCERVSES.] Sic veteres libri. Puto, Núc Curiones. Alij hìc legunt, Tuſcules quinque, venus quæ vener poſt.

76 DIVIVS Ianus venit.] v. l. *ſunt curiones qui iam venerant ad omina Diuius & Ianus.*

76 QVAM PRIMVM Caſci populi.] Hunc Ennij verſum ſignificat Cicero prima Tuſculana, cùm ſcribit, Itaque vnum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum.

76 CANORAS.] Conuenientes & concinentes quas oportebat.

76 PHILO ptonis es qui.] Verſus ſunt elegiaci, legendúmque puto, Fili Petroni ſeſquiſenex, id eſt, ſeſquianus. Nam etiam in anuſenem dicebant, vt mox, Tua amica ſenex. Mox etiam emendaui,

Dicit puſum puſa puella, hic mutua muli:

Nam es vere puſius tu, tua amica ſenex. Quo autem ſenſu hîc quidam Mutuam mulinam legant, equidem non video. Mutua muli, pro, mutuum muli ſcabunt, meo iudicio, dixit.

77 PVPVM ſenem.] Ridiculè ſenex in Attellana Pupus vocatur, vt puſio. Mox Caſnar additur, vt valde ſenex oſtendatur.

77 CANINAM.] Carnem, ſcilicet.

77 ABAGIO dicta vt abuſtum.] Puto, Ambagio dicta, vt ambuſtum. Móxque lego, Ambegna bos. Sic enim appellatur quæ vtrinque ad latus agnum habet, cùm immolatur, quaſi ambagna. Pompeius, Ambegni bos & ceruæ appellabantur, cùm ad eorum vtraque latera agni in ſacrificium ducebantur.

78 ROSTRA per altum.] Lego Roſtrata: vt roſtrata nauis ſignificetur, ita & verſu & ſententia poſtulante.

78 CAELITVM Camilla.] Macrob. ex Pacuuio dicit eſſe, qui etiam Statium Tullianum ait ſcribere, à Callimacho proditum eſſe apud Tuſcos Camillum, Mercurium vocari. Pueros etiam iuuenes flaminicarũ & flaminum miniſtros ait à Romanis Macrobius Camillos vocari. Vnus etiam è Cabiris Caſmilos vocabatur, qui Mercurius exiſtimabatur.

78 GLOSSEMATA.] Verba obſcura, gloſſemata vocantur.

78 QVI ſit in.] Nonnulli extrinſecus hoc addunt, atque imprudentes interpretantur Camillum. Dicunt enim Camillum, qui ſit in miniſterio, tanquam adiicientes interpretationem extrinſecus.

78 DIVS quidam.] Fortè, Diuus quidam. Eum autem eſſe aiunt Mercurium vnum è Cabiris, qui deorum magnorum ſit miniſter. Itaque Diuus plane leg debet. Plutarchus autem in Numa ſcribit, à Latinis

puerum Iouis fano miniſtrantem,matruũ & patruum, Camillum vocari: vt à nonnullis Græcis Mercurium,à miniſterio.

78 SVBVLO.] Quaſi ſibilo,id eſt,ſibilator. Itaq; fictum nomen eſt,quamuis Tuſcum.

78 VERSVS quos.] In Cicerone Verſibus ſcribitur,in Oratore ad Brutum, Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere,

Verſibus quos olim Fauni Vatéſque canebant. Ante hunc, vt ille: nec quæ ſequuntur, nos auſi referare his verſibus. Ennius ſe inuentorem apud Latinos heroici verſus fuiſſe prædicabat,quem longum (vt eſt apud Cicer. lib. II De legibus)ipſe vocabat. Ante enim tantùm in vſu rudis Saturnius erat,qui tandem defluxit, & minus in vſu eſſe cœpit. Hinc Horatianum illud, *-ſic horridus ille Defluxit numerus Saturnius.-*

78 SATVRNIOS.] Saturnius verſus, iambicus eſt hypercatalecticus: vt, *Dabunt malum Metelli Næuio poetæ.* Sic vocatur quòd iam inde à Saturno Latini eo vti viderentur.

78 TARTARINO.]Horrendo,Horribili.ſic Pópeius exponit.

78 PLATO in quarto.] Id eſt, in IIII libro vel dialogo ſuorum operum. Id autem à Platone ſcribitur in Phædone. Hic non omittam, videri poetam illum, cuius verſum affert, ſcripſiſſe Prognata palude: quanquam Varro perſpicuè Paluda pro Paludata legit. Sed quod dico, coniectura eſt: multóque plus fidei habeo Varroni quàm meæ ſuſpicioni.

79 APVD Ennium.]*Neuium,*vetus liber.

79 NON item quadrup.] Non eodem modo cornutas,vt boues: quòd boues in vertice, elephanti in ore cornua habent.

79 NAM quos dentes.]Idem multis contendit argumentis Pauſanias.

79 NON Africanæ beſtiæ.] Africanas interpretatur pantheras Plinius, quas etiam varias dicebant. Nunc varias & pardos, qui mares ſunt, appellant, in eo omni genere creberrimo in Aſia Syriáque. Sena-

tuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

79 QVI enim verba.] Legendum puto, Qui enim vt orationem haberet, publicè ab vniuerſis tum quod legebatur, ab oratione orator dictus: cùm res maior erat, legebantur.

79 OLLI reſpondet.] Numæ, ſcilicet.

79 MENSAS conſtituit.] Numa conſtituit menſas ſacras, quibus ad rem diuinam eſt opus.

79 ANCISV.] Id eſt, circumciſu. Vetus lib. *Ambeciſu* habet.

80 LIBAQVE fictores.] Conſtituit, inquit Ennius, Numa liba, & fictores qui liba fingerent, & Argeos qui menſe Maio à Veſtalibus de ſublicio ponte in Tiberim deiiciebantur. Sed pro triginta ſimulacris veteres libri XXIIII habent. Ouidius,

Tunc quoque priſcorum virgo ſimulacra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.

80 TVTVLATOS.] Qui tutulum habent in re diuina facienda. Tutulum interpretatur Pompeius flaminicarum capitis ornamētum, quòd fiat è vitta purpurea crinibus innexa, extructum in altitudinem. Alij pileum lanatum, forma metæ figuratum, quo flaminicæ & pontifices vtantur.

80 POMPILIVM AIT.] Ennius, ſcilicet.

80 VOLTVRNALEM.] Vetus lib. *Vortunalem*, à Vertuno. Sed cùm Romæ res diuina fieret Volturno flumini, ſexto Calend. Septemb. exiſtimo fuiſſe flumini ſuum flaminem.

80 QVI falacrem.] Exiſtimo, Falacralem eſſe legendum. Mox cùm ſcribitur *Pomona pomorum pater*, illud, Pomorum pater, delendum cenſeo, ab indocto aliquo additum.

80 CATVS Ælius.] Verſus Ennij à Cicerone affertur. *Egregiè cordatus homo catus Ælius Sextus.* Catum autem pro callido & prudenti vſurpauit Cicero libro I De legibus, Et Plautus in Pœnulo, doctè, cordatè & catè cùm dixit, callidè & prudenter intellexit.

80 ET QVOD EST.] Acutus, ſcilicet Sextus Ælius iuriſconſultus, qui duodecim tabularum interpres eſt, tunc cœpit memorari Catus, id eſt, acutus dici cœpit.

80 OCCIDVNT lupos aperdite.] Equidem legendum puto, *Lupe ſaperde te & iura Siluri.* In lupum enim inuehitur Lucilius, quem ſæpe in poemate ſuo perſtrinxit. Perſius,

Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. Horat.
Famoſiſque lupo cooperto verſibus.

80 QVAE QVE cæruleo freto.] Reſtituendum arbitror, *Corpore cæruleo cauáque cortina receptat.* Cortinam autẽ hoc verſu Ennius appellat hemiſphærium, à cortinæ Apollinis ſimilitudine. Nam Tripodem Apollinem Latini appellarunt. Vergilius,

-Nec te Phœbi cortina fefellit.

81 INDE INVICTIS.] Melius in veteri, *Quid vnde inuitis ſumpſerint.*

81 STELLIS QVATVOR.] Vetus ſcriptura, *Tribus.* Higinus,

81 OPILIVS.] Sic emendaui ex veteri lib. cùm antè legeretur *Turpilius.* Mox etiam Opilius citatur, vt vocabulorum antiquorum interpres in Canne ſtrebula. Veſperum igitur, id eſt, veſperam, tempúſque ipſum veſpertinum, à ſtella illa appellari cenſet. Illud autem alterum, Veſper adeſt, id eſt, alia ſignificatione dicitur tum veſper pro ſtella. Carmen eſt Catulli,

Veſper adeſt, iuuenes, conſurgite: veſper Olympo. Sed vetus ſcriptura eſt, *A quo eam Opilius ſcribit veſperum, vt ab eo ſtella veſper appelletur.* Nam in illo altero, Veſper adeſt, ſenſus erit, Non tantùm veſper eſt tempus, verumetiam in Catulli verſu pro ſtella vſurpatur: quod etiam Opilius dixit.

81 SOLIS occaſu.] Gellius ait ſcriptum in duodecim fuiſſe, ſol occaſus, hunc in modum, POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO: SI AMBO PRAESENTES, SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Tradítque Gellius antiquam eſſe loquendi rationem.

Dicitur & Suprema abſolutè, vt Varro oſtẽdit ſuperiore libro. quod & à Plinio vſurpatur, A columna ænea ad carcerem, inclinato ſidere ſupremam pronuntiauit.

81 Λάξον.] Sic reſtitui, cùm antè κέρδος legeretur. Λάξον ab Heſychio exponitur μίσθιον, id eſt, mercedula.

81 VT MILITES cum.] Latrones ſunt cum ferro, vt milites.

81 DIABATHRA.] Genus muliebris calceamẽti.

81 LANAM carere.) In exemplaribus Plauti hodie, Lanam carpere, legitur: ſed Varro planè Carere legit, pro purgare.

82 NEQVA.] Lana eſt ſordida & impura, quam appellauit Næuius Oſcã, per contumeliam Oſcorũ, qui obſcœni cenſebantur. Nequa, id eſt, non aliqua, nullius pretii: quod pro nequã dici probat Soſipater. Ita enim ſcribit, Commune trium generũ in annum venit nequa.

82 TIBI ferentarium.] *Ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo*, Plautus ait: in quo eum qui ſubſidio futurus ſit, ſignificare videtur: & qui ſit auxiliũ laturus: vt mirum mihi videatur quòd Varro interpretetur inanẽ. Duxiſſe interpretationẽ videtur à leui armatura illorum equitũ quos dicit eſſe ferentarios vocatos: cùm Plautus ad vocabulum potius alluſerit. vt & alio loco ſcribit, *Nulla eſt mihi ſalus dataria*, à dando. Aliis etiam ferentarii non ſunt equites, ſed qui fundis & lapidibus pugnabant. quæ tela feruntur, non tenentur. Salluſtius in Catilina, Poſtquam eò ventum eſt vnde à ferentariis prælium committi poſſet.

82 CATO ESSE.] In lib. De re militari, Quidam aſcriptitios, ferentarios, rorarios, accenſos, eoſdem eſſe cenſent. Aſcriptitii ſupplendis legionibus adſcribebantur: qui ideo accenſi dicebantur quòd ad cenſum legionum eſſent additi: ferentariíque, quòd fundis & lapidibus pugnaturi, ea modò ferrent quæ in hoſtes eiicerent. Rorarii etiam, quòd velut ante prælium iuſtum rorantes dimicarent. Accenſos Varro in libris De vita pop. Rom. eos eſſe dixit qui centurionibus & decurionibuse ccenſebantur, id eſt, attribuebantur: eoſdémque eſſe ferantarios. Eius hæc ſunt verba, Qui de aſcriptiuis

tum erant attributi decurionibus & centurionibus,qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur : eoſdem etiam quidam vocabant ferentarios. Cùm autem hîc ſcribit, Poteſt id ab arbitrio,ſignificat alios accenſos eſſe, ſed tamen accenſos pro arbitrio centurionis, miniſtros haberi poſſe. Quódque ſequitur, *Nam inde eſt*, fortè,Nam id eſt.

82 CVM DEVM triportenta.] Non eſt abſolutum exemplum Pacuuii. Locus fortè notus erat, & in eo diuidiam vſurpabat.alioquin locus mutilus erit.

82 OMINE medulium.]Vet.lib.*Omne medullium*, quadam diminutionis forma,id eſt,medulloſum.quomodo edulium fortè medullitum dicitur, in quo medulla mixta:deducitúrque à συγκεράννυμι, quod eſt commiſceo. Quidam emendant,Omne edulium:quod non probo,cùm certum quoddam edulii genus notetur.vnde & apud Plautum ſeruo nomen eſt impoſitum,

Continuò is me ex ſyncераſto crurifragium fecerit.

Sic enim legi debet,vt trochaicus conſtet.

82 A GREGE ſpecta.) Puto,Age reſpecta:præſertim cùm in veteri legatur, *A gerge ſpecta*. Mox pro, Viuices,alii excitatum:eſt in ſcripto,*Viuifices*: vt exiſtimem à librario diuerſas ſcripturas eſſe poſitas, quas in exemplaribus repererat.Itaque legendum cenſeo,Vibices,excitatum verberibus corpus.

82 IN CISTELLARIA.) Multa ex Ciſtellaria ab auctoribus afferuntur, quæ in ea hodie non inueniuntur, vt & hoc Varronis exemplum: exiſtimóque eam fabulam integram non eſſe.

83 SCHAENICVLAE.) Legendum, Schænicolæ, id eſt, ſchœnum colentes. Schœnum autem Pompeius interpretatur,vnguentum peſſimi generis. fiebat autem ex σχοίνῳ, id eſt iunco odorato, vt arbitror. Eodem modo Plautus dixit in Penulo,

Miſeras ſchœna delibutas ſeruilicolas ſordidas.

83 NVGATORIO.) Vili.Verrius, Nugatoriæ & deſpiciendæ mulieres.

83 PERSONAS.)De perſonis hiſtrionũ intelligo monſtroſis.Quidam legunt,Diſtortis oribus,deformes:

ſed nihil habeo quòd improbem receptam ſcripturam.

83 SCRACIAE.) Ex Neruularia Plauti Gell.eſſe dicit. In Pompeio, Scrapte,& Nonio legitur: ſed in vtroque mendum eſt. Nam etymologia Scratiæ poſtulat vt in Titinio apud Pompeium legitur, quanquam exemplo valde mendoſo. Sunt autem nugatoriæ & deſpiciendæ mulieres ab iis quæ ſcrea appellantur,id eſt quæ quis ſcreare ſolet.Scracię igitur à ſcreando,quaſi Screaciæ, dicuntur, non minus quàm ſcrea & ſputa contemnendæ.

83 TANTVLAE.) In Gellio & Nonio,Sordidæ, legitur.Tantulæ autem erunt paruulæ,breues:vt in Penulo, *Tantula tanta verba funditat.*

83 AVSCARIPEDA.) Vet.lib. & excuſi nonnulli,*Auſcauripedam.*Emendo,A ſcauro pede.Pes enim ſcaurus dicitur cuius tali ſunt extantes.Inde Scaurorum nomen. Horatius, *-Illum Balbutit ſcaurum prauis fultum malè talis.* Scrupedam igitur quaſi ſauripedam Aurelius interpretatur.

83 VALERIVS.)Q.Valerius Soranus,cuins Cic. meminit in Oratore ad Q.Fratrem, quémque omnium togatorum literatiſſimum dicit.

83 AC SCRVPEA.) Quaſi ſcrupeipedam intelligeret. Plautus, *Quòd ea ſcrupea eſſet pede.*

83 POSITVM in curioſa.) Scrupea eſt apud Actium poetam curioſa.

38 SCRVPEAE imponas.) Emendo, Scrupeam ponè, id eſt, poſt tergum reiicis religionem ſcruptam & curioſam.

83 STRICTABILLAS à ſtrict.) Hæc germana, ni fallor, ſcriptura eſt. Nam quod eſt in Gellio,Stratinulæ,& in Nonio,Strictinellæ,adulterinum eſt. Strictabillæ autem vocantur à ſtrictillando, verbo diminutiuo,ſtrictillare à ſtrictando, ſtrictare à ſtringere. Itaque Strictillare à Stringere deducitur,vt à Conſcribere Cōſcribillare apud Catullum. A ſtringendo igitur appellauit,vt ab attingendo terram, magíſque ambulando,Attas dicebant.

83 SISTIT ægrè) Vix inſiſtit.

83 MVLIERES vxorculauit.] Sunt hæc verborum propè prodigia. Cenſeo legendum, Mulieres vxor, ciuicam te ego noui, ſcio axitioſam. Nam Ciuum, pro quale, veteres dixerunt. Axitioſi, inquit Pompeius, factioſi dicebantur, cùm plures vnà quid agerent, facerentque.

83 SVSPICATRICES.] Vetus liber & quidam excuſi, *Conſupplicatrices* habent, vt olim mulieres rebus diuinis deditæ, ſimpulatrices dicebãtur. In Pompeio eſt, Axit, antiquos dixiſſe, pro egerit, manifeſtum eſt: vnde Axies, mulieres ſiue dij, dicebantur vnà agentes. Axies mulieres Pompeio ſunt, quas Varro axitioſas appellat, quæ vnà agunt cum aliis, & vnà ſupplicant.

83 CERA ſtribula vt de lumbo obſc.] Vide num legendum ſit, Caroſtribula vt delumbus cœnabis. Vno enim verbo poeta dixiſſe videtur, quod alij duobus Carnem ſtribulam appellant etiam. Strebula in plurali, inquit Pompeius, lingua Vmbrorum, appellant partes carnium ſacrificatarum. Arnobiùs, Quæ cauſa, quæ ratio eſt, vt caro ſtrebula ſeparatim, ruma, cauda, & plaſea ſeparatim, iſitium ſolum, omentum ſolum, augmentorum adiiciatur in cauſam? Strebulam autem carnem à στρέφειν deduci Varro ſignificat, à loci, id eſt coxendicum, verſura.

83 EGO illum.] Sic veteres libri, vnde emendationis occaſio. Lego enim, Scobinam ego lima actutum. Mox enim limam interpretatur, quaſi eius poeta meminiſſet. Ita ſcribit, *Lima enim materia fabrilis eſt*, id eſt, inſtrumentum fabrile, res fabrilis. Alij legunt, *Limæ enim materia.*

83 AB luctu.] Vetus, *Ab luco.* Puto legendum, Ab aliquo. Alioqui, Ad luctum, non Ab luctu, potius ſcripſiſſet: quomodo fortaſſe ſcribendum eſt.

83 NOMINA barbarica.] Equidem legendum cenſeam, νόμιμα βαρβαρικὰ, pro barbarorum legibus & inſtitutis. Nam de legibus & de rebuſpublicis Ariſtoteles plurimos libros ſcripſerat.

84 SVMMIS ripis ſedere.] Vetus liber, *Simus*

ripeis ſedere. Puto legendum, Scimus Riphæis fodere. Nam ad Riphæos montes incolunt Arimaſpi vnoculi, quos (vt reor) coclites appellat. Fodiebant autem, cùm illic auraria eſſent metalla, quæ rumor erat cuſtodiri à gryphis, quos Latini Picos appellant. Itaque cùm in Aulularia ſcribitur, *Pici diuitiis qui aureos montes colunt*, gryphi intelligendi ſunt. De quibus ſic Pomponius ſcribit, Gryphi, ſæuum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egeſtum mirè amant, miréque cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus. Proinde cùm in Curculione ſcribitur, *De Coclitum proſapia te dum eſſe arbitror*, non ad Romanam Coclitum familiam, ſed ad Arimaſpos alluditur: qui erant (vt fama erat) vnoculi.

84 APVD Caſſium.] C. Actium hîc emendaui, cùm *Caſsium* antè legeretur. Nam Actij Brutus (vnde hoc exemplum ſumptum eſt) cùm ab aliis auctoribus nominatur, tum etiam à Cicerone, libro priore De diuinatione.

84 QVID noctis videtur?] Sic emendaui ex veteribus libris, pro, *Quid nunc noctis tempus eſt?* Sunt autem anapæſtici verſus.

84 SVBLIME cogens.] Videtur ſcribendum, vt verſus conſtet, Sublimis agens.

84 CVLTVRAE tempus.] Lego, Culturæ, ad tempus.

84 SEPTEM ſtellas.] Sic Latini Septemtriones vocare ſolent. Cicero prima Tuſculana, Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſeptem ſtellas.

84 VT Homerus vocat *ἅμαξαν*.] Homerus,

Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

id eſt, Vrſam, quam etiam plauſtrum vocant.

84 VT dicerentur detritum.] Emendo, Vt dicerent er detritum. Terriones enim, er detrito Triones dicti ſunt.

84 TERNAE trigona.] Legitur in quibuſdam, *Terna Trigona.*

85 IN Cōdalio.] Sic correxi. nomen enim fabulæ

eſt Condalium, id eſt annulus. Eam Plauti quidam eſſe dicebant: negauit Varro, vt ſcribit Gellius. Quinetiam Varro Cõmorientes Plauti negauit eſſe, cùm eſſe Plauti affirmet Terentius his verſibus,

Συναποθνήσκοντες Diphili comœdia eſt:

Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

85 TAM crepuſculo.] Vetus liber, *Tua*, malè, vt opinor.

85 IN verſum.] In verſu, legendum eſt.

86 IAMQVE auroram.] Anapæſti.

86 SCORTATVR.] In Terentio hodie Obſonat legitur. Varro, Scortatur legiſſe videtur, aut memoria lapſus eſt.

86 ESVRIENS inſané.] Legẽdum eſt, ne claudicet verſus iambicus, *Eſuriens inſanè edam*. Epityrum, cibi genus erat ex oleis conciſis, addito oleo, aceto, coriandro, cumino, feniculo, ruta, menta. Eo Græcæ ciuitates plerunque vtebantur, vt Columella ait. Nomen habet, non quòd in eo caſeus eſſet, ſed quòd caſeo accederet. Veſcebantur enim caſeo plurimùm Siculi.

86 FLEXANIMAT aquam lymphatam.] Facilis eſt ex Cic. huius loci emẽdatio, apud quem reperitur,

Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi ſacris:

Commota in tumulis Teucrum commorans ſuum.

Legendum igitur eſt, Flexanima tanquam lymphata. Quãquam in Ciceronis eſt exemplaribus, Flexi anima, duobus vocabulis: vt apud Catullum,

Quæ tibi flexo animo mentis perfundat amorem.

86 THETIS illi mater.] Legendum eſt, Thelis illi mater. Significat enim ſatis Varro Enniũ pro Thetide Thelin dixiſſe: vt Romani melicas gallinas pro medicis vocauere. Varro De re ruſtica, Nec continuò his, quas melicas appellant falſò, quòd antiqui vt Thetin, Thelin dicebant, ſic medicam, melicam vocabant. Mox eſt legẽdum, Bacchi eſt liberi, cuius comites Bacchæ. Interpretatur enim Varro quod Pacuuius dixit, vt Bacchi ſacris commota: quanquam in Cicerone eſt Baccha ſcriptum, refragante ſyllaba.

86 LITTVS peruulgans feror.] Oberrans, obiẽs,

percurrens. Lucretius,

Multiplexque loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore, quo ſolis peruulgant fulgura cælum.

87 IN SVO quiſque.] Vt ſuo, corrigo. Simile eſt illud Ciceronis, Quóque hæc priuatim & publicè modo ritúque fiant, diſcunto ignari à publicis ſacerdotibus.

87 RITV Græco.] In ſacro Cereris, quod Græcum dicebatur. Cicero, Néve quem initianto, niſi vt aſſolet, Cereri Græco ſacro. Qua de re multa ad eum locum diſſerui. Decemuiri autem Sibyllini ſacra multa Romæ faciebant, vt Diti Patri, & Proſerpinæ in campo Martio ludis Tarẽtinis. Sic etiam Cereri Græco ritu Decemuiri Sibyllini fuere, poſtea duodecim, poſtremò quindecim. Horatius,

Quindecim Diana preces virorum
Curet.--

87 RECTE perfectis ſacris.] Legendum cẽſeam, Ritè perfectis ſacris, rectè vult accipi.

87 COMITER mõſtrabitur.] Ennius in Offic. apud Ciceronem, *Homo qui erranti comiter monſtrat viam.* Quem locum ſic in oratione pro Cornelio Balbo interpretatur, Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, benignè, non grauaté.

87 COME crede.] Vetus liber, *Come, conde.* Fortè, tunde, legendum. Nam Come, pro Pulſa & verbera dixit: qua tranſlatione Pectere dicitur à Plauto, non rarò, & à Terentio Depexum dare.

87 QVOD volet denſum cicum non interduo.] Locus eſt ſimilis & propè idem apud Plautum in Rudente: vbi tamen illud, *Quod volet denſum,* non reperitur. Eum locum ſubſcribam,

Eluas tu, an exungare, cicum non interduim.

Quomodo hîc in Varrone pro Interduo legendum eſt. Cicum autem non interduim, dixit, pro Non floccum, non cicum dedero, nec curo. Videtur facere hanc ſententiam Varro, Quærat quod volet denſum, cicum non interduim. Id eſt, Denſum veſtimentum ſibi vuido

& horrenti quod volet quærat: ego ei non modò non veſtimentum, ſed ne cicum quidem dederim. Itaque ex alia comœdia ſumptum videtur, aut, Quod volet denſum, tollendum. Sed non videtur: & quòd denſum, genus veſtimenti eſt, vt antè dixit Varro, à dentibus pectinis quibus feritur, quod dẽſitate frigus arcet, vt trama tramittit (vnde apud Ciceronem munus leuidẽſe, à leuiter denſo panno tranſlatione ducta) & quòd locutio Plautina eſt, Quod volet denſum, cicum non interduim: pro, Nihil eſt quod velit, cicum non dederim. vt in Milite,

Quòd ille colũbam aut gallinam ſe ſectari, aut ſimiam
Dicat, periſtis.-- In Aſinaria,

Quòd illa aut amicum aut patronum nominet,
Aut quòd illa amicam ſuam aut ſororem prædicet,
Fores occluſæ omnibus ſient, niſi tibi.

87 SPE quidem id.] Puto, Ipſe quidem, legẽdum.

87 QVAM rem ſiue litem.] Iſta erant iuriſconſultorum verba in actionibus vſitata: & quòd ita loquantur, Dubitem réſne dici debeat, an lis, idcirco irridentur à Cicerone in oratione pro Muræna, quæ ex hoc Varronis loco declaranda eſt. Verba ſunt Ciceronis, Iam illud quidem mihi mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos, etiãnunc ſtatuere non potuiſſe vtrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret.

88 ATQVE aliquos ibi ab rebus.] Locus in libris Lucretij, qui ſuperſunt, quod ſciam, nõ extat: quo difficilior emendatio eſt verſus claudicantis. qua in re alios malim ingenium experiri ſuum. Quod enim in mentem mihi veniebat, *Atque aliquo ſubito ab rebus clepſere modo, qui*, aut *foro qui*, non ſatis mihi placet: adſcripſi tamen, vt aliorum coniecturas elicerem.

88 MANDVCARI.] Docet Nonius veteres Manducari pro Manducare dixiſſe.

88 SCRIBIT ſcæna.] Scæna vulgò Latinè per diphthongum ſcribebatur: Actius tamen ſcenam, ſimplici litera, ſcribebat, vt & Græci qui σκηνὴν dicunt.

88 SCÉPTRVM.] σκῆπτρον Græcé. Sed ferè

omnes Latini ſcæptrum per diphthongum ſcribebant, nonnulli ſine diphthongo ſceptrum.

88 PAPPVM meſium.] Pappum dicunt Latini canentem carduorum lanuginem. Nomen ex eo habet quòd vt auus caneſcat. Sed Pappum meſſium dixiſſe videntur ruſtici, florem frugum, aut potius lanuginem cardui ſolſtitialem, meſſéſque indicantis. Mæſſium autem per diphthongum dicebant, pro meſſium. A quo ſcripſit Lucilius Cæcilius, Ne ruſticus fiat, ſi mæſſium ruſticorum more pronuntiet.

88 PVERVLIS.] Sic emendaui, cùm Puerilis antè legeretur. Amuleta autem de collo pueris ſuſpendebantur, ad depellẽdam inuidiam & faſcinum (ea Græci *βασκάνια* vocant) ac ſolebant ad mali depulſionem agricolæ caluas, & pedes fugere. Scribit Plinius hortos & fores aduerſus inuidentium effaſcinationes dicari, & in remedio eſſe ſatyrica ſigna. Similia ſunt, niſi fallor, quæ Virgilius Oſcilla vocauit, hoc verſu,

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Phallos enim & Ithyphallos, qui in pompa Bacchi erant, ſignificat: ac apparet, pudendum quod pueris de collo ſuſpẽdebatur, Faſcinum eſſe vocatum, quòd cum effaſcinatione faſcinum etiam depelleret ſuſpenſum: vt inauſpicatæ aues, quæ malum portendunt, affixæ foribus, amoliri credebantur. Id igitur ſignificatur, aut alia res turpicula. Turpia enim quæ ſunt, contra faſcinum valent, vt cranium aſinæ, ſatyrica ſigna, veretra.

88 BONAE ſcæuæ.] *Bonæ* addidi ex veteri codice. Scæua autem eſt manus ſiniſtra, qua, cùm quid clam & doloſè agimus, vtimur, vt in furto: ea enim magis latet, minúſque obſeruatur. Catullus,

Marrucine Aſini, manu ſiniſtra
Non belle vteris in ioco atque vino:
Tollis lintea negligentiorum.

Plautus in Pſeudolo,

Bene ego ab hoc prædatus ibo, noui, bona ſcæua eſt mihi.

Sic enim in Plauto eſt legendum, cùm in quibuſdam editionibus hoc carmen deſideretur, in aliis bona ſcæua legatur. Malum etiam manu immitti dicere ſolebant:

nam hæc ferè verba Plauti ſunt,

Neſcio quid huic mali mala obiectum eſt manu.

A ſcæua autem, id eſt ſiniſtra, vocatus eſt Scæuola, quòd exuſta dextra, ſiniſtra vteretur: & qui ſiniſtra vterêtur, ſcæuæ appellabantur. Scæua res, inquit Pompeius, dicitur mala, quaſi ſiniſtra. vulgus ſcæuum & in bonam & in malam rem dicit. Proinde in Varrone interpretor Bonæ ſcæuæ cauſa, bonæ rei: quæ expoſitio omnino mihi magis quàm ſuperior probatur.

88 EA dicta ab ſcæua.] Id eſt, Scæua quæ rem bonam ſignificat, nomen habet à ſcæua. id eſt ſiniſtra.

88 AVI ſiniſtra.] Sic correxi: cùm *aut* in omnibus libris legatur. Cicero De legibus, Iſque aui ſiniſtra dictus populi magiſter eſto. id eſt, ſecundo auſpicio.

88 AMICAM eſſe creui.] Sic ex Ciſtellaria Plauti locum totum reſtitui, qui antea tam miſerè deprauatus erat, vt nullo modo intelligi poſſet.

88 ITA omnibus.] Antè legebatur, *Quo de ſinu,* nullo planè ſenſu: ſed ex Ciſtellaria emẽdaui, Ita omnibus relictis rebus, &c. Quæ mox ſequuntur, ex eadem fabula integritati reddita ſunt, *Pol iſto quidem nos pretio eſt facile frequentare tibi vtiléſque habere ita in prandio,* &c.

89 EST dare corpora.] Legendum videtur, Fodicare eſt. quo etiam verbo in Tuſculanis vtitur Cicero, ab Ennio ſumpto. Fodare etiam in Pompeio eſt pro Fodere.

89 FAXIM & obrutus.] Suſpicor legendum, Face muſſet obrutus. Id vt opiner, facit, quòd *Muſſare* mox declarat, & quòd in vetuſto codice ſcribitur, *facimus & obrutus.*

89 AVERTENDO.] Legerem libenter, Ab auertẽdo. Nam quemadmodum Auerrũcare eſt auertere, ita verruncare, vertere. Actius apud Ciceronem, Bene hæc verruncent populo. id eſt, bene vertant. Hîc autem Moneris pro Monueris Pacuuium dixiſſe ſcribit Nonius.

89 VIDI balare.] Sic correxi ex vetuſto libro: ductum ab ouium balatu.

89 ATQVE eiulitabit.] Antè erat, Militabat. Sed cùm reperiſſem in veteri libro, *Atque heylitabit*, audacter Eiulitabit emendaui: vt & multa hîc repoſui ex eodem codice, quæ antè ſic mendoſa erant vt intelligi non poſſent.

89 SVETA frundice.] Hîc verborum ſunt portenta, quæ eadem in veteribus libris reperi. Lego, Eius ab hirundine. Hirundo fritinnit ſuauiter. Varro Virgula diuina, Et pullos peperit fritinniẽtes. Alij cicadam fritinnire, hirundinem thrinſare dicunt. Mox emendaui pro Matius, M. Actius. Locus enim quem affert, extat apud M. Actium Plautum in Caſina: & M. Actius in nonnullis excuſis reperitur.

89 SVBS auoluerat.] Locus iſte ferè deſperatus eſt & conclamatus, ſed à me tamen ita ſcriptus vt eum in veteri libro reperi. Hîc cõiectore OEdipo opus fuerit, qui Sphingi interpres fuit. Mea hæc eſt coniectura, ſed non ſatis ſagax, nec ſatis ſolers, Vt res voluerat ita tradidi: qua in re neque in iudicium Æſopi, nec theatri. ſubaudi, iniectus ſum. Nam Æſopus tragœdus, & theatrum, his de rebus aliter fortè ſentiebãt, & ab aliis rebus vocabula illa quæ expoſuit, ducta opinabantur. Mox legendum putem, Attilij in Colace. poeta autem Comicus fuit.

89 NEXVM Manilius.] Liber vetus, *Mamilius*: vt & apud Ciceronem reperitur in ſcriptis codicibus, & Varronem De re ruſtica.

89 IN QVO ſunt mancipia.] Huic ſententiæ eſt in Topicis aſtipulatus Cicero, cùm abalienationem ita definiit, Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Nam nexu traditione mancipia complexus eſt, Manilio iuriſconſulto aſſenſus: per æs & libram quomodo iſta generentur, ex Caio iuriſconſulto Boetius ad eum locum exponit.

90 PRAETER quàm quòd mancipio detur.] Mutius iuriſconſultus à nexũ remouit mancipia: reliqua, quibus ad obligandum interponeretur æs & libra, eo nomine comprehendit. Cui quibuſdam locis

aſſentiri Cicero videtur : vt Pro domo, Sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure auctoritatis, iure mancipii, iure nexi. Nexum enim hîc à mancipio ſeparauit. Auctoritate enim pro vſuſcapione & poſſeſſione. mancipii enim ius pro emptionis & alienationis iure, ius nexi pro obligatione aliqua, vt oppigneratione. Ælius Gallus necti dicit quicquid per æs & libram geritur, cuius generis eſt teſtamenti factio, nexi datio, & nexi liberatio.

90 DE QVO quærit.] Mutius, ſcilicet: cuius ſententiam probat Varro.

90 NEQVE ſuum fit.] Neque proprium fit alterius: vt quod mancipio datum eſt, proprium fit alterius.

90 QVI SVAS operas.] Deeſſe videtur, Dabat.

90 POPILIO vacare.] Legendum cenſeo, C. Popilio auctore.

90 BONAM copiam iuraret.] Nexi in neruo habebantur, vt Plautus in Penulo oſtendit:

Vtinam mihi argentum reddas, priuſquam in neruum abducare. Quod Sylla dictatore ſublatum eſt, bonámque copiam tantùm iurare addicti cogebantur, id eſt, ſe ſemper ſui copiam eſſe facturos, & operæ ſuę, creditoribus, dum ſatisfeciſſent. Aliter Bonam copiam eiurare dixit ad Pætum Cicero, his verbis, Tu autem, quòd mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Id eſt, neges tibi facultates eſſe. Quidam tamen in Varrone, Bonam copiam eiurarent, legendum cenſent : quòd quibus res eſſet, nec ſoluere vellent, necterentur, & in neruo haberentur: qui iurarent ſibi non eſſe vnde creditorem liberarent, non necterentur. quod & mihi verius eſſe videtur. Bonam enim copiam in facultatibus poni, quàm in copia ſui, verius eſt.

90 NE ESSENT nexi.] Ne eſſent vincti.

90 DELIQVIVM.] In veteri *Delicuum* ſemper ſcribitur: vt, Sors tua delicuerit, apud Plautũ. Verũ puto Deliquum, vt in Pompeio, quod interpretatur minus.

90 DELIQVANDVM.] Quod non ſit turbidum, Quod ſit liquidum. Vinum enim ſacco poturi deliquabant. Horatius,

Vina liques, & ſpatio breui ſpem longam reſeces.

90 CECILIVM.] In veteri, *Apud Accilium.* Id imitatus eſt Cicero, cùm dixit, Voluptate liqueſcimus.

90 NON gladij ling.] Lingula, inquit Gellius, gladiolus eſt oblongus, in ſpeciem linguæ factus. Næuius in tragœdia Eſiona,

Siue mihi gerere morem videar lingua. non lingula.

90 VITVLANTES.] Vitula (vt quidam aiunt) Dea eſt lætitiæ præſes: vt alij, Victoria. Vitulari, eſt voce lætari: & Pontifex in quibuſdam ſacris vitulari ſolebat, quod Græci παιανίζειν vocant. Macrobium conſule.

90 IN DOLO.] In dolone, lego.

90 PERSIBVS.] Priſcum verbum, à Peritè ductum. Docti, vt ait Varro, interpretabantur callidé.

90 PROTINAM.] Continuationem longitudinis ſignificat, vt Nonius ait Varronem hîc explicare. Terentius eo eſt vſus,

Atque hinc me conijcerem protinam in pedes. Pompeius Protinus interpretatur.

90 CANDACVS.] Verbum perquam antiquum, à gaudio ductum videtur. Nam c pro g, ſæpe antiqui dicebant: ſuauibus enim gaudemus.

90 SPONSVS.] Ad ſpondendum rogatus & obligatus.

90 VT SIT lorum.] Vetus lib. *Vt ſit tutum*, id eſt, ne quid obſit, vt ſuprà dixit.

90 CONFICIANT.] *Conficant*, vetus liber, quaſi configant. C pro g ſæpe veteres mutauere. Sed putem verum eſſe Confictant, vt ſit Conficto verbum à Confictu ſupino ductum.

90 TRVCVLARIA.] Vet. lib. *Auricularia.*

90 SARRIRE.] Id eſt, aperire, vt Varro explicat. Ruſtici quoque, cùm ſarriunt, terram ſarculis aperiũt. Vetus lib. *Sarrare*, ſed (vt reor) malé.

91 PRODVCENDVM.] Vetus liber, *Protendendum.*

91 DE DISCIPL.verb.orig.] De etymologice

91 DE VERBORVM originibus.] Vnde orta verba.

91 ET IN illis ſit.] Puto,Et vtilis ſit,legendum.

91 DVOBVS libris.] Quarto & quinto: in quibus non poetarum verba ſed orationis ſolutæ perſequitur. Itaque legendum videtur, De ſoluta oratione, aut potius, Vt illa, pro Vtilia, legendum: vt ſit ſoluta pro à ſoluta.

91 DECLINANTVR.] Quod ad analogiam & anomaliam pertinet. Itaque liber primus Varronis De analogia videtur eſſe ſeptimus De lingua Latina.

91 PERPETRATA.] Perfecta, Abſoluta.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

QVAE ſequuntur,eiuſdem ſunt autoris, Adriani Turnebi:ex eius Aduerſariorum libris excerpta. Horum nonnulla conueniunt vel potius eadem ſunt cum iis quæ in præcedentibus commentariis ſcribuntur, ideóque illa confirmant. Nonnulla contrà, diuerſa ſunt ab iis, vel apertius aut etiam doctius dicuntur.quæ manum extremam & limam commentariis illis defuiſſe indicant : & argumento eſſe poſſunt quanto meliores in hũc Varronis librum commentarios haberemus,ſi ipſemet eos edidiſſet.

ANNOTATIONES ET EMENDATIONES EIVSDEM ADRIAni Turnebi, ex eius libris Aduerſariorum excerptæ.

ADVERS. LIBRI XX.
CAPVT XXIX.

M. VARRO lib. IIII de lingua Latina Aſiam & cælum duobus modis dici refert. Nam & cælum dicitur cæli pars ſumma, vbi ſtellæ, & aeris plaga tenero terram complexu continens. Sic Aſia dicitur pars orbis terræ,quæ non Europa. Duas enim tãtùm partes Varro (vt & Salluſtius in Iugurtha) orbis terrarum nouit, Aſiam & Europam. nam in Europa ponit Aphricam. Dicitur & Aſia prioris Aſiæ pars, in qua erat Ionia, & prouincia pop.Romani. In Varrone ſcribitur,Et Cilicia,falſò mendoſéque:cùm in illa Aſia Cilicia non eſſet comprehenſa. Cicero pro Flacco,Nam,vt opinor,Aſia veſtra conſtat ex Phrygia,Myſia,Caria,Lydia. Strabo, οἱ δὲ ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύοντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. Mox in Varrone lego, *non malè quod po-*

ſterior, vt reprehenſum veriloquium Ælij ab aliquo poſteriore ſcriptore intelligamus. Si poſterior Ælius ſcribatur, vt ab Antonio Auguſtino, ſentẽtia erit, ipſum ſui poſterioribus libris reprehenſorem fuiſſe, crediidiſſéque non tam cælum à cælando, quàm cælare à cælo, deductum eſſe. Cælum alij ita vocatum cenſent quòd ſit cælatum impreſſúmque variis ſignis, & diſtinctum ſculptúmque. Hinc præclari illi verſus Varronis,

Mundus domus eſt maxima rerum,
Quam quinque altitonæ fragmine Zonæ
Cingunt, per quam limbus pictus bis ſex ſignis
Stellimicantibus, altus in obliquo æthere, lunæ
Bigas acceptat.

Aliis cœlum dicitur vt κοῖλον. Cæterùm vbi ſcribitur à Varrone, *Ego magis puto à chao cauum* (quæ ſcriptura mirificè mihi probatur) in antiquis libris reperio, *à chao couum*, vt librarius fortaſſe cohum ſcribere voluerit. Nam (vt ait Feſtus) Cohum poetæ cælum vocauerunt. Infrà tamen Varroni couum in aratro nominatur. In antiquiſſimo libro clariſſimi viri Herrici Memmij ita ſcriptum reperi, *cous eſt quo cælum continetur: Vnde Ennius, Vix ſolum complere coum terroribus cæli.*

Eſt & cohiuum calyx roſæ adhuc conniuens & clauſus. Verba ſunt antiqui lexici, *cohiuum*, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Scribitur & coniuum, à conniuendo, vt reor.

Scribo mox in Varrone, *noctu quæ caua cæli.* Lego infrà in eodem, *non terminus*, ſed termon: vel termo, vt & Ennius locutus eſt,

Ingenti vadit paſſu, qua redditus termo eſt.

Lego etiam mox, *hoc Græci* τέρμονα. Diſtinguendum autem eſt poſt *in Latio*, vt arbitror. At vbi ſcribitur, *appellarunt ſumma terræ, quæ ſola teri poſſunt, ſola terræ*, puto intelligi emendandum, Quæ ſolo teri poſſunt, id eſt pede & veſtigio. Emendationi ſuffragatur menſio ſyllabæ. Protinus lego, *ideo Ennium in terram cadentes dicere, cubitis pinſabant humum.* ſic enim in manu ſcriptis libris reperio. Siquis pinſebant, legat, non multùm repugnabo. pinſare autem humum, eſt terram ferire: vt faciunt qui interficiuntur cadúntque in terram.

Simile eſt illud Homeri, ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. At vbi ſcribitur, *Et dicitur humilior, quæ ad humum, vt Sabini, vt Lucani*, magna eſt confuſio & cõturbatio rerum & verborum, non ſuo collocatorum loco. Georgius Bucananus, poeta grauiſſimus & elegantiſſimus, vidit primus vnde iſta eſſent diſtracta atque diuulſa, ac me docuit cum aliis ea ſic coniungenda eſſe, *Et dicitur humilior demißior: infimus, humilimus: quòd in mundo infima humus*. Lego autem non longè hinc, *hinc ſudor, vdor. is quamuis deorſum in terram vnde ſumi pote, puteus: niſi potius quòd AEoles dicebant, vt ποταμὸν, ſic ποτῆρα & πότον, vt nunc φρέαρ: à puteis oppidum Puteoli*. Non longè hinc lego. *Quo deinde ſuſcipiunt perpetuò flumen, lacus: Lacuna, in qua ibi aqua*. Lacum autem hic intelligo, quo ex flumine ad aquandum aut lauandum aqua excepta eſt, quo etiam ex aquæ ductu aut fonte recipitur. Terentius,

Apud ipſum lacum eſt piſtrilla. Horatius,

Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacũque.

Lego, *ſtagnum, quod Græcè στεγνόν*. Deinceps lego, *Ea ferè nominata aut trãſlatitio nomine, aut ab hominibus, vt Sabini & Lucani*. atque ita quæ malè diſiuncta fuerant, auctore Bucanano optimè rurſus cohæreſcent.

ADVERS. LIBRI XX, CAPVT XXX.

NONDVM è Varronis libris de lingua Latina omnes, vt ita dicam, errorum vepres eruncati ſunt. ſerpunt etiamnum illic multæ ſpinæ multíque rubi. Nam quod legitur libro 4, *vniuerſus ager dictus Latium*, vt in annoſis reperi libris, latius, adiectionis more, magis me delectat: vt & infrà, ager aruus & arationes dicuntur: quemadmodum & apud Plautũ, *Non aruus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager*. Lego etiã, *vt noſtri augures publici diſſerũt*. Quod ſequitur mox, nõ plus ſenſus habet, quàm ſurdi lapides: ſed ſic emẽdo, & ſenſu quodã & vita afficio, & velut anima dono, *Quocirca Gabinus peregrinus, ſed quòd auſpicia habet ſingularia, ab reliquo diſcretus*. Oſtendit enim quamobrẽ in peregrino Gabinus

ager non numeretur: quòd ſcilicet ſuum quoddam auſpiciorũ genus à reliquo agro peregrino diuerſum habeat. In agri autẽ notatione, ab omnibus, quas quidem viderim, editionibus diſcrepat clãdeſtina & antiqua ſcriptura, quam proponam: *ager dictus eſt in qua terra, quid agebant, & vnde quid agebant fructus cauſa: aut quòd id Græci dicunt ἀγρὸν: aut ager quo agi poterat: ſic qua agi, actus.* Hæc interpretatio & verior eſt & dilucidior quàm edititia. illud quoque melius & intellectu facilius. *Quòd ſegetes ferũt, fruges: à fruẽdo fructus. ab ſpe, ſpicæ.* vt edũtur iſta, Varronis enucleatio & etymologia propè tota perpetuáq; interit. Illud autẽ, *Plebi rura largitatur ad areã,* valet, non prata aut paſcua aut ſiluas diuidit plebi, ſed agros frumẽtarios. frumenta enim terũtur in area: non omnia tamen. Nam far, quia ſuis extricari folliculis nõ poteſt in area, torrebatur in fornace. Inopia quoq; particulæ, vt, laborat cõprehenſio quædam, non lõgè hinc, *Prædia dicta item vt prædes, à præſtando: quòd ea pignori data, vt publicè mancupes præſtent fidem.* vt, inde aberat, quod reſtitui è vetere libro. Ceterùm prędes exponũtur in antiquo lexico οἱ ὑπὲρ φόρου δήμου ἐνδεδεμένοι, qui pro vectigalibus populi obligati ſunt: prædiatores, ὠνηταὶ ὑπαρχόντων, qui eorũ ſcilicet bona & fortunas emũt. Hinc ius prædiatoriũ apud Ciceronem, quo obligata ſunt bona ærario & populo. Deinceps autem ſunt cõtexenda quæ diſiuncta ſunt improbiſſimè, *Vbi nunc eſt Roma, ſeptimõtium nominatum, ab tot montibus, quos poſtea vrbs muris cõprehendit.* At rupes Tarpeia, pars erat montis Capitolini præceps, vnde nocentes deiiciebãtur interdum. Plutarchus, πλὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν, ἀφ᾽ ἧς ἐῤῥίπτουν τοὺς κακούργους. Vocabatur & ſaxũ Tarpeiũ. Horatius, *Deiicere è ſaxo ciues.* Lego non lõgè hinc, *in ædificiorũ legibus priuatis.* Infrà ex monimẽtis veteris ſcripturæ lego, *Quod de aqua tũ, dicitur Velabrum: & vnde eſcendebant ad infimam nouam viã, locus ſacer velabrum.* Cæterùm Velabrũ duplex fuit, maius, de quo nũc loquitur: minus, de quo infrà: *ab iis palus fuit in minori velabro: à quo, quòd ibi vehebãtur lintribus, velabrum, vt illud maius de quo dictum eſt.* Velabrorum meminit Propertius;

Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quá'que
Nauta per Vrbanas Velificabat aquas.

In Velabro porro locus ſacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro libro ſequente tradet, vbi Accæ Larētiæ ſacrificium fiebat, qua in nouam viam exibatur. Atque hìc obſeruandum veteres Eſcendo etiam pro aſcendo dixiſſe. Liuius, A.D.X. cal. Octob. ludorum Romanorum ſecundo die, C. Licinio conſuli ad quadrigas mittendas eſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, reddidit laureatas literas. Varro alio loco, E vinea in arbores eſcendit vitis. Iterum, In carnarium eſcendit. In vetere libro ſcriptura hæc extat, *Quod ea qua tum dicitur Velabrum.* Et mox, *Ad infima nouam Viam locus ſacellus labrum.* Cùm autem è Lucilio profertur, *quadrantis ratiti*, clauſulam verſus hexametri eſſe intelligo. Quadrans autem ratitus dicitur, quòd (vt à Feſto & Plinio ſcribitur) in eo eſſet ſculpta ratis figura. Igitur ratitus, eſt rate notatus & inſignitus, & ratem habens.

ADVERS. LIBRI XX.
CAPVT XXXV.

NESCIO quomodo me effaſcinant libri antiqui, & ad inſaniam propè me adigunt: quorum inſano amore agitatus audeo lib. 4 de lingua Latina ſcribere, *Reliqua Vrbis loca olim diſcreta, tum Argeorum ſacraria, in ſeptem & viginti partes, Vbi ſunt diſpoſita.* Ego in hac ſcriptura nihil variaui, nihil mutaui, ſed eam, vt reperi, ſartam tectam conſeruaui. Reperio etiam, *cum Cælio coniunctim Carinæ, & inter eas quem locum Ceroliensem appellatum apparet.* Cùm autem dicit primæ regionis quartum ſacrarium, vnum ex Argeis intelligit. Argei porro loca erant in vrbe à Numa conſecrata, vbi ſacra fiebant, vt auctor eſt Liuius. At Minerium templum eſt Mineruæ, vt Dianium Dianæ: Miuerujum quoque à Victore, vel, vt alii malunt Rufo, ponitur in nona vrbis regione. Cæterùm quarticeps cùm dicitur, & terticeps, ſi Volaterrano credimus, ſignificatur Quatuor vel tres vertices habens,

habens. Cui expoſitioni nō aſſentior, cùm potius intelligatur tertius aut quartus mons, pars & caput. Itaque ad ordinem ſunt iſta referenda, vt in Suburana regione conſtat, in qua princeps erat Cælius, deinde Cæliolus, mox Carinæ, & quarticeps Ceroli enſis. Sed & ad ordinem iſta referenda eſſe, oſtendunt liquidò ea quæ Varro de Exquiliis ſcribit, ne pluribus id docere coner. Protinus lego, *Cerolienſis à Carinarum iunctu dictus Carinæ, poſtea Ceroli a*. Hîc autem (niſi falſus, vt ſæpenumero, augur ſum) Ceroliam videtur indicare appellatam à κέρα, quòd ibi caput eſſet Sacræ viæ. Quod autem quotquot menſibus ſacra in arcem per viam ſacram dicit ferri Varro, id intelligendum crediderim de ſacris idulibus. Nam idibus ſacerdotes ſacra in arcem ferebant rei diuinæ cauſa. Ad eam fortaſſe conſuetudinem reſpexit Flaccus, cùm ſcripſit,

--Dum Capitolium
Scandet cum tacita Virgine pontifex.

Emendo etiam, *Nūc ſcribitur tertia litera c, non b*, Quintiliani auctoritate fretus. ſic enim ſcribit lib. 1, Et Subura cùm tribus literis notatur, c tertiam oſtendit. Nam cùm literarum compendio ſcribebatur & tanquam notabatur, Suc notatum Suburam ſignificabat. Lego proximè, *Quòd ibi lucus dicitur fagutalis, & larum Querquetulanûm ſacellum, & lucus Mephitis*. Dicitur autem Larum querquetulanûm, vt Larum permarinûm apud Liuium, qui ſunt (vt vetus lexicon interpretatur) θεοὶ δαπόντιοι. Lares querquetulani dicūtur, quòd ibi querquetulum fuiſſet. Cælius etiam mons Querquetulanus à quernea ſilua vocatus fuit. Sed tamen quos Lares querquetulanos Varro appellat, propè eſt vt nymphas querquetulanas Pompeius vocare videatur. Emendo autem, *ſecundæ regionis Exquiliæ: alij has ſcripſerunt.* Nec longè hinc, *iamdiu enim latæ auaritia viæ eſt*. atque in his emendationibus non meam ſed antiqui libri fidem obſtrictam eſſe volo. Cæterùm modò Terticeps reperio in editionibus, modò Terticepſos, modò in Volaterrano Quarticepſis, modò in codice antiquiſſimo Quarticepſois. Cùm autem inueniam quibuſdam

in locis non Quarticeps, ſed Quadriceps, nec Terticeps, ſed Triceps, tum apparet non tam ordinem ſignificari, quàm collium & iugorum multitudinem. quanquam Quarticeps & Terticeps legere malim, vel Quarticeps, is, & Terticeps, is. Iam, *dexteriore via in Tabernula eſt*, legere malim (vt ſuprà *ſiniſtra* auferendi caſu) quàm dexterior, nominandi. Necnon & illud ſic lego, *Viminalis à Ioue Viminio, quòd ibi aræ ſunt, qui quod ibi vimina nata.* Coniicio autem, & fortaſſe vt plerũque, futilis & vanus ariolus ſum: cõiicio, inquam, legendum non multo pòſt, *Aduerſum eſt Apollinaris, ædem Salutis*: vt Apollinaris collis intelligatur, in quo Apollinis ædes erat. Apollinaris etiam vicus erat in vrbe Roma, cuius mentio eſt apud Victorem. Quod etiam ſcribitur non longo inde interuallo, *apud Turaculum ædificium ſolum eſt*, cùm auraculum reperiam in antiquo codice, vnius ſyllabæ ſupplemento auguraculum ſcribo. Sic vocatur locus vnde augures auguria captabant. auguraculũ dicit eſſe Feſtus arcem, quòd inde auſpicarentur augures. Victor auguratorium etiam collocat in Capitolio. Sunt & qui è Carinis captata auguria tradant. Auguraculum Græcè οἰωνιστήριον dicitur. Scribit Higinus in libro De caſtris metandis, in caſtris Romanorum fuiſſe auguraculum, quod Tacitus augurale vocat.

ADVERS. LIB. XXI,

CAPVT XXXVI.

PERGAM equidem per Varronem graſſari, &, ſi id conſequi potero, quædam eius vlcera non manu diuina tractans perſanabo, ſed ope fortaſſis humana proſequar. Scribitur in eo, *Itaque Næuius Balantium appellat*, hic ego à Balatu Balatium legendum affirmo, præſertim libro antiquo aſtipulante: quãquam ſine codicis approbatione, ſola poſſet analogia hoc obtineri aduerſus librorum pertinaciam. Scribo etiam, *quod in hac regione ſcriptum eſt germalenſis quinticeps*. Sacriportus enim à vetere libro non agnoſcitur, qui in quarta erat vrbis regione, non in Palatina. Reperio & in rude-

ctis;vt ita dicàm,librorũ vetuſtate carioſorum,*Sic reliquæ triginta tribus ab his,quibus in tribuũ libris dixi.* Etſi autem ſcriptura quæ celebrata eſt per hominum ora & librorum publicorum monumẽta, non ingrata nec iniucunda eſt: tamen peruetuſtam iſtam & rãcidam exoletámque,nõ indiguam luce iudicaui,qua ad hanc ætatem caruit,in abditis bibliothecis ſemper ſepulta. Quicquid autem nonnulli homines obloquantur, nimium deditis librorũ publicorum perfidiæ,audebo emendare, *hi dei iidem,qui ab AEgyptiis Serapis & Iſis, etſi Harpocrates digito ſignificat vt taceam.* Ait enim Harpocratem,qui os digito premit & ſignat, per ænigma ſignificare ne iſta myſteria euulgentur & enuncientur.Digitus enim eius ori adpoſitus ſilentium & taciturnitatem vel imperabat vel indicabat. Hinc illud Catullianum,

--*Et patruum reddidit Harpocratem.* Eo quoque nomine Sigalion vocabatur. Auſonius, *Et tua Sigalion AEgyptius oſcula ſignet.* Talis feré apud Romanos erat Angerona dea, quæ ſimulacrum ore obligato obſignatóque habebat. In antiquo lexico explicatur dea conſilij & temporum. Eius verba ſunt, *Angeronia*, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν. Scribo porro, verſu cogente, *Inſinuans ſeſe ipſa anima.* In libro tamen ſcripto, *inſinuans* non reperio,ſed *Diuinitus pullis ipſa anima.* In quo & paulo pòſt reperio, *qui caldor è cælo.* Inuenio etiam (nec inuentum ſupprimo cælóve, aut intercipio, ſed communem Mercurium veneror & reuereor) *quibus iuncti cælum & terra omnia exgenuerunt.* Lego etiam, *animam æther adiugat*,vt clauſula ſit verſus trochaici: & (ſi teſtis producendus eſt) ita etiam à Nonio, niſi hallucinor, legitur. Hoc quoque ſic reperio perſcriptum, *Et Ennius terram corpus, quæ deperit, ipſam capere, neque diſpendi facere hilum.* Solet enim interdũ ſic poetarum verba proferre Varro, vt verſum euertat, aut mutilet. Rurſum, *vbi nimius ardor, aut humor, aut interit, aut ſi manet, ſterile.* Lego etiam, *& horũ iunctionis vis, Venus, comites, hinc: hinc victrix Venus.* nuptiales ait veneris eſſe comites, vt ſuſpicor, ignem & aquam. Lego etiam, *ibãt malaci*, vt molles ſignificentur homines. Malacum

pallium dixit Plautus, eodem modo & malacam coronam ſumere: vt & ſcribere poſſemus, ſi ab auctoritate librorum nobis recedendum eſſe putaremus: quod quidem nobis minimè nunc quidem faciendum eſſe ducimus. Cæterùm quinque ſunt integri ſolidíque trochaici verſus ex Ennio prolati, quorum principium eſt, *Iſtic eſt is Iuppiter:* tantùm, ne vatij aut vatinij ſint, legendum eſt, *Aera quique ventus eſt:* &, *iſthæc propter:* &, *Qui mortales vrbes atque.* Lego non longè hinc, *& dies, & diuum, id eſt cælum. Vnde ſub diuo: Dius fidius.* Dius autem fidius explicatur in antiquo libro διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς, vt & à Varrone, eum qui iurabat ſub dium prodibat. Cato apud Nonium, Itaque domi ritu noſtro, qui per Dium fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium. Idem de quadam dea Plinius dicit (quam tamen non nominat) his verbis, Seiámque à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in Circo videmus. tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt. Plinius manuſcriptus Seriam exhibet, quam Tertullianus Seſſiam vocat, Macrobius Saiam, vt Segeſtam, Segetiam: aítque, ſi quis nominaſſet Salutem Semoniam, Saiam, Segetiam, Tutilinam, ei ferias obſeruandas fuiſſe. Tertia autem illa dea, quam religioſum erat ſub tecto nominare, Tutilina, vt reor, erat. Adſcribam & illud Tertulliani de Circo, Delphines Neptuno vomunt. columnas Seſſias à ſementationibus, Meſſias à meſſibus, Tutulinas à tutelis fructuum ſuſtinent.

ADVERS. LIBRI XX,

CAPVT XXXVII.

EXPONITVR à Varrone cauſa cur Orcus dicatur, ſed neſcio quomodo ad eius verba obſurdeſcimus: vtique ego, qui ea non ſatis (vt ingenuè confitear) percipio, duntaxat vt editiones loquuntur: quarum vocem recitabo. *Quorum quod finis ortus, orcus dictus.* non ſatis hic animaduerto cur ab ortu potius orcus dicatur, quàm Ortus ab Orco: niſi violentá illa

antiphraſis, & in paucis admodum probanda, hic recipiatur: qua ſuſcepta, finis & modus non erit ex aduerſario originis ducendæ. Proponam ſcripturam antiquam, quæ etſi ne ipſa quidem ſatis dilucida eſt, tamen neſcio quomodo ad verum propius accedit, *Quorum quod finis orcum, Orcus dictus.* quem dicimus Orcum genere virili, inferorum loca intelligentes. Varro in genere neutro Orcum appellat, ab eóque Orcum, id eſt Plutonem, nominatum putat. Orcum autem finem ſignificare quòd ait, niſi fallor, aut eò reſpexit quod eò hominum finis tendit, aut quòd Græcis ὀρκάν ſeptum & ambitum ſignificat, & ὅρκος inter cætera vinculum. Quod noctilucam ait dictam eſſe Lunam, ex eo dicit quòd eo cognomine Luna in Palatio colebatur, & noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde & libro v ſcribit, *Noctiluca lucere, ab luce, quòd propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus.* Scripſit quoque eodem cognomine Horatius, *Rite creſcentem face noctilucam.* Erat, vt coniicio, etiam apud Varronem in Marcipore noctiluca, fax vel lucerna, cùm ſcribebat, *noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit.* Diana (vt ait) à duplici via nomen adepta eſt, quòd in altitudinem & latitudinem feratur, quaſi diuia & diuiana. Nigidius tamen Dianam tanquam Ianam interpretabatur. Lego autem mox, *Vel quòd eſt altera terra, Vt phyſici dicunt.* Nam, vt ſcribit Cicero, Xenophanes habitari in Luna putauit, eámque terram multarum vrbium eſſe & montium. Hìc igitur Varro Lunam, terram eſſe quandam dicit, eámque lucentem. Cæterùm cùm ait Varro, *& omne quod naſcitur, ignis ſcindit*, Scindere valet Penetrare, Ingredi, Penitus ſubire. Denaſci etiam in Varrone eſt Mori & Interire. *Et fulgur*, inquit Varro, *quod fulmine ictum eſt:* lego, *Fulgur & fulguritum.* Plautus Trinumo, *Nam fulguritæ ſunt hîc alternæ arbores.* Mox lego, *Contrariis diis, ab aquæ lapſu lubrico Lympha: Lympha Iuturna.* Nam Varro Latinè non Græcè loquitur, nec in Nympha lapſus apparet, primo diſſimili elemento. Sic mox, *Lymphæ comitiæ* lego. In lacu porro Cutilienſi

inſulam eſſe commemorat Macrobius quæ huc & illuc moueatur: nec tacet Dionyſius, περὶ Κοτύλην Ἀβοριγινέων αὐλισάμενοι πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης, ἐν ᾗ τινα νησῖδα τὴν ἐν αὐτῇ περιδινουμένην κατέμαθον. Sed & oraculum idem loquitur, Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται. Meminit & breuiculum Sotionis. Lego mox, *à quo nuptiæ Neptunus dictus*: vt infrà *fiber dictus*. Lego autem non procul hinc, *primum nominem alites ab alis, volucres alij à volatu*. Galeritus ab eo nominatur auis, quæ ab aliis galerita dicitur, κόρυδος à Græcis & κορυδαλὶς, à Theocrito ἐπιτυμβὶς cognominata, quòd in capite tanquam tumulum gerere videatur. Etiam in antiquo lexico lego bardalam vocatam fuiſſe. Lego proximè in Varrone, *vt quædam Græca, vt grues, γέρανοι*. Quòd ſi quis editionis eſt pertinax vindex & aſſertor, γέργυρα multa ſignificant: & γέργερος eſt βρόγχος, id eſt guttur: γεργέριμος druppa, id eſt olea pulla vel nigra. ſed de auibus hic loquitur, non de gregibus: & crex auis nomen Ariſtoteli & Herodoto, hîc potius quàm grex ſcribi deberet. Grues tamen, vt principio dixi, Varronem ſuſpicor ſcripſiſſe. *Vernacula*, inquit Varro, *ad ſimilitudinem, vt ſurenæ, pectunculi, vngues*. cùm in omnibus vitæ partibus laudem meretur ingenua verecundia, tum in tractatione literarum vel maximè, ne impudenter, quod neſcias, ſcire te affirmes & oſtentes, & inuerecundo mendacio & te & alios in errorem præcipites. Ego ſine tormentis & fidiculis hîc verum proloquar. Surena quid ſit neſcio. Eſt Varroni nomen conchylij, nunquam tamen mihi antea fando auditi. nunc tandem licet, vt opinor, fáſque eſt poſt ingenuam confeſſionem coniecturas ſuas perſcribere. Iudicaui Venereæ aliquando ſcribendum eſſe, ſed fruſtra, cùm ſimilitudo nulla rei ſit: magis probarem mures vel murices. Sed cùm ab Iſidoro ita ſcribatur, *Suris tribus modis dicitur, vt teſtudo, ac peloris & coclea. Nam & quæ edimus, & vbi caro ineſt, & vtrunque dicitur peloris*, Surenem à ſuri & ſurruli ſimilitudine interpretemur, niſi ſtriatæ legamus.

ADVERS. LIBRI XXI,

CAPVT I.

IN VARRONE, (nam vt inſtituimus & cœpimus, eum peruolitamus potius quàm peruolutamus.) In Varrone igitur cùm ſcribitur, *Vt querquedula, cercerus*, in libris non prelo ſed manu ſcriptis reperio (quod pro meo non vendito, nec alioqui oſtento) *ceterus*. Eſt Græcis auis κερκὶς eſt & κερκιθαλὶς, quæ an ad hanc notationem pertineant, potius aliorum prudentiæ committendum putaui, quàm meę temeritati arbitrium iudiciúmque arrogãdum. Ait Varro, *ſic in Latio nominati lytra & fiber*. Ego lutra ſcribendum exiſtimo de Varronis ſententia. Nam quod ei placeat, hoc tempore videndum eſt, non quod alij cẽſeant. Exiſtimat enim, à Luo, quod eſt ſoluo, lutræ nomen inditum eſſe: quanquam ſi quis per y græcum ſcribat, à λύω deducet eodem ſenſu. Sed Varro non tam ad Græcam etymologiam, quàm Latinam notationem videtur attẽdiſſe. In libro veteri lira ſcribitur, quaſi librarius lua ſcribere voluerit: lutra tamen probo. *Qui rectè conſulat, cõſul fiat*. In antiquo libro reperio *conſulcrat*: quod genus verbi ſi probum eſt, ſignificabit idem ferè quod conſulere: ſin diſplicet, *conſulfuat*, ne claudicãs ſit iambicus, ſcribendum erit. Omnino legere malim conſulciat, vt ſit, Rempub. cum ciuibus aliíſque magiſtratibus fulciat. Erit fortaſſe qui vocem dirimendã cenſeat & *conſul ciat*, legat, vt ſit conſul nos impellat & cieat ad Rẽp. defendendam: cui equidem argutiæ non multum tribuẽdum puto. Lego mox, *ergo prætorum eſt præire*. libẽter etiam, *iuri & exercitui*, potius ſcriberem quàm iure & exercitu. Nam infrà in dandi caſu loquitur, quẽ & ſententia poſtulat. Pro Tatienſium (quod equidem probo) reperio Tatium, vt apud Propertium,

Hinc Taties, Ramnéſq; viri Luceréſq; coloni. In põtificibus à prelo manus diſcrepat, cuius hìc ego ſcripturã proponã, *Põtifices Scæuola Quintus põtifex Maximus dicebat à p.ſſe & facere, vt potifices*. quam quidem veriſſimam eſſe certum habeo. Prænomen hìc poſtponitur

vt & apud Catullum, *Meus eſt ſodalis Cinna Gaius*, & apud Ciceronem lib. I I I de Legibus, Stolo Caius. In fratribus arualibus lego, *ſunt qui à fratria dixerunt. Fratria eſt Græcum vocabulum partis hominum, vt Neapoli etiam nunc.* Erãt & iudices qui de agrorum finibus cognoſcebant, mutuatitio nomine, de fratrum arualiũ vocabulo, aruales ſodales appellati. Quod ita in antiquo lexico ſcribitur, *arbares ſcodales*, οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί. Sed cùm iſta Sphinx ænigmata ſic balbutiret vt intelligi non poſſet, extitit Ludouicus Ruſardus, iuriſcõſultorum elegantiſſimus, qui iſtam eius infantiam & balbutiem perciperet, & mihi indicaret. Sodales titios Varro dictos ait eſſe à titiis auibus: ſed illæ aues cui hodie aucupi notæ ſunt? Equidem eſſe neminem puto qui eas magis cognoſcat quàm ſpinturnicẽ, hominibus ignotam, vt cenſet Plinius: ſed diuerſam vtique ab biſturnicia Marcellini, quæ in quadrupedibus numeranda eſt, vt & capreolus & bubalus: à qua & biſturnicios equos, vt opinor, appellauit Vegetius in lib. De re veterinaria. Vbi tamẽ melius Biſtrutitij edi multi cẽſent, me non improbante. Vetus interpres Perſij in illũ locũ, *Ingẽtes trepidare Titos*, à titis titos vocatos dicit. Seruius dicit palũbes vulgo appellari tetas. Iſidorus, Palumbes, inquit, eo quòd ſunt fartæ pabulo, quas vulgus tetos vocat. An hæ ſint titiæ aues, intelligẽtioribus & doctioribus iudicandũ relinquo. In fecialibus ait, deſitum eſſe per eos bella indici, cùm ipſius ætate ad res repetendas iam non mitterentur, ſed tantùm fœderibus faciendis interuenirent. Res autem repetere, erat clarigare. Sed quoniam homines eruditiſſimi negant clarigationem eſſe hominum prehenſionem & pignerationem (quod ἀνδρολήψιον Græci vocant) iúſque hominis prehendendi & abducendi, placuit iſtum errorem eripere. Nam Liuius hoc ſenſu ita locutus videtur libro V I I I, vt eius qui cis Tyberim deprehenſus eſſet, vſque ad mille paſſuum pondo clarigatio eſſet. In antiquo quoque lexico ſic clarigatio exponitur, ἐνεχυρασία, ἐμπεία, ἐνεχυρασμὸς, ἁρπαγή. Lego non longè apud Varronem, *Tametſi cohortem in villa Hypſicrates dicit*

eſſe Græcè χόρτον apud poetas dictam. Hypſicratis hiſtorici Amiſeni mentio eſt apud Lucianum in Macrobiis, qui & aliquid hiſce de rebus ſcribere potuit. Hypſicratis etiam grammatici libro decimoſexto Gellius meminit, qui de vocibus Latinis è Græco ortis ſcripſerat. Cæterùm grammatici Græci illud Homericũ αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ, de ſepto & ambitu chortis interpretantur. à qua etiam ſignificatione illud Euripidis videtur manaſſe σύγχορτα γείτονα πεδία, id eſt, vicinos & finitimos agros.

ADVERS. LIBRI XXI, CAPVT XXVIII.

VIDETVR M. Varro cenſuiſſe obſidium ſcribi & obſcidium, vt diſſidium & diſcidium. Nam vel ab obſidendo ait dici, vel ab obſcindendo. Quod enim ſcribitur Ab abſcindendo, ipſo ſtatim refellitur literarum ſono, nec tam rationis intelligentia quàm auris perceptionē eius mendacium tenetur. Vt autem duplicarios vocat, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur: ita armaturas duplares Vegetius appellat, quæ conſequebantur duplas annonas: ſimplares, quæ ſimplas. Duplicarij etiam explicantur in vetuſto lexico διμοιρῖται. Non longè hinc lego, *Et claßicines à claſſe, qui tum cornu vtuntur cùm claſſes comitiis ad comitatum vocant.* Quin & ſine præpoſitione *comitatum vocant*, in optimo libro ſcriptum erat: ſupini ſignificatione, à comitare, quod eſſet ſimul ire. Ciceroni quoque & Gellio comitatus ſignificat comitia. Qui claſſicos hîc legunt, eo falli videntur, quòd lib. v Varro ſcribit, *claßicus canat.* ſed tum claſſicus pro claſſicum ab eo vſurpari videtur. Signa enim & claſſica & cornua canere dicuntur. Claſſicines, etiam claſſicarij vocantur, & à vetere grammatico σαλπιγκταὶ explicantur: attamen ſi claſſicus cui placet, non repugnabo. Lego non longè, *opulētiùs ab ope, cui eſt opimé.* &, *ab eodem fonte copis.* &, *quæ omnia vltima huic rei.* Cæterùm vinum legere in Varrone, eſt Vuas legere: & in explicando venatoris vocabulo, quod inuentum & aduentum ait, ſignificat in eo

ineſſe notationē inueniendi & adueniendi. Sed illud Varronis vitioſum eſſe videtur, quod noſtro marte (quando nullum in libris vel publicis vel priuatis reperimus ſubſidium) ſanare conabimur. Verùm antè vitium proponamus, cui medicinam adhibere volumus, *& peculatoriæ oues, aliúdve quid.* Arbitror ſcripſiſſe Varronē, ꝙ *peculia à pecore, oues aliúdve quid.* Plautus confirmabit noſtram ſcripturam, qui in Aulularia ait,

Etiam opilio qui paſcit, mater, alienas oues,
Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.

Lego, *pecus ab eo quod paſcebant, a quo pecora vniuerſa.* Videtur Varro dicere Pecus pecoris à paſcendo nomen habere, Pecus pecudis, à pede. Non longè hinc lego, *Hinc eſt qui Græcis* ὗς *ſus, quòd* σῦς: *bos, quòd* βοῦς. Lego etiam, *Vitulus quòd Græcè antiquitus* ἰταλὸς, quæ vox, vt ait Heſychius, taurum ſignificat. Apud Gellium Varro lingua veteri Græca ἰταλοὺς boues ſignificaſſe dicit. Reperio deinceps, *porcus, quòd Sabini dicto, à primo porcopor, inde porcus*, hoc ſenſu, Sabinus dicere ſolet, id eſt Sabini, porcopor, id eſt porci puer & fœtus. Alij legunt oppidò quàm eleganter, *quod Sabini dicunt de aprino porco porcus, inde porcus.* vt à Sabinis catulum apri porcum fuiſſe appellatum intelligamus. ſi aprunum legas nihil intererit. Lego etiam, *niſi quòd vt tuba & cornua ſignum cùm dant, canere dicuntur: quod hic item & noctulucus*, id eſt interdiu & noctu. Nomen eſt fictum compoſitúmque è duobus aduerbiis noctu & lucu, vt è per & diu, perdius. Erit forsaſſe qui noctu lucu legendum cenſeat. cui liberum eſſe iubebo hac conditione, modò noctu lucus legendi aliis poteſtatem non eripiat. Quoddam vocabulum ſuſcitauit rediuiuum in Apuleio & Petronio Petrus Pithœus, omni liberali eruditione ornatus, & antiquitatis ignoratæ, quaſi Pythius alter, oraculis ſuis enarrator & illuſtrator maximus: quod vocabulum propter ſoni vicinitatem animo inceſſit meo. Eſt autem internuculus. Apuleius, *At enim internuculos recens cognitos.* Petronius, *Video quoſdam internuculos nudáſque meretrices furtim conſpatiantes.* Cenſeam potius duabus vocibus

ſinter nuculos legendum, & meritorios ſignificari pueros, concubinos, qui nondum reliquere nuces, ſed etiamnum inter eas verſantur. Nam à Catullo ſcribitur, *Concubine nuces da.* Reperio, *Camelus ſuo nomine Syriaco in Latinum venit.* Latium tamen quod editur, egregiè placet, huius animalis nomen mouet me, ne ita camelariam amplectar vt camelaſiam eiiciam, præſertim cùm nobiliſſ. iuriſconſultus Ludouicus Ruſardus certiorem me fecerit, apud Marcellinum libro XVII, camelaſium reperiri: vt camelaſia ſit munus, camelaſium indictum eo nomine tributum. Ego ideo camelariam probare non poteram, quòd illam declinationem deducere non poteram, vt nec Budæus, ſine controuerſia omnium doctiſſimus, potuerat. Nunc verò, vt ab ἵππος ἱππάζειν & ἱππασία deducitur, ita, quaſi à κάμηλος καμηλάζειν declinetur, καμηλασίαν rectè deriuari cenſeo.

ADVERS. LIBRI XXII, CAPVT II.

PLERIQVE admiratione quadam obſtupeſcunt, defixíque hærent in veſtigio, velut amentes inopéſque conſilij, incredibile cenſentes quod à Varrone ſcribitur, rutam & radicem verba eſſe origine & domo Græca: ſed profectò mirari deſinent, & ad ſe redibunt, ſi ῥύτην à Nicandro vſurpari intellexerint & ῥάδικα. quáquam poſterius hoc verbum baculum & virgam in Nicandro ſignificat. Lego autem mox in Varrone, *braſica, vt præſica, quòd ex huius ſcapo minutatim præſicatur.* Veteres præſicare pro præſecare dicebant: quam ſcripturam flagitat analogia braſicæ. Sic in Rudente à Plauto ſcriptum eſt, *exicáſque arundinem.* Mox fructum à ferendo deducit: antè videbatur à fruendo, niſi quis locum è loco caſtigandum putet: aut Varro libêra quadam interpretandi licentia vtatur, & vnde commodum eſt, natales verborum repetat. Locum hunc tamen non ſine labe & vitio eſſe credo: húncque in modum lego, *fructus à ferendo: res hæ, quas fundus,*

& hæ quæ in fundo ferunt, vt fruamur. Locus qui è veſtigio ſequitur, in excuſis exēplis ſanioſus eſt, & Chironio vlcere fœdatus. quem tamen ſic perſanari poſſe librorum, non iſtorum formulariorum, ſed priſcorum, medicina credo, *Etiam frumentum, quod ad exta ollicoqua ſolet addi ex mola, id eſt ſale & farre molito.* Vlcus ferè ſanatum eſſe è Feſto docere poſſumus. is enim, *aulicoqua*, inquit, *exta dicebant, quæ in aulis coquebantur, id eſt elixa.* Nam ſæpenumero torrebant. Maro,

Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.

In aruige hoſtia elixabant. Varro, *hæ ſunt quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur.* Hinc & olla extaris apud Plautum in Rudente. & in antiquo lexico extar exponitur olla, vbi exta coquebantur: vt extalis, ἀρχός, vt & hoc interea inſeram. Lego mox, *cum aquæ feruenti inſipitur.* In vetere tamen lib. inſipatur reperio, vt diſſipatur & obſipatur. Sed inſipiat Cato dicit, & Feſtus inſipere interpretatur farinam iacere pulti. Lego continuo, *Panis, quòd primo figura faciebāt, vt mulieres in lanificio panus: poſteaquam ei figuras facere inſtituerunt alias, à pane & faciendo panificium cœptum dici.* Panus in lanificio eſt tramæ inuolucrum, quod tumet rotundúmque eſt: à qua ſimilitudine panis eſt appellatus. ſed & panus tumor eſt inguinum. Reperio non longè in veteribus libris, quod lectoribus diiudicandum relinquo, *niſi ab eo quod Græci* χρόκλω. mox, *tritum ex ſpicis.* Lego, *Nam id* μελίνη: eſt tamen aliis μελίνη, panicum, milium, κέγχρος: nonnulli μελίνην genus milij cenſent, quos ſequitur Varro. Lego deinceps, *libum, quòd vt libaretur, priuſquam eſſetur, erat coctum.* Ait libi partem primum ſolitos eſſe veteres libare, reliquū deinde comeſſe, atque ex eo à libatione nomen adeptum eſſe. Eſſetur igitur eſt comederetur. Lego mox, *à globo farinæ dilatato item in oleo coctis, dicti à globo, globi.* Lego mox, antiquitatem ſecutus, non iſtorum recentium exemplarium nouitatem, *vt thrion & placenta.* thrion ab Athenienſibus iucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficulnis (quæ θρία Græcè vocantur) inuoluebatur. Sunt & ἴτρια Græcis lagana, ſi quis

forte hoc loco ita legendum putet. Reperio & in veteribus libris, *ab eo quòd pulmentum, vt Plautus, hinc pulmentarium dictum. Hoc primum,* inquit, *debuit paſtoribus caſeus.* Pereleganter ait caſeum hoc paſtoribus debuiſſe, vt eorum eſſet pulmentarium : id eſt, obſonium, quod cum pulte vel pulmento comeſſent, vt cum pane obſonium edimus. Lego, *Quæ minus cruda eſſe poterant, decoquebant in olla. ab olla olera dicta.* dicit autem quæ non poterant comeſſe cruda. Lego, *Quod è terra eruere-tur, ruapa, vnde rapa.* Mox legendum, *olea grandis orchitis, quod ea Attico orche minor.* Nam orchitis etſi magna eſt, eſt tamẽ minor orche, olea quadam Attica. Orchas etiam vocatur hæc, eiúſque mentio eſt apud Maronem, & Feſtum, his verbis, *Orchitis genus oleæ, ex Græco dictum* ὄρχις, *quòd ſit magnitudine inſtar teſticulorum.* In antiquo lexico ſcribitur. Orchæ, ἐλαῖαι ἐπιμήκεις. Quidã hîc antiquitus legunt.

ADVERS. LIBRI XXII,

CAPVT VI.

NON deſinam Varroni moleſtus eſſe, eiúſque vulnera vlcerare, aut cicatrices obductas rumpere & aperire: inuitus tamen, qui ſanandi potius animo malum eius attingam quàm lædendi. Emendo igitur, *Et vt crudum nimium habet humoris.* Mox, *Tegus ſuis, ab eo quòd tegit, vt perna à pede ſueris, à nomine eius: offula, ab offa minima ſueræ.* Apparet è deriuatione Varronis veteres non tantum tergus, ſed etiam tegus dixiſſe. Certè apud Plautum in Captiuis hic verſus trochaicus tegòribus poſtulat, *Dij immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus,* Attamen ſi in Varrone tergus placet, detracta litera deductio eius fiet. Iã Sueris pro ſuis dixerunt veteres, & bouerũ pro boum. Cato, *Quot iuga bouerum?* Suera quoque eſt ſuilla caro, priſca voce. Vt autem inſiciũ eſt idẽ quod inſectum, id eſt inſecta caro: ſic proſicium, proſectum: ſed & proſicias dicebant. Arnobius, Quòd ſi omnes has partes quas proſicias dicimus, accipere dij amant. Præſicias enim, quod in eo ſcribitur, vitioſum & improbandum

puto. Quiddam ex antiquo codice ſubſcribam, quod haud ſcio quàm vēdibile futurum ſit: eius æſtimationem & indicaturam arbitrio lectoris relinquo. *Murtatum à murta, quòd ea largè fartis. Quod fartum inteſtinum craſſum Lucanicam dicunt.* Exponi commodè poſſet, quod murta largè & affatim fartis & farciminibus ſolet addi. Nam multa farta vel farcimina mox enumerat, lucanicam, fundulum, longanonem. Lucanica porro eſt, vt in antiquo reperio lexico, ἀλλάντιον. Libet & locum Arnobij de his farciminibus adponere, Quid inquam ſibi volunt apexabo, inſicia, ſilicernium, longauo? quæ ſunt nomina & farciminum genera hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus. Reperio mox τυφλοέντερον vno verbo, & licet ſic iungere, vel diuidere in duas voces τυφλὸν ἔντερον. Mox reperio, *Longano, quòd longius quàm duo illa.* Scribitur variè hoc nomen, Longano, Longabo, Longauo, Longao etiam ſæpe apud Cælium Aurelianum. Lego mox, *augmentum, quod ex immolata hoſtia.* & mox, *in iecore imponendo augendi cauſa.* Ita enim loquuntur libri certiſſimæ fidei, & Arnobius appellat, inſicium ſolum, omentum ſolum, augmentorum adiiciatur in cauſam. Quod inde ſequitur mox, incorruptum ſincerúmque non eſt: nos eius vitium ſarcire cóabimur, vbi antiquitatē ſcripturæ repræſentauerimus, *Itaque propter hoc mentarea fana conſtituta ſunt certis locis, quo id imponeretur.* Ego magmentaria legendum puto. Sunt autem magmentaria fana, vaſa ſacra, quibus magmenta & exta ſacra impoſita aræ inferebantur. itaque libentiſſimè magmentaria vaſa legerem. Vetus lexicon, magmentarium, ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Cæterùm in vetere inſcriptione magmentum ſcribitur, vt in multis editionibus Varronis, Feſto magmenti auctoritatem tuente. Verba inſcriptionis, *ſi quis hic hoſtia ſacrū faxit, quod magnetum ne protollet, idcirco tamen probè factum eſto.* In Arnobio etiam magmentum ſcribitur, Non magmenta, non augmina, non mille ſpecies. Lego deinceps, *mactea, ab eo quòd Græci ματτύαι.* Macteæ etiam à Suetonio vocantur in Caligula ſcribente, *& multis venenatas macteas*

miſit. Ab Arnobio, Fruſtilla hęc paruula pro ſuauibus macteolis ſumunt. Mactya in Martiale ſcribitur Græcorum more. hoc nomine, vt ait Athenæus, omne ſcitamentum, & omnis cupedia iucundúmque & pretioſum edulium cenſetur, cùm tamen initio eſſet quædam maza. Itaque vtriuſque eſt eadem origo. Lego non longè hinc, *ſubtemen quòd ſubſit ſtamini*: Item, *trama, quòd trameat frigus id genus veſtimenti*. trameat enim ad originem propter ſoni affinitatem exiſtimo quàm tranat accommodatius. Lego, *vbi ea fecit, panuellium, dictum à panno & voluendo filo*. Eſt igitur panuellium, (vt declaratur in lexico antiquo) πηνίον, radius ſcilicet, aut fuſus, cui filum inuoluitur.

ADVERS. LIBRI XXII, CAPVT IX.

HOC quoque caput multum antiquo Varronis exemplari debebit, è quo multa deſcribet: an autem qui legent debituri ſint, è rerum merito æſtimabunt: nec enim nagnopere hæc vendito vel oſtento. Scribo igitur, *ſcutum à ſectura, vt ſectum, quòd à minutie confectum ſit tabellis*. hæc profectò ſcriptura eſt aliquanto enodatior, quàm vulgaris & promiſcua. Deinceps lego, *Vmbones, à Græco videlicet, quòd ambones*. Sic emendaui, quòd *aut* in exemplari veteri non reperiſſem, neque deſiderari ſenſiſſem. Illud, niſi fallor, egregiè ſcriptum eſt in libris qui publico carent, *Similiter quod fit ab homine pilum, qui hoſtem feriret, vt pilum*. Dici pilum cenſet, quòd vt pilo in mortario aliquid feritur & tunditur, ita hoſtis feriatur. Non deeſt qui, *ab omine*, ſcribat. In enucleatione loricæ, Quæ tanquam lorita dicta eſt, vt lingulaca tanquam lingulata, ſcriptura vetus partim plena eſt, partim confuſa. Apertè enim ſcribitur, *poſtea ſubcidit*. Vox proxima eſt obſcurior. Cæterùm, *Galli è ferro*, nullo modo mihi probatur. Quo enim pacto togatorum doctiſſimus ignorare potuit priſcos Gallos nudo ferè corpore & inermi prælia ſolitos inire? & multis antè ſeculis in Græcia loricas ferreas fuiſſe, cùm tam ſæpe Græcos, χαλκοχίτωνας Homerus appellet? Lego igitùr, *poſtea*

ſuccidit, quòd alia è ferro ſubiit vocabulum ex annulis ferrea tunica. At cùm ait, *quos etiam nunc ita appellant tubicines ſacrorum*, ſignificat à ſacrorũ tubicinibus tubas appellari tubos. Mox cùm ait, *quòd ea varicare nemo poſſet*, intelligit, nemo poſſet tranſire & tranſcendere. Vetus lexicõ, Varicat, ὑπερβαίνει exponit. Varicari alij legunt eodem ſenſu. Vetus liber, *menſam eſcariam cillibam appellabant.* Pompeius, *cillibæ menſæ erant rotundæ.* hic tamen cibilam edunt, quòd eam à cibo dictã Varro autumet: quaſi verò non literæ & ſyllabæ tractentur & traiiciantur ſæpenumero. vt ante ipſemet dixit, Erant & menſæ triangulę, quas anglones Nęuius vocabat. Vetus lexicõ, Anglones, τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Ναίβιος. Sũt & apud Gręcos κιλλίβαντες velut menſæ tripedes & machinæ, vnde cilliba potius deducta videretur. Trulla autem dicitur à trua, quaſi truola, per diminutionem. Trulla vas potorium erat, trua vas aquarium, quo è culina aquam calefactam in lauatrinam, id eſt domeſticum balneum, fundebant. Lego igitur, *vt truola, hinc trulla: truæ, quę è culina.* Lego mox, *ab eodem eſt appellatum trulleum. ſimile enim figura, niſi quòd latius eſt quod concipit aquam, & quòd manubrium cauum non eſt, niſi in vinaria trulla. acceſſit matellio.* Hic diſtinguit trulleum à trulla, quòd quanuis trulleum ſimile ſit trullæ, tamen ſit latius & capacius, & vas aquarium, trulla vinaria: diſtinguit & manubrio. Lego, *à matula dictus, qui poſtea quam longius à figura matulæ diſceſſit, eſt ab aqua aqualis dictus.* Ex hac ſcriptura eſt facile intellectu quod vas apud antiquos matellio fuerit, cui rei ſeruierit. Eſt & aquimanile vel aquiminale vas, quod, vt reperio, Græci χέρνιβον vocant. Mox reperio & laudo, *vas aquarium vocant futim.* Lego deinceps è Pompeio, *quo poſtea acceſſit nanus cum Græco nomine, & cum Latina figura barbatus.* Nam Pompeius ait nanum à Græcis vas aquarium appellari humile & concauum, quod à Latinis vulgò diceretur ſitulus barbatus. Et in antiquo lexico ita ſcribitur, Barbatus, νάννος τὸ σκεῦος. Lego, *vbi aſſa ponebant, magidam aut lãgulam.* Magis à Polluce nominatur ita ſcribente, αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. In catino igitur ponebantur

tur iurulenta, & pulmenta, in lance aſſa. Lego mox, *Menſa vinaria rotunda nominabatur cilibantum.* In vetere tamen libro extat cilibanum. Deducerem à Græco libentiùs, quòd, vt dixi, κιλλίβαντας vocent tripodes in quibus milites fatigati reponebant ſcuta. Ariſtophanes, τοὺς κιλλίβαντας οἶσε παῖ τῆς ἀσπίδος. Sed & menſæ tripedes ſic vocabantur. Cùm autem Varrò *à cyliceo* dicit, eo nomine intelligo repoſitorium poculorum, quod Græcè κυλικεῖον dicitur, vt ſcribit Athenæus: vetus lexicon vaſarium κυλικεῖον exponit. Lego igitur, *à poculo cylice: à quo illa capis & minores capulæ, à capiendo.* Illam enim menſam à poculo cylice nomen habuiſſe dicit: deinde vnde capis dicatur exponit.

ADVERS. LIBRI XXII, CAPVT XVI.

NOS & hoc capite operam noſtram Varroni locabimus, vt partim in eo quædam enucleemus, partim, ſi poſſimus, à mendarum deformitate liberemus. Cùm ait macellotas hortorum, θύρας, id eſt ianuas & fores, ſubaudiri debere exiſtimo: cùm μακέλλους ait, eo nomine ſepta, clauſtra, & munimenta intelligit. Ait Varro, *Ad Corneta, forum Cupedinis à Cupedio*: vbi in chirographo reperio *à faſtidio*, quod à faſtidioſis & delicatis expetuntur lautitiæ ciborum & cupediæ. Cupedius tamen magis probatur, à quo appellatum ſit illud forum, qui in libro Varronis rerum humanarum, Cupes appellabatur. Illic enim fori Cupedinis & Macelli appellationes ductas narrabat, à Numerio Equitio Cupe, & A. Manio Macello latronibus. *Nec quod is Cornelius ſtilo ſecutus*, cùm ait, indicat Cornelium hiſtoricū ſtilo & ſcripto non idem ſcripſiſſe. alii non ſanè ineleganter emendant, Ælius ſtilo ſecutus: & infrà eodem modo legendum cenſent, *AElius & Lutatius*: quorum ego ſententiæ ſubſcriptorem adſtipulatorémque libenter me tulerim: quanquam Cornelius à me non improbatur. Lego autem, *Scribunt eum locum eſſe fulguritum*, vt antè fulguritum expoſuit fulgure ictum.

Scribo mox, *Quòd Syracuſis; vbi de cauſa cuſtodiuntur, vocantur latomiæ, exinde lautumia trãſlatum.* Latini enim pro latomiis lautumias dicebant. verba enim cum ſolo & regione etiam nonnihil ſpeciem plerunque mutant. Ita Latinos pronũtiaſſe hoc vocabulum, è quinto controuerſiarum Senecæ apparet, vbi ſcribitur, *Nequanquam veſtrũ decipiat nomen lautumiæ, minimè lauta res eſt.* Lego autem non longè hinc, *itaque dictum in Cornicula militis aduentu.* quod perſpicuè rectum eſt. Sequitur mox trochaicus, in quo miles ille quem circumeunt ludẽtes, vocatur figuratè circus. Armiluſtrum porro circus maximus erat: armiluſtrium, armorum luſtratio. Vetus lexicon, Armiluſtrium ὁπλοκαθάρσιον, ὁπλοκάθαρμος. Lego mox, *quòd à muri parte pinnis turribúſque carceres olim fuerunt, ſcripſit poeta*: aut, vt in vetere reperio editione, *à Murtiæ parte.* Nam illæ pinnæ & turres oppidi quandam ſpeciem præ ſe ferebant. Equidem poſteriorem ſcripturam veriorem melioremque credo: ſed priorem tamen damnare non auſim. Lego mox, *intimus circus ad Murtim vocatur, vt Procilius.* vt modò *à Murtiæ parte.* Venus autem primùm Murtea, poſtea Murtia vocata eſt. Plinius, *Quin & Ara vetus fuit Veneri Myrtiæ, quam nunc Murtiam vocant.* Eſt & Arnobio Murcia ſegniũ dea. Murtiæ meminit Tertullianus in libro De ſpectaculis: quam eſſe marmoris deam dicit, vbi fortaſſe marcoris ſcribendum eſt. *Murtiam enim deam marmoris volunt, cui in illa parte ædem vouere.* Reperio, *ludis tauriis*, quod vt leue & exiguum, vt multa alia, ſanè præterire debui, & piget adſcripſiſſe. ſic diſtinguo, *qui ad ſenatum miſſi, is græcoſtaſis, à parte vt multa.* In vetere libro reperio, *ab argula ſeu quòd*, vt legendum videatur *ab Argu lapſu*, imò *ab argilla ſeu Argo*, Nam vtroque modo vocari potuit. Inuenio in antiquo codice, *Publius & Coſconius, quòd ab his viocuris dicuntur ædificati.* viocuri autem ſunt curatores viarum. Ante hanc vocem vſurpauit Varro, *Quis enim non videt vnde aurifodinæ & viocurus?* In antiquo lexico ſcriptum eſt, *Viaculus*, ὁδῶν ἐπιμελητής. ſed vel viarius vel viocurus in eo ſcribendum cenſeo. Vicus Publii à Rufo collocatur in

ea vrbis regione quæ Via lata dicebatur : Vicus publicus in Alta ſemita. Lego mox, *Cliuus proximus à Flora ſuſus verſus*. ſuſus pro ſurſum hîc dicitur, vt ſuſum apud Catonem, *Ita ſul ducito ſuſum animam, quamplurimum poteris*. Capitolium vetus à Victore in Alta ſemita ponitur iuxta templum Floræ. Cùm ait ante cellam eſſe prodomon, poſt cellam opiſthodomō, templum in tres partes diuidit: mediámque, vbi eſt dei cella, quam hodie chorum dicimus, vocat: quæ antecedit, πρόδομον, quæ ſequitur, ὀπισθόδομον.

ADVERS. LIBRI XXII,

CAP. XX.

HAEC quoque pagina Varroni impendetur, neque fortaſſe impendii pœnitebit. Scribit Varro, *ſuſum, qua cōpluebat, compluuium*. Ecce hîc rurſum ſuſum vſurpatur: cōpluuium autem in gloſſematis antiquis inuenio Græcè exponi, καταπάκλυστρον καὶ μέσαυλον. Diſtinctio Varronis cōpluuium ad tectū collocat, impluuium ad ſolum, cùm alterum ſuperius ſit, alterum inferius. Atque in vrbe ferè compluuium & impluuium erat quod in villa chors. Interpungo non longè, *ab hyeme hiberna hibernum domus vocarunt*. Paulo pòſt quod à Varrone ſcribitur, *Quòd ea pecus in bucitatum antiquū oppidum exigebat*, ne quid diſſimulem, aut celem, equidem non intelligo, nec quenquam adhuc conueni qui intelligere ſe fateretur. Hìc Bucitatū neſcio quod oppidū nunquam fando auditum emendatores condunt: ego potiùs ſcripturam falſariam puto, ſcribēdúmque, in buccina tum, vel potiùs vno verbo, imbucinatum antiquū oppidū exigebat. Varro De re ruſtica, *Subulcus debet conſuefacere vt omnia faciant ad buccinā: primo cùm incluſerunt, cùm buccinatum eſt aperiunt, vt exire poſſint in eū locū vbi hordeum ſuſum in lōgitudine ſit*. Huius etiā conſuetudinis in hiſtoriis Polybius meminit. Eſt qui, in bu citatum, id eſt, potum citatum interpretetur. Lego, *vt ſit operta ſemper, niſi cū bellum ſit*. Non longè hinc legendum videtur, *lecti, quòd ne eſſent in terris, ſubli-*

mes in his ponebant. Nam lectica ſubſternitur, lectus ei imponitur, vt pheretro mortui lectus. Iterum, *Quo eam lecticam inuoluebant, quòd ferè ſtramenta erant è ſegete, ſegeſtria appellarũt.* Rurſum, *Poſteaquam trãſierunt ad culcitas, quòd in eas acus, aut tomentum aliúdve quid calcabant.* Opinor non inuita omnino Minerua ita me correxiſſe. Nam vox acus bellè conuenit ſententiæ, & vnius tantùm elementi mutatione opus fuit. Mox ita lego in antiquo libro, *Puluinar vel à pluribus, vel à pollulis declinatum.* poſterius vtique veriſſimum. Puluinaria enim pollula & exigua ſunt culcitis comparata: ſed & ea habere plura patresfamiliâs ſolent. Cato labellum pollulum pro paruo, eodem modo dixit. Poteſt & dici ſic vocatum, vel à pluribus hominibus, vel à pollulis: ídque conſentaneum magis eius voluntati videbitur. Pro pluribus, plumis edunt formularii libri: quos non reprehendo. Lego mox, *Vt ſagum, Rheno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca.* quod additum eſt, maius ſagum, interpretatio eſt hominis inerudite. Heſychius, γαυνάκαι, ϛρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα, id eſt, gaunacæ ſunt ſtragula aut operimenta altera parte villoſa. Eſt & gaunace genus pallii ad induendum. Lego, *Ab hac ſimilitudine torulus, &, qua ſimplici ſcanſione.* Reperio, *quod gerit in inferiora ſuperiorem.* De hoc gradu ſic alio loco Varro loquitur, *Omnes lectos haberemus domi ad vnam formam, & aut cum fulcro, aut ſine eo, nec tum ad triclinarem modum, tum cubicularem.* Videtur ſcribendum, *A duobus decuſſibus viceſſis, quod dici ſolitum à duobus, biceſſis.* Lego, *ſemis, vt ſemias.* interpretatio Varronis hanc ſuggerit lectionem. vel, *vt ſemis.* Lego in antiquo libro, *Nam Græcæ, vt à ſe, domum, vt alij* δῶμα: vt prius vocabulum Siculum intelligamus. Lego mox, *cùm minus refectũ, quàm quanti conſtat.* Nam re factum probare non poſſum. Lego, *Si amplius exolueret quàm quanti eſſet emptum.* Lego, *quòd ſingulæ dicuntur appellatæ eſſe: multæ, quòd vnum dicebant multa.* Senſus eſt, cùm ſingulæ olim hæ appellarentur, multæ à populo dicebantur: vnde & nomen adeptæ ſunt, quòd vnum dicebant multa. quod

quidem ex eo probat, quòd ruſtici prima vrna addita dicere ſolebant multa. Id autem, vt opinor, faciebant ominis gratia, copiam & multitudinem ominantes. Lego igitur, *cùm in dolium aut culeum vinum addunt ruſtici.* Lego, *pœna à pœniendo, aut quòd poſt peccatum ſequitur.* pœnire, pro punire antiqui dicebant. Reperio, *prædia primùm à præda, quòd ob rectè quid factum conceſſum ſit: Datum quod reddatur mutuum:* tamen quod obtinuit, *præmium à præda,* loco non moueo, & præfero. *Quod Siculi μοῖτον. Itaque ſcribit Sophron μοῖτον ἀντιμῶ.* Id erit, Mutuo redhonoro, vel mutuum colo.

ADVERS. LIBRI XXII, CAPVT XXIIII.

NOS qui iſtas auctorum veluti ſpinas calcamus, & tanquam per rubos & ſentes nudo veſtigio incedimus, niſi libri temporis iniuria & hominum incuria hiſce errorum vepretis obſiti eſſent, iaceremus, nihílque omnino eſſemus. Nunc noſtra ærumna cogimur aliorum laborem leuare, & in libris odioſè & moleſtè ad nauſeam vſque inculcare, Sic ſcribendum puto, Sic legendum, Sic corrigendum. Hìc ob vberem mendarum meſſem aliquot Varronis comprehenſiones continenter perſcribam è libro VI De lingua Latina, ne longior ſim errores ſigillatim percenſens, & Scribo, ſæpe iterans. *Nam repens ruina operuit: vt verbum quod cõditum eſt, ex quibus literis oportet, inde poſt aliqua dempta: ſic obſcurior fit voluntas impoſitoris. Non reprehẽdam igitur in illis, qui in ſcrutando verbo literam adiciunt aut demũt, quo faciliùs quid ſub ea nocte ſubſit, videre poſſint. Etenim quo faciliùs obſcura opera Myrmecidis ex ebore oculi videãt, extrinſecus admouẽt nigras ſetas. Cùm hæc adminicula addas ad eruẽdam volũtatem impoſitoris, tamen latẽt multa. Quod ſi poetice, vt in carminib⁹ ſeruauit multa priſca quæ eſſent, ſic cur eſſent, poſuiſſet, fœcundius poemata ferrent fructũ. Sed vt in ſoluta oratione, ſic in poematis verba omnia, quæ habeãt ἔτυμα, poſſũt dici. Nec multa habeo, quæ nõ erũt in lucubratione literæ perſecutæ. Multũ*

licet legeret, AElij hominis in primo in Latinis literis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis & exili litera expeditam, & præterita obſcura multa. Nec mirum, cùm non modo Epimenides ſomno poſt annos L *èxperrectus, à multis non agnoſcatur, ſed etiam Teucer Liuij poſt annos* XII, *à ſuis qui ſit ignoretur.* Hæc è mẽdoſa veteris libri literatura reconcinnata ſunt, quæ, vt in ſubluſtri nocte, qua eundum ſit videmus, ita nobis oſtẽdit quis eſſet orationis curſus, quæ via. Carmen autem Saliorum initium poetices apud Romanos Varro dicit, quod obſcuriſſimum erat. Eius meminit Flaccus, *Iam ſaliare Numæ carmen.* Erant & axamenta carmina quæ à Saliis componebantur in honorem ſingulorum deorum, vt Iouialii verſus, Iunonii, Mineruii: ab axo, quod eſt nomino, appellata. Vetus lexicon interpretatur verſus in honorem Herculis, qui in eius ſacris canebantur. Axamenta, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέους. Sed vt ad ſolitas nugas & nænias reuertar, ſcribo, *vt quæri à qua re ſit ad medendum.* pro *vt quia quare ad medendum:* Infrà etiam lego, *& ſatisfacit grato.*

Vnus erit quem tu tolles in cerula cæli Templa,

Verſus eſt ex Ennii annalibus de Romulo in numerum deorum referendo, quem paulum mutatum elegantiſſimè vſurpauit in Metamorphoſi Ouidius,

Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notaui)
Vnus erit quem tu tolles in ſidera cæli,
Dixiſti: rata ſit verborum ſumma tuorum.

Deinde non lõgo hinc interuallo lego, *id eſt, vt ait Næuius, hemiſphærium, vbi concha cerula ſeptum ſtat.* hîc eleganter concaua cæli conuexitas more tegumenti & conchæ concamerata & curuata intelligitur. Et quia ad cælum pertinet, Cæleſtis dea à Tertulliano, Spartiano, aliis memorata, nec quæ ſit intelligitur, dicam hîc obiter Vraniam eſſe. Dio, τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπελέξατο. In verbis quibus templa concipiebantur, magna apud Varronem eſt obſcuritas ob dictionis vitium. Ego eam formulam totam ſic puto concipiendam eſſe. *In arce ſic: templa teſcáque mi ita ſunto, quoad ego ea eſſe*

velim, qua nuncupauero. Olla fera arbos, quiſquis eſt, quã me ſentio dixiſſe, templũ teſcúmque eſto in ſiniſtrum. Olla fera arbos, quidquid eſt, quod me ſentio dixiſſe, templum teſcúmque eſto in dextrum. Intra ea conregione, conſpicione, cortumione, vtíque ea rectiſsimè ſenſi. fera arbos hìc dicitur vt fera vitis, quodam in Nonii loco. Teſcum autem rectiſſimè emendatum puto, cùm Varro ipſe vltro mox teſca interpretetur, & teſca à tuendo, vt tueſca, dicta cenſeat. Nam teſtum, quòd hìc incubabat, exturbandum eſt preceps. Conregionem augures vocabant regionem intra fines comprehenſam. Lego mox, *qua oculi conſpiciant, id eſt tueamur.* Et, *ideo dicere tum cùm templum facit, augurem, conſpicione, qua oculorum conſpectu finiat. Quod cùm dicunt conſpicionem, addunt cortumionem, dicitur à cordis viſu. Quod ad id templa vt ſint teſca, aiunt ſancta eſſe, qui gloſſas ſcripſerunt, id eſt falſum.* Dextra cùm legeretur, teſca ſcribẽdum eſſe ratus ſum, verba Varronis & explicationem ſecutus. Lego mox, *eſſe templum, eſſe factum.* Lego, *vnde ignis claret mortalibus diuis.* Eadem ferè verba apud Ciceronem prima Tuſculana extant.

ADVERS. LIBRI XXII, CAPVT XXIX.

LIBET tanquam venari in Varronis ſaltu: & dumos interim ex eo excidere & extirpare: ſic enim errores, qui, vt ſpinæ, in eo omnia occupant, appellauerim. Emendo igitur in eo, *Eo quòd pateant latiùs, ita dictæ:* nec hîc teſtimonio librorum antiquorum opus eſſe credo, cùm vox ipſa ita legendum eſſe clamet. Lego mox, *Pocula à potione, vnde potatio: & etiam poma, quòd hæc poſcunt potum à πότῳ, quòd πότος potatio Græcè. origo potionis aqua:* In libro tamẽ antiquo ſcribitur, *& etiam poſtea, hæc poſſunt à πότῳ.* vt fortaſſe librarius ſcribere voluerit, *& etiam poſca*: ſed hoc aliis iudicandum relinquo. Reperio mox & probo, *item dicta lepeſtæ, quæ etiam nunc. Lepiſta*, inquit Feſtus, *genus vaſis aquarij*: vt & apud Nonium Varro loquitur, *Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus*

pleriſque aut fictiles ſunt, aut ænea. Varronis libri quidam formis excuſi,& quem habui manu exaratum, flepeſtæ exhibent abundante litera , cùm lepeſtæ ſcribendum ſit : vel potiùs f & l efficiunt coniuncta d : legẽdúmque, vt arbitror, depeſtæ. Si depeſtæ ſcribas, origo à δέπαστρον repetetur, cuius meminit Athenæus: vel à δεπάστη, quod ſe legiſſe Varro profitetur. Vnde & lepeſta deducetur, mutato d in l, vt in Ὀδυσσεὺς Vlyſſes, & in redu uia, reluuia: vel à δέπας. ſed & ſine mutatione elemẽti illius commodè aſciſcetur, & elicietur à λεπαστὴ, cuius mẽtio eſt apud Athenæũ & Heſychium. Lego deinde, *qui vinum dabant, vt minutatim funderent.* Et mox, *qui minutatim ſumebant.* erat igitur guttus & gutturinum, vas vinarium, à quo vinũ fundebatur in ſimpulũ, quod pro cyatho erat: è ſimpulo in calicẽ. Nã potionẽ cyathis & antè ſimpulis metiebãtur. Cæterum epichyſeos, quæ gutto poſtea ſucceſſit, meminit his verbis Athenæus, ἐπὶ δὲ τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο, καὶ κάδος, καὶ σκάφιον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν, καὶ κύαθος. ἡ δ' ἐπίχυσις χαλκῆ. id eſt, In tripode frigidarium æneum poſitum erat, cadus, ſcaphium argenteum duarum capax heminarum, cyathus. epichyſis autem ænea. Epichyſis eſt vocata, quòd funderet vinum in cyathum. Quod autem mox ante bal neum ſcribit, intelligit lauatrinam. Nam balneum domeſticum & priuatum eſt, balnea publica. Imburi hodie ferè nomen retinemus. Nam hamulas ſacerdotales, buras, & buretas vocamus: ſed & populares mei Andeliacenſes, anates, buras appellant. Imburum autem potiùs à bura dictum cenſeas, ſi ſonum audias, quàm ab vruo. ſed, vt diximus, literæ & mutantur & trãſponuntur ſæpe in origine vocum perueſtiganda. Bura, quæ buris à Marone vocatur, temo eſt ille longus aratri, qui & inter boues eſt protẽſus. vocatur & curuum & vruum. Lego protinus, *quòd in eo calda plus apponebatur.* Nam eo poculo caldam potionem ducebant plerunque. Pultem qui ſcribunt, obliuiſcuntur calicem vas eſſe potorium. Lego quamproximè, *ſedile, ſolium, ſellæ.* Hinc enim, inquit Varro, *maximè ſumitur quod eam deceat.* ſic editiones, & rectè: reperio tamẽ, *quod eam doceat.* quod

tum ad munditiã referetur: nec tamẽ ęquè placet. Elegãter hęc deſcribit Tertulian. in libro de habitu mulieris, *Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circũfert, cultum & ornatum. Cultũ dicimus quem mundum muliebrem vocãt: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: ille in auro & argento, & gemmis & veſtibus deputatur: iſte in cura capilli & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt.* Lego mox, *Veſtis à velis. Vela ab eo quòd vellus lana tonſa vniuerſa ouis. id dictum quòd vellebant: lanea ex lana facta.* quærit enim vnde dicatur veſtis lanea, niſi fallor. In laneis numerantur veſtibus birri, vt Atrebatenſes: qui beri non ſunt dicendi, quòd in Gallia ſericum non texeretur. Sic birri Canuſini dicendi ſunt, non beri, è lana Canuſina, quæ rutili erat coloris: ac birri canuſini & Atrebatenſes lautiores & elegantiores erãt. Lego è veſtigio, *item texta faſciola, qua capillum in capite alligarent, dictum capital, à capite.* Interpũctio malè interpoſita ſenſum corruperat, qui nunc poſtliminio reſtitutus eſt. Capital autem dicit Pompeius fuiſſe linteum quoddam, quo in ſacris vtebantur. Varro ait eo mulieres omnes vſas fuiſſe. Rica operimentum eſt capitis in Varrone, quo in ſacris caput mulieres velabant.

ADVERS. LIBRI XXIII,

CAPVT I.

NON deſinam animo morem gerere, & Varronis librum excutere, vt & ſæpe iam feci. qua quidem in re, vt nihil proſim aliis (neque enim tantum mihi ſumere auſim, vt profiteri audeam à me aliquam ad alios permanaturam vtilitatem) certè me oblectauerim. In eo igitur ſcribo, *Prius deinde indutui, tũ amictui quæ ſunt tangam.* Induit, quod corpus ita integit vt ei adhæreat, & comprehendat, vt capitium, tunica, ſubũcula. amicit, quod corpori circuniicitur, vt riciniũ, palliũ. addunt iuriſconſulti, quę præcingunt, & alia, quorum verba ſunt, *quæ induendi, præcingendi, amiciẽdi, inſternendi, iniiciendi, accubandi ve cauſa parata ſunt.* Præcingunt, quæ ad

medium corpus aut pectus hærent, nectuntur, ligantur, comprehendunt: vt ſtrophium, zona, caſtula. Nonius, *Caſtula*, inquit, *eſt palliolũ præcinctui, quo nudæ infra papillas præcingebantur.* Indutui autem & amictui veteres dicere ſolebant. Nonius, *Caſtula, eſt palliolum præcinctui.* Varro De re ruſtica, *oleas eſui optimè condi.* Apuleius in Floridis, *habebat indutui ad corpus tunicam interulam.* Rurſum, *habebat cinctui balteum.* Varro hoc loco, *Vt Veteres loquebantur, indutui comprehendit.* Asbeſton autem linum eſt, quod igni non conſumitur, ſed ardendo niteſcit & mundatur. Plinius viuum appellat. Sed asbeſton cùm Varro dicit, lintea ex eo facta intelligit, atque adeò veſtimenta. Plinius, *Inuentum iam eſt etiam quod ignibus non abſumeretur: Viuum id Vocant: ardentéſque in focis conuiuiorum ex eo Vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis quàm poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam à reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtíſque ſole Indiæ, Vbi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes: aſſueſcitque Viuere ardẽdo, rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem: ruffus de cætero color ſplendeſcit igni. Cùm inuentum eſt, æquat pretia excellentium margaritarum: Vocatur autem à Græcis aſbeſtinũ ex argumento naturæ.* Lego mox, *amictus dictũ, quod amiectum, id eſt circumiectũ. à quo etiam quòd Veſtitu ſe inuoluunt, circumiectui appellant.* amictui & circumiectui more veteri à Varrone dictũ elegantiſſimè cẽſeo. huius elegantiæ ignari has exterminauerunt locutiones, & ſeculi noſtri balbutiem inuexerunt. Cæterùm Varro ricinium quaſi reiicinium dictum interpretatur: pallia quaſi parilia, extrita ſyllaba ri. Lego igitur, *re excluſum propter leuitatem.* Vetus liber *reliculum* habet mendoſè: ſcribere fortaſsè voluit librarius ſcriba, *ri reiiculum. Parapechia, chlamydes,* rectè legi arbitror, & per ſummam iniuriam hinc ablegata arbitror. Lego, *pala à paugendo*: quidam libri *à pangendo*, & fortaſſe ſic veteres locuti ſunt. Lego, *rutrum, ruitrum, à ruendo.* Varronem etiam ferè coniicio ſcripſiſſe, *aratrum, quod arruit terram*: id eſt, quod terram iuxta ruit & iacit.

Varro De re ruſtica,*terra arruenda puluinos fieri:* vel,vt ſcriptum in omnibus eſt,*aruit,* erit à ſe ruit & amouet. Cùm autem ait, *Vomit eo plus terram* , more ſuo loquitur, vt antea, *quòd eo plus calda adponebatur.* Plus erat ſæpius,hîc magis & amplius.Lego paulo pòſt,*& in ea transuerſa regula, manibula,* accommodatè & appoſitè ad etymologiam Varronis, cùm à manu bubulci dictam interpretetur. Lego etiam, *qui quaſi eſt temo inter boues,bura à bubus.*Interpuncta hanc notationem peremerant,quæ nunc,vt exiſtimo,viget & floret. Ait Varro, *alij à curuo curuum appellant.* Sunt qui emendant, *Vruum appellant.*vruum enim eſt aratri curuatura.Nos tamen noſtras manus ab iniuria hîc continebimus.Lego continuò, *ſub iugo medio cauum, quod bura extrema oppilatur,Vocatur coum,à cauo.*Cauum,inquit Varro,in iugo medio, quod extremitate buræ & temonis indita ei & inſerta oppletur & clauditur(id enim eſt hoc loco oppilatur)coum vocatur.Pompeio tamen coum lorum eſt, quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum.Quid ſi ſcribendum in Varrone?*Vt eruant quæ in terra ſerpunt ſirpices,poſtea ſ detrito. à quibus dicti raſtelli, Virpices, ſerræ leues.* hæc fideliter ſunt de libro vetere deſcripta: præterquā quòd ſerpūt pro ſunt feci, quod mihi videtur etymologia poſtulare.Scribunt etiā libri editi, *à quibuſdam dicti.* poteſt tamē,*à quibus,*non incommodè explicari & intelligi de his quæ in terra ſerpunt,à quorum abraſu ſunt raſtelli dicti.

ADVERS. LIBRI XXIII,

CAPVT XV.

EXTAT apud M.Varronem perlepidum pérque venuſtum Papinij epigrammatium in adoleſcentē Caſcam, ſed quibuſdam tamen locis inquinatum atque maculatum: ego creta quadam cimolia eius maculas detergere conabor, proponámque id,quemadmodum ſcribi debere cenſeam.

Ridiculum eſt cum te Caſcam tua dicit amica,
Fili potoni ſeſquiſenex puerum.

Dic tu illam puſam: ſic fiet mutua muli:
Nam verè puſus tu, tua amica ſenex.

Cùm inueniſſem in vetere libro, *potonis eſqui ſenex*, exiſtimaui potoni ſeſquiſenex legendum, id eſt, pluſquam anus. Senex enim de muliere etiam dicitur, vt, *tua amica ſenex*. Sunt & duo iambici verſus oppidò quàm elegãtes Manilii, de Caſca Caſcã ducente: in quibus canoræ nuptiæ ſunt congruæ, conuenientes, concinentes. Quod autem ait Varro, *etiam nunc Caſinum forum vetus appellant*, intelligo oppidum Caſinum à Romanis appellatum fuiſſe forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, vt foro Cornelii, foro Sempronii, foro Liuii. Sequitur mox, vt in antiquis libris ſcribitur, *Item ſignificauit in Atellanis aliquot pappum ſenem, quod caſnar appellant.* hic pappum ſenem eſſe ſuſpicor carduorum lanuginem, ſenilem hominum canitiem æmulantem: Græci γήρειον appellant. editiones pupum habent: qui volet eas ſequatur. Ait Varro *profectum verbum ab ambe.* hoc verbi ſollicitos & anxios habet grammaticos. Ego ambe puto eſſe circum, quod diminutũ dicitur an, vt in anquiro. Integrũ eſt & incolume in explicatione ancilium in libris antiquis. Nam editionũ cenſores eum quoque locum violarunt atque læſerunt. *Ancilia dicta ab ambeciſu.* Dicitur & ambu, vt in ambubaiis. Lego mox, *litera commutata ambagio dicta.* Ambiegna autem eſt circum quam duo ſunt agni. Lego mox, *vt ſigna canunt, canes appellatæ.* Lego deinde, *itaque dicitur in nuptiis camillus qui cumerum fert.* Defenditur hæc emendatio Feſti auctoritate, vas iſtud, quod in nuptiis ferebatur, cumeram appellantis, & camillũ: quod &, vt ait, à camillo ferebatur opertum, vtenſilia nubentis continens. Lego deinceps, *in quo quid ſit in miniſterio, pleriq; extrinſecus neſciunt.* Cæterũ ſubulo mihi videtur eſſe tãquam ſibilo: exponitur à vetere critico αὐλητής. In verſu autem illo antiqui poetæ,

Corpore tartarino prognata paluda virago,

etſi Varronem ſuſpicio & reuereor, parum tamen abeſt quin putem eum hîc allucinatum, qui quidem paludam paludatam interpretetur, vocem ſecutus vi-

tioſam. Neque enim Latini ſermonis conſuetudo pati hoc videtur poſſe, vt paludum pro paludato loquamur. & poeta ille ſcripſiſſe potius videtur, *prognata palude*. conſtat enim Mineruam ad Tritonidem paludem natam fuiſſe, vt ea ferè palude prognata videatur. ſed tamen fas non ſit à tanti ſcriptoris ſententia recedere. Cùm citat Platonem in quarto, ſignificat quartũ Platonis librum, qui Phædo vocatur. Lego infrà, *ſed lucæ, neque vrſi potius Lucani quàm luci dicti*. Infrà autem exiſtimo ita ſcribendum, *Qui enim vt haberet orationẽ, publicè ab vniuerſis tum legebatur, ab oratione orator dictus: cùm res maior erat, legebantur*. Infrà vitioſiſſimè legitur in Saturnio carmine. Non enim verſus Saturnius eſt, qui eſt iambicus hypercatalecticus, ſed verſus Ennij heroicus: vbi narrabat Numam menſas ſacras, quibus ad rem diuinam eſt opus, & ancilia Saliorum conſtituiſſe, eundémque liba inſtituiſſe ad rem diuinam, & fictores, qui ſunt panifices, libariíque vocari poſſunt. In vetere inſcriptione legi, *diſcipulum fictorum pontificum*. In vetere libro reperio, *argei ſunt è ſcirpeis ſimulachra hominum* XXIIII. *ea quot annis de ponte ſublicio*. Tutulati ſunt qui in re diuina habent in capite tutulum, vt flaminicæ & pontifices. Lego autem, *queis habent vti velatos*.

ADVERS. LIBRI XXIII,

CAPVT XVI.

CVM VARRO nominatim in libris de lingua Latina ſcribat, *vt in his qui ſunt verſibus plerique*, quod mox pedibus ſolutum liberúmque creditur, ego modis & numeris vinctum ligatúmque cenſebo. Sequuntur igitur ſtatim duo claudicantes iambici, quos ſcazontes Græci vocant,

Volturnalem, Palatualem, Furinalem,
Floralem, Falacrem, & Pomonalem idem fecit.

Falacrem autem pro Falacrali poſuit, coactus verſus lege. Lego mox, *quæ obſcura ſunt, eorum origo Volturnus*. Excipiunt non longè nomina piſcium, vt ait, Græca, ſed nulli intellecta, in verſu Lucillij: quem ego ſic

legi debere cenſeo,

Occidunt Lupe ſaperdæ te & iura ſiluri:

Summa te,atque amiæ. Notum eſt,ne teſtato agam, ex Horatio & Perſio, quàm acris & vehemens fuerit in Lupum Lucillius: eum credo hoc carmine compellari. Etiam Lucillianum verſum ita ſcriptum reperio,

Quidam thynno capto corium excludunt foras.

Antonius Auguſtinus,vir & eruditiſſimus & optimè de literis elegantioribus meritus, Varronis verò vindex, aſſertor, patronúſque vnicus habendus: immo verò eius potiùs Æſculapius exiſtimandus, ſiue ſola animi coniectura ductus,ſiue librorum auctoritate adductus, commodiſſimè coruum legit. Lego paulo pòſt Ennianum verſum hunc in modum,

-caua queque in

Corpore cæruleo cæli cortina receptat. Tantùm è telo cæli feci: & in libro antiquo dubium erat lineamẽtum primum, & ambiguæ inter c & t figurę. Hoc verſu Ennius hemiſphærium cæli cortinam appellauit, de ſimilitudine cortinæ Apollinis, quæ, vt ait, nomen habuit à corde,quòd inde primæ ſortes exiſtimatæ. Inuenio in antiquo exemplari, *Quid vnde inuitis ſumpſerint perduellibus?* quod & adſcribendum putaui. Cæterum Opilius verborum enodator antiquorum fuit: is à ſtella,quæ veſperi oritur,tempus veſpertinum ipſámque veſperam,veſperum vocari credidit. At verò apud Catullum alia ſignificatione dicitur, *Veſper adeſt iuuenes.* Intelligitur enim ipſa ſtella. Atque hic ſenſus erit editiones ſequenti. Nam libri manualis literaturæ habent, *à quo eam Opilius ſcribit veſperum.* quod de ſtella liquido perſpicuéque intelligetur, nõ de ſuprema tempeſtate. quo ſenſu & in Catulliano ceſo erit accipiendum, aliúdque quiddam ſignificabitur quàm tempus primum noctis. Eam ſtellam,vt libri ſanctiores loquuntur, Græci vocant Δία ἑσπέριον. In x i i tab. lege, vt penè notum eſt puerulis omnibus, è Gellio ſcribendum, *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* Scribendum etiam omnibus approbantibus & ſcripturæ gratulantibus, *ea enim*

merces quæ Græcè dicitur κάπηον. Ennio in libro iuratiſſimæ fidei verſus iſte tribuitur,

Riſi egomet mecum caſabundum ire ebrium. Caſabundum autem, non caſſabundum, hac de cauſa ſcribendum cenſeo, quòd à cadendo deducitur à Varrone: vel, vt melius origo intelligatur, quòd à caſare proficiſcitur. Quod continuo additur, *Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco,* de homine dicitur cultum muliebrem & molliorem gerente: nam & diabathra muliebria erant calceamenta, & color croceus in veſtitu viris erat indecorus. Vbi porrò hodie in Plauti exemplaribus legitur, *lanam carpere,* M. Varro ſine controuerſia legit carere, quod eſt purgare, vt interpretatur. quo vocabulo vſum etiam dicit Næuium in Commotria: ſed & vltro ipſe ita carere vſurpat cùm hic ſcribit; *Cùm ex ea carent quod in ea hæret, neque eſt lana. quæ in Romulo Næuius appellat oſca, ab Oſcis.* Purgamẽta & ſordes lanæ per contumeliam & iniuriam ſummam Oſcorum, qui obſcœni habebantur, oſca Nęuius appellauit, vt Varro interpretatur. Scripturam veterem interpolant multi, aliíque aliter euulgãt: eſt qui ſcribat, *quod in ea eſt nequam, eſt lana.* eſt qui ſecus, *nequa eſt lana quam.* hæc excogitata & commentitia lectio ſi cui probetur, ſignificabit nequa lana ſpurcam & impurã, quæ non ſit aliqua, id eſt alicuius pretij. Nam Soſipater nequa dici pro nequam decet. Lego mox, *militibus ſi quis eorum deperiſſet: &, nam illum tibi ferentarium.* Ac videtur ferẽtarium amicum potius dixiſſe Plautus, qui ſubſidio & auxilio futurus ſit, quàm quomodo Varro interpretatur, qui inanis & ſine fructu ſit. Sed Varroni tamen vix reclamare audeo.

ADVERS. LIBRI XXIII, CAPVT XVII.

VERSVS M. Actij extat apud Varronem ſubobſcurus, *Non quaſi nunc hæ ſunt hic limaces liuidæ?* quem de meretricibus dictum acci pio, quas ad deſpicatum limacibus comparari exiſtimo. & fortaſſe cum eo

continuari debent elogia huius iambici, *Diobolares, ſchœnicolæ, miraculæ.* Ac ſchœnicolæ quidem dicuntur quæ ſchœno vnguentario (ſic enim in Varrone legendum exiſtimo) nonnullam odoris gratiam accerſerẽt: quas & ſchœno delibutas ipſemet Plautus dixit. Verſus ſequitur, ſuperioribus, vt apparet adiungendus: ſed in ſcriptorum libris variè conceptus: cuius haud ſcio an veriſſimam ſim formulã exhibiturus literatis. Quemadmodum tamen mihi videatur eſſe ſcribendus dicam: etſi ſcio perdifficile eſſe malignos calumniatorũ morſus effugere, qui non tantùm ſatis habent ipſi reprehẽdere, verum etiam clam ſubmittunt & ſubornant qui reprehendant. Lego igitur, *ſcraciæ ſcrupedæ, ſtrictabillæ, tantulæ.* Tantulæ ſunt, paruæ, breues. vt apud Plautum, *Tantula tanta verba fundıtat.* Scraciæ ſunt æquè deſpiciendæ & contemnendæ ac ſcrea ſputáque, ſic vocatæ quaſi ſcreaciæ. videtur Varro ſcraciam explicare ſiccam. Nam in eo videtur legendum, *ſcracia ſiccam ſignificat,* vel exiccam ſignificat. Nam cùm ſiccæ ſunt & arẽtes fauces, magno & difficili ſtrepitu & roncho velut troclea ſcreatum trahimus. *ſic adſignificat,* tamen non muto. Scrupedam Aurelius exponebat à ſcauro pede vel ſcauripedam. Nam ſic in Varrone lego. ſcaurus autem exponitur ϛρεϐλόπους & σκαμϐὸς σκέλος à vetere critico. Horatius quoque,

Balbutit ſcaurum prauis fultum malè talis, in Sermonibus ſcribit. Lego autem non longè, *ex eo ab Actio poſitum in curioſa. Itaque eſt in Menalippa, reijcis abs te religionem ſcrupeam pone.* Actius, inquit, ſcrupeum pro curioſo vſurpauit in Menalippa, cùm religionem ſcrupeam dixit, quam poſt tergum reiiciendam ait. Strictabillæ dicuntur non tam ambulantes, quàm ſummo pede vel talo terram ſtringentes. quod vſuuenit iis quibus pedes læſi ſunt, vel crura. Nõ enim planum ponunt veſtigium pedis, ſed eius extremo tantùm radunt ſolum, qui iidem pedibus ſuis ægrè ſtant & inſiſtunt. A ſtringendo deducitur ſtrictare: à ſtrictando ſtrictillare per diminutionem: & per eandem iteratam ſtrictibillare, vel ſtrictabillare, vt à conſcribere, conſcribillare.

vnde

vnde ſtrictabillæ ſunt appellatæ, vt Varro ait. Nec verò ſcriptura quam hîc tueor, mea eſt, ſed eorum librorum, quibus hodie ſolis teſtimonij (vt placet quibuſdam) dictio eſt. Lego autem in ſitelli tergo, *mulier es, vxor; cuiam te ego noui: ſcio axicioſam.* & paulo antè, *axicioſæ annonam è vili caram concinnant viris.* Reperio mox, *Quaſi Claudius ſcribit axicioſas demonſtrari conſupplicatrices, ab agendo axicioſas.* Mulieres rebus diuinis deditæ, ſimpulatrices dicebantur, vt ait Feſtus. Idem ſcribit antiquos axit pro egerit dixiſſe: vt apud Plautum adaxint, pro adegerint, in Aulularia reperitur. axiéſque refert eſſe mulieres in ædibus vnà agentes; & axicioſos, factioſos: vt axies fortaſſe Pompeio mulieres ſint, quas axicioſas Varro vocat, quæ vnà agunt cum aliis. Axitas etiam reperio in antiquo lexico exponi ἀποτελεσματικάς. Alij hîc actioſas vbique legunt, & ſuſpicatrices, non ſupplicatrices. Nos iſtam varietatem lectori potiùs proponimus, quàm noſtram ſententiam interponimus. quam tamen ſiquis requirat, putem Plautum axicioſam ſcripſiſſe. Varro autem Claudij non ſequitur interpretationem, ſed eam affert quam retulit Feſtus. Mox autem legendum, *de ſtribula vt delumbos cœnabis Chærea. Stribula, vt Opilius ſcribit, circum coxendices ſunt nobis.* Strebula Pompeius ait Vmbrorum lingua appellari partes carnium ſacrificatarum. Arnobius libro v i i ferè vt Varro interpretatur, ſic ſcribens, *Non enim placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur.* Etymologiam ei Græcam reddit Varro, à verbo στρέφειν, quod eſt vertere. Legendum quoque mox exiſtimo, *Scobinam ego lima actutum abraſi.* Nam Varro limam interpretatur: quod non faceret, niſi eius poeta mentionem feciſſet: quam materiam & inſtrumentum & rem fabrilem dicit. Cæterùm cùm ſcribit Actium dixiſſe perſonas diſtortas, oribus deformes, miriones, de perſonis hiſtrionum monſtroſis & deformibus intelligo. quod & de ſimilibus figmentis ridiculis accipi etiam velim.

CAPVT XXV.

GESTIT animus, in Varrone, vbi ſcribitur, *hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit in libro qui inſcribitur nomina barbarica*, ſcribere, contra librorum teſtationem omnium, quod amentiæ fortaſſe videbitur multis nimiũ effrænatæ: veruntamen, vt dixi, geſtit animus ſcribere, νόμιμα βαρϐαρικά. Nam, vt opinor, Ariſtoteles de legibus & inſtitutis barbarorum ſcripſerat, non de eorum lingua: & Varronis verba neſcio quid tale demonſtrant. At quod ex Ennio affertur, *decem coclites, quos montibus ſcimus riphæis fodere*, de Arimaſpis intelligo vnoculis, qui Riphæos montes incolebant, & auraria metalla fodiebant, quæ rumor erat à Gryphis cuſtodiri, quos Latini picos appellant. Ergo cùm in Aulularia ſcribitur, *Pici diuitiis, qui aureos montes colunt*: Gryphi intelligendi ſunt. de quibus ita Mela ſcribit, *Gryphi, ſæuum & pertinax genus ferarum, aurum terra penitus egeſtum mirè amant, miréque cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus.* Quocirca cùm in Curculione ſcribitur,

De Coclitum proſapia ted' eſſe arbitror, non de Romanorum Coclitum familia, ſed Arimaſpis dictum intelligo, qui erant (vt hiſtorici ſcripſerunt, etſi, vt exiſtimo, falſò) vnoculi. Lego mox in Varrone, *Quod eſt apud C. Actium, Nocte intempeſta noſtram deuenit domum.* Locus enim eſt ſumptus è Bruto Actij. Verſus porro qui de intempeſta nocte anapæſtici proferuntur, à duabus perſonis dicuntur: vna interrogat, *Quid noctis videtur?* altera reſpondet, *In altiſono cæli clypeo temo ſuperat ſtellas ſublimis, agens etiam atque etiam noctis iter.* Atque hos verſus, vt ſcripſi, ita legendos arbitror, modulo nobis fauente, editiones condemnante. Scribo mox, *ad tempus deſignandum.* Septentriones autem ait à Latinis vocari ſeptem ſtellas. Sic à Cicerone appellantur, 1. Tuſculan. ita ſcribente, *Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſeptem ſtellas.* Lego

autem in Varrone, *noſtri eas ſeptem ſtellas, boues & temonem, & prope eas axem.* Nam mox oſtendit triones eſſe boues, quaſi terriones, ſed er detritum eſſe cenſet. ex quo legendum arbitror, *Vnde triones vt dicerent, er detritum.* Lego paulo pòſt, *ad poſtremum perueneris.* &, *redito huc conticinio Reciproca tendẽs neruo equino concita tela.* Quod ait, ita accipiendum auguror, Cùm arcus tẽditur, ſagitta ad nos verſus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partem vnde trahebatur redit: idq; eſt quod reciprocum appellat. Cæterùm vbi Varro in Terentio legit, *ſcortatur, potat*, omnes vno conſenſu & coniuratione editiones hodie *obſonat* exhibent. At in Plautino verſu lego,

Si vnum epityrum eſuriens apud illum inſanè edam.

Quam ſcripturã, vt nihil aliud dicam, certè verſus ipſe flagitat, qui alioqui conturbatior erit. Non longè, *flexanima, tanquam lymphata*, è libro Ciceronis de Diuinatione emendandum eſt. Mox etiam ſcribo, *ea Thelis illi mater.* Nam quæ Thetis à Græcis appellatur, eam Ennius Thelin vocabat. Varro De re ruſtica, *nec continuo his quas melicas appellant falsò: quòd antiqui vt Thetin, Thelin dicebant, ſic medicam melicam vocabant.* Mox interpretatur Varro quod Pacuuius dixerat, *vt Bacchi ſacris commota.* Nam Baccha in Cicerone pro Bacchi malè legitur. In verſu poetæ quẽ Varro profert, littus peruolgans, eſt littus pererrans, obiens, luſtrans: vt apud Lucretium,

Multiplexque loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore, quo cæli peruulgant fulgura cælum.

Quid ſi legamus? *rite perfectis ſacris, rectè vult accipi.* nos tamen aliis id iudicandum relinquimus.

ADVERS. LIBRI XXIIII.

CAPVT XXIX.

INSIGNIS eſt illa Varronis tranſlatio à fugitiuis ſeruis ſumpta ſanequam eleganter lib. IIII De lingua Latina, *Quare illa quæ tã maioribus noſtris ademit obliuio,*

fugitiua ſi ſedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit, non ſinon potuero indagare, eo ero tardior Fugitiui enim ſerui dicuntur retrahi, qui è fuga reducuntur domum ad herum: vnde & apud Varronem De re ruſtica fugitiuarius dicitur qui fugitiuum conquirit & ſectatur. De verbis igitur, honeſta præclaráque translatione, vt de ſeruis, locutus eſt: vt & Terentius, *Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.* Salluſtius: *in his erat Fuluius ſenatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iuſſit.* Ait idem Varro, *quòd nec omnis impoſitio Verborum extat*: vbi impoſitionem verborum nominat, quam Græci ὀνοματοθεσίαν vocant: ea nomina intelligens quæ primùm rei alicui ſignificandæ impoſita ſunt: quorum multa iam non comparent, cùm tamen ab iis alia profecta in vſu fortaſſe ſint. Impoſitiones enim nomina primitiua appellat, à quibus oriuntur declinationes, id eſt deriuatiua. Varro libro v i, *Duo igitur omnino Verborum principia, impoſitio & declinatio: alterum, Vt fons, alterum Vt riuus.* Ait Varro de literis loquens, *& propter earum artationem.* ego è libris antiquis *tractationem* lego. Tractatio enim eſt cùm tanquam manu literæ tenentur, & huc & illuc tranſponuntur & traiiciuntur. Itaque literarum tractatio, eſt earum traiectio & tranſpoſitio. Sic Cicero ſcribit materiam in verbis eſſe, tractationem in collocatione verborum. Vt enim verba optimè collocentur, à nobis tanquam manu tractantur, & aliis atque aliis locis collocantur, vt iucunda ſit & lenis eorum compoſitio. Inquit Varro, *quartus Vbi eſt aditus & initia, regis.* Qui ad quartum, ait, gradum peruenerit, is rex fuerit, & planè modis omnibus rem abſoluerit. Tale eſt illud Horatianum,

-rex eris, aiunt, ſi rectè facies. Auſonius,

Qui rectè faciet, qui non dominatur, erit rex.

Sic victor etiam dicitur qui aliquid perfecit & abſoluit. Virgilius,

-Victórque Virum Volitare per ora. Iterum,

Illi Victor ego & Phrygio conſpectus in oſtro.

Lego autem mox, *Quòd ſi ſummum gradum non attigero, tamen ſecundum prateribo.* Inficiantis enim particula delenda eſt. Se enim profitetur vltra ſecundum gradum perrecturum, cùm ad Cleanthis philoſophi lucernam lucubrarit, non tantùm Ariſtophanis grammatici. Mox quoque, *Volui preterire eos,* lego ex antiquo libro. ſignificat enim ſe vltra grammaticos (qui tantùm ficta à poetis verba expediunt) progredi velle. Hominęs etiam in locandi explicatione ſcrupulus malè vrit cùm ſcribitur, *ab eo præco dicitur locare, quoadusque id emit.* ego malè coaleſcentia puto diuellenda: legendúmque cenſeo, *quoaduſque idem it.*

ANTONII AVGVSTINI

EMENDATIONES SEV ANNOTAtiones in quoſdam Varronis locos, quibus vel variæ lectiones, vel coniecturæ in dubiis locis proponuntur.

PAGINA 2. V. 25.

POSSENT] *poßint.*

2.31 PROPTER bis quaternas cauſſas.] *Propter quaternas cauſſas. Propter has quattuor cauſſas. Propter ternas cauſſas.* duo priora ex libris, poſteriora audaci emendatione.

3.1 HEIC commorandum] *heic admonendum.* ex libris vtrumque.

3.14 QVARTVS, vbi eſt aditus, & initia regis] *aditus ad initia res.* non infeliei audacia emendatum.

4.4 INITIA] *principia.*

4.11 QVARE fit vt omnia ferè ſint] *Vt ideo ferè omnia.*

4.18 QVARE quattuor genera] *quare quod quattuor.*

4.19 HORVM enim] *harum enim.* vtrũque mendoſé.

4.23 FILIAM habeo] Virginem Habeo, Plaut. in Aulul.

4.35 O TERRA trita] *O terra terrea. O terra Græca.* ex libris. Totus hic locus Ennii mendoſus eſt.

5.31 ANDROMACHA Noctique caua] *Andromacha nocti: Quæ caua.* ex felici audacia.

5.35 CAVEA, & cauile] *cauea, & caulæ,* non nemo emendat.

6.15 VIA quidem] *Via ſiquidem.*

6.24 PINSIBANT] *pinſabant.*

6.26 AB EO qui Romanus combuſtus eſt] *ab eo qui Romæ non combuſtus eſt. Ab eo quoad Romæ cõbuſtus eſt.* vtrumque ingenioſa inueſtigatione.

6.34 VTRVM Q.] *aut vtrũque,* nõ nemo mutat.

8.12 ITEM alia, quæ ſegetes ferũt] *item alia. Quæ ſegetes ferunt.*

8.24 SVSTOLLIT] *ſuſtulit.*

8.28 DIVIDIT in eos agros, &c.] Locus mendoſus.

8.32 VBI nunc eſt Roma ſeptem montium demiſſior] Locus mendoſus.

9.1 TERRA abiit] *terra abit.*

9.4 HINC ſudor quiuis] *hinc ſudor. Aquæ vis.*

9.16 SVSCIPIVNT] *ſuſpiciunt.*

9.20 στεμνὸν] στεγνὸν, aut στεγανόν.

9.27 CONTINVE] *continuo.*

9.31 QVI aliter facit, ex ambitu cauſſam dicit] *indagabili ex ambitu,* libri omnes quos vidi.

10.3 NIHIL Latinum vt quod oritur] *nihil Latinum & ignotum: vt quod oritur,* quidam putant ex veterum librorum notis ſcribendum.

10.27 SVNT & nomina, &c.] Ante hæc verba, multa, ni fallor, deſunt.

11.17 QVOD ea, qua tum itur, velabrum] *quòd ea, qua tũ deſcendebant, dicitur velabrum.* vtrũque ex libris.

12.17 PROXIMO cliuo] *primori cliuo.* vtrumq; habent libri.

12.13 VIMINETA fuerunt] *vimina nata fuerunt.* ex libris vtrumque.

15.15 ADIVNGAT] *adiugat,* vir quidam doctus mutat.

16.4 IBANT malam viere] *ibant malacci.* vtrumque libri. *Ibant mane viere,* idem vir doctus.

18.1 IGNIS ſcindit. Ideo calet] *igneſcit; ideo calet;* alter vir doctus.

18.18 QVOD ibi dixit] *quod ille dixit.* Plaut. in Ciſtell.

20.24 CONSVL fiat] *conſul fuat.*

21.35 ET inde deſitum] Locus mendoſus, litura fortaſſe emendandus.

22.26 EXTREMEIS ſubſidio] *extremi ſubſidio*. placet viri cuiuſdam docti coniectura.

23.18 CVI eæ opimæ] *cui ea opima*. ex coniectura.

24.1 QVAS indagatur] *quaſi indagator*. vtrumque ex libris.

24.2 QVOD ſequitur verbum aduentum, & inuentum] Sunt qui ita ſcribendum putent, *Venator à vento, quòd ſequitur feram ad ventum, & in ventum.* Legitur etiam, *Venator à venatu, quòd*, &c.

24.6 FVNDAMENTVM inſtituit] *negotium inſtituit*. ex libris vtrumque.

26.18 EXTA loco quo ſolent addi ex mola, id eſt ſale, & farre molito] Sic in veteri libro Achillis Mafei, quo multùm vſi ſumus. In alio libro eſt, *exta ollica*. Scribendum forſitan eſt, *exta olla coqui ſolent addita mola: ea eſt ex ſale & farre molito.* Valerius Maximus libro ſecundo, capite primo, ita ſcribit, In ſacrificiis mola, quæ vocabatur, ex farre & ſale conſtat: exta farre ſparguntur.

26.32 HORREVM ab horrendo] *ab horrido*. ex coniectura.

27.12 ET placenta, quod edebant] *& placenta. Quod edebant*. rectius eſt.

27.19 QVAE nimis cruda] *quæ minus cruda*. ex coniectura.

27.34 ET VT ſeruarent, ſalere] Diomedes ita ſcripſiſſe Varronem exiſtimat, non ſalire, libro I, capite IIII.

28.22 ITEM Græci ſigillatim, vt ouum, bulbum, lana] Locus mendoſus.

28.28 TRAMA, quòd tranat frigus] *trama, quòd trameat filum*. Sic docto cuidam viro placet. Et poſtea, *genus veſtimenti denſum.*

29.4 IN cacumen] *in acumen*. vtrumque habent libri.

29.6 CONSECTVM SIT] *confectus ſit*. ex au-

daci emendatione.

31.6 POCVLI genus *δεπέσκαν*] *δέπαστρον* ex Polluce, libro XI.

31.29 CALIDVM] *caldum.*

32.16 COLLIGARENT. Dictű capital.] Scribe, *colligarent; dictum capital.*

32.29 CALTVLAM, ac crocotulam] *aut.* Plaut. in Epidico.

33.9 AVT colendi] *aut colligendi.* ex coniectura.

34.1 SOLVVNT, id eſt luunt] Scribe *luunt, id eſt ſoluunt.*

34.18 QVAE virgeis] *quæ iunceis.*

34.34 QVO munitius] *quo muniti.*

35.27 COGNOMINATVM] *nominatum.*

37.25 MILLIES aduentu] *milites ad vectim.* ex libris vtrumque. *mulieris ad reſtim*, placet docto cuidam viro.

37.30 MAGISTRATVS miſit] *mag. ſignum miſit.* ex libris.

37.35 QVOD alii eſſe] *quod alij ineſſe.*

39.13 MITTERET carpentű] *iniiceret carpētum.*

40.27 ET ius inſtitutum] *& inſtitutum.*

40.33 SVPER lectulis origines] Hæc non cohærent ſuperioribus.

41.15 VT Sagum, Reno Galli quid gaunacumma eius ſagum] Locus mendoſus.

41.17 TORALE] Scribe *toral.*

42.32 *δῶμαν*] *δῶρον.*

43.10 VNVM addunt] *vinum addunt.*

44.17 VOCABVLO] *verbo.*

47.14 VIDEBIMVS, factum volo. i, redito conticinio] *videbitur, factum volo: redito huc conticinio.* Plaut. in Aſin. Vide 85.10.11.

47.17 DIES EST] *tunc dies eſt.*

47.25 TEMPORIS pars] *temporis pars prima.*

47.28 VIRERE] *vivere.*

48.17 EST ſatis] *ſat eſt.* Plaut. in Trucul.

50.26 ANTE diem duodecimum] *quartumdecimum.* ex Faſtis.

51.4 VT à ſuffiendo ſubligaculum] *à ſuffiendo, vt ſubligaculum.* ex veriſimili coniectura.

52.3 SACRIFICATVR] *ſacrificant.*

53.12 MVCIVS abnegabat] *ambigebat.*

53.28 PERTINEAT] *pertinet.*

54.35 AB aliquo] *ab alio.*

55.17 SECVTI] *ſecutus.*

55.28 QVORVM repertum] *quorum in promptu.* non nemo opinatur ſcribendum.

56.24 MENTEM quodammodo motam amoueò] *mentem quod. moueo.* ex docti viri opinione.

57.3 VT Libētina] Nonius Marcellus refert Varronem ſcripſiſſe libro IIII, ſiue V De lingua Latina, proluuiem & prolubidinem dici ab eo quod lubeat. vnde etiam lucus Veneris Lubentinæ dicatur.

57.33 AC fatuus fari id] Locus mendoſus.

58.4 CVM de poetis] *de poematis.*

58.15 POLLVTVM] *polluctum* quidam ſcribendum putat. & P.58,V.17,20.

58.17 ID dicitur. Pollutum] *id dicitur pollutum,* quidam.

58.19 PORRECTA] *proiecta.*

58.34 ET fatuus, & fatue] *& fatua; vel & faunus;* ſcribendum eſſe opinamur.

59.17 A CONCINNE] *à concinno.* ex coniectura.

59.22 QVOD proſcenio] *quod in proſcenio.*

59.28 EXTREMVM nouiſſimum,&c.] Refertur hic locus à Gellio lib. XII, cap. XXI.

60.24 QVOMODO additæ erant, quibus] *quom additæ erant, qui.* ex coniecturis.

60.24 SI dico quid ſcienti quod det, quod ignorauit, trado] Locus mendoſus.

61.6 SVI CVIVSQVE] *vniuſcuiuſque.*

63.19 SEQVOR Hercule] *ſequor Hercle.*

64.32 NAM & quidem facere verba, &c.] Locus mendoſus tribus his verſibus.

65.19 ET qui id in teſtamento] *& cernito in teſtamento.* coniectura audaci ex Varrone libro proxi-

mo,& Vlpiano in Inſtitutionibus.

66. 11 AVDIO, aut auſculto] *audio, haud auſculto*. non nemo.

66. 19 REPOTATIO] *repotia*. doctus vir.

66.25 MANVTERIVM, .] *manutergium.*

66. 25 NVNC primùm ponam] Ante hæc, verba videntur multa deeſſe.

67. 18 ALIQVOT rebus idem] *item.*

67.21 QVAM comœdiam alii] *M. Attii*, docti viri ſcribendum putant. Sic proximo libro, M. Attius in Caſina. *Quid fringutis?* Plautum vtrobique hoc nomine ſignificari ſcimus. Sed quid de Bœotiæ àuctore iudicauerit idē Varro in libris de comœdiis Plautinis, videndus Gellius lib. iii, cap. iii.

67.35 AVSPICIO orando] *exorando* quidam.

68. 2 VBI canat collegas] Locus mendoſus.

68. 9 CAPVT edicti] Delent quidam verbum edicti.

68. 13 CLASSICVS canat] *claſſicum* fortè, vt hoſticum paulo póſt.

68.22 QVOD cenſor exercitu &c.] Locus mendoſus.

69. 10 QVAE cum E,] *quia I cum E*, quidam: ſed mihi locus hic mendoſus adhuc videtur.

70, 13 OBSCVRIOR fit voluntas, in poſteriores non reprehendenda. Igitur] Locus mendoſus, ita fortaſſe emendandus, *voluntas impoſitoris. Non reprehendendi igitur illi.*

70. 16 FACILIVS] *vt facilius.*

70. 20 AB EO quod non erunt &c.] Locus mendoſus.

71. 11 MVLTO tanto propius] *tanto* delendū eſt.

71. 18 VT QVIA quare ad medendum medicina] *à medendo medicina*, quidam: ſed non eſt locus integer.

71. 16 TESTAQVE meta, &c.] Locus mendoſus.

73. 12 NAEVIVS: Expirante vapore vides, vnde ignes cluet mortalibus diueis] *expirante vapore vide-*

mus, Vnde ignis lucet mortalibus clam diuiſus. ex Cicerone lib. II Tuſcul. Gabriel Faernus, qui pleraque alia, emendabat.

73.25 VIDE quod opus fiat] *quid opus ſiet*. vel *quid opus fuat*.

76.5 VELATAS frondenteis comas] Locus mendoſus.

76.8 CVRVAMVS] *curuantur* forté.

76.14 COSAVLI, doloſi, eſo, &c.] Locus mendoſus.

76.23 CASCAS res volo profari] *profari volo*, quidam.

76.34 RIDICVLVM eſt, &c.] Priſcianus libro III refert ex Pomponio poſtrema verba huius epigrammatis. *tua amica ſenex ſt*. cætera mendoſè ſcripta redegit in hunc ordinem Octauius Pantagathus, qui permulta alia reſtituit. Veteres libri ſic habent, *Ridiculum eſt cùm te caſcam tua caſca dicit. Amica Philipotonis eius, qui ſenex puerum dicit puſum, puellam puſam. Sic fiet mutuam mulinam, vt ſis vere puſus tu, tua amica ſenex*.

79.23 CVM res maiore ratione legebantur] *cùm res maior erat, eo legebantur*. coniectura veriſimili.

80.28 THYNNO capto, &c.] Locus mendoſus.

81.20 DECEM annos] *duodecim annos*. vtrumque ex libris.

81.26 QVOD item] *quod itent*, non nemo.

82.2 EST nequam] *hæret*, quidam. alii, *eſt. Nequã eſt lana*.

82.10 NAM inde] *nam id eſt*. ex coniectura.

82.21 PACVVIVS deum triportenta in Mercatore ponit] Locus mendoſus. & quæ ſequuntur, Plauti ſunt, non Pacuuii.

82.23 DIVIDIA eſt] *diuidiæ ſt*, ſcribendum.

82.26 SED quid tibi eſt? lienes necant] *tibiſt? lien necat*; Plaut. in Curcul.

85.10 VIDEBITVR, &c.] Vide 47.14.

86.14 MORTICINIVM] *morticinum*.

86.25 FLEXAMINAT aquã lymphatam] *Fle-*

& anima tanquam lymphata, ex Cicerone, lib.1 De diuinatione.

87. 9 LATINA.] Latine.

87. 25 EVAX iurgio vxorem.] *euax iurgio Hercle tandem vxorem*. Plaut. in Menæch.

87. 28 PVELLA ſpe.] *puella ſæpe*. vir doctus opinatur.

88. 28 QVIA ego antehac.] *quum ego ante hac*. Plautus in Ciſtell.

88. 33. FERRE quem.] *fert qui*, doctus vir ſcribendum putat.

89. 29 CLAMOR ad cælum.] *Ad cælum clamor*.

89. 30 ET A frendice, &c.] Locus mendoſus.

89. 31 SVES auoluerat, &c.] Locus etiam mendoſus.

90. 12 DELIQVIVM eſt.] *deliquomſt*. Plautus in Caſina.

90. 23 PERSIBVS a perite.] *Perſicus* fortaſſe ſcribendum, ex Sex. Pompeio, qui peracutum interpretatur: & hæc Næuii verba refert, *Et qui fuerit perſicus, carpenti adeſt ratio*.

90. 24 PROTINAM à protinus continuitatē ſignificans.] Nonius Marcellus refert Varronem ſcripſiſſe, protinam vel protinus continuatione vel præteritæ vel futuræ longitudinis dici.

90. 34 RESARRIRE ab ſerra.] *reſerare ab ſera*, magis placet.

94. 12 CAVSSAM quare ab impoſitis nominibus declinarint, oſtendi] *cauſa inquam cur eas ab impoſitis nominibus declinarint: quam oſtendi*. ſic libri ferè omnes.

94. 25 AC heis.] *atque heis* ſcribendum, vel *ac* delendum eſt, vt Faerno noſtro placet.

94. 33 CVM fiunt, &c.] Locus mendoſus.

94. 34 ET maneat.] *remaneat*, non nemo.

95. 23 AB equo equito.] *ab equo equile*, quidam.

96. 5 PROPTER eorum quam dicũtur.] Locus mendoſus. *eorum propter quæ dicuntur*, quidam ſcribendum eſſe opinatur.

98. 14 QVAE petimus, quod] *quippe quod*, fortè ſcribendum.

98. 34 ATRIVM περίστυλον ſimilitudinem] *atrium περιστύλιον ſimile*, doctus vir putat ſcribi oportere.

99. 14 SOLVM, quod] *ſolum, quo*, non nemo.

100.28 SI ex diuerſeis] *ſic ex diu.*

100.29 A LVO luam] *ab luo luam.*

102. 1 EXSPECTARI] *ſpectari.*

102. 8 NVNC diſcrepant] *num diſcrepent.*

102.17 QVARVM vis] *quoius.*

102. 18 QVIS QVE] *quis, quæ.*

102. 33 EFFINITVM] *finitum.*

103.28 QVAE, quam] *qua, quam.*

103.30 SIC eeis] *eaeis.*

104.8 AD finitam] *ad infinitam.*

104.20 SERVARE] *ſeruari.*

105.21 PARMA, Alba, Roma, Parmenſes] doctus vir putat poſt verbum Roma ſcribendum. Romenſes, & Albenſes, vt Parmenſes.

105.29 SIC amabor, legor, & eiuſmodi verbi, eſt vocabulum] *ſic ab amor, legor, & eiuſmodi verbeis vocabulum.* ex coniecturis mutandum.

106. 30 NON ſalſum inſulſum] *inſalſum*, quidam.

108.4 SVRVS. ibid. 5. SVRO. ibid. 7. SVRE.] *ſciurus, ſciuro, ſciure*, ſcribendum arbitror.

108.10 IN vocando] *in vocandei.*

108.11 QVIDQVID] *quidque.*

108.34 QVIBVS das] *quibuſdam.*

108.34 SED queis das] *ſed queisdam.*

108.3 NEQVE alia triſyllaba fierent] Locus mendoſus.

110. 18 IN mediis] *in aliis media*, vt docto viro placet.

112.15 ID quidem eſt verum] locus mendoſus, vt arbitror.

112.22 ET EX hac conſuetudo, &c.] Locs non ſatis integer.

113.6 AN VSVS] *an Vnius*, fortaſſe ſcribendum eſt.

113.25 ALITER ac inde] *aliter atque in*, docto cuidam viro placet.

114.20 QVOD ſit] *quod non ſit.*

116.13 QVI amiſſa,&c.] Locus mendoſus

118.6 SANE] *ane.*

119.3 ANIMADVERTIT] *animaduertat.*

119.19 LENTIBVS nateis] *ſateis* ſcribendũ eſt.

120.24 POSSVNT, quo] *poſsit,quo.*

121.26 VOCIS verbeis] *Verbeis Vocis*,arbitror ſcribendum eſſe.

122.26 DICO non] *dico nos.*

124.8 SED initio vocabulum] Locus mendo-

125.26 OMNES tres] *omnes hæ res.*quidam.

125.28 AD ſilentium &c.] Locus mendoſus.

126.31 DEBVERVNT] *debuerint.*

128.18 IDEMQVE item contra] Locus mendoſus.

130.28 NEGANT] *negent.*

130.31 QVOD in nihil] *quod nihili.*

130.35 SI RATIO] *ea ratio.* Vel dele *ſi.*

131.31 DECVIS] *decus.*

134.8 VT Sappho,& Alcæus] *Vt Alcæus.*

134.16 ET non] Dele *et.*

134.31 IN nationes &c.] Locus mendoſus.

136.25 ETIAM in hoc] *etiam hoc.*

136.32 QVARE cum] *quare cur.*

137.27 SACRIFICO res] *ſacrificor.*

137.29 SACRIFICAT] *ſacrifico.*

137.33 ADLAVANT] *lauant.* Plaut. in Truculento.

137.35 ADLAVANT.] *ad lauant.*

138.29 VTRVM in ſecunda &c.] locus mendoſus.

139.3. MVLTA] *multi.*

140.7 HAE murænæ] *hi murana,*

140.8 SIC aliis] *ſic alij.*

141.24 CVIVSQVE] *cuius eſt.*

142. 8 SENIOR ſeni] *ſenis ſeni.*

142. 18 QVODCVMQVE conferas, &c.] *quodcumque conferas, aut ſimile eſſe, aut non eſſe. ſimile eſſe, & diſsimile, ſi videatur: eſſe, vt dixi, neutrum, ſi in neutram partem præponderet.*

158. 19 VSVI] *vſus.*

HIS adde quæ in margine cruce adiecta conſcripſimus, quæ aut ex libris variè ſcriptis ſumpſimus, aut ex doctorum virorum cõiecturis. Coniecturarum ſignum eſt ſemicirculus additus.

INDEX EORVM QVÆ ADR. TVRNEBI COMMENTARIIS in M. Varronem De lingua Latina, docentur.

A

Abalienatio. 120
Ablatiuus frequens eſt Varroni pro datiuo. 41
Abluere tenebras. 97
Aborigines. 28
Aboriri. 35
Acanthus. 66
Acca Laurentia. 45
Accalia. 88
Accenſi. 43
Acera. 68
Actii Brutus. 114
Acus. 63,78
Accuſator & reus. 82
Ad buccinam facere. 78
Adiugo, pro adiungo: Cōiugo, pro coniungo. 32
Ad Iunium. 71
Adſignificare. 91,97
Ad ſpontem reſpondere. 96
AEdituus. 103
AEliani locus. 100
AElius Stilo Varronis magiſter. 71
AElius Stilo, qui & Præconinus. 94
AElius. 100
AEmilia baſilica, & Fuluia baſilica. 84
Αἰών. 85
AEquimelium. 75
AEre diruti milites. 82
AEs. 80
Africanæ beſtiæ. 107
Ager effatus. 93
Ager reſtibilis. 18
Agna facit & agnam. 87
Agonalia. 85
Alites vnde dicantur. 39
Ἅμαξα. 114
Ambegna bos. 105
Ἀμβωνες. 57
Amicire. 64
Ampiruare. 45
Amuleta. 118
Anas, Normanis Bura: vnde Buretilla. 82
Ἀνδρολήψιον. 46
Anfractus. 104
Angerona dea. 88
Angeronalia. 88
Angiportus. 70
Anguſtus. 8
Ante & Præ. 42
Apices lanigeri. 44
Apolectus. 39
Apollinaris collis. 27
Apuleius. 40
Apuleii locus. 64,65
Arationes. 19
Aratores. 19
Arbitrium, pro ſocio. 95
Arctare. 8
Ἄρκτος. 114
Argentariorum tabernæ. 99
Argu genitiuus Græcus. 75
Arimaſpi vnoculi. 114
Ariſtippi tres. 83
Ariſtophanis locus. 60
Ariſtoteles. 39
Armiluſtrum. 73
Arnobius. 8
Arnobii locus. 113
Arnobius emendatur. 54
Arnignus. 49
Aruus ager. 18
Aſbeſton. 65
Aſbeſtini. 65
Aſconii locus. 82
Aſconius de triumuiris. 42
Aſcriptitii. 110

Aſia duplex. 11
Aſſero manu & manum. 95
Aſſes librales. 79
Aſſipondium. 79
Aſſitæ arbores. 95
Aſtarte Venus à Salomone culta. 31
Athenæus. 39
Attingere. 100
Attributum. 82
Auctoritas. 121
Audire & auſcultare. 99
Auerruncare. 119
Augmentum. 55
Auguraculum. 28
Auguratio. 28
Auguria vnde captalātur. 28
Auium nomina quædam eſſe Græca. 39
Αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ. 47
Auocare concionem. 100
Auſonius. 38
Auſonii locus. 76,82
Axies mulieres ſiue dii. 113
Axit,pro egerit. 113
Axitioſi. 113

B

Balneum & balnea. 82
Βασκάνια. 118
Biceſſis. 79
Bidentalia. 72
Bonam copiam eiurare. 121
Bos horda & forda. 86
Bouerum,pro boum. 55
Boum & elephātorum cornua. 107
Brutus,comœdia. 41
Bubulcus,arator. 63
Βούγλωσσος. 40
Bura,& buris Maroni. 62,67

C

C cum G magnam habere affinitatem. 100
C pro G ſæpe dici. 122
Cælum. 11
Cælum vnde:& κόσμος. 12
Camillus,Mercurius. 107
Calabra curia. 90
Calare. 90
Χαλκοχίτωνες Græci. 57
Camilli. 106
Candacus perantiquū verbum. 122
Canere claſſicum. 48
Canorus. 105
Capis & capulæ minores. 60
Capitium, Subucula, Supparus mulierūm. 64
Capital. 63
Capitolium vetus. 76
Caprotinæ. 87
Carere lanam,pro purgare. 109
Careſtribula. 112
Caſci populi. 105
Caſeus,paſtorib.Rom.primum pulmentum. 52
Caſnar. 106
Catonis locus. 34
Catonis locus apud Macrobium emendatus. 34
Catulli locus. 115
Catulli locus emendatur. 68
Catus. 169
Cauillæ. 13
Cauitiones. 13
Caulæ. 13
Cedere,pro venire. 82
Cenſere. 42
Cenſores. 42
Centuria. 16
Cerionia. 25
Κερκίς. 41
Cermalus vel Cermanus,locus quidam Romæ. 29
Cernere hæreditatem. 98
Cerui. 58
Chryſippus. 83
Cicero habitabat in Palatio. 29
Cicero in Timæo. 37
Ciceronis locus. 36,67,80, 83,105,121
Locus De diuinat.illuſtratus. 104
Locus De finib. 43

Locus De finib. 60
Locus in lib. De nat. deorum illuſtratus. 13
Lib.3. De nat. deorum. 37
Lib.2. De nat. deorum. 37
Locus De nat. deorum. 91
Locus De Repub. 46
Locus explicatus. 56
Locus emendatus. 115
Locus in Anton. 99
Locus in 2. De legib. 66,86
Locus De legib. 99
Locus lib.2. De legib. 107
Locus in Piſonem. 72
Locus in Tuſcul. 89
Locus 2. Tuſcul. 103
Locus in orat. Pro Lege Manilia reſtitutus. 19
Locus in Rull. emendatus. 25
Locus in Verrem. 59,82
In Verrem locus. 89
Locus lib. 4, ad Attic. emendatus. 29
Locus lib.2, ad Attic. 71
Locus lib.1, De offic. 6
Locus lib.1, De orat. 43
Locus lib.3, De orat. 13
Locus Pro domo. 86
Pro domo locus. 89
Locus Pro Flacco. 76
Locus Pro Muræna. 95
Cicum non interduim. 116,117
Κιλλίβας. 58,60
Cillibæ menſæ. 58
Cincticulus. 57
Cinctus. 57
Cingulum. 57
Cinerarius, Ciniflo Horatio. 82
Cippi. 70
Circuli. 52
Circuntextum. 66
Ciſpius. 26
Ciſtellaria Plauti non integra. 111
Ciuum. 113
Clarigatio. 46
Claſſicus. 100
Claſſicum. 100
Cleanthes. 9
Κλίβανος, vt κρίβανος. 52
Cliuus Publicii. 76
Cloacina. 38
Cluere lingua antiqua. 38
Clypeus cæli. 108
Cœnacula. 77
Cœnationes hybernæ & æſtiuæ. 77
Cohors. 77
Cohum. 12
Colles. 17
Collini & Agonales. 45
Collocare & locare. 10
Columellæ locus de Centuria. 16
Come, pro pulſa & verbera. 116
Comes. 116
Comitare. 48
Comitiati. 42
Compluuium. 77
Conceptiuæ feriæ. 89
Concino. 93
Condalium, fabulæ nomen. 114
Conficto. 121
Conregio. 108
Conſerere manum. 95
Conſiliari. 92
Conſpondere. 96
Conſponſi & Sponſi. 96
Conſulcio verbum vetus. 41
Conſulere. 41
Conſules & Prætores iidem. 41
Conſulibus non permiſſum cognoſcere de capite ciuis Rom. iniuſſu Pop. 42
Contra ſponſum. 95
Copioſus. 48
Κοριανδρον. 50
Corneta. 71
Cornicen. 99
Cornicula. 73
Corollarium & coronarium. 83

Corona prima apud Romanos. 45
Corporis humani centrum. 104
Corpus, terram eſſe: animam ab æthere. 32
Corruere. 68
Cortina. 13,109
Χόρτον. 47
Coum. 67
Crepæ. 49
Cretio. 98
Κρέκαι. 51
Κυλικεῖον. 60
Culinæ. 22
Cultus. 62
Cum muliere eſſe. 98
Cumani. 14
Cupedinis forum. 71
Cupes. 71
Curiæ. 43
  Curiæ vbi, & quot. 74
  Curia Hoſtilia. 103
Curiones. 43,44
Cuſiones, pro curiones. 105
Cyathus. 61
Cybia. 39

D

Decemuiri Sibyllini. 116
Declinatio nominum. 6
  Declinatio verborum. 91
Deliquare. 121
Denaſci. 36
Denſum. 116
Depeſta vnde. 61
Depexum dare. 116
Diabathra. 109
Diana. 35
Dianium. 25
Dicare. 76
Dieſpiter. 35
Dicis cauſſa. 94
Dicuntino. 94
Dii contrarii. 36
Diiouis & Lucetius. 35
Dionyſius. 38
  Dionyſii locus. 43
  Dionyſii Halicarn. locus. 44
Dius fidius. 28
Do, dico, addico. 90
Doliola. 75
Donati locus. 49
Donum. 80
Δοτίνη. 80
Duplares armaturæ. 47
Dupondius. 79
Duumuiri. 42

E

Editumus. 103
Εἰρηνοδίκαι. 46
Εἰρηνοποιοί. 46
Eiulitare. 120
Ennii locus. 14,31,62,98,102, 105,108,116
Epichyſis. 61
Epimenidis ſomnus. 101
Epityrum. 115
Equiria. 86
Eſcendere, pro aſcendere antiqui dicebant. 24
Eſculetum. 73
Eſquilina regio. 25
Euripidis locus. 47
Euſebii locus. 31
Exercitus. 41
Exoluere. 80
Exta. 87

F

Fabiani Luperci. 45
Fabius. 41
Facere. 43
  Facere fabulam. 97
  Facere Virgil. ſacrificare eſt. 87
Fagutal. 73
  Fagutalis lucus. 73
  Fagutalis Iupiter. 73
Falacer. 44
Falacralis. 108
Fartum. 95
Faſcinum. 118
Februare. 91
Feciales. 46
  Feciales legati, oratores. 46
Feralia. 85

Ferentarius. 110
Ferentarii. 110
Feſtus Pompeius emendatur. 22,27
Fiſtula farraria. 17
Flaccus. 38
Flamen dialis. 44
Flamē, vnde nomē habet. 44
Flexanima. 115
Floras, genitiuus priſcus. 76
Florus. 41
Foculus. 86
Fodicare. 119
Fontinalia. 88
Fontinalis porta. 88
Fori. 73
Fornacalia. 85
Fratria. 45
Fratres aruales. 45
Fritinnire. 120
Fugitiuarius. 7
Fulgurita loca. 72
Fulguritæ arbores Plauto. 72
Fulguritum. 36
Fundulæ. 55,70
Furinalia. 44
Furtum Lemnium. 103
Futis & futile vas. 59
G
Galeritus & Galerita. 39
Gaunacæ. 79
Gellii locus. 99,102,109
Gellii locus emendatus. 63
Genus pennis cōdecoratum. 32
Globuli. 52
Granum. 51
Græco ritu. 116
Greges Fauiani & Quintiliani. 91
Grex. 39
Γερροφομάχοι & γερροφόροι Polybio. 47
Grus, γέρανος. 39
Gryphi. 114
Guttus, gutturinum. 61
H
Habere, pro habitare Varroni frequens. 69
Harpocrates digito labrū premens, quid ſignificet. 30,31
Harpocratem reddere. 30
Haruga. 49
Haſtatorum arma. 47
Hiceſius. 37
Horatius. 35
Horatii interpretes. 35
Horatii & Auſonii locus. 9
Horatii locus. 48,50,64, 69,87,101,112
Hordicidia & Fordicidia. 86
Homeri locus explicatus. 47
Hoſtis. 6
Heſychii locus. 53
Hypſicrates. 47
I
Ianus geminus. 75
Idus Ioui ſacræ. 90
Ille, pro certo. 94
Illicium. 100
Illicium vocare. 100
Impendium. 83
Impluuium. 77
Impoſitio nominum. 6
Inciſi fuſtes. 67
In directo. 104
Induere. 64
Indutui & amictui veteribus frequentes datiui. 64
Inficiens. 91
Inſipitur. 51
Inſipere. 51
Inſulæ. 105
Interfecti, ad Gemonias trahebantur. 21
Intermenſis. 85
Intermenſtruum. 85
Intertrigo & intrigo. 81
Intrita & intritum. 81
Inumbrare. 84
Ipſa olera olla legit. 59
Iſicia, ἴσικον & ἰσίκιον. 54
Iſidorus de Echino. 40
Ἰταλός. 49
Ἴθρια. 52

Iubilare vnde. 96
Iudices, pro Conſulibus. 99
Iudicium prætorium & cenſorium. 96
Iunius Gracchanus. 30
Iuno Iouis coniux. 36
Iuno Lucina. 36,90
Iunonis nomen. 36
Iunonis nomen multis deabus tributum. 90
Iupiter infimus, & infernus. 35
Iuriſcōſultorum verba in actionibus vſitata. 117
Iuturna. 36
Iuuenalis. 36
Iuuenalis locus. 77
Locus illuſtratus. 69
Verſus illuſtratus. 34

L

Lactantius. 38
Lacus. 22
Lampridii locus. 75
Lancula. 60
Lara. 38
Lares querquetulani. 26
Latium. 15
Λάϐδον Heſychio μίσθιον. 110
Laurentinalia. 88
Lautulæ. 75
Lautumiæ, & latomia, & latumiæ. 72
Λέϐης. 61
Lectica. 71
Legulus. 48
Lepiſta. 61
Leuidenſe munus. 117
Leuidenſis veſtis. 56
Libitina Venus, Libitinia. 92
Lima. 113
Lina, herbæ genus. 67
Lingula. 121
Lingulata. 40
Literarum tractatio. 7,8
Liuius. 38
Liuii locus explicatus. 47
Liuii locus. 47,72,73,95
Liuio cum Varrone nō conuenit in Hetruſcorum hiſtoria. 25
Lixæ. 52
Locarii. 10
Loci. 11
Locus ad buſta Gallica. 75
Locus purus. 18
Lucani locus. 46,72
Lucanica Martiali. 52
Lucere. 97
Lucerna. 9
Lucienus. 84
Lucretii locus. 97
Lucretii plures eſſe libros quàm qui ad nos peruenerunt. 11
Lupercalia, dies Februatus. 91
Luperci. 45
Luſtrum. 88
Lutra. 41

M

Μάκελλοι & μάκελλα. 71
Μακελλωταὶ θύραι. 71
Macellum. 71
Macrobius. 36,37
Mactiæ Suetonio. 55
Mactiæ Martiali. 55
Mactia Athenæo. 55
Magis. 59,60
Magiſter populi. 42
Magiſtri. 61
Magmentum. 55
Maior patria. 29
Malaci. 33
Manducari, pro manducare veteres dicebant. 117
Manio, vel Manius. 72
Maro. 37
Maronis locus. 57,62
Locus explicatus. 66
Martialis explicatus. 44
Martialis locus. 79
Matellio. 59
Matralia. 52
Meditrinæ deæ nomen. 88
Meditrinalia. 88
Medullium. 111

Melandria. 39
Melicæ gallinæ pro Medicæ. 115
Μελίνη. 52
Menſa vnde. 58
Menſis intercalaris. 86
Menſium feriæ. 85
Mephitis. 26
Mercurius Thot. 31
Μηδεπόλις. 29
Mineruium. 25
Mœnio pro munio. 99
Mœnire oppidum. 69
Mœrus pro muro. 99
Μοιτόν. 81
Monitor. 48
Mons querquetulanus. 26
Montani & Pagani. 89
Mugiona porta. 78
Multo tanto. 101
Mundus muliebris. 82
Munus vt mœnus, vnde dicatur. 69
Murcia ſegnium dea. 74
Murcus. 74
Mures, muſculi, è genere concharum. 41
Muta & larunda. 38
Mutua muli. 1̣6
Μυκωνίς. 78
Myrmecidis & Callicratis opera. 100
Myrrha. 99
Myrtatum Plinio. 54

N

Næuia ſylua. 77
Nanus. 59
Narus pro gnarus. 92
Natio, dea eſt Ciceroni. 13
Necti. 120
Neptunus. 37
Nequa. 110
Nexi in neruo. 121
Nexus & mancipia. 120
Noctiluca. 97
Nocturulus. 50
Nocturnus, noctis deus. 33
Nomenclator. 42
Νόμιμα βαρβαρικά. 113
Noua nupta aquam & ignem tangebat. 32
Noualis ager. 18
Nouare. 18
Nouenarius numerus. 38
Nouendiale ſacrum. 90
Nouenſiles. 38
Nouiſsimus. 94
Nouum, vnde. 94
Nugatorius. 111
Numerus Saturnius. 107
Nuntiare & obnuntiare. 98
Nymphæ querquetulanæ. 26

O

Obſidium & obſcidium. 47
Offa, offula, offarii. 54
Opalia. 88
Opilius vocabulorum antiquorum interpres. 109
Opiſthodomus. 76
Oppilatur. 67
Oppius. 26
Orchitis, quæ & orchas. 53
Orcius theſaurus. 35
Orcus, & orcum. 35
Origines. 29
Ornatus. 62
Os in dictione oſnamentum. 97
Oſca lana ſordida. 110
Oſci, & obſcœni. 110
Oſcilla. 118
Oſſa conſita. 75
Ouidii locus. 83
Locus de Veſtalibus. 108
Metamorph. locus. 102

P

Παγανίζειν. 122
Paganalia. 89
Pagi in vrbe, vt in agris. 89
Palatini. 45
Palilia à Cic. & Athenæo Parilia. 86
Palma in vitibus. 33
Palumbes Iſidoro. 46

Pannuellum. 56
Panther. 50
Panthera quando Romæ primũ viſa eſt. 50
Panus. 51,56
Papinius. 37
Papinius de Venere. 40
Pappus meſsium. 118
Pappus. 118
Parma. 57
Paſtinata. 56
Patellæ imponebant veteres quod diis libabant. 60
Pater patratus. 46
Pectere. 116
Pectinatum tectum. 77
Peculatoriæ oues & peculiares. 48
Pecus inuritur & ſignatur. 103
Pecus,oris:& pecus,cudis. 48
Pedes betacei. 93
Pelamis. 39
Pellis caprina, Iunonis amiculum. 91
Penates dii per Dardanum ex Samothracia in Phrygiam delati,vnde & in Italiam. 31
Peregrinus. 6
  Peregrinus. 16
Perſii vetus interpres. 46
  Perſii locus. 56
Pertinacia vnde dicitur. 5
Peruulgare. 115
Pes magnus. 48
  Pes planus. 48
  Pes ſcaurus. 112
Petitor & inficiator. 82
Petronius. 36
Ψηφοκλέπται. 48
Pici. 114
Pilani. 47
Pilarii. 48
Pindarus. 105
Πλῶος. 56
Πιθοίγια. 86
Plautus bacchidib. 37
  Locus. 57,79,86,102,110
  Locus Aſin.& Milit. 117
  Locus Aulularia & Curculione. 114
  Locus Ciſtell.reſtitutus. 118
  Locus Curculione & Caſina. 97
  Locus emendatus. 111,114
  Locus in Rud. 35
  Locus Moſtell. 95
  Locus Pſeudolo. 94
  Locus Penulo. 111,121
  Aſinaria. 42
  Plautus. 39
  Captiuis emendatur. 53
  Caſina. 40
  Initio Ciſtell. 37
  Moſtellaria. 63
  Penulo & Aſinaria. 36
  Rudente. 36
  Trinummo. 36
Plinius. 24,34,38,39,40
  Locus emendatus lib.32. 40
  Emendatus libro 18. cap. 19. 18
  Emendatus. 34
  Lib.2. 37
  Locus. 81,95
  Locus de Coclo. 12
  Locus de Myrmecide. 101
Plutarchi locus. 92
  Locus de vmbilico terræ. 104
  Locus in quo malè ſcribit καρποκράτης pro ἁρποκράτης. 30
Pœnio pro punio. 81
Pœnitere. 81
Polenta Græcorum cibus. 51
Pollucere. 93
Polluces. 37
Pollu‍ctum. 93
Pollulum. 79
Polubrum. 58,61
Polybius. 42
  Locus. 58
Pomœrium. 70
Pomona. 108

Pompa. 73
Pomponius. 42
Pons ſublicius. 43
Pontifices. 43
Populifugia. 87
Porca. 20
Porci immolabantur Cereri. 49
Porcopor. 49
Πορφυρεύω. 56
Porta vrbis. 69
Poſtulatio. 71
Poſtulationes decernere Cic. 71
Pote pro poſsibile. 43
Πότος. 60
Præcingere. 64
Prædia. 21
Prædes. 21
Præfamino. 94
Præficare. 50
Præſtigiator. 48
Præuerbia. 91
Prenſari. 48
Primigenia verba. 91
Princeps. 27
Principũ armatura & Triariorum. 47
Probi locus. 82
Procilius. 71
Πρόχους. 61
Prodicere diem. 94
Propertius. 50
Propter viam facere. 34
Proſecari. 54
Proſectum. 54
Proſerpens beſtia. 36
Proſerpina, Iuno inferna. 35,36
Proſicium. 54
Protinam. 122
Puls Romanorum & Italorum cibus. 51
Pultifagonidem dixit Plautus pro Rom. aut Italo. 51
Puppus. 106
Puteoli. 22
Puticuli. 22
Pythagoræ ſententia de hominis parte genitali. 104

Q

Quadrans ratitus. 24
Quæſtores. 42
Quatuor cauſæ in literis. 7
Quinquatruum. 86
Quintiliani Luperci. 45
Quirinalia ſtultorum feriæ. 83

R

Radix. 50
Randuſcula. 77
Ratio aciei inſtruendæ apud Romanos. 47
Redandruare. 45
Refici. 80
Religioſi dies. 90
Reſpondere. 96
Retraheret 7
Rex. 8,9
Rica. 63
Ricinium. 66
Ricula. 63
Ρόγοι. 51
Roma à quo condita. 15,16
Rorarii. 110
Roſtra. 74
Rubigalia. 87
Ruffuli. 42
Ruta, ῥύτη. 74

S

Sacra Idulia. 26
Sacra via. 26
Sacrarium. 25
Sacrificantur pro ſacrificant. 87
Salacia. 37
Saliorum carmen. 101
Salluſtii locus. 11,72
Saltus. 17
Samnites gladiatores. 69
Samothraces. 31
Sanctum. 34
Sanctus deus Sabinorũ Sancus. 34
Sanctus, Hercules. 35
Sarrire. 122
Sartum vnde. 95

Saturnus à Satu, Varroni: Ciceroni, quòd annis ſaturetur. 33
Saturnalia. 88
Saturnia terra, Italia olim dicta. 23
Saxum Tarpeium, vnde præcipitabantur periuri. 21
Scæna & ſcena. 117
Scæuum & in bonam & in malam rem dicitur. 113
Scalæ Deum penatium. 71
Scæua. 118
Scæua res. 119
Scæptrum & ſceptrum. 118
Scæuola vnde. 119
Sceptius mons. 27
Schænum. 111
Σκιαθήρας. 84
Σκιαθηρικὸν horologium. 84
Scindere. 36
Σκηνή. 117
Scraciæ. 112
Screa. 112
Scriptura. 19
Scrupea. 112
Scutum. 57
Securiclata & ſcandulata. 40
Sedere, id eſt, feriari. 86
Segeſtria. 78
Sembelia. 80
Semicinctium. 57
Semina. 17
Sementinæ. 89
Semperuiuum. 62
Senaculum. 75
Senacula Romæ erant tria. 75
Seneca. 42
Seneca lib. 15 epiſt. 40
Septem ſtellæ. 114
Septentriones. 114
Septimius Florens. 38
Septimontium. 22
Septimontium feriæ. 89
Serere auſpicium, ſermonem, rumorem. 16
Seruii locus de furcis. 58
Seruii opinio. 46
Seſquiſenex. 106
Sextertium. 21
Sigalion. 30
Sillius citatur. 34
Simplares armaturæ. 47
Simpulatrices mulieres. 113
Simpulum. 61
Sirpata dolia. 67
Solus & ſolum. 84
Sors. 83
Spectacula. 73
Sperata. 96
Spondere veteribus fuit dicere. 96
Σπονδοφόροι. 46
Sponſi. 96
Statutus. 89
Στέμματα. 44
Στεφανηφόροι. 44
Στῆλαι. 70
Stipem auferre. 83
Stipites. 58
Stipites demiſsi. Cæſ. li. 7. 70
Stipendiarii. 83
Stipendiarium. 83
Stirpes animalia philoſoph. 50
Stoici philoſophi. 9
Stoici verborum etymologiã ſcrutantur. 85
Strebula. 113
Strebula vnde. 113
Striatæ. 40
Strictare. 112
Strictillare. ibid.
Suæ ſpontis homo. 96
Subſtructus. 74
Subtemen. 56
Suerum pro ſuum. 53
Suetonii locus. 47
Suffibulum. 88
Sulcus. 20
Sulco. 20
Sulco quinto, aut ſexto, aut nono ſerere. 20
Summanus. 71
Suprema. 10

Sopparus. 64
Sulus. 76

T

Taantes. 31
Taciti locus. 45
Tantulus. 99
Tartarinus. 108
Tatii & Titii ſodales. 45
Tatienſes, Titiẽſes, Titii, Tatii. 30
Taurii ludi. 74
Tegus & tergus. 53
Terentius. 36
Terma. 47
Termentum. 14
Terminalia. 85
Teruncius. 80
Territorium. 13
Tertulliani locus. 34, 62
Teſca. 103
Teſca & templa. 103
Teſtu vt teſtum. 52
Teſtudinata. 77
Tetræ palumbes. 46
Teucer Liuii & Pacuuii. 101
Thelis pro Thetis. 115
Theocritus. 39
Theſauri. 82
Θρία. 52
Thrinſare. 120
Thrium. 52
Tuſcanicum cauum. 77
Tuſci. 77
Tiberinus. 37
Tibulli locus illuſtratus. 56
Tigris quando Romæ viſa primúm. 50
Togata & eius ſpecies. 87
Τόποι. 11
Torulus. 79
Trabeati. 45
Tractatio. 7
Tragula. 57, 68
Tragularii. 57
Traha, trahea, tragula, trahula. 68
Trama. 56
Trameat. 56
Trebellii locus explicatus. 44
Tribulum & tribulare verbum. 14
Tribuni. 41
Tribus iure vocatæ. 30
Tribus 35 erant. Vrbanæ 4, triginta vna ruſticæ. 30
Tribus vrbanæ 4. 25
Triens tertium pondo. 80
Triones. 114
Triumuiri de quibus cognoſ. 42
Truæ. 58
Trulla. 58, 59
Trulleum. 59
Τρυβλίον. 58
Tubiluſtrium. 73
Tubus, Tubicines. 58
Tullianum. 72
Tunica ferrea. 57
Tunica adamãtina Horat. 57
Turdelicius & Turdelicus. 84
Tutelina. 34
Tutilina dea. 77
Tutulati. 108
Tutulum. 108

V

V ſæpe in B mutatur. 55
Valerius Soranus. 108
Vallum vnde. 68
Vannus Seruio. 68
Varicare. 58
Vas. 97
Vectigalia pop. Rom. portoria, ſcripturæ, decumæ. 19
Vehiculi duplex etymolog. 68
Vela vnde. 63
Velabrum maius & minus. 24
Vellaturam facere. 24
Vellimina. 29
Venilia. 37
Ventilabrum. 68
Ventilatores. 48
Veneriæ. 40
Venus Cluacina. 38
Venus victrix à vinciendo vt victoria. 33

Venus vnde dicatur Varroni. 33
Vereilia & Virginalia. 40
Verſus Saturnius. 107
Veſper. 109
  Veſperum. 109
Veſtimenta muliebria. 65
Veſtis vnde. 63
Veterem memoriam à Saliis cani & Mamurium veturium cantari. 92
Vetuſtas. 6
Viæ. 70
Vici. 70
Victor. 9
Victoria. 9,122
Vinalia. 86
  Vinalia priora & poſteriora. 86,87
  Vinalia ruſtica. 87
Vinum legere. 48
  Vinum pendens. 87
  Vinum pro vua. 87
Viocurus. 8,75
Virgilius. 35
  Locus. 51,103,118
Vitam cernere. 98
Vitruuius vmbilicum hominis medium dicit. 104
Vitula. 122
Vitulari. 122
Viuum linum Plinio. 65
Vls. 43
Vmbones. 57
Vnguenta. 99
Volucres vnde dicuntur. 39
Volupiæ templum. 78
Vrbs aratro condebatur & diuertebatur. 69
Vrnarium. 82
Vrnat. 62
Vruum. 62,67
Vulcanalia. 87

Y

Ὕβοὶ & ὕβωμα. 57

Z

Zenonis opinio. 32

F I N I S.

PETRI VICTORII
Explicationes ſuarum in Var-
ronem caſtigationum.

PETRI VICTORII EX-plicationes ſuarum in Varronem caſtigationum.

IN M. VARRONIS LIBRVM I De re ruſtica.

ACCESSIT tribus quorum fidem maximè in Catone expurgando ſecutus ſum, quartus quidam amici & familiaris hominis, qui in Varrone comes illis adiungitur, & non negligenter à nobis in hoc munere obſeruatus eſt. Illum autem, quanuis priſcis temporibus exaratus non fuerit, paruifaciendum non putaui: nam domi doctiſsimi & clariſsimi viri, vt in eo quoque adnotatum eſt, Guarini Veronenſis Ferrariæ exſcriptus fuit: vt facilius etiam à natali loco fides ei habenda ſit. Non enim ab iiſdem exemplaribus, quibus noſtri, profectus eſſe poteſt: aut quando cum libris noſtris cõſentit (quod ſæpenumero facit) id aſturè facere, & cõſilio aliquo fraudis cum illis inito exiſtimari debet: ſed vt incorruptus teſtis, quòd in veritate ab aliis prauè diſcrepare nolit. De aliis plurimis, qui aut ex eodem fonte orti, aut mendoſè ſcripti ſunt, mentionem non faciam: nam aut ambitioſus in citandis teſtibus viderer, aut ſtudioſis ſine vlla vtilitate faſtidium adferrem.

Inſcriptionem trium M. Varronis librorum à me in optimis codicibus inuẽtam ſecutus ſum: nam indices quibus declaratur quid ſingulis partibus horũ ſermonum cõtineatur, non omnes veteres ſunt. Primi enim tãtùm libri in manu ſcriptis exemplaribus reperiũtur, & ii loco quo à me poſiti ſunt collocati:

ſecundi ac tertii indicum in iiſdem veſtigium nullum.& ſanè ſiquis accuratè animaduertat,non valde elegantes ſunt. Quare à recentioribus additos puto: ob idque ad eos,vt adulterinos,notam adpoſui.

Pag. 3. QVOAD viuam.] In antiquiſsimo exemplari hîc & aliis locis paſsim Quaad , pro Quoad: vt in hoc libro,*Et quaad perareſcat furcillis uerſari.* In II, capite II, *Quaad refrigerato aere ueſpertino.* Paulo pòſt, *Et rurſus paſcunt quaad contenebrauit.* Nec multò infrà, *Quaad conualuerunt.* Rem nouam hîc adnotaſſe contentus,nihil immutaui.

4 INDICABO a quibus ſcriptoribus reperias.] Optimi exemplaris diuerſitas,locutioniſque nouitas ſcrupulum mihi iniecerũt, ne aliquod hîc mendum lateat. ſed ne antiqua quidem ſcriptura omni labe vacat. Reperitas enim habet. Quare videant eruditi an Repetas legendum ſit: ipſis enim rem dubiam incertam relinquo.

5 DADIS,Dionyſius,Euphiton,Euphorion.] Duo,niſi fallor,erãt in his verbis magna errata:nanque, *Oades , Dionyſius* περὶ φυτῶν, &c. antea legebatur, Refert autem ſcriptores rei ruſticæ per ordinem literarum. Vera igitur eſt antiqua lectio , niſi aliquid mendi in tertio nomine ſit. nam proprium nomen illud eſſe omnino credo, nec περὶ φυτῶν vllo pacto legi debere puto. Idem error apud Columellam erat: qui totum hunc locum à Varrone acceptum,iiſdem penè verbis pertractat :niſi quòd in manu ſcriptis Columellæ exẽplaribus nõ Euphiton , ſed Euethon, eſt. Maluimus tamen in re incerta (neque enim in nomen huius rerum ruſticarum auctoris vnquam incidi) M. Varronis codicum fidem ſequi, quàm Columellæ.illos enim fideliores experti ſumus.

6 SEMENTIVIS feriis,&c.] Ita ſemper ſcriptum in his libris inueni. nam paulo item pòſt, *Num*

feriæ ſementiuæ. Aqud Catonem etiam, Pira Volema, Anitiana, & Sementiua.

7 SOL ſi perpetuo ſit, aut nox.] Eũdem locum, quem hîc adducit Varro, intelligit (vt opinor) Sex. Pompeius, cùm inquit, Torrens principaliter pro exurens ponitur. vt eſt apud Pacuuium in Antiopa, *Flammeo uapore torrens terræ fœtus exuſſerit.* Verba tamen non parum diuerſa.

7 SI NON diffinderem meo inſititio ſomno meridie.] Hic locus turpiter fœdatus erat in omnibus excuſis libris: nos in manu ſcriptis antiquiorib⁹ penè integrum inuenimus. Hoc tantùm in illis vitii erat, quòd Somnu, pro ſomno, ſcriptum erat: quam maculam dum tollere voluerunt ſiniſtri quidam emendatores, magis locum inquinarunt. Elegantia horum verborum, & ſententiæ etiam ipſius ſplẽdor hanc ſine multo noſtro labore caſtigationem confirmat. Inſititiũ ſomnum μεταφορικῶς appellat, meridianum, qui tanquam inſeritur & adnectitur longo illi ſomno noctis. nam Diffinderem, diuiderem ſignificare, perſpicuum eſt. Eãdem ſententiam, parum immutatis verbis, pronuntiauit libro III. cùm inquit, Vbi æſtate diem meridie diuidere ſoleam.

7 QVI viritim cis Ariminum datus eſt.] Sic locum caſtigauimus. Antiqua lectio, *Cæſarem inundatus eſt.* Excuſi antea codices inter ſe diſcrepabant. in aliis enim, *Cæſennatibus datus eſt:* in aliis, *Cæſare iubente datus eſt*, legebatur. Eruditi & ingenioſi viri nunc cogitabunt noſtráne coniectura melior ſit. nam aliquid omnino libertatis adſumendum fuit, ſi locum corrigere velles. deprauatus enim manifeſtò erat. nos autem modicè ea, vt opinor, vſi ſumus.

8 CONTRA auream imaginem.] Optimus omnium codex hac parte mendoſus eſt. ſic enim in illo, *Contra aurum imago.* Receptam lectionem retinui:

veterem tamen notam ſtudioſis eſſe volui.

8 ILLI interea ad nos. Et Stolo, Num &c.] Multa hîc reſtituimus, ſecuti fidem optimorum codicum. in quibus aliqua licẽtia vſi ſumus, nũc exponemus: ne ſi noſtra ſedulitas probata non fuerit, noſtra culpa vetuſti libri infamentur.

8 NAM non modò ouũ illud.] Antiqua lectio, *Nam non modò cum illud.* Ouũ caſtigauimus, ex his quæ ſequuntur. Credimus enim in hac re iocari Varronem, ſiue Agrium potius qui loquitur. Quòd ſi ritũ illum apud aliũ auctorem expoſitum inueniremus, manifeſtius tota res intelligeretur.

9 DVM id nobiſcum vnà videatis.] Antiqua hæc eſt lectio, ne minimum quidem immutata. ID autem ouũ, intelligi debere arbitror, VIDEATIS. Nam paulo antè, *Sed ne illud quidem ouum uidimus.* Ambæ autem hæ voces in excuſis libris immutatæ erãt.

9 AD TE enim rudem eſſe.] Vetus hæc eſt lectio. fortaſſe Ad te, pro Apud te: vt in II de Oratore, Tum cùm ille dubitaret, quòd ad fratrem promiſerat. Nam quod huic ſententiæ reſpondeat, paulo pòſt Fuiſſe, ex iiſdem antiquis legimus.

10 COLONVS in agro ſurculario ne capra natum paſcat.] Ita emendaui ex vetuſto codice, & ex illo loco libri II, *Ne colonus capra natum in fundo paſcat.* Nam veteres libri aliquantulum deprauati. ſic enim habent, *Ne capra tum paſcat.* Prima igitur ſyllaba huius verbi Natum, defecerat.

10 IN ARCEM non inigi.] Inigi, quemadmodũ eſt in antiquis libris, ſcripſi: quo verbo ſæpe M. Varro vſus eſt. Sex. Põpeius, *Inigere pecus, eſt agere.*

11 AVT alia metalla.] Veteres libri hac parte inquinati, *Aliam & aliam & alia.* caſtigauimus, *Alia & alia metalla.* eſt enim nõ parum elegans modus dicendi. Catullus, *Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia.*

11 SED id modò quod ex ſatione] Ita cõiectura ducti emendauimus. recepta lectio ſententiæ repugnare videbatur. Hic locus in eodem hoc libro nõ parum iudicium noſtrum adiuuat. Quoniam fructum, inquit, arbitror eſſe fundi eum qui ex eo ſatus naſcitur vtilis ad aliquam rem. Doctiores tamẽ hoc videbunt.

12 VEL Tarquennã audiui,] Vet⁹ hæc eſt lectio. Tarquenna, nomen (vt arbitror) propriũ anagnoſtæ.

12 IN MEIS pedibus.] Quãuis hîc manu ſcriptos cum excuſis codices conſentire inuenerim, quod tamen ipſe cogitaui, aliis narrare libet. Vereor ne tres hæ voces abundent, & potius declaratio aduerbii illius quod paulo antè poſitũ eſt, quàm Varronis verba fuerint. vt cùm ante dixerit, *Salus hîc maneto:* aliquis ſupra mediã vocem, vt vbi ſalutem manere vellet apertius intelligeretur, addiderit, *In meis pedibus*. Iudicium etiam meum, vt opinor, adiuuat, quòd ſi hæ voces illinc deiiciantur, duo illa membra cantionis parem propè numerum ſyllabarum habebunt, & ſimiliter deſinent: quæ res in huiuſmodi rebus curioſè quæri ſolent.

14 QVI inſcribũtur *φυτῶν ἱστορίας*, & alteri *φυτικῶν αἰτιῶν.*] Vetus hæc eſt lectio, ne parum quidem à nobis immutata. Ita ſæpe à veteribus auctoribus libri Theophraſti citãtur: quod ex Athenæo multis locis cognoſci poteſt: quanuis nunc in excuſis libris aliam inſcriptionem habeant.

16 QVI ſurſum magis hieme.] In manu ſcriptis hîc Suſum & Deoſum ſine r, quemadmodum ferè ſemper. nos conſuetudinem noſtri temporis ſecuti ſumus. Docent tamen grãmatici & Surſum & Suſum veteres dixiſſe.

20 ACRATOPHORON vinum.] Antiqui libri veram lectionem retinẽt, *Acratophoro.* Eſt autem

Acratophoron vaſis genus. Cicero de Finib. libro II, Ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm proegmenis & apoproegmenis concedatur.

21 ITAQVE in Veiis, vt in Pupinia.] Veteres libri hac parte corrupti. cõmunem lectionem multis de cauſis non probamus, eámque ab aliquo emendatore repoſitam arbitramur. Modus loquendi quo infrà vtitur Varro, aperit hìc aliter legi debere: vt cùm ait, In agro pingui, vt in Hetruria, &c. in mediocri autem terra, vt in Tiburti. Nec tamen locum reſtituere potuimus. Macrum ſterilémque agrum eſſe Pupiniam, docet Cicero contra Rullum.

22 IS MODVS acnua appellatur.] Hanc lectionem in omnibus antiquioribus libris inueni. nam cõmunem peruulgatámque, inanem puto. Columellæ veteres codices in illo loco libri V, Sed hũc actũ prouinciæ Bæticæ ruſtici agnam vocant: agnuã ſcriptum habent: id eſt, eodem modo quo hîc Varronis priſci codices. nam c in G, ac cõtrà, facilè commutabant veteres librarii. Veterem igitur ſcripturam illic quoque reſtitui. Quòd niſi addidiſſet Columella, actum illum à ruſticis prouinciæ Bæticæ ita appellatum, cùm M. Varro tradat Latinè acnuam vocari, omnia, vt arbitror, conuenirent. Ego quod potui ad hunc locum illuſtrandum præſtiti.

22 QVOD habet ſcrupula CCLXXXVIII, quãtũ as.] Hæc eſt vetus eadémque ſyncera lectio. Quàm corrupta communis eſſet, facilè perſpici poteſt. nam hunc locum reſtitutum mirificè adiuuare ſtudioſos literarum in ponderibus ac menſuris intelligendis perſpicuum eſt. Vnciam XXIIII ſcrupula habere, omnes nouerunt, & ex XII vnciis, quæ aſſem conficiunt, ſummam illam ſcrupulorum confici, patet. Vnde verè M. Varro tradidit iugerum habere ſcrupula CCLXXXVIII, quãtum as. Quod tamen ad

orthographiam pertinet, ambobus locis ſcripulum i, non u, prima ſyllaba habet.

22 ANTIQVVS noſter ante bellum Punicũ, &c.] Locus, vt arbitror, egregiè reſtitutus, in antiquioribúſque libris fideliter cõſeruatus. Vnum tantùm erat quod improuidos lectores turbare potuit, &, vt ſuſpicor, anſam tot erroribus præbuit. Antiquos enim ſcriptum erat antiqua conſuetudine, quæ multum in his libris retenta eſt: nam Ouom, Auos, Equos, paſſim pro Ouum, Auus, Equus, ſcriptum eſt. De ſententia dubitari non poteſt: nam Sext. quoque Pompeius inquit, *Centuriatus ager in CC iugera deſcriptus, quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit.*

23 QVAE duplicata eſt quadrata in omnes quatuor partes.] Manu ſcripti libri, *Cẽturia eſt quadrata &c.* Quæ ſi mendo vacat lectio, intelligit M. Varro centuriam illam quæ vetus nomen habebat, quanuis ſummam iugerum duplo maiorem haberet. Et ſanè veriſimile eſt ita loqui Varronem, quemadmodum etiam Sext. Pompeius facit. quanuis enim non oſtẽdat ſe loqui de duplicata, ea illi tribuit quæ duplicatæ conueniunt. tunc enim omnes, centuriam cùm audiebant, duplicatam (quanuis nihil adderetur) intelligebant. *Centuria*, inquit Sextus, *in agris ſignificat ducena iugera.* In v de lingua Latina M. Varro, quo loco rationem nominis reddere debuit, totam rem explicauit: *Centuria prima centum iugeribus dicta, pòſt duplicata retinuit nomen.* Vt arbitror, nonnulli correctores, cùm centuriæ nomen attenderent, nec cogitarent Varronem conſuetudine loquendi ſui temporis vti, mendum eſſe ſuſpicati, verba commutarũt. Nam vix fieri poſſe puto vt in aliquibus peruulgatam lectionẽ manu ſcriptis codicibus inuenturus non fuerim, ſi illa vera huius loci ac germana eſſet. Quod volent tamen de hac re docti viri iudicabunt.

23 LATERA longa pedum ∞ ∞ C.] Cùm ſtudium meum exprimendæ antiquitatis non bene percepiſſent operæ quæ poſtea libros excuderūt, integrum hunc locum deprauarunt. Quibus enim notis ſumma pedum, quæ centuriam conficiunt, in optimo exemplari deſcripta eſt, iiſdē in noſtro codice deſignari volebā. Sic autē in illo ſcriptū eſt, *Pedum* ∞ ∞ C Ɖ. typographi priores lineā qua poſtrema litera diſſecta eſt, lituram eſſe credentes, vt arbitror, literam totam tanquam à me deletam, reliquerunt, falſúmque numerum pedum poſuerunt. Neque hoc tantùm hoc loco fecere, ſed in tertio etiam libro in eadē re lapſi ſunt. quo facilius quid eos deceperit ſuſpicari potui. Ita enim ille quoque locus legi debet, capite 5, *Longum* P. ƉCCCCL. Non ſolùm autem hāc notam in fideliſſimo Varronis codice, ſed in aliis etiam priſcis monimentis inueni: vt Romæ in vetere lapide, qui laudes Dioclis agitatoris exculptas habet. Eſt autem in volumine Epigram. ant. vrb. 17, exſcriptus. Duo igitur hi loci corrigēdi: nec ſedulitas mea ſtudiúmque renouandæ vetuſtatis reprehēdendum: quamuis res hîc aliorum culpa malè ceſſerit.

23 SIN COGARE ſecundū flumen ædificare, curandum ne aduerſum eum ponas.] Ita habent antiqui libri: quæ ſi recipitur lectio, reſpondit M. Varro alio genere ac ſuprà vſus fuerat flumini. nam magis vſitatè dixiſſet ID, non EVM, tanquam ſi fluuium aut amnem antea poſuiſſet. Sentētia ſanè idonea eſt. Idem etiam ſignificare volens Plinius, inquit, neq; iuxta paludem ponēdam eſſe, neque aduerſo amne. In peruulgata lectione mendū eſſe, facilè omnes qui attentè perſpicient, videbunt. nā & rei ipſi & iis quæ ſuprà tradiderat Varro, ſententia ipſius repugnat. dixerat enim villam ad exortus æquinoctiales aptiſſimam eſſe. Eurum autē ab ortu ſolis flare quis neſcit?

ventóſque qui inde ſpirant ſaluberrimos eſſe? In ſecundo etiã libro Geoponicon Didymi nomine hæc legũtur: *τὸ δὲ πᾶν σχῆμα τῆς οἰκίας πρὸς ἀνατολὰς ποιητέον, καὶ τὰς θύρας. οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ἄνεμοι πνέοντες, ὑγιεινότεροι.*

24 FRVCTVS, vt eſt vinum, &c.] Totum locum ad veterem lectionem reduximus.

24 SE QVIETE reciperare.] Antiqua hæc lectio: quæ (vt arbitror) multo elegantior eſt illa quam deiecimus. Reciperare, reficere hîc ſignificat.

25 QVOD enim infertur recens minus bonũ:] Longè diuerſa priſca lectio, vel potius totus locus in antiquis inquinatus. eam notam faciemus, ſi fortè ex iis veſtigiis reſtitui locus poſſit. Quis enim ſcit an cõmunis hæc & peruulgata ex ingenio repoſita ſit? quod ſæpe in his libris factũ animaduertimus: *Quod enim quam recens, quod confacuit melius.* Ita in melioribus. nam in ſemiuetere pro Confacuit, Conflauit legimus. cætera eadem erant.

26 ET PAVIMENTO procliui in lacũ, quod ſæpe, &c.] Antiqua hæc lectio. nã quæ in medio plura verba poſita erant, in nullis à nobis manu ſcriptis inuenta ſunt. ea declarationem alicuius fuiſſe arbitramur. Quod tamẽ verbis illis declaratur, ſine ipſis intelligi pulchrè poſſe manifeſtum eſt.

27 PRAETEREVNTIS laſciui non metuet facem ardẽtem.] Verbum Viatoris, quod ante vocẽ prætereuntis erat, inde ſuſtulimus. nam in veteribus libris à nobis inuentum non eſt, & hîc poſitum nimis otioſum foret. nam ſine illo Prætereuntis idem ſignificat. Libro VI de lingua Latina M. Varro, *Et ideo ſecundum uiam, quò prætereuntes admoneant, & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales.*

15 NE FAMILIAE rixentur cum vicinis.] In excuſis omnibus & manu ſcriptis ita legi: verùm

ſi Nonium audias, aliter locus legi debet. affirmat enim ille M. Varronẽ hîc Rixent ſcripſiſſe. cùm enim de contrariis generibus verborum differeret, docuit Rixat, pro Rixatur, à veteribus poſitum fuiſſe: pluréſque locos Varronis, vt hoc probaret, ad teſtimonium vocauit. poſtremus autem hic eſt, *Ne familiæ rixent cum uicinis.* Quanuis enim in excuſis, De rerum natura libro primo, ſcriptum ſit, lapſus hic fuit librarii: & Rerum ruſticarum libro primo, manifeſtò legi debet. nam ita ſæpe in inſcriptionibus librorum, & aliis etiam partibus, apud Nonium peccatum eſt: vt huiuſcemodi menda minimè perturbare nos debeant.

27 QVOD vbi id pote, vt ibi: quod eſt campus, nulla potior.] Ita habent antiqui libri, quam veram eſſe lectionem puto, etſi diligens librarius mendoſam putauit, ad eámque notã adpoſuit: poteſt tamen fieri vt falſò eam ſuſpectam habuerit. Duriuſcula ſanè locutio, quales non paucæ ſunt huius auctoris: ſententiam tamen & plenam & bonam habet. nam Pote appellaſſe ſæpe veteres, quod poſteriores Poſſibile dixerunt, ſatis planum eſt.

27 ACCOLIT aliquot corbulas vuarum.] Apud Nonium, qui hunc locum adducit, Cogit, legitur: mendoſè tamen, vt puto. nullus enim liber tot mendis ſcatet quot Nonius.

29 VT QVERCVS, ſic iuglandes, &c.] Ita ex ingenio emendaui: ſpero ſanè caſtigationem hanc ſtudioſis viris probatum iri. Volui tamen puſillum licentiæ, quo vſus fueram, aperire. nam in antiquiſſimo & optimo libro Iugulandes ſcriptum obſeruaui: vt in illo etiam loco in eodem hoc libro, Nuces iugulandes in harena.

30 QVOS obæratos noſtri vocitarunt.] In manuſcriptis *Obærarios*: mendosè tamen, vt puto. ita-

que receptam lectionem conſeruaui, libro VII de lingua Latina, Vt ab ære obæratus.

30 ET MORE incolarum è nouitiis requiſito.] Corruptiſſimus locus in antiquis exemplaribus, & quæ in illis leguntur, non parũ ab his diuerſa ſunt. Omnibus ingenii viribus contendi, ex priſcis veſtigiis veram lectionem indagare, nec quicquam tamẽ profeci. ſagacioris ingenii alii, quod adipiſci non potui, fortaſſe conſequentur. Vetus lectio, *Et in eo eorum è nouitiis reliquiſitio ad priorem*, &c.

30 FACILIVS enim his quàm minoribus natu.] Veteres libri hac parte perturbati, & fortaſſe vitioſi, *Facilius enim ij, quàm minore*, &c. niſi, Ei quàm minori, legendum ſit: quod tamen durum eſſet. antea enim numero multitudinis de villicis locutus fuerat, & id ſtatim etiam fecit. Præterea infrà, vbi de operariis ſermo eſt, vnitatis numero in illis legitur Imitetur, & Animaduertat. vbi autẽ de his qui præſunt, non multo pòſt, Illis, & Coerceant: contrà ac in impreſſis. quæ nos omnia reliquimus, & tamen adnotare voluimus.

31 AD INIICIENDVM voluptatem.] Idẽ de hoc loco dicere poſſum quod de proximo ſuperiore. Vetus lectio, *Iniciendum uoluptatem præfectorum honore aliquo habendo, & de operariis qui præſtabunt alios.* Fortaſſe pro Voluptatem, Voluntatem legendum eſt. has enim voces ſæpe imperiti librarii confundebãt, vt in Quintiliano quoque libro VIII (ita enim arbitror locum illum legendum) Quæ corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam obuia voluntate non poſſet. Et in Lucretio: nam ſic locus deprauatus in ſecundo libro reſtitui debet,

Libera per terras, unde hæc animantibus extat,
Vnde eſt hæc, inquam, fatis auulſa uoluntas?
Per quam progredimur, quò ducit quenque uoluptas.

Eædem igitur hîc quoque voces inter ſe locum cõmutarant, & in cunctis impreſſis libris vitium antea erat, quod ſententiam per ſe parum planam, magis etiam obſcurabat. Agit enim ſummæ eloquentiæ & artis poeta, de declinatione atomorum, qua Epicurus ſempiternum motum interruperat, & animis hominum libertatem acquiſiuerat. Voluntatem hîc liberam appellat Lucretius, quod Græci τὸ ἑκούσιον vocant, per quam fati neceſſitatem & perpetuam illam cauſarum ſeriem refellit. Cùm enim homines illuc ſe ferre poſſint quò animus inclinat, atque inde diſcedere vnde idem auertit, omnis illa vis fatalis inanis eſſe intelligitur. Plurimis autem de cauſis, ac pro maximarum rerum introductione, declinationem hanc excogitauit Epicurus: non minimum, vt improbis ac facinoroſis hominibus facilem ſui purgandi rationem eriperet: illuc enim omnes confugere conſueuerunt, & ſuorum flagitiorum culpam in fatum reiiciunt: quòd ſibi neceſſitatem peccandi impoſitam eſſe dicant, nec ſe vllo pacto poſſe contra fati leges repugnare. Veritus igitur ille ne facinoribus ſuis homines hoc pacto veniam impetrarent, fatum ſuſtulit, & animos noſtros liberos eſſe declarauit. quod Lucretius poſtremo verſu ſignificauit,

Per quam progredimur, quò ducit quenque uoluptas.

Per quam, liberam ſcilicet voluntatem, deferimur illuc quò appetitio & alicuius rei deſiderium nos rapit. Huius emendationis me admonuit Franciſcus Medices, iuuenis ingenio, doctrina, probitate inſignis, & qui ad magnarum rerum atque artium ſcientiam, adiunxit hanc quoque elegantiſſimi poetæ cognitionem. nam eum accuratè legit, & vnus omnium omnes ipſius ſenſus optimè percepit. quod verius me aſſerere poſſe arbitror, cùm & ipſe quo-

que in Lucretii lectione ac Epicuri decretis mediocriter verſatus ſim. De hac autem corporum indiuiduorum motione, quam κατὰ παρέγκλισιν Epicurus appellabat, & Cicero in primo περὶ τελῶν, & in libro de fato copioſè diſſeruit: & Plutarchus in commentario, quo oſtendit Stoicos ea decreuiſſe quæ inter ſe non bene hærerent, ac vita etiam factiſque eoſdem à decretis ſuis diſſentire: & in illo ſermone quo diſputantes ingenioſos viros inducit, vtræ animantes prudentiores, quæ in terráne an quæ in aqua degant: necnon in alio etiam commentario, quem ſcripſit de ortu animi, à Platone expoſito in Timæo. Quibus omnibus in locis Stoicos accuſat, quòd cùm puſillam rem, tenuémque, atomum ſcilicet vnam, minimo loci ſpatio de via exire, concedere Epicuro nolint, vt plurimæ atque vtiliſſimæ res fiant, ipſi abſurda multa ac hominibus incommoda moleſtáque effingant. Quanuis enim Epicureis Plutarchus aliis temporibus non valde æquus eſſet (vt qui tamen maiore odio aduerſus Stoicos flagraret) rem quam non valde probat, contra illos defendit, ac multo tolerabiliorem quàm commenta ipſorum eſſe tradit.

31 DE FAMILIA: Cato dirigit.] In antiquiſſimo libro, & hìc, & aliis in locis, hoc verbũ E in prima ſyllaba habet, quemadmodum ſanè veteres ſcribebant. cuius rei argumentum etiam eſt etymon quod habet verbum Derectarii. id autem in XLV libro Pandectarum eſt, De extraordinariis criminibus. L. Saccularios, *Item qui derectarij appellantur: hoc eſt, hi qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furãdi animo, plus quàm fures puniendi ſunt.*

32 VT SI ſit confragoſus, &c.] Antiqua lectio diuerſa, *Quod ſi confragoſus atque arduus cliuis.* receptam tamen retinui.

33 IN AGRO Liguſtico montano.]In optimo & antiquiſſimo codice nunquam Liguſtico, ſed aut Liguſco,aut Liguſto. hîc Liguſco. In I I libro Liguſti,de bubus ſermo eſt. In I I I, iterum Liguſcos, *Secundum Italiam contra montes Liguſcos*. Nihil in his tribus locis variaui, priſcam tamen ſcripturam notam facere volui. Quærendum an Liguſcos, vt Hetruſcos, vetuſti ſcriptores dixerint.

34 IN VINEA iugerum c,aſinorum iugum, aſinum molarium.]Ex vetere ſcriptura locum reſtituimus,vnum tantum reliquimus. *Molendarium* enim pro *Molarium*,vetuſtiſſimum exemplar habebat.apud Catonem tamen Molarium. hūc enim ipſius locum exprimit, *Aſinos ploſtarios* I I, *aſinum molarium*. In ſemiuetere codice Molendinarium. quo verbo iuriſconſulti etiam vſi ſunt, & hæc fortaſſe vera M.Varronis lectio. quanuis enim ſententias Catonis recitet, non tamen iiſdem ſemper verbis refert: vt ſuprà. Cato enim aſinos ploſtarios I I, Varro Aſinorum iugum dixit.

34 SED ETIAM qui non ſolùm,&c.]Lectionem eam retinui quam formis olim in hac vrbe excuſi libri habebant. eandem enim in manu ſcriptis inueni,& in peruetuſto in primis,cuius maximè auctoritatem ſequor. nec me latet Venetiis excuſos valde ab hac diſſentire. Opinor autem, cùm locus obſcurus ſit, & fortaſſe decurtatus, aliquem,qui corrigere voluit, vt illi codices habent, ex ingenio reſtituiſſe. Cùm multa autem illic & addita & immutata ſint,tam liberè mihi à priſcis veſtigiis diſcedendum non putaui.

34 NEC NON,ita ſi incidit,vt ſit vitandum.] Antiquiſſimum fideliſſimumque exemplar diſſentit ab hac lectione, quam & in aliquibus excuſis & in ſemiuetere etiam inueni.non tamen & ipſum mēdo

vacat,

vacat, aut certam aliquam ſentētiam habet. Animaduertendum tamen an veræ germanæque lectionis veſtigia illa ſint. nam hac quam ſuprà poſui, non valde delector: & eam etiam nonnulli (nihil tamen melius adferentes) variarunt. Eſt igitur hæc optimi codicis lectio, *Nec non tra ſi incidit*, &c. Vt autē nihil relinquam quod poſſit ſtudioſos adiuuare, videndum eſt an vnius literæ immutatione ita legi debeat, *Nec contra ſi incidit ut ſit uitandum:* hoc ſenſu, Quemadmodū veterani boues è campeſtribus in mōtana loca non deducēdi, ita cōtrà ex duris & aſperis locis nō reformidādum in plana & cāpeſtria deducere. Hoc enim à noſtris etiam agricolis diligenter obſeruari ſolet.

34 IN FVRCAS deſtitutas incluſerit.] Manu ſcripti omnes quos vidi, ita habent. nam formis antea excuſi *Deſtinata* mendoſè legunt. Nonius docet, Deſtitui vetuſtis ſcriptoribus ſignificare etiam rurſus ſtatui: atque id exemplo Næuii gymnaſtico confirmat, In alto nauem iubet deſtitui anchoris. & Cæcilii Symbolo, Deſtituit omnes ſeruos ad mēſam ante ſe. Videndum autem an locus antiqui poetæ qui adducitur à Cicerone in eruditiſsima epiſtola ad Pætum, eodem intellectu hoc verbum habeat, *Ità me deſtituit nudum.* quod tamen non affirmo, vt de re valde incerta & obſcura.

35 ET INTERDIV clauſos dormire.] Verba quæ hæc in excuſis olim ſequebantur, in manu ſcriptis non leguntur: ea autem ſunt, *Cathena iunctos, ut ſoluti acriores fiant.* Videndum igitur an noua ſint, & ab aliquo correctore aut declaratore addita.

35 VT FVNES, reſtes, tegetes.] Totum hūc locum Nonius adducit. Tegetes, inquit, à tegendo. Varro de Re ruſtica libro 1, *Sic quæ fiunt de cannabi, lino, iunco*, &c. Mendoſè tamen apud eum, *de cannebino iuncto* legitur.

36 VINEATICAE opus eſſe ſex, ſirpiculæ V.] Emendandum. *Vineaticæ opus eſſe* X L. Hæc enim ſumma apud Catonem eſt. præterea in optimo exemplari huius lectionis non parua veſtigia remanent, *Eſſe exi ſirpiculæ.* E enim litera inutiliter iterata eſt, & ex I, quod eſt poſt x, faciundum L. ita erit x L. & cum Catonis ſumma congruet.

37 QVAE cibi ſunt maioris.] In excuſis antea libris, *Succi*: in manu ſcriptis omnib⁹ *Ibi* ſcriptū inueni. quare vna addita litera, Cibi, caſtigaui. In ſemiuetere codice poſt Maioris, Virtutis, additum erat, audacter tamen & barbaré. ſuprà enim neque Suci, neque Cibi habebat. quare ita locum ſuppleui.

37 CVM necdum ſiliculam cæpit.] In cunctis manu ſcriptis, *Cum dominus ſilicula n*, inueni: quæ ſcriptura vitium omnino habet, nec tamen temerè omnes arbitror antiquos ab impreſsis diſſentire.

38 VNDE vtendo quid facias.] *Viendo* legi debere oſtendit Nonius, qui vim huius verbi declarans, auctoritate M. Varronis vtitur, & hunc ipſum locum adducit. Peruetuſtus igitur etiam codex hac parte mẽdoſus eſt, in quo Vtendo, legitur. Sed aliud etiam quod non minus perturbat, in eo hîc eſt. nam poſt Vtendo L. poſitum eſt, Vnde vtendo L. quid facias. & contra ea verba in margine mẽdi nota adpoſita. Hæc (fateor) me res multum torſit, ac diu ſolicitum habuit, nec aliquid quod probarem, vnquã excogitare potui. Antea vbi Licinius nomen, in antiquiſsimo L. tantum. vt ibi, *Fructus ſolent diſperire* L. *dubium enim* &c. Item de numero ruſticorum, *Tempeſtati inertiæ, indulgentiæ* L. *horum neuter*, &c. quod quamuis rationem nõ habeat, & culpa omnino librarii commiſſum ſit (neque enim L. Lucilius ſignificat) tamen tolerari poteſt. nam ſermonem ab alio ſuſcipi ſignificat, hîc locum non habet. Hoc in aliis etiam

locis inueni, quæ indicabo cùm ad ea peruenero: neque enim nunc magis turbare lectorem volo.

38 DESITIS ſeminibus.] Antiqui libri *Deſitis*. Receptam lectionem ſuſpectam habeo: nondum tamen, quod libenter ſequar, inuenio.

39 NEQVE propter eas adſerunt vites.] Vetus lectio, *Neque propter eos ut adſerunt, &c.* & paulo ſuprà, *Neque eos creſcere*. Receptam lectionem retinui.

40 ET SIMVL glæbis à ſole percalefactis.] Ita locum reſtitui. antea enim Cauis, mendoſè in omnibus excuſis legebatur. Vetus lectio *Clæbis*. Qui obſeruaſſet cum æ diphthongo glæba ſcribi debere (ita autem in priſcis monimentis hæc dictio ſcripta eſt) nullo negotio potuit locum corrigere. nam C & G paſſim confundunt veteres librarii. Præterea ſententia multo elegantior mirificè confirmat hanc caſtigationem.

41 SVBTILIVS diſcretis temporibus.] Antea, *Deſcriptis*. Mendum ortum, quia in antiquis *Deſcretis*, vetere orthographia ſcriptum eſt, vt in Derigo, Deuertor. Libro II, in iis vetuſtis codicibus, *Ea partes habet nouem, deſcretas ter ternas*. Ille enim locus, & veteris ſcripturæ & intellectus huius verbi valde accommodatum exemplum eſt.

41 PVTARI in primis.] Nihil variaui. diuerſi tamen hìc ſunt antiqui libri: *In pratis* enim habent. Ingenioſiores videbunt an in recepta vitium ſit: mihi ſanè illa aliquantulum ſuſpecta eſt.

42 EXTA deis cùm dabãt, porricere dicebãt.] Sic ex ingenio emẽdaui. antea enim Porrigere, corruptè legebatur. Veteres enim librarios has literas commutare ſolitos, manifeſtũ eſt. Adnotaui in optimo exẽplari Grates, & Alagriores, pro Crates & Alacriores, ſcriptum eſſe: & contrà Vireulta, & Fricora; pro Virgulta & Frigora. Porricere, exta dare, non

Porrigere, antiqui in re diuina facienda vocabant: quod teſtimonio etiam Vergilii confirmari poteſt, qui in V Æneidos,

—extáque ſalſos Porriciam in fluctus,

dixit. nam ita eum ſcripſiſſe nobiles grammatici oſtendunt.

42 QVOD ſi quæ folia amittere.] Ita locum reſtitui, rectè, vt opinor. Vt autem facilius iudicari poſsit, veterem lectionem multùm à peruulgata diſcrepantem, adponam: *Quod ſi quæ folia mittere ſolent antè frondere inciperunt, ſtatim ad ferendum idonea non ſunt.* Primam ſyllabam indefinito tempori addendam cenſui, & pro Mittere, Amittere ſcribendum, vt per quæ folia amittere ſolent, intelligat quæ Græci appellāt φυλλοβολοῦντα. Animaduerti enim M. Varronem ita conuertere ex Theophraſto φυλλοβολεῖν. Reliqua opera noſtra non indigebant: nam integra erant. Sententia autem plana, vt eo reſtituto in antiqua ſcriptura, cætera recta ſint: communis autem vitia perſpiciantur.

42 Vites pampinari, ſed à ſciente.] Græci βλαστολογεῖν appellant. Theophraſtus, quem etiam M. Varro expreſſit, πρῶτον μὲν καὶ μέγιστόν ἐστιν ἡ κλάσις, &c. δεύτερον δὲ καὶ τοῦτον τινὰ τούτῳ παραπλήσιον, βλαστολογία. καὶ γὰρ ἐνταῦθα εἰδέναι τὰ ποῖα συμφέρει καταλιπεῖν, καὶ τὰ ποῖα ἀφαιρεῖν, καὶ πρὸς τοὺς ἑτέρους καρποὺς, καὶ πρὸς τὴν ὅλην φύσιν.

42 EIVNCIDVM enim ſarmētum propter infirmitatem ſterile.] Vetus lectio. In excuſis antea libris *Euincidum*. Duo ſunt loci apud auctorem hunc maculoſi, vt opinor: hic & alter in II libro, vbi diſſerit de paſtoribus: quorum ſiquis alterutrum emendarit, ambos emendarit. Ille tamen, vt videtur, deprauatior: ipſe hunc etiam valde ſuſpectum habeo. cùm ad eum peruenero, accuratius iterum de hac re

diſputabo. nam in ſuperioribus verbis mēdum nullum eſſe puto. Fuerūt tamen qui locum correctione indigere exiſtimātes, multa variarunt, atque id contra fidem priſcorum codicum.

43 EX IN mutatis literis.] Ita ex ingenio emendaui, parua licentia vſus in excuſis, *Ex immutatis.* Exin reſpōdet aduerbio quod ante poſuerat, Primó. Hîc etiam multa longè à vetere ſcriptura in quibuſdam impreſſis libris variata ſunt.

43 EX ALTERA parte.] Veteres libri hîc perturbati. Receptam lectionem retinui, antiquam autem nunc notam faciam, *Ex altera parte parit capreolum. is eſt coliculus uiteus intortus, ut cincinnus: is enim uitis quibus teneat: id qua ſerpit ad locum capiendum quo capiendo capreolus dictus.*

43 OCINVM dictum à Græco verbo ὠκέως, quod valet citó.] Ita legi debere arbitror, & ita in veteribus libris ſcriptū inueni. nam in antiquis quoque Plinii codicibus ſic locus ille legitur, libro decimooctauo, capite XVI, Varro appellatum à celeritate proueniendi à Græco, quod dicunt, oceos. Hîc autem Varronis locus quàm inquinatus ſit apud Nonium Marcellum, facilè omnes videre poſſunt. *Ocinum*, inquit, *quod ocimum dicimus*: Varro de Re ruſtica libro primo.

43 ID EST pabuli ſegete.] In antiquis libris, *Id eſt fabuli ſegete.* Nam ſic etiam non multo antè in iiſdem locus ille ſcriptus eſt, Et nonnunquam fabulia. in excuſis autem, Fabalia.

43 ANTEQVAM genat ſiliquas.] In excuſis *Gerat*, mendoſe: in manu ſcriptis omnibus *Genat*, rectè. Hunc locum deprauarunt qui Geno Latinum eſſe verbum neſciebant, & à vetuſtiſſimis crebrò vſurpatum. Priſcianus libro x, Gigno genui, pro quo vetuſtiſſimi protulerunt. Varro in Andabata, *Sed*

quòd hæc loca aliquid genunt. cuius infinitum paſſiuum, Lucretius in III protulit,

— tanto magis inficiandum, Totum poſſe extra corpus durare, geníque. In libro quoque XXX Pandectarũ, De legatis & fideicommiſ.l. Qui filiabus. ſic locus ille legitur in Florentino exemplari, Siquis ita legauerit, ſi qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. Plurimis autem locis hoc verbum apud Varronem temerè ſublatum fuerat.

43 A QVO quòd indigent potu, poma dicta eſſe poſſunt.] Nonius Potui hîc à Varrone ſcriptum fuiſſe tradit, de numeris & caſibus, 1414. Datiuus pro ablatiuo. Siſenna Hiſtoriarum libro IIII, *Alij ſaltui ac uelocitati certare.* Varro de Re ruſtica libro primo, *A quo quod indigent potui poma dicta eſſe poſſunt.* Communem lectionem conſeruaui, quam etiam in antiquis libris repperi. Habent autem illi hîc etiam L. de quo ſuprà locutus ſum: quæ nota fortaſſe aliqua fuit, quales multas in antiquis libris veteres ponebant. Potuit etiam illa hanc nouam locutionem quam adnotauit Nonius, indicare.

Quod ad veterem orthographiam pertinet, duo hîc admonere poſſumus, Reſicari, & Sicari; hoc capite contra huius temporis conſuetudinem in antiquis libris ſcriptum eſſe: quemadmodum etiam hoc ipſo in libro, vbi de meſſionis generibus agit. *Et manipulum, ut quenque ſubſicuerunt.* & eodẽ loco, *Vt ſtramentum medium ſubſicent.* nam eandem rationem habet, quod (vbi de modis quibus metirentur rura agit) in peruetuſto ſcriptum eſt, *In ſubſicium eſſe unciam agri:* pro In ſubſecium. & quod contrariam rationem habere videtur, *Sagenantur,* pro Saginantur.

44 XL DIE vix exiſtant.] Hæc eſt vetus lectio. antea in excuſis, *Exeant*: quemadmodum ſanè alibi quoque M. Varro locutus eſt, vt hoc ipſo in libro.

Primùm plerunque è terra exit hordeum diebus VII. Potuit tamen orationem velle variare. nam Exiſtere, præclarè hoc etiam ſignificare arbitror. Cicero de Diuinatione libro II, Tages quidam dicitur in agro Tarquinieſi, cùm terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente.

35 TERRA ad ea obruenda puluinos fieri.] Antiqui libri hac parte perturbati. quare communi lectione conſeruata, veterem nunc notam faciam, ſi poſſit aliquam vtilitatem afferre, *Terra adruenda puluinos*, &c. Cætera hìc reſtituta, ex iiſdem libris ſumpta ſunt, & vitio carent.

37 Τριακάδα alii.] Hanc lectionem reſtitui è vetuſtis libris, in quibus ſine vlla macula conſeruata eſt. eam autẽ veram eſſe facilè omnes intelligere poſſunt. *Quem Athenienſes diem* ἕνην καὶ νέαν *appellant* (inquit Varro) *alij Græci* τριακάδα *uocant.* Ariſtophanes lepidiſſimus poeta in hac voce iocatus eſt, in fabula quam νεφέλας inſcripſit: ἕνη γὰρ ἐστὶ καὶ νέα τις ἡμέρα. Interpres ipſius multa de omni hac re & conſuetudine Athenienſium enumerandi dies menſis expoſuit. Quemadmodum autem apud Laertiũ legimus, primus Solon τριακάδα, ἕνην καὶ νέαν appellauit.

37 NI DECRESCENTI luna tondẽs caluus fiam.] Antiqua lectio reſtituta: niſi quòd vetere more ſcribendi illa *Tondes caluos* habebat: ſed N ſæpe relinquere ſolebant: vt, Prægnas, pro Prægnans: contrà autem quandoque addere, vt in Thenſauros. & Caluos, vt Equos, Auos, ſingulari numero, nominandi caſu ſcriptum fuit.

37 AD ALIA in præparando.] Ita locum reſtitui ex antiquis libris. ſic etiam infrà loquitur, *Ad alia arandum.* nec multo pòſt, *Ad quædam bipalio uertenda terra.* Deceperat librarios, quòd hìc præpoſitio Ad, per T ſcripta eſt, At: vt duobus etiam locis

qui conſequuntur. Magis tamen peccarunt quòd Alia hinc ſuſtulerunt.

46 FACIENDI ſcrobes.] Scrobes hîc Varro virili genere dixit, quemadmodum Nonius veteres etiam alios feciſſe oſtendit. nam muliebri quoque genere vocabantur. vbi autem de hac re diſſeruit, inquit, Varro ruſticarum rerum libro primo, Scrobiculum dicit. Scrobiculum ὑποκοριστικῶς in his libris appellatum non memini me legiſſe. quare aut ſub aliquo mendo hoc nomen in codicibus Varronis latet, aut memoria Nonii vacillauit.

46 VSQVE eò vt Theophraſtus ſcribat.] Locus quem intelligit Varro, eſt in primo φυτῶν ἱστορίας, ἡ γοῦν ἐν τῷ Λυκείῳ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν, ἔτι νέα οὖσα περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν.

47 ITA bubus, ac ſuibus.] In antiquis libris Subus, vt etiam illo loco II libri de ſuibus nemini ignotum. Conſuetudinem tamen noſtri temporis retinui, etſi ſcio doctos viros huius ætatis hanc orthographiam probaſſe & ſecutos eſſe.

47 ROBVSTA aliqua materia.] Antiqua hæc lectio. antea *Robuſtea*. Cato, *Arbores ſtipites robuſtas facito, aut pineas*. A Robore igitur Robuſtus. Plinius hoc præceptum Varronis ſignificauit, cùm inquit libro XVII, capite IX, Palo è robore depacto fieri iubet.

47 QVAE transferuntur è terra in terram.] Plura hîc erant verba quæ in antiquis non inueniuntur. nam quod in illis primum eſt verbum, poſt vltimũ à nobis adductum, Viuas radices, eſt: non Viuæ radices, vt in excuſis. Locus obſcuritatem non paruam in ſe habet, & fortaſſe lacer eſt. Nã cùm ſemina quatuor generum eſſe tradat, tria tãtùm genera hîc numerat. Perſuaſum autem mihi eſt, verba quæ in impreſſis erant, auctoris nõ eſſe: nihil enim video Varronem addere quod ad diuiſionem eam pertineat,

ſed hanc IIII generũ partitionem ſequi. Nonnulli negandi particulam adiunxerant improbè, niſi fallor, ac perperam. nam quæ transferuntur è terra in terram genus ſeminis eſt, & nouellas ſtirpes ſic appellat.

48 QVOD eſt principium genendi.] Hæc vera eſt lectio: in excuſis eadem ſententia, ſed alio verbo, Oriendi legitur. manu ſcripti codices, Cenendi, vſitato errore G in C commutandi. De hoc verbo paulo antè copioſius diſſerui. Infrà item, Ad genendum, emendaui, vbi eodem pacto antea peccatum fuerat.

48 SI SVNT ſemina in aere, vt ait Phyſicus Anaxagoras.] Hæc omnia à Theophraſto traduntur III libro φυτῶν ἱστορίας, 25, Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα, καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά. Repetũtur etiam primo libro φυτῶν αἰτιῶν, 22.

48 VT CVPRESSI: non enim galbuli qui naſcuntur, id eſt tanquam pilulæ paruæ.] Sententia expreſſa è Theophraſto. illius enim hæc verba ſunt in primo φυτῶν αἰτιῶν libro, καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει, καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου: ταύτης γὰρ οὐχ ὅλος ὁ καρπὸς σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτὸν, καὶ ὥσπερ πιτυῶδες καὶ ἀμενηνόν.

48 IN SICCO & macro ſolo.] Hic etiam locus à Theophraſto trãſlatus: hæc ipſius verba ſunt è primo φυτῶν αἰτιῶν libro, δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας, καὶ πρὸς τὰς δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν, ἔνυδρα. τὰ δὲ, ξηρὰ καὶ λεπτόγεα. καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει, τὸ μετόπωρον. τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὀρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκοντα ἡμέραις.

48 VERNVM tempus idoneum, quo minus habet humoris.]Hoc ordine in optimis exēplaribus hæc verba collocata ſunt. in excuſis antea extrema quatuor præcedebant, quod affirmare auſim feciſſe aliquos qui crederēt de verno tēpore dici, minus illud habere humoris.Id autem falſum eſſet:nā illa referūtur ad ſiccum & macrū ſolum: id enim verè traditur habere minus humoris. Præter antiquorū codicū fidē.Theophraſti locus ſuprà à nobis adductus, docet illā eſſe eorū ſedē. nam ipſe quoq; Theophraſtus huius ſententiæ auctor hunc ordinem amauit.

48 QVOD ex arbore per ſurculos &c.] Cōmuni lectione conſeruata veterem ſcripturā omnibus adponam,perturbatam illā quidem &maculoſam,quæ tamen fortaſſe opem adferre poſſit ad veriorem indagandam, *Quod ex arbore per ſurclos defertur in terram ſi in humum demittitur in quibuſdam cum eſt uidendum &c.*

49 VT EA deplantes potius quàm defringas.] Vergilius in eadē re exponenda hoc verbo vſus eſt,

— aut ſumma defringe ex arbore plantas.

Accepit autem illud à doctiſſimo & politiſſimo hoc ſcriptore:à quo omnia ferè præcepta quæ inGeorgicis ſuis tradidit,mutuatus eſt.nā multis locis præter ſententias,verba etiā ab eo ſumpſit. Hanc ego occaſionem nactus, tertium ab hoc præceptū apud eum poetam explicare volo. eſt enim valde obſcurum,& docti quoque viri in eo interpretando lapſi ſunt,

— néue oleæ ſylueſtres inſere truncos.

Non enim truncos,ſurculos appellat: id enim nimis durum eſſet: ſed περιφραστικῶς ſylueſtres trūcos, oleaſtros vocat : docétque magnopere peccare illos qui oleaſtros inſerant : cuius rei cauſam reddit copioſé. Sylueſtris pyrus aliæq; feræ arbores rectè inſerūtur. ſunt enim ab hoc periculo cui obnoxiæ ſunt oleæ, vacuæ.Oleaſtrū tanto labore excolere nimis pericu-

loſum eſt,propter caſus incendii.quòd ſi oliuetũ incendio abſumptum fuerit, ꝙ hoc vitio non laboret, id damnum tempus reparare conſueuit.viuax enim arbor olea & non facilè tota interimitur. pullulat enim è radicibus & rurſus ſyluam conficit.nã in oleaſtro etiã inſita olea fruticatur.Sed in ſylueſtri arbore natæ ſtirpes,& ipſæ ſylueſtres ſunt,atque ita nullum fructum agricolæ gignere poſſunt: quod ſatis planè in extrema parte declarauit poeta.nam inquit,

Infelix ſuperat foliis oleaſter amarus.

Hoc præceptũ vtile eſſe experimentũ nobis demonſtrauit. nam cùm ſuburbani noſtri agri longo bello vaſtati eſſent,& omnes arbores exciſæ, oleæ reuixerunt: & nõ multis annis pòſt,aliquos fructus dominis ferre cœperunt.taleis enim apud nos ferè ſcrobes ſeruntur.Quòd ſi oleaſtris inſitis conſiti hi agri fuiſſent,damnum acceptum tempore inſtaurari non potuiſſet.Hãc ſententiã Vergilii fuiſſe, exiſtimaſſe Seruium manifeſtũ eſt.inquit enim,Non ꝙ non proſit, ſed propter caſum incẽdii. Nonnulli hoc periculum non cogitãtes, aut non reformidãtes,ſtudioſè oleaſtros inſerebãt.κοτινάδες autem,vt Pollux docet, illæ appellabantur. Nam oleaſtri firmius ſuis radicibus terræ hærent,& ſuccum alimentúmque vberius ducunt, vnde ſpecioſior arbor fit. Theophraſtus hoc ſolere nonnullos accuratè his de cauſis præcipere,in primo libro φυτικῶν αἰτιῶν docet. Quare accuratius poeta noſter,vt hunc errorẽ aliis eriperet, de hac re diſſeruit. Nã qui in olea ex oleaſtro ſurculos inſereret, fruſtra laboraret , nec ex ſuo ſtudio fructum aliquem caperet.Hoc enim etiam addit Theophraſtus, ἐπεὶ εἴγε τὶς αὖ ἄπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἐμβάλλοι, διαφορὰν μὲν τινα ποιήσει, καλλικαρπεῖν δὲ οὐχ ἕξει.

49 DEMVM in oleagineis ſeminibus.] Nihil hîc variaui. diuerſi tamen ſunt antiqui codices,

& locus fortaſſe vitii aliquid habet: pro *Demum* igitur in illis *Dum*: ac non multo pòſt, vbi in impreſſis, *Alij clauolas*: in iiſdem, *Aliis clauolas*. Fortaſſe, Aliis ſclauolas, legendum eſt. A Nonio hic locus adducitur, Taleas ſciſſiones lignorum, vel præſegmina Varro dicit de Re ruſtica libro primo, &c. Hæc verba ita apud eum leguntur, *Quas alij clabulas, alij taleas appellant.*

50 QVOD inſeritur Caniculæ ſigno commodiſſimé.] Vetus lectio, Qui fit Caniculæ, &c. Totum autem caput è Theophraſto tranſlatum, libro primo φυτῶν ἱστορίας, cap. 123, τὸ δ' ὕδωρ τὸ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον. ἐκσήπει γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραρρέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι.

50 VAS aliquod ſupra alligant.] Theophraſtus, οἱ δὲ χύτραν προσβάλλουσιν ὕδατος, ὥστε κατὰ μικρὸν ἐπιρρεῖν, &c.

50 VT NON denudes medullam.] ὥστε μὴ γυμνοῦν τὴν μήτραν.

50 ITAQVE vitem triduo ante, &c.] Theophraſtus, 124, διὸ καὶ τὴν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τρισὶ πρότερον, ὅπως προαπορρῇ τὸ δάκρυον. In excuſis ſanè Theophraſti codicibus ἡμέραις ποσὶ mendoſè, vt Varronis confirmatione cognoſcimus.

50 CONTRA in fico & malo punica &c.] ῥόα δὲ καὶ συκῆ, καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα.

51 PROPTER fœmineam mollitiam.] Ita habent antiqui libri: non mollitiem, vt in excuſis. Cicero in Partitionibus, Et lenitatem mollitia animi. Hic etiam locus totus è Theophraſto eſt tranſlatus, φανερῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τοῦτο συμβαῖνον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. θᾶττον αὐξέστερα γὰρ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, ὑγρότερα καὶ μανότερα τὴν φύσιν ὄντα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων ῥόα μὲν καὶ συκῆ καὶ ἄμπελος, εὐαυξῆ· φοῖνιξ δὲ καὶ κυπάριττος καὶ δάφνη καὶ πεύκη καὶ ἐλαία, δυσαυξῆ.

51 DE MEDICA inprimis obſerues.] Prima duo verba in nullis antiquioribus ſunt: manu ſcripti proximis temporibus tãquam inſcriptionem capitis illa habebant. nam, vt antea oſtendi, ante ſingulos libros, de quibus rebus illic ageretur adnotatum erat: nec poſtea in partibus ipſis aliquid adſcriptum: ſecũdi autem ac tertii libri inſcriptiones perierunt. quare ex indice illo intelligi olim potuit, medicæ hîc diſciplinam tractari. Quòd ſi titulos veteres Varronis haberemus, ſine vlla neceſſitate huc inculcata eſſe hæc verba cognoſceremus. Quanquam alia etiam ratione, de qua pòſt diſputabo, ſi in manu ſcriptis codicibus inuenirentur, hîc rectè collocata eſſe poſſent.

51 QVEMADMODVM ſcilicet cùm pabulum.] Pro ſcilicet, in manu ſcriptis codicibus eſt nota illa de qua bis antea locutus ſum: quæ quid ſignificet, nondum percepi: Quemadmodum L. cùm pabulum.

52 ET IN Africa ad Byzacium.] Sic habent antiqui libri, non vt antè excuſi omnes Byrachium. Plinius libro XVII, capite V, cùm inquit, Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum &c. Eundem locum aut oppidum, de quo hîc loquitur Varro, intellexit: mendum tamen in ea voce eſt.

52 QVAE nata ſunt inquit.] Ante hæc verba in excuſis, Licinius: in vetuſtiſſimis libris, Ille: infrà poſt Prægnantia, eadem illa litera, quæ nobis ſæpe moleſta eſt. antiqua enim lectio hæc, Prægnantia L. cùm ſunt. Præterea ad hunc locũ in margine optimi exemplaris mendi nota adpoſita.

53 AERE frigidiore tinguntur.] Manu ſcripti libri ſic habent. Excuſi verò, R*inguntur*. Neutra lectio ſatis plana: nec enim ſiue hoc, ſiue illo modo legas,

verba hæc inter ſe diuerſa, quod plerunque conſueuerunt, ſignificare videntur. Fortaſſe Tanguntur legi debet. id eſt, feriuntur, cæduntúrque: hoc enim verbo iniuriam frigoris ſignificauit in I I libro, cùm de pecoris ſanitate loqueretur, Et iniicitur aliquid, ne frigus cædat. Sententia huius loci valde aperta, & è Theophraſti primo libro expreſſa. vbi enim quærit, an ſimul fruticentur ſupernæ infernæque ſtirpiũ partes, de his omnibus rebus plenius, vberiúſque diſſerit: ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν περὶξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα. Nam prior etiam pars huius ſententiæ ab eodem accepta, τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ χειμῶνος. Quæ infrà etiam Varro tradidit, inde quoque ſumpſit: Nam prius radices &c. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τὴν ῥίζαν πρότερον ἢ τὸν βλαστὸν ἀφιέναι πάντα. Nec non quod ſequitur, Neque radices longius &c. οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι βάθος ἢ ὁ ἥλιος ἀφικνεῖται. πλὴν ἐὰν που τόπος εὐδίοδος ᾖ. Quo loco animaduertendum quàm eleganter hæc extrema verba reddiderit Varro, quòd alia terra alia facilius viam dat.

53 QVOD. ex quibuſdam foliis propter eorum verſuram.] Locus tranſlatus à Theophraſto. illius enim hæc verba ſunt in primo φυτῶν ἱστορίας, Ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ καὶ τῇ πτελέᾳ καὶ τῇ λεύκῃ συμβαίνειν. στρέφειν γὰρ δοκοῦσι τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς θερινάς. καὶ τούτῳ γνωρίζουσιν ὅτι γεγένηνται τροπαί. In I I etiam libro φυτικῶν αἰτιῶν, cap. 156. Non tamen eaſdẽ omnes quas Theophraſtus, appellat M. Varro: nam pro tilia & vlmo, quas retulit Græcus auctor, noſter ſalicem ponit. Plinius eaſdem quas Theophraſtus nominauit. Illud hìc admonere viſum eſt, recentiores omnes in magno errore verſatos, qui crediderũt duo eſſe ſolſtitia, & alterum æſtiuum, alterum hybernum appellari: cùm veteres cuncti boni auctores ſolſtitium, quemadmodum hìc facit Varro τροπὰς θερινὰς

ſolùm vocent: τροπὰς autem χειμερινὰς, brumam. Lucretius, Vergilius, M. Varro, Cicero, Plinius hoc ſemper obſeruarunt. Cur tantum cõſenſum optimorum ſcriptorum Columella reliquerit, nõ video: ille enim ſolus (quod ſciam) æſtiuum ſolſtitium, & ſolſtitia numero multitudinis vtraſque τροπὰς appellat. Seruius etiam Vergilii interpres hoc non animaduerterat, & huius rei ignorãtia turpiter lapſus eſt in illius loci declaratione, Humida ſolſtitia. Quanuis enim numero multitudinis loquatur poeta, nõ debet exiſtimari duo eſſe ſolſtitia voluiſſe: ſed auctor fuit agricolis, vt votis illud anni tẽpus ſingulis annis humidum poſcerent: quod ſi impetrarũt à diis immortalibus, magnos fructus ex agricultura eſſe capturos. Poſſem hoc plurimis optimorum ſcriptorum teſtimoniis comprobare: rem tamen indicaſſe, vt arbitror, ſatis fuit: exempla vnicuique nunc qui accuratè leget, occurrent.

54 EA QVAE mutilata non eſt.] Antea hîc, *Mutica.* vetuſtiſſimum exẽplar, *Multilata.* vna detracta litera Mutilata emendaui, quam veriorem puto eſſe lectionem, & ex priſcis veſtigiis, & ex ſentẽtia etiam ipſa. Sed hãc ipſam quam me reſtituiſſe dico, in Gallicano etiã codice ſine vllo vitio inueni. Spica enim mutica, vt ipſe docet, eſt quæ non habet ariſtam. poteſt tamen non omnia illa tria habere, nec ariſta carere: vt cùm ad integrum ſpica nõ peruenit, nec grana perfecta habet. Ea autem rectè, cùm aliquo trium illorum caret, Mutilata diceretur. Cicero Mutilatum vocat exercitum, malè acceptum in prælio, & qui integrum militum numerum non haberet.

55 LATET conditum gladium.] Vetus hæc eſt lectio, quam reſtitui. Neutro genere ab antiquis Gladium appellatum eſſe, Nonius docet, & exemplo Lucilii cõfirmat. Idem etiam Quintilianus oſtendit,

cuius hæc ſunt verba è primo libro, Et gladia qui dixerunt, genere exciderunt. Sed etiam ipſe M. Varro huius rei teſtis eſt in IX libro de lingua Latina, *Quod dicitur à multis duobus modis, hic Dupondius, & hoc Dupondium: ut hoc Gladium, & hic Gladius.*

55 VERVM cùm de nutricatu conticuiſſet Licinius &c.] Vetuſtiſſimus ac fideliſſimus codex, quem multi manu ſcripti ſequuntur, ita habet, *Conticuiſſet, nec interrogaretur de nutricatu, credens nihil deſiderari. dicam, inquit, de fructibus.* Minoris vetuſtatis liber, à Gallo homine ſcriptus, communem lectionem habet.

55 AC QVASI herba tuberoſum reliquerũt campum.] Pro herba excuſi alii, Barba, mendoſè habebant: in aliis vox Illa planè defecerat. Repoſui ex antiquis libris, Herba. Paulo itẽ ſuprà pro Fœniſecæ, Fœniſeces. nam Fœniſex veteres etiam dixiſſe planum eſt.

55 IN IIS quæ metimur.] In excuſis anteà *Metuntur:* manu ſcripti omnes habent, *Metimur:* quam lectionem poſtquam in optimis libris inueni, non improbo. M. Varro in IX de lingua Latina libro, eodem pacto locutus eſt, *Et cùm item ea quæ metimur, atque ea quæ numeramus dici putent oportere,* &c. Meſſis vocabulum Varro vult declinatũ eſſe à verbo Metior, quod ſignificat menſuro: eámque propriè dici in his quæ menſurant homines: quanuis de aliis etiam quæ nõ menſurãtur, dici ſoleat: id tamen impropriè fit. Metior menſum facere apertum eſt, à quo Varro Meſſem factam vult. id enim eſt declinari, vt Lectio etiam ab Lego declinari ab eo dicitur. nam quod inquit, Meſſem maximè in frumento eſſe, adiuuat, niſi fallor, veterem ſcripturam: hoc enim verbo vti conſueuerãt. In Verrem, Coge vt ad aquam tibi id quod ſummi iuris eſt, Ennenſes frumentum metiantur.

59 MAXIME ſi eſt argilla, ne æſtu peminoſa.]

Vetus

Vetus hæc lectio, quam imperiti & audaces ſuſtulerunt, peſsimo conſilio, quo conſueuerunt quæcunque non intelligunt commutare: eam in cunctis manu ſcriptis inueni. Obſoletum nunc hoc verbum eſt. Nonius vim eius exponit, & vnde deriuatum ſit, docet, atque hunc ipſum Varronis locum adducit. Apud Nonium Situ, pro Æſtu, legitur: in reliquis illi cum Varrone conuenit: & id quoque culpa librarii commiſſum puto.

56 EA ENIM herbarũ eſt inimica.] Poſtrema duo verba in manu ſcriptis non inueniũtur, ſed pro illis, *De amurca*, ſcriptum eſt: quid mei iudicii ſit exponam. De amurca, declarationem olim cuiuſpiam fuiſſe puto, qui amurcæ hic à Varrone mentionem fieri in margine ſui libri adnotarit. eam autem temerè poſtea ab imperitis librariis huc inculcatam. Ad locum autem purgandum, ſatis fortaſſe eſt duo illa verba tollere, nec neceſſarium pro illis aliquid reponere. ſententia enim nullo adiuncto verbo plena & abſoluta eſt. Ea enim herbarum & formicarum & talparum venenum. Nihil tamen certi de hac re ſtatui poteſt. nam cùm antè etiam eodem modo loquendi vſus ſit, nunc altera harum vocum, ad rem exponendam, contentus fuit, nunc ambas coniunxit, quas hic in excuſis codicibus habemus. Talpas autem magna incommoda afferre ſolere agris, Theophylactus etiam docuit in epiſtola quam à ruſtico homine ſcriptam fingit, τί δῆτα περὶ τῶν ἀσπαλάκων λέξαιμι; φοβερὸν γὰρ τοῖς γεωργοῖς τὸ κακόν, καὶ δυσανταγώνιστον τὸ πολέμιον.

56 AC tribulo, id fit.] Locus hic ad teſtimonium vocatur à Nonio, cùm probare vult veteres ſcriptores non ſolùm muliebri genere Tribulas appellaſſe, ſed etiam neutro. Inquinatus autem apud eum nunc eſt, ita tamen emendandus. nam in manuſcriptis, vt

in excuſis Varronis libris, eodē pacto legitur. Quomodo autem muliebri genere Vergilium vſum hoc verbo Nonius dicat, quærendum. nam in omnibus nunc libris, *Tribuláque trabeæque* legitur: quo exemplo ille vtitur.

57 EVANNATVR foras extra aream.] Peruetuſtum exemplar *Euannuatur* habet. Hic etiam locus adducitur à Nonio, apud quem, vt in excuſis Varronis libris, rectè legitur. Euannetur, inquit Nonius, dictum eſt Vētiletur, vel moueatur: à vanno, in qua legumina ventilantur &c. Vannum autem in Ruſtico carmine appellaſſe Vergilium notū omnibus eſt: qui tamen dum agricolarum inſtrumentum hoc eſſe traderet, docuit in alio etiam vſu illud haberi ſolitum: & in rebus diuinis, maximè Liberi patris, frequens eſſe conſueuiſſe. Eruditiſſimus enim poeta, quod ipſe ſciebat, aliis quoque ἐν παρέργῳ notum eſſe voluit. Intelligit autem, vt opinor, vānum quod λίκνον Græci vocant, inſtrumentum ad cuncta penè ſacrificia idoneum, vt veteres grammatici tradunt: vnde qui illud gerebat in ſacris, λικνοφόρος vocabatur. Plutarchus in Alexandro cùm de Olympiade ipſius matre loqueretur, quæ Bacchi ſuperſtitionibus addicta eſſet, & mænadum more dracones etiam aleret, inquit de illis loquens, οἱ πολλοὶ ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παραναδυόμενοι καὶ περιελιττόμενοι τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφαίοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. Nam Vergilius etiam myſticum vannum, vt ille, myſtica licna, vocauit.

57 ITAQVE lectius defertur.] Ita ſcriptum in omnibus antiquis libris inueni. emendarunt ex ingenio nonnulli, vt opinor, Lectæ ius.

58 CVM expreſſum circunciſitum appellant.] In manuſcriptis vna ſyllaba productius verbum, *Circumciſicitum.*

58 QVAE cum digitalis.] Optimum exemplar, *Digitabulis*. Eſt in eo aliud etiam quod explicare non poſſum, L. inquam: ſic enim habet, *Quæ digitis nudis laudabilior L. quàm illa quæ cum digitabulis.* Et ſanè totus mihi locus vehementer ſuſpectus. nam Laudabilior hîc, cùm ſuprà Melior poſuiſſet, non valde neceſſaria vox videbatur.

58 DVRITIES enim eorum quòd nō ſolùm ſtringit &c.] Locum hunc valde mendoſum habemus in codicibus Nonianis. ab eo enim adducitur in dictione Stringere, Varro de Re ruſtica lib. II, Quod non ſolùm celeriter præterire ſtringere vacant, ſed etiam te tranſglubit. In excuſis M. Varronis codicibus, Quod, non erat: in optimo tamen ac vetuſtiſſimo, eodem loco poſitum inuenitur. Duo illa quæ apud Nonium ſunt verba, Celeriter præterire, vnde fluxerint neſcio. apud Varronem certè, nec in impreſſis, nec in manu ſcriptis eorum veſtigium vllum. nam Vacant, ex Vacam factum eſſe affirmarim: in eodem enim fideliſſimo codice per u, id verbum & hîc & aliis multis locis ſcriptum eſt. Extremæ etiam dictiones huius loci apud Nonium deprauatæ, quæ in cūctis manu ſcriptis Varronis libris eodem pacto leguntur.

58 DE RAMVLO plantam.] Ita habent manu ſcripti codices, non Partem, vt excuſi. Vergilius idem etiam Plantam, vt opinor, appellauit,

— Nec ſumma defringe ex arbore plantas.

Ambo autem plantas vocarunt quas Theophraſtus θαλείας: nam ab eo ſcriptore hic quoque locus ſumptus eſt, libro primo φυτῶν αἰτιῶν, Καὶ ἅμα ῥαβδιζομένη πονεῖ καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλείας. ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε μὴ οὕτω συλλέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτως ἀεὶ τὴν ἀπορρέουσαν ἀποσείοντες, ἐπετειοφορεῖν φασὶ μᾶλλον.

55 ALIA ad cibum eligitur.] Maculam habet

optimus codex. *Lædatur* enim hîc ſcriptum eſt. Quomodo ex vetere lectione locus corrigi debeat, ſi peruulgata mendum continet, docti viri cogitabunt.

58 ITAQVE dominũ & balneas & gymnaſiũ ſequitur.] Vetus hæc eſt lectio, quæ & elegans & erudita videtur: vt hic ſenſus horum verborum ſit, Cibis neceſſarium eſt, & balneis, & gymnaſiis: nec ſine oleo hæc manere poſſunt: ſed vbi hæc ſunt, oleum illic etiam neceſſariò eſt. Vnde qui tantas olei vtilitates eſſe ſciebat, prudentiſsimus ac fortiſsimus totius Græciæ vir Epaminõdas Thebanus, magnopere excanduit, cùm magiſtratum gerens in rationibus relatis audiuit magnam vim olei abſumptã eſſe. Quod cùm mirarentur collegæ, cauſam reddidit ſui doloris, docuitque, eum non ab anguſto ipſius animo proficiſci, quòd ingentes ſumptus reformidaret: ſed ægrè ſe ferre, tantum olei intra corpus receptum eſſe. nam in gymnaſiis oleum, corporibúſque exercendis haberi ſolitum, nemo eſt qui neſciat. Vnde Strabo libro XIIII, docet, Boethum Tarſenſem, improbum ciuem, eundémque malum poetam, cauſam dixiſſe apud M. Antonium, quòd cùm in patria voluntate Antonii locum gymnaſiarchæ teneret, fideíque ipſius omnes ſumptus gymnaſii commiſsi eſſent, & alia multa & oleum etiam ſurripuerat. Nec tamen negarim, poſſe ex communi lectione ſenſum elici, & eum quidem non inſulſum: ſed veteri etiam locum eſſe, oſtendere volui.

58 PER SERIAS ac vaſa olearia.] Hic locus in manu ſcriptis codicibus valde perturbatus eſt. Optimum exemplar ita habet, *Per ſena ad uaſa olearia ac trapetas quæ res molæ* &c. In ſemiuetere alio, qui Galli hominis manu exaratus eſt, *Seria.* reliqua omnia vt in vetuſtiſsimo. Receptam lectionem conſeruaui: priſcam tamen omnibus adponere volui.

59 EM, QVIN adſum.] In excuſis antea En, antiqui libri Em, vt Mediceus codex in epiſtola Ciceronis ad Cæſarem Dictatorem, Em, hic eſt ille. Pronuntiata hæc ſunt *δεικτικῶς*.

59 QVIDAM ipſum triticum conſpergunt.] Conſuetudinem noſtrorum temporum in hac re cuſtodiui. Nolui tamen præterire quin veterem orthographiam notam facerem. Hîc enim in optimo exemplari, *Conſpargant*: & non multùm pòſt, *Aſpargit*. omnibus denique in locis vbi hoc verbum eſt apud Varronem Catonémque in compoſitione, eandem vocalem primam literam habet quam ſimplex: vt ſi à Quæro Diſquæro fingas: quod vetuſtiſſimi etiam poetæ protuliſſe dicuntur. Apud Catonem etiam in Decerpo id ſeruatum eſt illo loco, *Tum acina de uuis miſcellis decarpito*. Potuiſſem infinitis locis hoc adnotare: ſemel tamen hoc, in illo perpetuò cuſtoditum, indicare ſatis habui.

59 AVT abſinthium. Item huius generis alia.] Quæ in medio erãt verba, in nullo antiquo à nobis inuenta ſunt. ea autem abundare credimus.

59 QVAS vocant ſiros.] Ita ſcribendum hoc nomen, quod à Columella etiam vſurpatur: & ſanè in vetuſtiſſimo libro rectè ſcriptum eſt. in excuſis tamẽ antea y pſilon habebat in prima ſyllaba. Apud Græcos (Græca enim vox eſt) ferè habet ει. nam Attici ſine diphthongo protulerunt. Grammaticique tradunt, ſiros eſſe ὀρύγματα εἰς ἀπόθεσιν σίτου ἢ καὶ ἄλλων σπερμάτων. In commentariis Simplicii in II naturalis auſcultationis, vbi de fortuna agit, mendoſa hæc vox eſt. verba magni illius doctoris hæc ſunt, καὶ γὰρ ὀρύττει τις καὶ τοῦ φυτεῦσαι χάριν, καὶ τοῦ θεμέλιον καταβαλεῖν, καὶ ὕδωρ εὑρεῖν, καὶ διοχετεῦσαι, ἢ σιρρὸν ἢ τάφον ποιῆσαι.

60 VENTVS regelare poſſit.] Ita caſtigaui. in

manu enim ſcriptis *Regerare*. Vnde etiam nonnulli antea Regirare fecerant. hanc tamen veriorem lectionem puto.quod etiam verba, quæ ſuprà reſtituta à me ſunt,oſtendunt.

60 CONDITIVA mala ſtruthea.] Ante hæc verba in vetuſtiſſimis libris, De pomis,ſcriptum eſt: quod aut inſcriptionem fuiſſe arbitror, quæ oſtēderet de quo hîc ageretur: aut ea ratione dictum eſſe qua non multo pòſt declarabo. Hîc paulo infrà *Quiriniana*,in antiquis nō inueni: ſed pro illa voce, *Scandiana*. Id autem culpa librarii factum puto, qui idem verbum vna tantùm immutata litera, aut ne immutata quidem,iterauit:cùm aut Quiriniana ſcribendū eſſet, aut ſtatim ad orbiculata tranſeundum. Fieri enim poteſt vt Quiriniana ab emendatore aliquo huc inculcatum ſit.

60 PAVIMENTAQVE laudabiliter faciūt.] In optimo codice, *Pauimentáque L. laudabiliter faciunt, quo frigidius ſit*. Nam pro, *Frigidior locus*, quod in excuſis erat, *Frigidius*, in cunctis antiquis inueni. Alii ex ingenio, vt puto, ſcripſerant, Qui cameras marmorato, & parietes pauimentáque inducunt laudabiliter &c.Nullum enim manu ſcriptum cum illis facere animaduerti.

61 VT ROMAE coempta poma.] Ex horum hominum numero fuerat qui cōfecit tetraſtichum in cuſtodem hortorum : cuius duo poſtremi verſiculi ſunt,

Quæque tibi poſui tanquam uernacula poma,
De ſacra nulli dixeris eſſe uia.

Nam M.Varro antea hoc ipſo in libro docuit poma vendi ſolita ſumma ſacra via.

61 IN PENSILIBVS iunctis.] Veteres libri,Vinctis.Quidam emendarunt Iunctas.

61 OLEAS eſui optime.] Ante hæc verba in

antiquiſſimo exemplari, De oliuitate, ſcriptum eſt: quod inſcriptionem titulúmq; fuiſſe puto. Poſſunt tamen rectè in cõtextu ſermonis huiuſcemodi locutiones collocatæ eſſe: vt ita dicta ſint, quẽadmodum inquit Q. Cicero in epiſtola ad Tironem, De patrono, Marcus eſt adhibendus. Et hic ipſe ſcriptor in II, de equis loquens, *De ſtirpe: magni intereſt qua ſint.* Et eodẽ capite, *De medicinis: uel plurima ſunt &c.* Quod etiam confirmat Nonius, qui cùm quid Oliuitas ſit, declararet, & locum hunc Varronis adduceret, ita eum legit vt in peruetuſto codice ſcriptum illum inueni. Nõ tamen omnino macula carẽt verba Nonii. nam in excuſis, de Rep. libro primo: pro, de re Ruſtica libro primo, legitur. duorum autem capitum verba ab eo cõfuſa fuiſſe veriſimile non eſt. hæc autem ille ponit, Non modò integra eximi, ſed etiam maiora quàm in arbore vnquam pependerint. De oliuitate, oleas eſui optimè condi ſcribit Cato. Quare maior hinc etiam apud nos auctoritas antiquiſſimi exemplaris eſſe debet, in quo ſermo Varronis, ſiue eorum quos de rebus ruſticis differentes inducit, nunquam capitibus diſtinctus aut interruptus eſt.

61 TAM in doliis condunt.] Antea, *In ollis:* Veteres libri, *In oleis:* caſtigaui, In doliis. veruntamen quia parua licẽtia vſus ſum, ſi fortè deceptus eſſem, volui totam rem indicare. Animaduerti alibi in optimo codice Doleis, pro Doliis ſcriptum eſſe, vt in III, vbi de gliribus loquitur, Cùm poſitũ eſt in doleis, fiunt pingues. Præterea oleum ac vinum in doliis, non in ollis condi conſtat.

61 VT EA in qua adiiciunt muſtum.] Vetuſtiſſimus liber, *In qua adicitur* L. *muſtum.* Sæpe iam notam illam inueni, nec tamen adhuc quam vim illa habeat ſuſpicari poſſum.

62 PROMVNT condita aut &c.] In cunctis,

quos vidi, manu ſcriptis, *Primum condita*, legi. Receptam lectionem conſeruaui.hoc tamen ſtudioſos literarum admonere non incōmodum eſſe iudicaui.

62 VT IN piſtrino piſatur ac torreatur.] Vetuſta lectio. Apud Nonium,qui hūc locum adducit, legitur, Piſetur. Piſare frangere, vel tondere. Varro de Re ruſtica libro I, *Promendum hieme, ut in piſtrino piſetur ac torreatur.*

62 QVI eſt humor aquatilis ac retrimentum.] Peruetuſtus liber, *Recrimētum*, corruptè, vt puto. Quia tamen aliquis recremētum ex antiqua ſcriptura legi poſſe fortaſſe non incommodè exiſtimaret, volui illam notam facere. Hoc ipſo verbo Varro etiam Prometheo libro II, vt apud Nonium legitur, vſus eſt. Retrimenta cibi, quæ exierunt per poſticam vallem, feci. Intelligit autem quæ περιττώματα Græci appellant. Cicero reliquias cibi appellauit, in re parum honeſta non obſcœna voce vſus. Reliquias etiam, nihil addens, quandoque idem vocauit.

62 QVOD eſt leuiſſimum ac ſummum depletur.] Omnes manu ſcripti *Deflatum* habent: quemadmodum etiam primis tēporibus excuſi libri. ex quo intelligitur ita ab nouis correctoribus locum caſtigatum fuiſſe. In optimo omnium codice ita totus locus legitur, *Diebus* XV, *eo quod eſt leuiſsimum ac ſummū deflatum.*

62 TVNC decoquunt in ahenis.] Totus locus in optimo exemplari ita ſcriptus, *Tum decocunt in ahenis: leni lignis duas partes quoad regerunt.* Aliis nunc rebus relictis, quæ parum in illo diuerſæ ſunt, quomodo illic Leni lignis, ſcriptum ſit, quærendum accuratè puto.

62 NEQVE etiā cùm proceſſit, niſi prius, &c.] Valde diuerſa vetuſta lectio, & ſanè extrema hæc pars libri aliquantulum inquinata, *Neque etiam cum*

proceſſet, ita ut ſit, &c.

63 ANTEQVAM acceſſerit annus.] Totus hic locus ita legitur in antiquis codicibus, *Antequam acceſſerunt anniculum promitto.*

63 QVAE dum matureſcit, coaceſcat.] In cunctis manu ſcriptis, *Quod mature coaceſcant.*

63 OLEAS albas, quas condideris nouas, ſic celeriter promas.] Quidam formis excuſi libri ita habent: in aliis locus valde variatus: culpa tamen, vt puto, eorum qui id commiſerunt: nimis enim licenter à vetere ſcriptura diſceſſere. In optimis, ab hac quam hîc adpoſuimus, hoc tantùm mutatum inuenio, quòd *Conderis*, in illis, pro *Condideris*, legitur: verbo negligentia librarii imminuto quòd ſi poſtremam literam aduerbii Sic, ſuſtuleris, ac Si, feceris, puto locum ſatis purgatum eſſe.

63 QVAM nequit in arbore vt inde promatur ad eſcam.] Vetus lectio, *Quam nequit in arbore quam miteſcat.*

64 ID NOS moleſtè ferentes.] Hæc erat peruulgata lectio, quæ ſi veterem cōtra ſe non haberet, facilè locum ſuum tueretur: nunc illa repugnans omnia confundit. in manu enim ſcriptis, *Non moleſte ferentes* legitur. Accommodata autem hic etiam vetus eſſe poteſt, & fortaſſe verior eſt, *Nō moleſte ferentes*, ſcilicet, nos eſſe retētos: ita enim plenè ſermoni liberti reſponſum fuerit. Poſcebat enim veniam ſibi dari, quòd in magno patroni negotio occupatus, ad illos, vt debebat, non veniſſet: ſtatim omni timore illo liberato, de infelici cōditione hominum, quæ tot caſibus expoſita eſſet, loqui inter ſe cœperunt. Eſt tamē hîc etiam illud quod ſæpe nos moleſtos habuit: L. enim ante hanc partem in contextu ſermonis conſtituta eſt, præterea mendi nota hîc in margine adpoſita.

IN M. VARRONIS LIBRVM II
De re ruſtica.

66 COLONI vt ea quæ in agricultura naſcantur.] Receptam lectionem retinui. núc veterem hîc adponam, quæ à cõmuni valde diuerſa eſt, peſſimè tamen & illa accepta. quod etiam diligens librarius cognouit: notam enim mẽdi ad eam adpoſuit, *Coloni aquæ agricultura factum ut naſcerentur e terra contra paſtoris ea, quæ nata ex pecore quarum*, &c. Statuẽt nunc ſtudioſi peruulgatáne lectio probari debeat, an pro deſperato hic locus haberi.

67 QVA de re pecuaria.] Omnes quos vidi codices conſentiũt, quare temerè aliquid variare hîc nolui. nunc quid ſuſpicer, me poſſe ſine culpa proferre arbitror. Opinor, cõmutato ordine verborum, Quare de pecuaria, legi debere. nec tamen ita meam ſententiam amo, vt non doctiorum iudicia in hac re ſequi malim.

67 CVM Mænates diſceſſiſſet.] Ante hunc locum in optimo codice maioribus literis hæc verba ſcripta ſunt, HIC INTERMISIMVS. In cunctis etiam aliis manu ſcriptis ita inueni. Quid illis ſignificare librarius voluerit, affirmare nõ auſim. Vereor ne aliquid hîc deeſſe oſtendant. nam initium mihi huius ſermonis nimis abruptum videtur.

67 CVM petam feſſum.] Maculoſus hic locus in antiquis exemplaribus eſt, & in omnium optimo nota adpoſita, damnatus. Receptã hîc etiam lectionem conſeruaui: veterem, nunc cuicuimodi illa eſt, ſtudioſis exponam, *Cum poetam ſeſum uiſere ueniſſemus ꝗe medici aduentus nos inrediſſet.*

67 QVI eſtis Epirotici pecuarii.] Auxilio fideliſſimi codicis hic locus, turpiter in excuſis diuulſus ac fœdatus, reſtituitur. Nequis autem me ad-

didiſſe aliquid aut diſtorſiſſe putet, veterem ſcripturam adducam, *Qui eſtis pecuriathietæ remune remininos ac*,&c. Quàm poſsit ſine vllo periculo ita corrigi, facilè omnes videre arbitror. vna tantùm in parte induſtria opus fuit, vt ex Athietæ, Athletæ fieret. Maximè autem me confirmauit, quòd animaduerti alibi id verbum idem vitium habere, quod in excuſis integrum erat. nam in eodem exemplari ita locus ille tertii libri legitur, *Nos athietæ comitiorum*, &c, pro Athletæ. Hoc autem & vitioſæ ſcripturæ & locutionis Varroni familiaris aptiſsimum exemplum eſt, qui libenter hoc vocabulum Athleta ad alias res transferret. Sed hæc antea mendoſiſsima, omni nunc macula carent, & aperta ſunt: quare ad alia veniamus.

67 AC QVAE ſcitis proferatis in medium.] Elegantiſsimus modus loquendi, & quo ſæpe etiam Cicero vſus eſt: ipſum autem aut à Græcis Latini ſcriptores acceperunt, aut natura duce eandem ſententiam eadem figura protulerunt. Xenophon certè ita in Sympoſio locutus eſt, vt M. Varro ab ipſo hunc ſermonem expreſsiſſe videatur: καὶ ἐπιδείξω γε, ἔφη, ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἅπαντες εἰς μέσον φέρητε ὅ,τι ἕκαστος ἐπίστασθε ἀγαθόν.

67 ET HOMINES,& pecua.] Pecua habent antiqui libri, non pecudes: id autem veteres crebrò vſurpabant: nec ſe ab eo verbo abſtinuit etiam Cicero, quemadmodum teſtimonio Nonii interpretis comperimus. is enim ſuper illo Vergilii,

— mitte in Venerem pecuaria primus:

inquit: nam Pecua, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod eſt pecu venit, vt à genu genua. Intelligit autem locum illum, qui nunc mendoſè in cunctis impreſſis legitur, *Etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.*

68 DECERPENDO glandem.]In vetuſtiſſimo *Decarpendo*,eadem ratione qua antea oſtendimus ſemper Aſpargo & Conſpargo in eo ſcriptum eſſe:& apud Catonem etiam hoc ipſum verbum Decarpo, contra noſtrorum temporum conſuetudinem.

68 AD CIBVM enim lacte,& caſeum.] Sunt excuſi etiam libri in quibus ita legatur: nam in aliis Lac,mendoſè legitur. hæc enim vetus eſt ſcriptura. Et indicio Nonii & aliorum grammaticorum cognoſcimus, M.Varronem aliàs ita locutum eſſe: vt Andabatis,*Candidum lacte papilla cùm fluit.*

68 IBI proceſſerunt lõgè, dum ad nos perueniret.] Ita coniectura ductus emendaui. antè in excuſis & manu ſcriptis, *Dum annus perueniret.* ex qua lectione nullum idoneum ſenſum elicere poteramus: ex hac autem (niſi fallor) egregium. Queritur occultè M.Varro de moribus ſui temporis, quemadmodũ etiam in prima huius libri parte. cùm enim vitam ſuperiorum hominum explicaſſet, & quibus rebus illi veſcerentur docuiſſet,addidit in tertio gradu eos longè proceſſiſſe,nec in primis agricolarum inſtitutis manſiſſe,ſed ad peiora ſemper delicatioráque veniſſe, donec huc, inquit, res deducta eſt. nam ſupra etiam, A ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hanc ætatem, Donec ad nos peruenirent, inquit. vt hoc in libro, cùm de verre ageret, *Quoad perueniat ad lanium.* & in V de lingua Latina, *Hinc ad pecudis carnem peruentum eſt.* necnon in VIII, non longè ab initio, *Id non peruenit ad nos.* Qui noſtram coniecturam non probabunt, ſedulitatem fidémque verè accuſare non poterunt.

68 CIRCVM Fiſcellum & Tetricam montes.] Antea in excuſis mendoſè Fiſcellium. veterem igitur ſcripturam repoſui. nam in illo etiam loco huius in iiſdem antiquis libris ita legitur, In Sauracti Fi-

ſcello capræ feræ ſunt. apud Plinium etiam libro tertio capite x i i, E monte Fiſcello labens iuxta Vacunæ nemora.

68 QVAM ſibi Thyeſtem ſubduxe queritur.] In antiquis libris imminuto verbo Subduxe, legitur. Apud Terentium quoque Adelphis hoc verbum κατ' συ[illegible]κοπὴν pronuntiatum fuit: *Non tu eum rus hinc modò produxe aiebas?* Pacuuii verſus, quibus fratrem accuſat, & hanc iniuriam queritur, apud Ciceronem ſunt in i i i de Natura deorum.

69 VOX earum non me, ſed be, &c.] Totum hũc locum è vetuſtis libris reſtitui. Laudat qui vocem ouium ſecuti Belare illas dixerunt. nam Græci, qui à voce eas *μῆλα* appellarunt, non tam commodè vocem earum expreſſerunt: non enim me, ſed be, ſonare videntur, inquit Varro. Nec tamẽ Græci ignorabant oues be, nõ me, ſonare. Id intelligitur ex verſiculo Cratini comici poetæ, qui adducitur ab Euſthatio in i x librum Iliadis. Eruditi ac copioſi interpretis verba hæc ſunt, *οἱ δ' αὐτοὶ φασὶν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βῆ, οὐ μὴν βαὶ, μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος, Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ λέγων βαδίζει.*

70 QVOD dicuntur anni capræ.] Vetus lectio, Vt *anini capræ*. Id autem quod hîc à Varrone traditur, Feneſtella quoque diligens rerum Romanorum auctor docuerat. Oſtendit hoc Plutarchus in commẽtario quo veteres ritus Romanorum explicauit, *διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς συέλλιοι καὶ βουβολκοὶ καὶ πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φαινεστέλλας εἴρηκεν.*

70 ITAQVE minoris emitis anniculam.] Quã ſecutus ſum lectionem, & excuſi nonnulli habebãt, & manu ſcripti omnes. quidam tamen, vt arbitror, dum corrigere voluerunt, deprauarunt. Ea mihi ſanè correctione egere non videtur. in vetuſtiſſimo hoc tantum diuerſum erat, quòd Emptis, pro Emi-

tis,in eo ſcriptum eſt:mendoſè tamen,vt puto.

71 ASINI Arcadici.]In manu ſcriptis *Arcadi:* Arcadii,ex antiqua ſcriptura legi poſſet,vt ſuprà Pecuari,pro Pecuarii : Statili , pro Statilii. nam hoc etiam veteres librarii hîc ſeruabant, quod poetæ in ſecundo caſu illorum nominum quæ geminatam literam illam haberent,frequẽter vſurparunt. alterum enim I ſubtrahebant. ea enim ratione ab optimo poeta, Tuguri,Peculi,Pataui,Oti,dictũ eſt. nam Arcadium etiam ab Arcadia declinari eiuſdem poetæ verſu hoc confirmari poteſt,

Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri.

71 ALIAS ſtipulãdum ſtatim eſſe è valetudinario.] In nullis manu ſcriptis poſtrema hæc duo verba inuenimus:nec tamen è noſtris ſcriptis ea deiecimus. quid de illis exiſtimandum ſit, ſtudioſi viri videbunt.

71 ET QVANDO,è quis.]Locus deprauatus corrigi debet vt in optimo exemplari aliiſque nonnullis legitur, *Et quando, & qui ut*, &c. Quî, Varro modum ac rationem vocat. nam politiſſimos ſcriptores Quî,pro Quo modo,paſſim ponere notũ eſt. Oſtenderat,in paſtione tria obſeruanda eſſe: primũ, locum : ſecundum,tempus : tertium,modum ac rationem alendi. Infrà etiam, poſtquam quod ad locũ tempúſque anni pertinebat expoſuit, inquit, Quî potiſſimùm quæque pecudum paſcatur,habenda ratio. In peruulgata lectione triplicis rationis,quæ neceſſaria eſſe dicitur,tertium membrum non inuenitur:quare pro mendoſa illa habenda eſt.

71 LEGE cenſoria committant muli è Roſea campeſtri,&c.] Hunc locum fœdè inquinatum, niſi fallor,egregiè reſtitui,atq; id parua licentia vſus. Vt autem hoc facilius intelligatur, veriúſq; de ſynceritate huius loci iudicetur,veterem ſcripturam adferã.

Vetuſtiſſimum exemplar, *Mulieros & à campeſtri*,&c. nam in aliis corruptior illa pars eſt, Mulieres enim habent. Quemadmodum igitur vides, verba confuſa diſtinxi, vnámque tantum literam inde ſuſtuli. verùm ſenſus præclarus totam rem, vt ſpero, illuſtrabit, & caſtigationem meam conſtituet. nam quin peruulgata lectio mendoſiſſima fuerit, neminem dubitare puto. Locus ille etiam in hoc libro mirificè coniecturam noſtram adiuuat, vbi de mulis agit Varro, *Iidem ſi exacti ſunt æſtiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, duriſsimis ungulis fiunt.* Roſeam autem campeſtrem fuiſſe declarat etiam vox valde celebrata Cæſaris Vopiſci, qui campos Roſeæ, Italiæ dixit eſſe ſumen. Committere lege, vt arbitror, dixit Varro, quod Cicero ſæpenumero, Committere contra legem.

71 IN GVRGVRES altos montes.] Gurgures in manu ſcriptis inueni, antea excuſi Burbures habebant.

72 VBI eſt oppidum Oliſyppo.] In optimo exemplari *Obſippo.* apud Plinium tamen, vt in excuſis, lib. IIII, capite XXII, Olyſippo equarum è Fauonio vento conceptu, nobile.

73 ET QVANDO non valet ſæpe magna gregem,&c.] Receptam lectionem retinui, vetuſtam nunc ſtudioſis exponam, quam ſanè mendum aliquod continere omnino credo: contrà autem peruulgata plana eſt. id tantum mali in illa, quòd ab antiqua diſſentit, *Et quoniam non ualet ſæpe magna adficiuntur calamitate.*

73 QVI ſiue ex æſtu, ſiue ex labore.] Vitioſi ſunt hac parte antiqui codices, cõmunis lectio aperta, ſi modò illa vera eſt, & non ab aliquo correctore conformata: *Qui ſi è labore febrem habent adapertum humido ſpiritu*,&c.

73 QVOT reiiculæ ſint alienandæ.] In cunctis manu ſcriptis *Quot epulæ*, ſcriptum inueni: quod non parum miratus ſum, quomodo idem mēdum in tot bonis libris inoleuiſſet.

74 IN IVDAEA, in Italia nō poſſe.] Vetus lectio, *In iurea*. caſtigaui ex ingenio, rem ipſam ſecutus, In Iudæa. Plinius libro XIII, capite II, Iudæa inclyta eſt vel maximè palmis. Item ſunt quidem in Europa, vulgóque Italia, ſed ſteriles.

75 A PERGAMIDE Maledóve.] Hic locus antè mendoſiſſimus & erat & exiſtimabatur, nota etiā adpoſita damnatus fuerat: ipſe veterem lectionem repoſui, quam integram eſſe arbitror: vt Pergamis, Maledúſque, nomina locorum in Epiro ſint. Reſpōdet autem ſuperiori illi qui noſtra item opera emēdatus eſt. Dixerat enim Scrofa, Sed hæc à nobis ita accipietis, vt vos qui eſtis Epirotici pecuarii, &c. Idē igitur nunc ait, Nunc rurſus vos reddite nobis, ò Epirotæ, de vnaquaque re. Iocatur autem, vt omnem occaſionem nactus facit: maiora enim & eruditiora expectabantur ab Epiroticis pecuariis. Saltus igitur appellat in quibus pecus paſcere ſoliti eſſent.

75 COGNOMINE eodem.] Ita emendaui ex ingenio. multa autem mihi, vt hoc auderem, perſuaſerunt. Si ita locutus M. Varro eſſet, vt in excuſis erat, *Cum nomine*, in κακέμφατον incidiſſet, ac rem obſcœnam protuliſſet. iūctura enim deformiter ſonat. Præterea Atticus nomen non erat, ſed cognomen. hoc etiam non paruum argumentum eſt cōtra eiectam lectionem. Initio etiam commentarii de Senectute Cicero Titum ipſum alloquens, inquit, Téque non cognomen ſolùm Athenis deportaſſe, &c.

75 QVONIAM in me videre conieciſſe oculos.] Ita erat in manu ſcriptis, & ita ſcribi volui. Videre, pro Videris, cepit: vt in illo etiam loco, qui eſt, vbi

vbi agit de ſuibus, *Ignorare*, inquit, *uidere, cur appeller Scrofa.* Sic enim illic etiam habent antiqui codices.

75 ET DICAM de primigenia pecuaria.] Vetus hæc eſt lectio, quam magis probo. Antea in excuſis, *Et dicam primigenia pecuariæ.* Primigenia verba appellare M. Varronem in VI de lingua Latina libro, quæ non ſunt ab aliquo declinata, manifeſtum eſt: & Primigeniam conſuetudinem victus, in primo libro de vita Populi Rom. priſcam & veterem. Locus autem apud Nonium de mutata declinatione legitur. quare eadem ratione nunc Primigeniam pecuariam dixiſſe puto. Sex. quoque Pompeius Primigenium ſulcum, vocari ſolitum tradit.

76 ITEM binæ pro ſingulis, vt procedat.] *Prodant* antea corruptè legebatur. in manu ſcriptis omnibus *Procedant* inueni. Procedant, numerentur, ſignificat: greges enim ouium magni non bene numerari poſſent, ſi eodem loco manerent. quare conſuetudinem habent paſtores, claudere gregẽ, & dum emittunt, numerare: aliter enim rurſus confunderentur. nam Procedere, vlterius ſe ferre, ſignificare manifeſtum eſt, vel hoc exemplo Vergilii,

Parcite oues nimium procedere.

76 EXPROMISIT numos.] Vetus hæc lectio: antea, *Exprompſit.* Expromittere, verbum iuri accommodatum eſt.

76 EX EMPTO vendito illum damnare.] Ita in manu ſcriptis omnibus ſcriptum inueni. Titulum iuris fuiſſe puto. nam in XIX libro Pandectarum, iiſdem penè verbis nunc quoque appellatur, De actionibus empti & venditi. Item tertio etiam de Natura deorum Cicero, Reliqua quæ ex empto aut vendito, aut conducto, aut locato, contra fidem fiunt.

76 QVO incientes ſecludere poſſis.] Vetuſta lectio *Inicientes*. quæ & ipſa mendum habebat, quod tamen ſine periculo tolli potuerit. Incientes igitur emendaui, vna tantùm litera ex ea dictione ſublata. Sunt autem Incientes propinquæ partui, vt Sext. Pompeius docet.

77 MERIDIANAM quæ eſt aridior, iucũditate præſtat.] In excuſis antea *Meridianæ*. Præſtare tamen aliquam rem, id eſt, vincere ac ſuperare, veteres dixerunt. Initio etiam tertii libri ſic locus ille in antiquis legitur, *Immani numero annorum urbanos agricolæ præſtant.*

78 INIGVNT in ea ſtabula.] Mendosè antea, *Iniiciunt*: vt enim hoc verbum valde accommodatum, ita illud alienum.

78 VT AGNI ſatulli fiãt lacte.] Vetus hæc lectio, quam veram puto: ideóq; communi expuncta, hanc in ſuam ſedem reduxi. Satullare etiam verbũ vſurpauit Varro apud Nonium, 1289, περὶ αἱρέσεων. Neque in puluere miticò coquam carnem, quibus ſatullem corpora ac famem ventris.

78 AVT adipe ſuilla.] Vetus lectio, quã Priſcianus etiam agnoſcit, qui tradit vetuſtiſſimos multa huiuſcemodi nomina & virili & muliebri etiam genere protuliſſe: & de adipe vtitur auctoritate M. Varronis in II libro rerum ruſticarum.

78 VICIAM molitam.] Mendosè anteà, *Mollitam*. Lucilius libro XXIX, apud Nonium 1341, Fouere ex molito hordeo. Iterum hoc ipſo in libro idem error, & eodem pacto correctus auctoritate eorundem codicum.

78 AVT herbam teneram.] Contaminatus in extrema eſt dictione optimus liber. *Tenentiam* enim habet. Receptam lectionem retinui: emendari fortaſſe non incommodè poſſet Tenellam. ſunt tamen

manu ſcripti qui *Teneram* habent.

79 ANTEQVAM calores aut frigora ſe exegerunt.] Vetus lectio *Eregerunt*: fortaſſe, Fregerunt. notum enim iam omnibus quemadmodum antiqui librarii propter ſimilitudinem illarum literarum in Romana vetere ſcriptura ſæpe lapſi ſint, & F pro E, contráque ſcripſerint. In optimo exemplari ſic locus hic legitur è ſecundo hoc libro, *Optimæ elutæ ſunt in Sicilia*, cùm Flutæ legi debeat. Nihil variaui: leuem tamen ſuſpicionem meam ex diuerſitate lectionum ortam ſignificare volui. Cicero de æſtu meridiano hoc verbo vſus eſt, libro I de Oratore, Ad extremum Scæuola paulum requieſcet, dum ſe calor frangat.

79 IN OVIBVS pellitis.]Cùm in Megarenſi agro pellibus intectas oues ſpectaſſet Diogenes, Megarenſium autem liberos nudos ob mendicitatem paſſim videret, facetè dixit, Præſtare Megarēſis arietem eſſe quàm filium. Cui ſimilē vocem poſtea fortunatiſſimus Romanorū imperator de immiti rege Iudæorum edidit. Diogenis ἀπόφθεγμα ab Laertio in ipſius vita relatum eſt. Quas pellitas oues M. Varro, ille προβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα appellat.

79 VT SVNT Tarentinæ & Atticæ.]In antiquioribus cunctis *Atticæ* inuenimus: in nullis, vt antea in excuſis legebatur, *Altinates*. Lanam Atticam nobilem fuiſſe, teſtimonio etiam Latini Poetæ ſcimus. Apud Nonium Laberius Paupertate, *Nihil refert mollem è lanitia Attica, an pecore ex hircorum ueſtitum geras*. Eandem in magno pretio habitam Plutarchus quoque oſtendit in commentario περὶ τοῦ ἀκούειν, his verbis, μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον.

79 VEL lauari ac parari.] Communem lectionem retinui: quam verò in antiquioribus libris in-

ueni, nunc oſtendam. In illis enim *putari* pro *parari* legitur. in optimo tamen codice mendi nota ad hũc locum adpoſita eſt. Non multo antè vbi in excuſis *Sole exorto puro* ſcriptum erat, in iiſdem vetuſtis *puto.* Putum antiquos pro purum dixiſſe, notum eſt. Sext. etiam Pompeius inquit, Imputatum nondum purgatum. quare arbitror veterem ſcripturam rectam eſſe.

79 ET GENIT LAC. De ſanitate.] In optimo codice, *Genit lacte, Sanitate.* Verbum Genit, ſæpe iam à Varrone vſurpatum, recepimus. formis autem excuſi antea Gignit habebant: nec nos fefellit antè ipſum, Lacte, nominandi caſu dixiſſe. veruntamen quia locus maculoſus erat (De, enim quod hîc neceſſarium videtur, non erat) exiſtimauimus in hoc peccare librarium potuiſſe, & pro De, Te, ſcripſiſſe, atq; incommodè cum priore verbo coniunxiſſe. Poteſt etiam rectè in antiquis Lacte ſcriptum eſſe, vt præpoſitio defecerit. Siquidem animaduertimus (nihil enim relinquere volumus quod poſſit ſtudioſos adiuuare) in ſequente capite, vbi in excuſis, *De forma uidendum,* legitur, in eodem vetuſtiſſimo libro, aliiſque nõnullis, *Forma uidendum,* ſine præpoſitione ſcriptum eſſe. Quare cogitabunt ſtudioſi an defendi lectio illa poſſit. Sunt tamen manu ſcripti, qui cum excuſis vtroque loco faciant.

80 VT MAMMVLAS penſiles habeant.] Ita in antiquis inuenimus: in excuſis antea *Mamillas.* Sext. etiam Pompeius inquit, A Mamma, Mammulam, & Mamillam.

80 DE EMPTIONE aliter atque de ouibus dico.] Vetus lectio, *De emptione aliter dico adque fiet.* Scribi debere puto, Aliter dico atque fit: hoc intellectu, vt oſtendat ſe contra cõſuetudinem hominum ſentire, qui ſanas capras ſtultè promittant, cùm illæ

ſanæ ne puncto quidem temporis ſint. Aliis ipſas vitiis carere promitti ſine fraude poteſt, cùm carent: de ſanitate, falſum & improbum eſt.

81 AC MAMILIVS ſcriptum reliquit.] Ita emendauimus ex vetuſtis codicibus, cùm antea Manilius ſcriptum eſſet. vt hoc ipſo in libro iterum, Qui Mamilii actiones ſequuntur lanii. ſed etiam tertio capite de equis, Vt in Mamilii actionibus ſunt perſcripta. Quorum librorum auctoritate intelligitur nos rectè feciſſe, qui quondam in primo libro de Oratore, vbi Manilianas venalium vendendorum leges, ſcriptum erat, Mamilianas emendauimus. quod etiam in primo libro de Finibus faciendum eſt. adhuc enim illic corruptum hoc nomen, Differetur inter principes ciuitatis P. Scæuolam M.'que Mamilium.

81 QVOD etiã Archelaus ſcribit.] Plinius quoque libro VIII, capite L. Auribus eas ſpirare, non naribus: nec vnquam febri carere, Archelaus auctor eſt. Ariſtoteles tamen libro primo de Hiſtoria animalium, Alcmæonem hoc ſcripſiſſe tradit, quem etiam mendacii inſimulat: Ἀλκμαίων δὲ οὐκ ἀληθῆ λέγει, φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα.

82 TANTVM enim fefellerit.] In excuſis antea, *Fefellit*. in cunctis manu ſcriptis, *Fefellerit*, ſcriptum inueni: quare tantum librorum conſenſum non ſpreui, atque ita ſcribi volui. Admonet Euſtathius, Homeri copioſus interpres, Atticos ſæpe, quos modos appellant grammatici, variaſſe, & pro indicandi, modum optandi vſurpaſſe. Exempla ab eo adlata hæc ſunt: Ἐπεὶ ἔλθοι ὁ δεῖνα· ἤτοι ἦλθεν. καὶ, Ὣς δὲ λαλήσοι, ἀντὶ τοῦ ἐλάλησεν· καὶ ἄλλα τοιαῦτα. hæc enim addit, οὕτω καὶ ὧδε, τὸ, ἢ γὰρ ἂν νῦν ὕστατα λωβήσαιο, ἀντὶ τοῦ τὰ ὕστατα ἂν ἐλωβήσω, ἤγουν ἐλώβησας. Huiuſcemodi quodã ſermone potuit M. Varro vti: & niſi plena omnia

macularum eſſent, & hæ omnes rariores locutiones ab imperitis grammaticis è libris excuſis ſublatæ eſſent, huius etiam ſermonis plura exempla occurrerent.

82 NEC me eſſe ab Eumæo ortum.] Hæc vera, vt arbitror, lectio eſt, è vetuſtiſſimis optimiſque libris eruta. communis eruditos etiam viros fallere potuiſſet: erat enim ab his qui è veteribus veſtigiis veram elicere non potuerant, ſatis cōcinnè conformata. Priſca igitur huius loci ſcriptura, *Nec me eſſe ab eum æuo ortum.* Vna igitur ſublata litera, totum locum correximus. nam elegantia huius lectionis, cum ſenſu quem præ ſe ferebat vulgaris, comparari non poteſt. Eumæum ſubulcum Vlyſſis fuiſſe, mediocriter etiam literati ſciunt: qui rem familiarem heri fideliter adminiſtrauit, & cum eo, quem tamen nondum agnouerat, longum ſermonem in XIIII libro Odyſſeæ habuit. Hanc etiam emendationem confirmat quod antea dixerat, *Accipe à me cum Homerico Melanthio*, &c. Iocabatur enim optimus & eruditiſſimus ſenex.

83 SI FORMOSI ſunt verres, & ſcrofa.] In optimo exemplari *Verris*: nec multo pòſt iterum Verris, eodem caſu, in eodem libro, *Verris octo menſiū incipit ſalire.* Quædam quæ hîc emendaui adeò plana ſunt vt confirmatione non egeant.

84 VSQVE ad primum: deinde it retro, quoad perueniat ad lanium.] Hic locus in excuſis codicibus valde variatus erat, culpa, vt puto, ſiniſtrorum quorundam correctorum. in antiquis illum integrum inueni. *Id* tantùm in illis pro *It* ſcriptum erat: quæ ſcriptura in priſcis exemplaribus frequens eſt. It retro, deterior fit: vt Vergilius etiam,

In peius ruere, & retro ſublapſa referri.

Plinius de ſuibus inquit, Mares non vltra trimatum generant. Quanuis autem vſque ad trimatum generent, ad primum annum facere id rectè poſſunt, vt credidit Varro: poſtea languidiores fiunt, nec tam bene munere illo funguntur.

84 SVS Græcè dicitur ὗς, olim thyſus.] Priſca hæc lectio. in excuſis antè θύτης. De vetere nomine Suum apud Græcos auctores nihil legi. quare in re incerta fidem antiquorum codicũ ſequi malui. Clemens in II Stromate refert, quēdam ſapientiæ ſtudioſum virum affirmaſſe Suem nominatum à Græcis eſſe σῦν, tanquã θῦν, quòd viſcerationibus tantùm atque epulis aptus eſſet. verba ipſius hæc ſunt: λέγεται γ' οὖν τινὰ τῶν φιλοσοφούντων, ἐτυμολογοῦντα τὴν σῦν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον.

84 ET QVOD nuptiarum initio.] Athenæus libro III δειπν. olim Græcos Veneri ſuem mactare ſolitos tradit, atque id teſtimonio veterũ confirmat. Argiuos verò id etiã tunc ſeruare, qui ludos quibus id facerent, inde quoque appellarent ὑστήρια.

85 ET GRAECAE χοῖρον.] Ita emendaui è vetuſtis libris: in excuſis enim antea *Græci*. Græcæ, ſcilicet mulieres. ſuprà enim, *Nam & noſtræ mulieres, maximè nutrices*, &c. reſpondet igitur illi parti egregiè, Et Græcæ χοῖρον.

85 ITAQVE iis animam datã eſſe proinde ac ſalem.] Vetus hæc eſt lectio. Eadem ſentētia, aut parum immutata, apud Clementem legitur: nam quæ paulo antè è II Stromate poſui, hæc verba conſequuntur, δεδόσθαι γὰρ τῷδε τῷ ζώῳ ψυχὴν φησὶν οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾶν, &c. Huis autem vocis Plutarchus in V libro Sympoſ. cap. X, Stoicos homines auctores fuiſſe tradit. quæ etiam à Cicerone lib. V περὶ τελῶν laudatur. Nam in III de Natura deorum, eam protuliſſe Chryſippum docet.

85 PERNAE tomacinæ & taniatæ.] In optimo libro, *Comatinæ & canatæ*, nihil tamen variaui.

85 IN VINETA.] Communem lectionem, nouam falsámque putaui, ideóq; veterem ſcripturā reponere malui: etſi illa maculoſa eſt. poterūt tamen nūc induſtria eruditorum maculæ inde abſtergi. Vt autem quid ſuſpicer aperiam, arbitror inquinata hac voce locum ſignificari, in quo hoc etiā, quod ſuprà de ſue narrauit, factum eſſe acceperit. nam in Arcadia ſe hoc nō audiſſe ſed vidiſſe inquit. Quod autem in ſue fieri potuit propter obeſitatem & ſtuporem illius animantis, veriſimile nullo modo in iuuenca eſt. nam nec humi iuuencæ tantùm iacent, vt facultatem muribus præbeant in corpore ſuo nidificādi. Plinius in ſue hoc factum quandoque eſſe tradit: de iuuenca non meminit. Pro Vineta, fortaſſe Veneta, aut Venetia ſcribēdum eſt. in illis enim locis quondam magni pecuarii. Veneti etiā equi à Græcis poetis celebrabantur, quòd illis in locis egregii eſſent. In Græcis commentariis, Ἐνέτιδες ἵπποι, πῶλοι στεφανηφόροι, ἀπὸ τῆς περὶ Ἀδρίαν Ἐνέτιδος.

85 SED eos cùm iam paſci poſſunt, ſecernunt.] Diuerſa eſt vetus lectio, quæ tamen mendo non vacet: eam notam eſſe volui. nam receptam etiam non valde probo, quanuis loco non mouerim, *Secundo ea cum iam*, &c.

86 IN EORVM fœtu ſcrofæ.] Antea in excuſis *Potu*: in manu ſcriptis antiquioribus *Petu*: in ſemiuetere *Pecu*. Fœtu legi debere arbitrati ſumus: quam coniecturam noſtram tunc amabimus cùm à doctis viris probari audiemus.

87 VESTIGIA apparent Lauinii, quòd & ſimulacra eorum &c.] Ex ingenio ita emendaui. nam peruulgata lectio parum mihi probabatur, & à vetere diſcrepabat: verùm quia nolo optimum au-

ctorem, dũ purgare ſtudeo, inquinare, quæ me cauſæ mouerint vt ita corrigerem, exponam: ſi inanes illæ exiſtimabuntur, coniecturam meam explodi æquo animo patiar: ſed prius cum fide vetuſtam ſcripturam hic adponam, *Veſtigia apparent iamne, quod & ſimulacra eorum.* Oppidum ſignificari debere deprauata illa voce affirmarim. Lauinium ſcribi oportere ſuſpicatus ſum. nam ſi ex prima litera, L fiat (in quo ſæpe peccaſſe librarium antea oſtendi) non valde à Lauini notæ illæ remotæ erunt. Lauinii portentum hoc Æneæ factum eſſe ſuprà M. Varro oſtẽdit, & in v libro de lingua Latina. oppidum enim illud primum conditum in Latio. quare veriſimile eſt ibi ænea ſimulacra poſita fuiſſe, & corpus matris etiam cõſeruatum. cur autem in aliam vrbem tranſlatum fuerit? nec enim tam vetus aliud oppidum tunc erat. Alba certè iam pridem diruta, Lauinium adhuc ſtabat. quod teſtimonio quoque Strabonis confirmatur: illius enim hæc verba ſunt è libro v τῶν γεωγραφουμένων, Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λαουΐνιον πόλις Ῥωμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἔποπτος ἥ τε θάλασσα καὶ τὸ Ἄντιον. Dionyſius Halicarnaſſeus totam hanc hiſtoriam copioſè narrat: nihil tamen quod ad loca in quibus ſimulacra hæc ahenea ſuis ac porcorum erecta eſſent, pertineat.

87 CVM creuerunt cupiunt ſequi matrem.] Antiqua lectio diuerſa: non tamen adhuc aliquid ex ipſius parte boni elicere potui. vt alii in hoc laborare poſſint, omnibus eam ſtudioſis exponam: *Cum creuerunt capiuntur, ſequi matrem paſtum, &c.* Nam in peruulgata, Cupiunt, elegantem vllam ſententiam, niſi fallor, non habet.

87 VT DESIDERIVM ferre poſſint parentis.] In cunctis manu ſcriptis poſt Parentis, inueni *nutrices.* Nec ſtatuere potui quid illa vox ſibi

velit. An Nutricis pro Parentis aliqui legebant? nutricémque matrem, dum porcos aleret, appellauit Varro? In recepta lectione, ſi integra eſt, ſcrupulus nullus eſt: negotium tantum iure nobis faceſſit antiqua lectio diuerſa.

88 συνηπειρῶται, inquit, χαίρετε.] Mendoſè antea in formis excuſis, *Sic Epiroticæ:* & aut nullo aut inepto ſenſu. Vetus lectio *Sinepirotæ*: quæ paruum vitium habuit: nec illud librarium fefellerat, quanuis tollere non potuiſſet: mendi enim notam adpoſuerat. Caſtigaui rectè (vt opinor) συνηπειρῶται. Antea Scrofa dixerat, *Nunc rurſus nos reddite nobis, ô Epirotæ.* Nam Q. Lucienus συνηπειρώτας illos appellat, vt qui pecuarias ipſe quoque in Epiro haberet, & vnus Epiroticorum eſſet.

88 IN QVO quidem, inquit Vaccius.] Poſtrema duo verba ex antiquis libris repoſuimus. hîc enim Vaccii perſona requiritur, ſine qua poſſe fieri hîc nõnulli putarant: quia ſuprà pro Atticus, Vaccius legebãt. nos illic etiã Atticus, in noſtris inuenimus: ſed paulo pòſt Menas, in iiſdem libris deſideratur.

89 NOVI, inquit ille, maieſtatem.] Antea in excuſis, *inquit Menas.* ita emendaui ope vetuſtorum codicum: verùm quia parua licentia vſus ſum, totam rem patefacere volui. In antiquis locus maculoſus: ita enim habent, *Inquidiue.* inquid, pro Inquit, illic etiam in iiſdem libris ſcriptum inueni, *inquid Atticus:* & pro duobus ll, u corruptè poſitum. quare ſine culpa me poſſe, Inquit ille, corrigere ratus ſum.

89 VT βούσυκον, βούπαιδα.] Antea in excuſis βούπεινα. in optimis libris βούπαιδα legi, quam veriorem puto lectionem. Sex. Pompeius, qui à Varrone totum locum accepit, inquit, Bulimon Græci magnam famem dicunt, aſſueti magnis & amplis rebus præponere Bu. Hinc eſt quòd grandes pueros Bupæ-

das appellant,& mariſcam ficum,Buſycon.

89 A QVO eas Græci Bugonas.] Ælianus περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, vltimo ſecundi libri capite,quo laudes boum explicat,& quæ commoda ex ipſis homines capiant,docet:hoc etiam quod nunc tradit Varro,non relinquit, καὶ ἀποθανὼν δὲ βοῦς γενναῖόν τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον. μέλιτται γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται, ζῶον φιλεργότατον, καὶ καρπῶν τὸν ἄριστον καὶ γλύκιστον ἐν ἀνθρώποις παρασκευάζει, τὸ μέλι.

89 QVAE prægnans, horda.] In cunctis hìc manu ſcriptis Horda, & Hordicalia per H. in VI autem libro de lingua Latina, Forda, & Fordicidia, per F. Fordicidia, inquit, à fordis bubus. Bos forda, quæ fert in ventre &c. Id etiam apud Sex. Pompeium reperies, qui nunc Fordas, nunc Hordas boues prægnantes eſſe dicit. Negligentia autem librarii id factum eſſe non poteſt. ſequitur enim ordinem literarum. Adeò autem vicinam naturam hæ habebant, vt ſæpe inter ſe commutarentur.

89 QVAM iam expertæ.] Nihil variaui: veterem tamen ſcripturam notam facere quid nocet? in manu ſcriptis igitur *Exparte*: corruptè ſanè. quis autem ſcit an aliter corrigẽdus locus ſit? Nã ſi expertæ, cepit eodem intellectu quo Vergilius,

— altera uirgo, Altera iã primos Lucinæ experta labores.

cur repudiari debent vaccæ, quæ ſemel tantùm pepererunt? Crebra vitia quæ in excuſis codicibus inuenio, me fortaſſe ſine cauſa quandoque faciunt de aliquo loco malè exiſtimare.

90 PRIOR quàm poſterior melior.] Vitioſi hac parte ſunt antiquiores libri: ſic enim habent, *Prior quam poſterior in eo prior*. In optimo mendi nota adpoſita eſt.

90 IVGATORII Liguſtici.] Vetuſtiſſimus codex in ambabus vocibus diuerſus, *qui Nugatori Liguſti*

habet. De poſteriore voce alibi diſſeruimus: de priore, ſi fortè ita legi debet, Nugatorias res, abiectas ac viles, veteres ſcriptores frequenter appellarunt. Nam Varronis ille locus è VII libro de lingua Latina ita legi debet: *Schæmiculæ ab Schæno nugatorio unguento.* in excuſis enim libris deprauatus eſt.

90 IN THRACIA ad *μέλανα κόλπον.*] Vera hæc lectio, fideliter in antiquiſſimo codice conſeruata. nam in aliis inanis ſedes Græcarum vocum relicta: in aliis, ne relicta quidem. Strabo libro II, *τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖον ἐστὶν ἤδη σὺν τῷ μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ.* Herodotus quoque non ſemel huius loci mentionem fecit. nam in Polymnia hæc ipſius verba ſunt, *Ἐνθεῦτεν δὲ κάμπτων τὸν κόλπον τὸν μέλανα καλεόμενον, καὶ μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀντισχόντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον,* &c.

91 VOS videritis, inquit, mihi qui Ariſtotelem legitis.] Duo hîc verba ex antiquis codicibus reſtituimus.

91 EXEMPTIS teſticulis.] Hoc Ariſtoteles in extremo libro nono de natura animalium tradidit. locus tamen in excuſis codicibus, & in manu etiam ſcripto, quem habui longè emendatiorem, deprauatus. Theodorus ſanè hãc inde ſentẽtiam eruit, ſiue meliores codices habuit, ſiue ex ingenio ita legendum eſſe vidit. Nam Varro etiam ſententiam illam (niſi fallor) confirmat. In primo autem libro de ortu animantium eandem rem Ariſtoteles narrauit: vbi vitium verba non habent, *Καὶ ἤδη ταῦρός τις μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὀχεύσας εὐθέως ἐπλήρωσεν.*

93 ATTICVS centum viginti habet.] Optimus codex inquinatus: habet enim *Centaurum uiginti.*

93 QVOD faciunt Peloponneſii.] Antea Peloponnenſes. ex optimis exẽplaribus ita emendaui. Rectè dici Peloponneſii, manifeſtum eſt. Stephanus

etiam, Πελοποννήσιος ὁ σικήτωρ.

93 VNVM ferum, quos vocant onagros.] Apud Sudam Caudo inſula prope Cretam eſſe traditur, in quo maximi gignerentur onagri.

93 ALTERIVS anni pariant.] Vetuſta hæc lectio. antea mendoſè, *Alternis annis.* Paulo pòſt, vbi in excuſis, *Quod remiſſione laboris fit deterior:* in antiquis, *ſic deterior.* Arbitror legēdum, Hic deterior. Ex priore voce s, vt opinor, conſequenti huic adhæſit, & aſpiratio, quemadmodum ſæpe, deſideratur. Communis etiam lectio commoda.

94 Q. MODIVS Equiculus.] Ita emendaui auxilio vetuſtorū codicum, in quibus, Que modius, legitur. Ferè autem veteres librarii cùm Q. prænomen ſcribendum eſſet, Que imperitè ſcribebant. In optimo exemplari mendi nota hìc adpoſita eſt.

94 QVOD equus XXX menſium.] Quemadmodum in primo libro multa Varro à Theophraſto ſumpſit, ita in ſecundo hoc plurima ab Ariſtotele mutuatus eſt. quæ quia facilè inueniri poſſunt, & aliis nunc rebus ſtudeo, non curioſè oſtendam. Hic certè locus inde tranſlatus eſt: in libro VI de natura animalium, Βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας τριακοντάμηνος· τοὺς μὲν δύο, ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο, κάτωθεν. Βάλλειν enim appellat, quod Varro eicere aut amittere dentes, vocat. quanquam primum verbū naturam Græci verbi quo vſus eſt Ariſtoteles, magis exprimit. Inde ἄβολοι equi appellabantur qui nōdum dentes eieciſſent. nos etiam in hac re exponenda verbo quod his reſpondet familiari noſtro ſermone vtimur.

95 CVM dentes ſint facti brocchi.] Brocchi per duo cc, in optimis hìc exemplaribus ſcriptum eſt: vt vbi de canibus poſt agit iterum, *Directis priuſquam brocchis.*

95 SPINA maximè duplici: ſin minus non

extante.] Vetus hæc eſt & vera lectio. antea in excuſis *Extenta*, mendoſè. In libro vbi ſelectæ ſententiæ ſunt de re ruſtica auctorum: ex Apſyrto, *ῥάχιν, μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δὲ μή γε, κυρτήν.*

96 PERORIGA enim appellatur &c.] Optimus codex hîc mēdoſus eſt: nonnulli item qui eum ſequuntur. ſic autem in illis eſt, *Peroriga miſit appellatur qui qui admittit.* Vitiū habere hāc ſcripturam cognouit librarius, ideóque mendi notam ad eam adpoſuit. Fortaſſe legēdum, Perorigam, ſic appellatur &c. vt Perorigam cum ſuperiore parte hæreat. E Plinio mendum tollatur, quod in libro VIII, capite XIII, eſt. Perorigam enim legi debet, vbi in excuſis, Pariter aurigam, ſcriptum eſt. In antiquis certè Plinii exemplaribus, Prorigam, vnius literæ diminutione, legimus. Sunt & alia etiam vitia ea parte, quæ auxilio veterum librorum tutò corrigi poſſunt. Sic autem totus ille locus legendus, Æqua ex cauſa in Reatino agro laceratū perorigam inuenimus. Nam ita etiam conueniet Plinio cum M. Varrone, qui infrà hanc rem narrat. Quem Varro Perorigam ſiue Peraurigam, Ariſtoteles *ἐπιμελητὴν* appellauit: *ὁ ἐπιμελητὴς καλύψας τὴν μητέρα* &c.

96 SCILLAE medium conterunt.] Et antiqui omnes, & quidam etiam formis excuſi, rectè *Scillæ medium* habent: in aliis improbè illa vox commutata fuit. Quod hîc Varro medium in ſcilla vocat, Plutarchus *μέσον* in lactuca vocauit. Extrema ſanè pars quarti libri *συμποσιακῶν*, vetuſtate aut importunitate quorundam, defecit. De quibus tamen rebus illic diſputaretur, ex titulis ante librum ipſum conſtitutis, intelligitur: poſtremi autem capitis hic index eſt, *διὰ τί τὸ μέσον τῆς θρίδακος αἱ γυναῖκες οὐ τρώγουσιν.* Quintilii, qui & ipſi de rebus ruſticis ſcripſerunt, cùm de eadem re agerent, quod M. Varro

medium, Plutarchus verò *μέσον*, ipſi *περικάρδιον* vocarunt, id eſt medullam. Quid autem ea voce intelligerent, planius expoſuerunt. Nam quod tenerum ac molle in ſcilla eſt, ſe intelligere dixerunt, & quod etiam aliquis non incommodè adipem appellaret. Verba eorum quæ in XVII *γεωπονικῶν* leguntur, hæc ſunt, *εἰ δὲ μὴ προσδέχονται τοὺς ταύρους αἱ βόες, σκίλλης τὸ περικάρδιον μετὰ ὕδατος τρίψαντες καὶ περιχρίσαντες, τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης. καὶ, ὡς ἂν εἴπῃ τις, τὸ στέαρ διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς μορίοις τῶν βοῶν.*

96 ITAQVE vt reſtibiles ſegetes eſſent exuctiores.] Ab Ariſtotele hanc ſententiam accepit M. Varro, quam tamen elegantiſsimè conuertit: *Ἕνα δὲ ἐνιαυτὸν καὶ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν, καὶ ποιεῖν ὥσπερ νειόν.* Ager reſtibilis quis ſit, & vnde vocatus, oſtendit ipſe in v libro de lingua Latina.

97 NE VNGVLAS comburat ſtercus cauendum.] Receptam hanc lectionem non damno: antiquam tamen, quanuis vitioſam inquinatámque, notam eſſe volo: *Ne ungulas commurat ſtercus tenebat.* In optimo codice mendi nota adpoſita eſt. Columella communem bene reſtitutam confirmat: libro VI, capite XXXVII, Prouidendúmque ne ſtercore vngulas adurat.

97 VT EQVVLI cōſueſcant.] Antiqua hæc & vera lectio: mendum in excuſos fluxerat, quòd in vetuſtis Eculi, ſcriptum eſt: quæ ſcriptura imperitos fefellerat. ſed non multo etiam pòſt, *eculum poſſe domari*, in iiſdem ſcriptum eſt.

97 AB EO tempore mediocriter exercēdum.] In cunctis manu ſcriptis, vno excepto, *extriendum*: in illo autem qui è melioribus non eſt, *eximendum*. Nihil variaui: quam autem ſtudioſis opem dare potui, dedi. fortaſſe etiam nihil melius quærendum.

97 EQVI.] In manu ſcriptis, *equis*. Fortaſſe, è quîs. nam ſic ſæpe loquitur Varro. quæ autem in excuſis erant tria verba, *Alij ad prædam*, in nullis à nobis manu ſcriptis inuenta ſunt.

98 MEDICI pecorum ἱππιατροὶ appellati.] Antea κτηνιατροὶ, contra ſententiam ipſam & fidem vetuſtorum codicum ſcriptum erat. Quãuis medici pecorum non equos tantùm curent, ſed alias etiam veterinas: tamen quia plurima ſunt in equis & ſigna morborum, & genera curationum, à Græcis ἱππιατροὶ, ab equis impoſito nomine, appellantur, inquit Varro. Hoc autem verũ eſſe intelligi poteſt ex commentario in quem collati ſunt multi Græci auctores, de re veterinaria. ἱππιατροὶ enim illic etiam appellantur, non κτηνιατροί. Qui Latinis impoſuerunt nomina, hoc non ſpectarunt. nam Veterinariam, medicinam illam vocarunt, & Veterinarios, medicos. vnde hîc nonnulli non animaduertentes Varronis ſententiam, κτηνιατροὺς perperam ſcripſerunt. κτηνῶν enim Græcis τὰ βοσκήματα.

98 ET IPSI pro ſe ſacrificarentur.] Ita emendaui è vetuſtis libris. Nonius de Contrariis generibus verborum, oſtendit veteres Sacrificantur, pro Sacrificãt, dixiſſe: potiſſimúmq; Varronis exemplis hoc confirmat, è variis ipſius libris ſumptis, in quibus etiam huius libri locus ille ſic legitur: *Ibi enim ſolent ſacrificari lacte pro uino.* Ex huiuſcemodi locis cognoſci poteſt integritas codicum M. Varronis, quos habui, & audacia imperitorum, qui quæcunque à communi conſuetudine diſcedunt, in veteribus auctoribus deprauant.

99 HAEC me Reatino auctore probares mihi inquit.] Sic in omnibus antiquis ſcriptum inueni: antea, *Mi Attice*, in excuſis legebatur. Conſenſum igitur multorum ac bonorum librorum ſecuti ſumus.

Nobilitatem

Nobilitatem mulorum Reatinorum Strabo quoque multam eſſe tradit libro v, Καὶ δὴ καὶ τῶν ἡμιόνων γένος τῶν Ῥεατινῶν διωνόμασαι θαυμαστῶς.

100 PERTINET ad feras beſtias ac ſylueſtres.] In maiore ac meliore librorum parte hic locus turpiter inquinatus eſt, *Ad feras beſtibus aſſilueſtribus aſſilueſtres*. Nec tamen maculæ ipſius librarium accuratiſſimum fefellerunt: ad eum enim mendi notam adpoſuit. In vno tãtùm manu ſcripto receptam lectionem inueni.

100 ET POTIVS varis quàm vatiis.] Priſca hæc ſcriptura, quæ recta eſt: antea Vaciis, corruptè. Sic etiam in Pandectis Florentinis hoc nomen ſcriptum eſt, libro XXI de Ædilitio edicto. l. Idem Offilius. Quæſitũ eſt an valbus, & bleſus, & atypus, iſque qui tardius loquitur, & varus, & vatius ſanus ſit: & opinor eos ſanos eſſe. Huius capitis ferè omnes ſententias ad verbum à Frontone expreſſas in XIX libro γεωπονικῶν legimus. Verùm cùm hæc pars in excuſis nuper manca ſit, non malè facturos nos arbitror ſi è vetuſto codice illam reſtituerimus, qui eſt in Medicea bibliotheca: σκέλη ὀρθὰ, εἰ δὲ μὴ, καμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισὰ πόδας &c.

100 SOLO nec vt corneo, nec &c.] Antea, *Talo nec ut corneo* &c. Quæ lectio facilè damnari potuit: eſt enim multis modis falſa. quis enim talum vnquam inuenit qui non magis quàm corneus eſſet? nedum mollis inueniri poſſit: eſt enim oſſeus. Proprio certè nomine talum in cane vocare non potuit Varro, ſi Ariſtotelem audire volumus, qui in II de natura animantium inquit, πολυσχιδὲς δὲ οὐδὲν ὥπλαι ἔχον ἀστράγαλον, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄνθρωπος. Solo legi debere arbitratus ſum, quòd hoc aut illo modo factum magnas vtilitates præbere poteſt, aut impedimenta cani ad currendum & ingrediendum. Solum autem infimam

partem pedis pellémque illam appellari manifeſtum eſt, vel teſtimonio Ciceronis, qui ita conuertit ex epiſtola Anacharſidis, ὑπόδημα, δέρμα ποδῶν, Calceamentum, ſolorum callum. Cùm enim accuratè ſingulas partes pedis exponeret M. Varro, non debuit hanc tacere. nam quòd nec corneum, nec nimium durum, ſed fermentatum ac molle eſſe vult, has omnes naturas ſolum habet: & quæ probat Varro, valde his canibus accommodata ſunt. nam corneum, alienum, & quod nimis durum etiam eſſet: neque enim firmiter terræ hæret aut in curſu explicatur. contrà fermentatum ac molle, egregias commoditates habet. Sed hæc facilè ab his qui naturam canum cognitam habent, aut venationi aliquando operam dederũt, intelligentur. Veterem ſcripturam, ex qua ita legendum eſſe ſuſpicatus ſum, nunc proponam: nam illa aliquid mendi omnino habet, & maculoſa à librario etiam exiſtimata eſt, qui notam quam conſueuit adpoſuit, *Selone ut corneo, ne nimium duro.* Vnius igitur literæ commutatione, ex Selo, ſolo feci. nam extrema ſyllaba Ne, ab ſolo ſeiungi debet: importunè enim illi hæſerat. nec tamen illa quoque vitio vacabat. nec enim eſſe debuit, vt paulo pòſt iterum, N*e nimium*: pro, nec nimium. Animaduerti in vetuſtiſſimo exemplari eodem pacto aliis etiam locis Ne, pro Nec, ſcriptum: vt de equis, *Genib. rutundis, ne magnis.* In XIX libro γεωπονικῶν multa de canibus, Frontonis nomine leguntur, quæ, niſi fallor, Fronto ipſe è Varrone expreſſit. nam eundem ordinem in ſingularum partium natura exponenda tenet: & quæ aut probauit aut reprehendit in canibus Varro, eadem ille aut laudat, aut damnat. nam quod ad hunc locum attinet, inquit, πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρωμένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους. ſtatímque ad ſpinam tranſit.

Quare cùm nihil de ſolo dixerit, ſed omnem hanc partem, quæ in cunctis exemplaribus mendoſa eſt, reliquerit, quandoque coniecimus, inde id factum eſſe potuiſſe quòd multis antea ſeculis hæc macula hunc locum fœdaſſet. De hoc tamen vnuſquiſque vt volet exiſtimabit.

Hanc animaduerſionem vt magis amem, facit Borghinus meus, iuuenis acutiſſimi ingenii, & cũctis bonis artibus eruditus: qui ea magnopere delectatur, ad eámque me primò excitauit, & non parum adminiculatus eſt, cùm in ſermone de hoc deprauato loco cum eo diſputarem.

101 PASTORES vt deducerent in Metapontinos ſaltus, & Heracleæ emporium.] Hunc locum in cunctis manu ſcriptis mancum decurtatúmque inueni, nec tamen cõmunem lectionem variaui. Vetuſtam hîc proponam, ſi fortè aliquis maiore ingenio præditus illius auxilio locum reſtituere poſſit: *Paſtores ut dedurent in metampinos ſaltus, & tra'clepore, inde cum*, &c. In optimo codice mendi nota adpoſita eſt. Metapontum & Heracleam oppida fuiſſe in ea parte Italiæ quæ olim Magna Græcia vocata eſt, omnibus notum. Metapinum oſtium Rhodani fuiſſe, vnde Metapini ſaltus appellari potuerunt (ſi fortè ita legendum eſt) Plinius libro III, capite IIII, oſtendit: non longéque ab eo oppidum Heracleam vocatum, aliquos tradere auctores, idem affirmat. Sed omnia in tam corruptis veſtigiis incerta & tenebrarum plena ſunt.

101 AD PASTORES redierunt.] Actitam vocem Diogenis, qua Platonem acerbè momordit, ab illo laceſſitus, commemorare libet: vt animum ex his minutis moleſtiſque animaduerſionibus paullum reficiamus: eſt autem valde ad hũc locum accõmodata. Differebat de grauioribus aliquibus rebus

Plato,præſente Diogene, parum tamen attendente. Moleſtè id tulit Ariſtonis filius, aitque, Audi verba mea canis. Minimè perturbatus Diogenes, reſpōdit, Atqui ego in illa loca non redii in quibus venditus ſum, quod canes facere conſueuerunt. Obſcurè tangens ipſius in Siciliam reditum. Ælianus hoc refert in libro περὶ ποικίλης ἱστορίας. Molonis etiam magni illius rhetoris vox circūfertur,qui hoſtili animo præditus aduerſus Platonem,dicere ſolitus erat,Nemini mirum videri debere, ſi Dionyſius Corinthi,ſed potius,ſi Plato Syracuſis. Erat autem prouerbium,nūc etiam ſatis peruulgatum,Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. A multis denique profectio illa Platonis in Siciliā damnabatur. quare verius potuit eum Diogenes inſimulare, quòd cùm prauum infidumque animum regis expertus eſſet, poteſtati eius ſe iterum commiſiſſet. Hoc autem Diogenis ἀπόφθεγμα alter quoque Diogenes in vita ipſius,quam diligenter ſcripſit,retulit: conciſius tamen id, & in aliqua etiam re ab eo quod ſuprà poſuimus,diuerſum.

101 QVI vellet ſe à cane ſectari.] Sectari, διώκεσθαι, ἀκολουθεῖσθαι, quomodo veteres ſæpe locuti ſunt: quod Priſcianus teſtimoniis antiquorum ſcriptorum citatis oſtendit.

101 SEQVITVR quartum de emptione.] Antiqui codices maculoſi. nihil variaui. veterem tamen hic ſcripturam adponam, *Sed quod quarum, de emptione fit alterius, cum a priore, &c.*

102 PASCITVR enim è culina & oſſibus.] In veteribus hic etiam locus inquinatus, E curia, enim,non E culina,habent: quid dicam neſcio.Communis lectio non omnino mihi firma videtur: è vetere autem nihil boni educere adhuc queo. Culina ruſtica in his & in aliis etiam libris à M. Varrone appellata eſt.

102 VEL etiam vt μῦθον aperiant.] Ita ſcriptum in vetuſtiſſimo & fideliſſimo codice inueni. quare cõmuni lectione ſublata, hãc reſtitui. Potuit id prouerbium,quod antea in excuſis erat,intelligere Varro,nec tamen hîc adponere: quemadmodum de huiuſcemodi vocibus peruagatis veteres ſcriptores ſæpe faciunt.

102 TVNC enim dicuntur catulire.] σκυζᾶν hoc Græci appellant. Ariſtoteles libro VI, περὶ ζώων ἱστορίας, Δοκεῖ δὲ σκυζᾶν τὸν ἴσον χρόνον κύων. Et paulo pòſt, τὰς γὰρ πάσας δοκεῖ σκυζᾶν ἡμέρας τέτταρας καὶ δέκα. Theodorus,nunc Canire, nunc Libidine teneri, interpretatus eſt.quandoque etiam Prurire vertit.

103 PRIMVM leuibus vinclis, quæ ſi &c.] Antiqua hæc eſt lectio: in excuſis anteà *Leuibus numellis,quas* &c. quæ lectio probari potuit, niſi veteres omnes libros contra ſe habuiſſet. Sex. enim Pompeius inquit,Numella genus vinculi,quo quadrupedes deligantur.

103 ET SI alter indeſinenter æger eſt, &c.] Et vocem Indeſinenter,& ſententiam quæ ex ea conficitur, parum probaui: & (quod magnum apud me ſemper pondus habet) veteres libros diuerſos inueni. Sunt illi quidem hac parte inquinati, poſſunt tamen nobis communis lectionis vitia (ſi non aliud) indicare. Hæc vetus eſt lectio, quæ ne aliquem falleret, in optimo exemplari notam adpoſitam habebat, *Et ſi alter uidem fiter æger eſt.* Vt quid de hoc loco ſentiam liberè loquar, ſuſpicor, aut Identidem, pro Indeſinenter, legendum eſſe: aut verba illa deformata vacare: quòd negligenter librarius aliquis ſuperiores voces, hîc etiam non ſuo loco ſcripſiſſet, & eas etiam mendoſè & corruptè ſcripſiſſet. Intelligo illas, *Altero idem fit acrior.* Ego ingenuè quid conijcerem expoſui: alii fortaſſe melius

ingenioſiúſque locum reſtituent.

104 GALLI appoſitiſſimi, maximè ad iumenta.] Ita caſtigaui. antea, *Appoſiti, ſed maximè,* &c. cuius lectionis languorem facilè, vt arbitror, intelliget, qui attētè perſpiciet. Antiqua lectio, manca, quæ tamen tutò poſſet corrigi, *Galli appogitiſſi maxime,* &c. In optimo codice nota, quæ locum mendoſum eſſe indicaret, adpoſita erat.

104 CVI potuit cedere.] Vetuſta lectio, diuerſa, & vt arbitror corrupta, *Cui potius cedere.* Sic etiam non multo pòſt locus valde mendoſus, *Vnius cuiuſque giſues gregis.* Hæc enim ſatis eſt indicare, propter auctoritatem librorum. neque enim aliud adferre poſſum ad reſtituendos locos idoneum: qui tamen fortaſſe nulla indigent correctione.

105 TREMELLIVS ſimul aſpicit ad me.] In optimis exemplaribus nuſquam hîc Tremellius: ſed pro illo, Semel: *Semel ſimul aſpicit ad me.* Fortaſſe rectè locus reſtitutus eſt, & conciſè olim Tremel. legebatur: ex quo negligenter ab imperitis librariis Semel factum ſit.

105 LEVVNCIDAS ac contemnendas.] Locus turpibus maculis fœdatus, de quo antè etiam locuti ſumus, cùm de alio, qui item (vt opinor) in eodem verbo inquinatus erat, ageremus. Prima fortaſſe litera, nota illa eſt quam ſæpe in antiquiſſimis libris diximus inueniri. quod ſi reciperetur, non valde diſcreparet vox, quæ relinquitur, ab ea quam antea in primo libro inuenimus. nam ſuprà, Eiuncidum enim ſarmentum, &c.

105 PRAEGNANTEM ſæpe cùm venit pariendi tēpus.] Multa de incredibili fortitudine barbararum mulierum Clemens narrat in IIII libro στρωμάτων. nam fœminas prope Iberiam eſſe tradit, quæ prægnantes, idem quod hîc de Illyricis Varro

retulit, faciant. verba ipſius adponemus: *οἶδα καὶ πλησίον τῆς Ἰβηρίας γυναῖκας ἔργῳ καὶ πόνῳ χρωμένας ἀνδρικῷ: κἂν πρὸς τὸ ἀποκύειν γίνωνται, οὐδὲν ἀνιείσας τῶν περιχτέων, ἀλλ' ἐν αὐτῇ πολλάκις τῇ ἁμίλλῃ τῶν πόνων ἡ γυνὴ ἀποκυήσασα τὸ βρέφος, ἀνελομένη οἴκαδε φέρει.*

106 IN GREGIBVS ouium, ſed magnis.] Antiqua lectio diuerſa, ſed quæ corrupta adeò ſit vt eam explicare nequeam: ipſam hîc adponam, *Greges ouium ſed magnum.* Nec multo pòſt, vbi in excuſis, *Poſſent*: in iiſdem antiquis, *Poſſit*.

106 VT SVNT Attici, & mei: ſeptingenarii enim mei, tu opinor, &c.] Auxilio antiquorum codicum adhibita paruula induſtria, locum (niſi fallor) purgaui. antea enim maculoſus erat, & in excuſis omnibus ita legebatur, *Vt ſunt Attici, Tremellius, Septingenarij enim mei, ut opinor, tu, &c.* Vt tamen ſtudioſi rectè de hoc iudicare poſſint, veterem lectionem cum fide adponam: *Vt ſunt & ait tici, & mel. ſeptingenari enim me tu opinor, &c.*

106 EST enim lac omnium.] Mediæ duæ voces in antiquis nõ leguntur, & fortaſſe ſine illis integer ſermo eſt: vt initiũ ſit orationis eius qui de lacte diſſerit. *Eſt, de quo tu ſcire vis, lac, inquam, omnium, &c.* Apud Nonium elegantiſſima Varronis verba legũtur de natura lactis, De liberis educandis: Eam nutricem oportet eſſe aduleſcentem. anuis enim vt ſanguis deterior, ſic lac. lac enim, vt quidam dicunt phyſici, ſanguinis ſpuma eſt.

105 QVAS cibi cauſa capimus.] In lexicis quibuſdam hic Varronis locus adducitur, & *Cibali* legitur: vetus autem illud ac inuſitatum verbum eſſe traditur. In vetuſtiſſimo libro *cibili* ſcriptum eſt: & in aliis item nonnullis.

106 ARIDO & firmo cibo pecude paſta, id alibile.] In nullis manu ſcriptis poſtrema duo verba legi.

107 AD PERPVRGANDVM id quod à viridi, &c.] Corruptiſſimus hic locus eſt in omnibus antiquis codicibus. Receptam igitur lectionem retinui. nūc veterem ſcripturam, cùm maiorem nullam opem ſtudioſis adferre queam, notam faciam, & eam totius perioches: ne iterum eadem repetendo fruſtra laborem, aut eos, qui hæc legent, magis perturbem: *Ad perpurgandum ea, quæ auuridipas eo magis ſi uſſ.c ex herba, quæ ipſo ſumptæ perpurgare ſolent corpora noſtra.* Mendi nota hîc adpoſita in vetuſtiſſimo exemplari. quòd ſi vllus locus meritò, hic optimo iure damnatus erat.

107 IN LACTIS duos congios addunt.] Excuſi antea habebāt, *Lactis duobus congiis, &c.* manu ſcripti omnes, quos vidi, *Lactis duos cōgios.* veſtigia veteris lectionis ſecutus, ex ingenio emendaui, In lactis, &c.

107 QVOD Græci appellant, alii ὀπὸν, alii δάκρυον.] Hunc locum, adiutus ab optimo exemplari, commodè (niſi fallor) emendaui. erat autem ille in excuſis codicibus mendoſiſſimus. quis enim vnquam audiuit dracontion ad coagulandum lac adhiberi? quanquam alium eſſe M. Varronis verborum ſenſum puto: *Quod Græci appellant, &c.* quod, ſcilicet lac de fici ramo, alii ὀπὸν, alii δάκρυον appellant. omnes enim qui in Græcis auctoribus diligēter verſati ſunt, humorem ſtirpium aliquarum (quem in fico Lac appellat Varro, & nos etiam ita familiari noſtro ſermone vocare cōſueuimus) ab illis ὀπὸν & δάκρυον dici noluerunt. Et ſi hoc ſatis manifeſtum eſt, tamen poſterioris vocis, quæ hîc deprauata erat, exempla è nobiliſſimis auctoribus afferam. Ariſtoteles libro nono de Hiſtoria animalium, φέρουσι τὴν τ' ἄλλων ἀνθέων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα. Theophraſtus libro primo φυτῶν αἰτιῶν, Τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι μένει τὸ δάκρυον. Idem

politiſſimus ſcriptor in eodem libro ambas voces coniunxit, *ὅτι δὲ οὐ πάντων οἱ ὀποὶ καὶ τὰ δάκρυα γεννητικά, περὶ τῆς ἐπάνω καὶ περὶ τέρας αἰτίας ἀνενεκτέον.* In VI autem conſuetudinem ſermonis expoſuit, & quid ipſe de hac re ſentiret, timidè tamen indicauit, *καλοῦσι δὲ τὰ μὲν, ὀπούς, τὰ δὲ, δάκρυα. κοινότερον δὲ ὁ ὀπός, διαφέρει δ' ἴσως οὐδέν.* Qui autem prima hæc Theophraſti verba diceret Varronem expreſſiſſe, fortaſſe non peccaret.

107 ALII *ὀπόν.*] Ab hac voce *ὀπίαν* caſeum appellauit Cyclops apud Euripidem, acrem, & ad quem cogendũ ſucus è fici ramo adhibitus eſſet: *Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα.* quem verſiculum ipſius intellexit Athenæus lib. 14, *δειπνοσοφιστῶν, Εὐελπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ.*

107 MAMMAE enim rumis, ſiue rumæ.] Nihil variaui, antiqua tamen lectio diuerſa: vt accuratè põderari à ſtudioſis poſſit, eam hîc adponam, *Mammæ enim rumus ſiue ruminare ut*, &c. Locum alium Varronis à Nonio citatum, vbi de eadem re agitur, ad hunc adiungam. Cato, vel De liberis educandis, Rumine propter rumam: id eſt, priſco vocabulo, mammam: à quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.

108 ALII vellera, alii velumia.] In antiquioribus *Vellimna.* non multo pôſt vbi in excuſis, *Quod languidæ minus radices lanæ retinent.* in iiſdem vetuſtis libris, vna plus dictio legitur, *Quod languidæ minus ægræ radices*, &c. corruptè, vt arbitror. Et vt vnde mendum ortum putem dicam, declarationem fuiſſe, vocem quæ addita eſt, ſuſpicor, prioris illius, Languidæ: quæ temerè pôſtea à librario in contextum ſermonis Varronis coniecta ſit.

109 ET IN comœdiis, qui in ruſtico opere.] Loquitur nunc de comœdiis quas nouas appellabant

priſcarum tamen etiãm poetæ oſtẽdunt hoc veſtitu paſtores vſos fuiſſe: vt Ariſtophanes in νεφέλαις. inducit enim Strepſiadem cum filio ita loquentem,

> Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ Φελλέως,
> Ὥσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένος.

Nam διφθέρας etiam veteres appellaſſe membranas in quibus(vt nos quoque facimus)ſcriberent, oſtendit Cicero in epiſtola ad Atticum, cùm de parte ſuorum librorum, quos de Academicis quæſtionibus conficeret, vt ad Varronem mitteret, loqueretur. inquit enim, Quatuor διφθέραι ſunt in tua poteſtate. Idem etiam ſignificabatur prouerbio illo, quod dicebatur in eos qui nimis vetuſta referrent, ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγειν. Adagium apud Sudam explicatum.

109 NEQVE ab hoc quod mutaret Coſinius.] Animaduertendus modus loquẽdi: eſt enim elegãs & ab optimis auctoribus vſurpatus. Nihil mutauit ab hoc. id eſt, quod illi dixerant, probauit, nec in tam longo ſermone vidit quod reprehenderet, aut aliter melius dici poſſe putaret. Cogitandum an eodem intellectu ceperit M. Tullius, cùm in XIII libro epiſtolarum ad Atticum de Cæſare Dictatore loquẽs, inquit, Tum audiuit, de Mamurra non mutauit. Id eſt, Quod factum erat laudauit, & ratum eſſe voluit. In III Philippica de ſorte prouinciarum loquens, O felicem vtrunque: nihil enim mutauerunt. Id eſt, Sorte contenti fuerunt, & res melius cadere nõ potuit. nam pro domo ſua plenius loquitur: Cui quidẽ cùm Ciliciã dediſſes mutaſti paſtionem. Cõmutare verba, altercari ſignificare, planum omnibus eſt, vel ex Terentio, qui non ſemel ita locutus eſt. quare accuratè animaduertendum an mendũ ſit in verſiculo Silii poetæ, qui eſt in primo libro: ſic enim legitur,

Stantem pro muro, & mutantem membra Caicum. cùm

pro Membra, Verba legendum ſit, vt opinor. Mutantem verba, id eſt altercantem, conuitia facientem, & maledicta dicentem.

109 AD Vitulum. Niger in Turranii noſtri: illi partim, &c.] In vetuſtiſſimis etiam codicibus locus deprauatus: ſecutus veteris lectionis veſtigia, ita emendaui. nec tamen firmã emendationem hanc puto. Niger enim Turranii cognomen erat, non ab illo diuerſus: niſi aliquis eodem cognomine, ac diuerſæ familiæ fuerit: aut eiuſdem cognominis ac gentis, qui prænomine diſtingueretur. Antiquam hîc ſcripturam ponam, quam ſtudioſi accuratè perpendent: Ad V*itulum*. Niger *in* Turrani *in oſte illi*, &c.

IN M. VARRONIS LIBRVM III
De re ruſtica.

110 QVOD & in pace à ruſticis L. alebantur, & in bello ab iis tuebantur.] Hunc locũ in cunctis manu ſcriptis mendoſum inueni. cùm autem nihil ab excuſis variauerim, veterem ſcripturã nunc indicare volo: in qua idem verbum ſecundi membri finis eſt, quod primi: id eſt, Ab iis alebantur, in vetuſtis codicibus, vt ſuprà, A *ruſticis hominibus alebantur*, legitur. Nõ tantùm autem hoc admonui, offenſus rariore ſignificatu eius verbi quod in omnibus nunc excuſis eſt, quàm propter antiquorũ librorum fidelitatem. Quis enim ſcit an ita locus ex ingenio ab aliquo emendatore reſtitutus fuerit: non tamen viſum eſt receptam lectionem loco mouere: commodam præſertim, & quæ ferri poſſit. nam vetuſtiſſimos ſcriptores παθητικῶς etiam tueor dixiſſe, vel hac eleganti inſcriptione (quam Auguſtinus Nerruccius, eruditus ac diligens vir, cùm Hiſpanias peragraret, inde attulit) manifeſtum fieri potuit.

PALLADI VICTRICI SACRVM.

HIC HOSTIVM RELLIQVIAS PROFLIGAVIT CATO. VBI SACELLVM MIRO ARTIFICIO CONDITVM ET AEREAM PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT.

PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI.

Eam autem eo libentius adpoſui, quòd ſalua maieſtate imperii, pietatis in deos plena eſt.

110 VOCANT collis Thebas.] Ita emendaui è vetuſtis codicibus. antea in excuſis, *AEolis*, corruptè: quæ tamen lectio in ſemiuetere codice à me inuenta eſt. Quod addit M. Varro, non longè à Reate cliuum appellari Thebas, declarat hîc etiam Collis legendum eſſe.

112 QVAM priuati candidati tabella, dum ita, &c.] Locus, niſi fallor, aliquam obſcuritatem habet: quare eo libentius veterem lectionem, non parum diuerſam, indicabo. In antiquiſſimo & fideliſſimo legitur, *Tabella dimidiata ædificemus.* Eum autem plures ſecuti ſunt. In alio ſemiuetere, *Dimidia ædificemus.*

112 EVNTI de cõtrouerſiis Interamnatium, & Reatinorum.] Vetus hæc eſt lectio, quam ſynceram puto. In excuſis poſt Reatinorum, *Cognituro*, erat: quæ declaratio, vt opinor, fuit addita ab aliquo, qui ſine illa ſermonem mancum imperfectúmque putaret: à quo diſſentio, qui nihil deſiderari, & elegan-

tiorem eſſe hunc modum loquendi credo.

112 TVA, inquit, hæc in cãpo Martio.] In excuſis antea, *Tua, inquit Axius.* id nomen ſuſtulimus: non enim à M. Varrone hìc poſitũ fuiſſe credimus, ſed ab aliquo additum, qui omnia nimis declarare ſtuderet. Scholion quondam illud fuiſſe, ex optimo exemplari cognoſci apertius poteſt. ſic enim in illo, *Tua inquit, ſcilicet Auxius, hæc* &c. In quo hoc etiam animaduertendum, nunc Axius in vetuſtiſſimis libris, quandoque Auxius legi. nam & hîc & ſuprà Auxius: *Auxius Appio ſubridens.* quod etiam obſeruaui in epiſtolis Ciceronis ad Atticum: cùm enim in illis etiam huius Axii mentio ſit, in optimo exemplari id nõmen eodem pacto variatum eſt.

112 OMNES omnium Reatinæ.] Aliquæ hac parte maculæ in optimo exemplari. nam, *Omnes omnium uniuerſæ. Reatinæ,* perperam in illo ac nonnullis aliis legitur: & paulo pòſt *ornata,* in iiſdem non eſt: in quo culpam fuiſſe librarii puto.

113 LYSIPPI aut Antiphili. Et crebra.] Antea in excuſis, *Aut Antiphili uidebis.* id verbum in nullo antiquo à me repertum eſt. ſuprà etiam in iiſdem Mea, non Meam: quod huic ſcripturæ reſpondet. In optimo exemplari nota ad hunc locum adpoſita erat, ea de cauſa puto, quia deprauatum illic nomen poſterioris artificis. *Ante philu* enim ſcriptum erat.

113 ET QVID igitur, inquit, eſt.] Antiqua lectio deprauata: ſic enim habent meliores codices, *Et quid gus inquit,* &c.

114 ET EA, & vrbana.] In excuſis antea, *Et ruſtica ſcilicet & urbana.* Germanam huius loci lectionem eſſe arbitror, quam reſtitui: in optimis enim exemplaribus eam inueni. Vitium, vt puto, inde factum eſt, quòd cùm nonnulli nimis obſcurè hìc locutũ Varronem putarent, addiderunt ad verbum Ea, ſcilicet

vrbana. Imperiti poſtea librarii declarationem recẽperunt, & verbum quod declaratum fuerat, reliquerunt. Sunt tamen hæ leues coniecturæ, & quæ nihil firmitatis habent.

114 QVAM hinc apros macellarios Seius.] Totus locus variatus, in quo ego auctoritatem veterum librorum ſecutus ſum. Modicam libertatem, quam mihi permiſi, nunc patefaciam: eáque me non intẽperãter vſum declarabo. In cunctis antiquis, *eius* extrema vox erat, ex qua, vna addita litera, Seius feci. prior dictio in eandem literam deſinebat: quare minore licentia inde illa ſumi potuit. De Seio multis locis in his libris, & non multo pòſt hîc etiam mentio eſt. *Miliarios* antea in excuſis erat.

115 NON ne item L. Albutius.] Nihil immutaui: in optimis tamen exemplaribus hîc *Abuccius*. Iterũ idem nomen hoc ipſo in libro, vbi de pauonibus agit, & in excuſis Albutius eſt. *Vt quidem Abuccius habebat*. T. Albutius, vir doctus, ac optimis ſtudiis deditus, Athenis vixit, vt Cicero in quinta quæſtione Tuſculana oſtendit: fuítque Albutius ille de quo Lucilius in ſatyra venuſtè ſcripſit, cuius carmen in primo libro de Finibus Cicero adduxit. Hic de quo M. Varro agit, videtur Lucilium imitatus, & ipſe ſatyras ſcripſiſſe.

116 AC VIM formámque eius expone Merula non grauatè.] Elegantior eſt antiqua hæc lectio, quã reſtitui, duobus verbis immutatis. Sic etiam Cicero locutus eſt in primo de Oratore, Cum vobis, nõ meo iudicio, ſed veſtro ſtudio inductus, non grauatè reſpondero.

116 SEPTA affictavillæ.] Affictа, ſcripſi è vetuſtis libris: antea enim in excuſis Affixa. Vbi de columbis agit, in manu ſcriptis, & forma excuſis pariter, *Sub ordines ſingulos tabulæ fictæ*. non multo

poſt in antiquis tantùm, *Duabus uirgis uiſcatis defictis*, &c. De gallinis, *Aut exculpta, aut affricta firmiter:* etiam in impreſſis.

117 ET NATA nutricare ſaginaréq;.] Diſſentit à communi hac, antiqua lectio: quam ſi non recepi, tamen notam eſſe volo, *Nutricari ſaginiſque*, &c.

117 QVAM tum habebant totæ villæ.] Vetus lectio, *Tutas uillas*. Tutas autem, pro totas: vt in iiſdem libris *Rutundum* ſæpe pro Rotundum.

118 E TVO flumine.] Sic legimus in optimo codice aliiſque nonnullis. in excuſis antea, *E uicino*. Vetus lectio hunc ſenſum habere poteſt, vt Merula ad M. Varronem aſpiciat, qui ſub Caſino villam habuit, vt è cōſequente etiam capite intelligitur. Infrà de eodem fluuio, *Cum habeam ſub oppido Caſino flumen, quod per uillam fluat*, &c. In eodem etiam codice, *Immidium*, non Minidium, ſcriptum inuenimus.

119 VNDE, non vbi ſumuntur pingues turdi.] Hunc etiam locum reſtitui. antea in omnibus excuſis, *Vnde nonnulli*, &c. inſulſo ac frigido ſenſu. non enim dici poteſt quanto elegantior ac ſuauior ſit vetus lectio. Iocatur in verbo Sumuntur, quod ſimplicem intellectum non habet. nam Sumere, & manu capere & ore ſignificat, id eſt, cómedere ac deuorare. Oſtendit igitur ſe loqui velle de ornithone, è quo promuntur turdi: non in quo, apparato conuiuio, edũtur. ſuprà enim dixerat eſſe auiarii genus oblectationis cauſa conſtructũ, in quo delicatè cœnitarent: ſed politi ingenii homo facetè & iocosè hæc exponit. Oſtendam nõ multo pòſt iterum hoc verbo eodem intellectu M. Varronẽ vſum. Adducitur à Nonio Varrònis hic locus Prometheo libro ſecundo, Cùm ſumere cœpiſſet, voluptas retineret, cùm ſat haberet, ſatias, manũ de menſa tollere. In quo affirmarim Sumere hoc intellectu vſurpatum ab eo fuiſſe.

119 TECTORIO tacta eſſe leui.] Vetus hæc eſt lectio, quam probaui. antea in excuſis *Tecta*. Hoc in libro iterum, vbi de leporibus, *Vt tectorio tacta ſint, & ſint alta*. Idem error erat illic in excuſis.

120 IN HOC tecto caueatque.] Nihil immutaui. antiquam tamen ſcripturam notam eſſe volo, ſiquid opis afferre poſſit ad locum reſtituendum: qui cùm tantopere à veteribus veſtigiis diſcrepet, meritò ſuſpectus eſſe debet: *In hoc tecto cauiis, quæ cauiis tabulata habeant aliquod adportat ſubplementum.*

120 ATQVE alieno tẽpore venditoris moriãtur.] Sic etiam Lucretius inquit, *— aliena ſalutis eorũ.* Et Cicero in primo Quæſtionum Academicarum ad Varronem, Et vno nomine omnia quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis. Antea in excuſis, *alio caſu uenditori.*

120 TVM mihi tu dic illud, &c.] Antiqui libri vitioſi. ſic enim habẽt, *Multum dic illut*, &c. Ne hoc quidem occulere volui.

121 QVAE eſt à Vinio fluuio.] Fluuii nomẽ in antiquis perturbatum, non tamen receptam lectionem temere variaui: veterem tantùm indicare volo: illa autem hæc eſt, *Quæ eſt animo fluuio.* De vero fluuii nomine nihil compertum habeo: amnis paulo pòſt muliebri genere appellatur in fideliſſimis libris, quemadmodum ſæpe à vetuſtis auctoribus appellatam Nonius docet, qui etiam Varronis ipſius hoc exemplum adducit, περὶ τόπων libro primo: In hac ciuitate agros colũt arenoſos: propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.

121 QVA iter in areã eſt.] Antiqua hîc etiam lectio perturbata, & ſanè totum caput crebrioribus maculis inquinatũ: *Qua introitus itur in aream eſt.* Quomodo corrigi locus debeat, ſi vitium etiam in communi eſt, non video.

121 QVIBVS cibus miniſtratur per retem.] Et hîc & aliis etiam locis virili genere in antiquis libris Retis à Varrone vſurpatur. Sed Plautus etiam Rudente, ita illum appellauit: alii vetuſti ſcriptores, vt grammatici teſtantur.

122 CIRCVM falere & naualia.] In excuſis antea, *Natatilia.* In cunctis manu ſcriptis, *Naualia.* cur tantum conſenſum veterum codicum damnarem, non fuit.

122 EPITONIIS VERSIS.] Antea in excuſis, *Epiſtomiis*: veriorem eſſe *Epitoniis* lectionem putaui. nam ita in cunctis manu ſcriptis inueni: & huic rei vocabulum hoc valde accommodatum eſt. quo etiam Vlpianus iuriſcõſultus vſus eſt, de Actionibus empti & venditi. L. fundi. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia, fiſtula applumbata, aut quæ terra continentur, quanuis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat. Vidi etiam vetuſtiſſimum Vitruuii codicẽ, in quo ita hic locus è decimo libro ſcriptus eſſet: motione verò vectium vehementiore ſpiritus frequens compreſſus epitonicorum aperturis influit. cùm excuſi formis habeant Epiſtomiorũ. Epitonia (vt nomen oſtẽdit) inſtrumenta ſunt, quibus chordæ funéſque intenduntur.

123 STELLA lucifer interdiu, noctu heſperus.] Magnificè hic ornithon, vel delicatè potius, cõſtructus erat, ſi in eo ſiderum etiam curſus conſpiciebatur, & ſtellarum erat ortus obitúſq; deſcriptus. Priſci illi, cæleſtis rationis ignari, diuerſas ſtellas Phoſphorum & Heſperum exiſtimabant. Parmenides primus vnam eandémque eſſe inueſtigauit: alii Pythagoram dixerunt. φωσφόρον Latino nomine Varro Luciferum appellauit. Catullus, quo ἕσπερον Latinè exprimeret, Noctifer finxit. nam veſper à Græco vocabulo declinata, Græca vox videtur. in Epithalamio

autem hoc fecit, verſiculo illo, *Nimirum OEteos oſtendit Noctifer ignis.* Ita enim corrigendus eſt: excuſi, alii Eoos, alii Ætherios habent: manu ſcripti OEteos. Ita autem legendum eſſe, teſtimonio etiam optimi poetæ confirmatur: qui in paſtorali carmine inquit,

Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus OEtam. id eſt, nox fit, & veſper iam ſurgit. ex eo enim monte, nocte aduentante, ſtellæ ſurgere videbantur. Illud autem ſignum expectabatur, ſtatimque virgo domum mariti deducebatur. Eo igitur viſo, iuuenes quid dicturi eſſent, ſecum cogitare cœperunt: cōtrà puellæ, ſtudio iuuenum animaduerſo, cognouerunt veſperum exortum. ante enim ortum illius non erat neceſſe feſtinare. Eſt autē epithalamium illud è genere eorum quæ Græci (quòd ab ortu veſperi ad mediam vſque noctem canerentur, donec ſomnum caperent) κατακοιμητικὰ appellabant.

123 FORTASSE ante eum duceret ſerram.] Nihil hîc immutaui. ſuſpectum tamen locum habeo. nam, Ante ſe, niſi fallor, recta ſermonis ratio, vt ſcriberetur, poſcere videbatur (quanquam Cicero eodem modo videtur illud protuliſſe initio primi libri Acad. Quæſtionum ad Varronem: Nuntiatum eſt nobis à M. Varrone veniſſe eum Roma pridie veſperi) Præterea antiquos libros diuerſos offendi. In optimo codice, aliiſque, *Ante cum duceret*, &c. In ſemiuetere, *Ante conduceret*. Hunc igitur locum aliis diſcutiendum relinquo.

123 M. AVFIDIVS LVRCO.] In cognomine diſcrepant antiqui codices: *Lyrcho* enim in illis eſt. nec tamen aliquid variaui. M. Lurconis mentionem fecit Cicero pro L. Flacco (an idē ſit, diiudicari non poteſt: tempora certè, quin idem eſſe potuerit, non impediunt) Itaque eôdem etiam M. Lurco vir optimus, meus familiaris, cōuertit aculeū teſtimonii

ſui. Apud Plinium quoque, qui eandem rem, quam Varro, narrat, Aufidii cognomen Lurco eſt.

123 SAMI in luco Iunonis.] Hoc etiam apud Athenæum lib. XIIII *δειπν.* legimus, *Μηνόδοτος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας φησὶν, Οἱ ταοὶ ἱεροί εἰσιν τῆς Ἥρας· καὶ μήποτε πρῶτοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν.* Cuius etiam rei Athenæus teſtimonia adducit veterum poetarum. nam inde quoque natum inquit, vt in nomiſmate Samio pauo exculptus eſſet.

124 REFERT in teſtabilem eam, in qua, &c.] Veterem lectionē repoſui: ſed quia non omnino de fidelitate ipſius ſecurus ſum, ideo ad eam, notam adpoſui. Confido tamen, ſi maculam aliquam habeat, non magnam illam eſſe, & multo meliorem hanc quàm communem ac peruulgatam iudico: quam puto ab emendatore aliquo ita concinnatam fuiſſe. In excuſis autem hæc erat, *In id tectum, in quo pauones habet, quod magnum*, &c.

124 PRIMOS hos Q. Hortenſius.] Multa de pauonibus, libro quo antea oſtendimus, expoſuit Athenæus: non pauciora idem etiam IX libro. Ælianus quoq; *περὶ ζώων ἰδιότητος*, capite XX quinti libri, plurima & ipſe tradidit. nam hoc etiam quod nunc à M. Varrone de Hortenſio narratur, recitauit. Romanus enim homo, quanuis Græco ſermone multa ſcripſiſſet, Romanas res egregiè callebat. Nō ſine pœna tamen hoc ab Hortenſio tentatum eſſe dicit, cùm Varro apud probos ſolùm & ſeueros homines illum offendiſſe narret. nam ab delicatis hominibus, & qui gutturis voluptates ſequuntur, potius Hortenſiū gratiam eo facto iniſſe oſtendit. verba Æliani hæc ſunt, *Ὁρτήσιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος καταθύσας ἐπὶ δείπνῳ ταὼν πρῶτος, ἐκρίθη.* Ἐκρίθη, in iudicium vocatus eſt,

cauſam dixit: niſi aliquis putet pro *κατεκρίθη* poſitum eſſe. id eſt condemnatus eſt. Addit etiam, Alexandrũ Macedonem, aſpectu harum auium apud Indos obſtupuiſſe, eique qui pauonem interfeciſſet, grauius minatum eſſe.

124 AVGVRALI adiiciali cœna.] In excuſis quibuſdam media vox non eſt, quæ in antiquis omnibus inuenitur. Plinius lib. x, cap. x x, cùm hanc rem referret, id quoque addidit: Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortẽſius adiiciali cœna ſacerdotii. Cogitandum etiam diligenter an pro Augurali, Augur legi debeat.

125 INTVS ternorum palmorum.] In antiquis alio genere, *Ternarum palmarum*. Nihil immutaui: non enim legi, aut hunc ipſum alibi, aut alios bonos auctores, cùm menſuram intelligerent, muliebri genere Palmam appellaſſe.

127 ASSEM ſemiſſem.] Antiquorum librorum lectio. In excuſis, *Ex aſſe ſemiſſem*, antea legebatur.

128 EGO QVAE requiro farturæ à ſura.] Excuſi libri inter ſe diuerſi, nedum ſolùm ab antiquis diſcrepent. In vetuſtiſſimo & optimo exemplari mendoſus etiam locus eſt. eius ſcripturam hìc adponam: *Ego quæ requiro ſarſuræ aſſuræ*, &c. In ſemiuetere pro *Sarſuræ*, *Salſuræ*. cætera eadem. Quomodo tam inquinatus locus purgari poſſit, planè non perſpicio.

128 RACEMARI non potui.] Ita emendaui: rectè, vt opinor, modeſtè certè, & temperanter. Vetus enim lectio *Racimari*: antea, *Ratiocinari*, incommodè, niſi fallor, & inſulsè legebatur. Verbum hoc quod reſtitui, aliunde huc tranſlatum eſt, & à vindemia ſumptum. nam Racemationes etiam ſtudia eorum dicebatur qui poſt vindemiam factam relictos

negligentia minutiores racemos colligerent: à Græcis *ἐπιφυλλίδες* racemrilli, quòd foliis tecti fallerent facilè, appellabantur. Id autem verbum etiam aptiſſimè lepidiſſimus poeta ad aliam rem tranſtulit, in fabula quam *Βατράχους* appellauit, *ἐπιφυλλίδες ταῦτ᾽ ἐστὶ καὶ στωμύλματα.*

129 TANAGRICOS, & Medicos.] In antiquis libris *Melicos*, corruptè: quem errorem in ſuæ etiam ætatis imperitis hominibus refellit Columella. cùm enim & ipſe de diuerſis generibus gallinarum ageret, inquit, Et Medicum, quod ab imperito vulgo, litera mutata, Melicum appellatur. Hoc etiã ante illum fecerat Varro. nam infrà & ipſe falsò gallinas ita appellatas oſtendit. Sex. tamen Pompeius multitudinis conſuetudinem non contempſit, & verbum id ſuo loco agnouit. Melicæ, inquit, gallinæ, quòd in Media id genus auium corporis ampliſſimi fiat: L litera, pro D ſubſtituta. Quemadmodũ etiam in Gallia nunc ciſalpina Melica pro Medica appellatur, qua ad boues ſaginãdos vtuntur: vnde etiã apud nos id genus frugis Sagina appellatũ eſt. Aliam tamen ab hac Medicam veterum fuiſſe, manifeſtũ eſt. nomen tantùm ipſius in Italia conſeruatum: ipſa periit: & id etiam aliæ frugi adtributum, quæ & noua in hac terra eſt, & defectum illius ſupplet. non tamen omni pecori, cui antiqua hæc, vtilis eſt. nam equi etiam illa alebãtur, vt Ariſtophanes Equitibus (ita enim fabulam appellauit) oſtendit: cùm enim equos ipſorum laudaret, inquit alio genere cibi illos vti ac cæteri equi faciant. *ἤσθιον δὲ παγούρους ἀντὶ πόας μηδικῆς.*

129 IN PARIETE exculpta ſint cubilia earũ.] Duo leguntur in manu ſcriptis codicibus, quæ non recepi. *Excluſa* enim hìc, non *Exculpta*, habent: nec multo pòſt, vbi excuſi, *Poſita ſint cubilia*: in iiſdem, *Plena ſint*, &c.

130 POTIVS vetulis quàm pullaſtris, & quæ roſtra aut vngues, &c.] In excuſis antea aliter legebatur: ipſe ope vetuſtorum codicum ita emendaui. in priore lectione duo præcipiebantur, vt oua è vetulis gallinis, non pullaſtris, edita legerentur: & vt vetulis item gallinis ſupponerentur. in poſteriore hac alterum tantùm, vt vetulis ſubiiciantur: & quæ roſtra & vngues non habeant acutos. Vnum tamen eſt in vetere ſcriptura, quod maculoſum deprauatúmque olim iudicatum eſt: notam enim adpoſitam habet. *Pullitris* autem id eſt, quod pro pullaſtris in antiquo ſcriptum eſt.

130 QVOD in eis vitales venas, &c.] Omne etiam paruum mēdum tollere cupimus, nec aliquam tam puſillam labem eſſe credimus, quæ in tam polito ſcriptore moleſta non ſit. Antiqua igitur lectio, *Quod inanes uitales*, &c. corrupta illa quidem manifeſtó: animaduertant tamen ſtudioſi, an verba quæ excuſi habent (in eis, inquam) vacent, & ab aliquo correctore repoſita ſint, qui deprauatam vocem Inanes reſtituere concupiuerit. Potuit enim imprudētia librarius labi: & cùm ſuperior perioche ab eodem verbo incipiat, ac poſt id, Inane, habeat, dum ſe credidit hanc exſcribere, primam illius partem exſcripſiſſe: poſtea errore cognito id delere non curaſſe.

131 VT SE volutare poſſint, &c.] Antiqua lectio diuerſa. receptam tamen retinui, quæ commoda eſt, & omni vitio caret. neque tamen ob id etiam vetus repudiari poteſt, *Vt uolitare poſſint*. Communem adiuuat Columella, qui puluerem & cinerem, vbi gallinæ degunt, reponi debere docet, idque ſententia Heracleti Epheſii cōfirmat. Veterem Varro ipſe, qui ſine puluere aerem ipſum apertum columbas reficere poſſe tradit: *Libero aere, cum exierint in agros, redintegrentur*. Quod enim columbis prodeſt,

gallinas etiam adiuuare veriſimile eſt.

132 INTIMINIVM, Album,Ingaunũ.] Vetus hæc eſt lectio.nam *Vintimilium*,quod antea in excuſis erat,manifeſtò corruptum. Quanuis enim nũc vulgò oppidum ea in regione ita appelletur, deprauatum id vocabulum eſt, ac veſtigia tantùm retinet priſci nominis. Intemelium Strabo vocat, ac Intemelios populos, quos etiam Cælius in epiſtola ad Ciceronem appellat. Pro, Album,Ingaunum:fortaſſe, Albingaunum, legendum.

132 IN triclinium ganearium.] Priſca lectio diuerſa eſt, *Genauium*:nec tamen ab omni macula illam mundam eſſe affirmarim. In Lexico quod magnifico nomine Theſaurum Latinæ linguæ appellarunt, Triclinium ginauium ſcriptum (ita enim habebant libri Varronis, primis huius noui reperti excudendi libros temporibus impreſſi) nec tamen aliquid addiderunt quod eam lectionem adiuuaret.

132 ET ANGVSTVM,& tenebricoſum.]Sic omnes manu ſcripti codices. Antea in excuſis, *Tenebroſum*. Veterem lectionem commendat ſermo doctiſſimi & elegantiſſimi poetæ, *Qui nunc it per iter tenebricoſum*. Libro etiam quarto rerum humanarum M. Varro(vt apud Nonium legitur)Specum tenebricoſum appellauit.

132 ET LVX pinguitudini inimica.] Antiqui omnes libri, *Pinguitudinis uindicta*:quam veterem ſcripturam nec omnino contemnere debeo, nec explicare adhuc poſſum.

133 ANSERIBVS admittẽdis &c.] Ita caſtigaui è vetuſtis codicibus, parua correctione adhibita. vetus lectio, *Anſeribus admittendum iis tempus*. Antea in excuſis, *Ad amittendũ tempus*,&c. Columella iudicium meum confirmat, qui inquit, Anſeribus admittendis tempus aptiſſimum,& quæ ſequuntur.

133 SALIVNT ferè in aqua, dum ſe mergunt &c.] Vetus lectio à communi diuerſa, *In aqua inungētur in flumen*, &c. Communi ac peruulgata non valde delector. otioſa enim & inanis poſterior ſententia mihi videtur. Satis enim id aperuerat, cùm dixerat anſeres in aqua coire. Antiquam omni mendo vacare, affirmare nō auſim: nec tamen illam negligendam puto, quæ in tot vetuſtiſſimis libris inuenitur. Plinius breuius hunc locum perſecutus eſt: Anſeres in aqua coeunt, pariunt vere.

133 NOTANDVM earum oua.] Recentiores Græci de re ruſtica auctores multa à Varrone acceperunt. eorum autem plures ſententiæ in commentariis ad Conſtantinū miſſis collectæ ſunt. Nam hæc etiam præcepta Varronis à Quintiliis in Græcū ſermonem tranſlata ſunt, libro XIIII, 391, *δεῖ δὲ σημειοῦσθαι ἑκάστης χηνὸς τὰ ᾠὰ διὰ χαρακτήρων τινῶν, καὶ ταῦτα ὑποτιθέναι τῇ μητρί: τὰ γὰρ ἀλλότρια τοῦτο τὸ γένος οὐ θάλπει. δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ᾠὰ ἕως τῶν θ.*

134 IN QVIS non includant.] Antiqui libri, In quæ non inducant. Infrà tamen, Cùm autem ſunt incluſi in haras, aut ſpeluncas, vt dixi. Significare enim videtur non ſolùm ſe eandem ſententiam antea, ſed iiſdem etiam verbis protuliſſe, nam ſenſum vetus lectio non variaret.

134 NE, SI eò inegerint.] Elegantior hæc eſt lectio quam reſtitui, è veteribus ſanè libris accepta. Oſtendi antea ſæpe Varronem hoc verbum vſurpaſſe. Inigere anſeres, vt Inigere pecus, dictum eſt. Parua labes in antiqua ſcriptura erat (ſi labes illa dici debet) *Ne ſi eo ineçerint*. Vnius igitur literæ correctio, quicquid erat maculæ, ſuſtulit.

135 QVOTIESCVNQVE ſumpſerunt, locus &c.] Qui Sumere, apud bonos auctores cibū capere ſignificare non animaduerterant, omnia hîc per-

turbarant: verba audacter commutarant: interpunctiones non ſuo loco poſuerant: ſuperiorem ſententiam contaminarant. quæ omnia vitia ab antiquis libris longè abſunt. Intellectus autem nunc tam apertus vt declaratione non egeat. nos etiam in ſermone noſtro patrio, verbo quod huic reſpondet, eodem ſenſu ſæpe vtimur, & pro comedere vſurpamus.

135 QVOD ipſi amant.] Et hîc & paulo pòſt iterum, muliebri genere in antiquis libris anſeres appellātur. nihil tamen variaui. nam ſuprà, cùm de illis agere cœpit, in iiſdem etiam antiquis libris virili genere vocantur.

136 MARES, vt fœminas.] In excuſis antea, *Mares in fœminas*, corruptè. vetus lectio & vera & elegans eſt. Neque enim, inquit, diligentiam adhibere oportet vt tot mares quot fœminæ intromittantur. nam etſi omnes mares aut omnes fœminas intromiſeris, citò tamen leporarium impleueris. Vtrāque enim naturam lepores habere exiſtimati ſunt. quod à Democrito etiam in Geoponicis accuratè traditur: & ab Æliano libro XIII, capite XII, περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων. Cuius verba adponam. nondum enim ſcriptor ille formis excuſus ac peruulgatus eſt, θηρατοῦ δὲ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἕτερα ἀγαθοῦ, οἵου μὴ ἂν ψεύσασθαι, λόγον ἤκουσα, καὶ αὐτῷ πεπίστευκα. καὶ δὴ καὶ διὰ ταῦτα εἰρήσεται. τίκτειν γὰρ δὴ καὶ ἄῤῥενας λαγῶς ἔλεγεν, καὶ ἔχειν, παιδοποιεῖσθαι τε ἅμα καὶ ὠδίνειν· ὡς τῆς φύσεως μὴ ἀμοιρεῖν ἑκατέρας, καὶ ὡς ἐκτρέφει τεκὼν ἔλεγε, καὶ ὡς ἀποτίκτει καὶ δύο που, καὶ τρία, καὶ τοῦτο ἐμαρτύρει. & ea quæ ſequuntur. addit enim alia non minus admirabilia. Plinius etiam ab Archelao id affirmari narrat.

137 QVOD eum Æolis Bœotii λέπορειν.] Neſcio an in his verbis mendum ſit: antiqua certè lectio diuerſa, quæ tamē valde perturbata eſt: *AEolis & bonum leporum.* Suſpicor ex ingenio ab aliquo correctore, vt

nunc in excuſis legitur, conformatum fuiſſe. meliúſne corrigi locus queat, eruditi & ingenioſi viri videbunt. In quinto libro de lingua Latina aliter de huius vocis etymo Varro ſentit, Lepus, quod è Siculis quidam Græci dicunt λέποριν. A Roma quòd orti Siculi, vt annales veteres noſtri dicunt, fortaſſe hinc illuc tulerunt, & hîc reliquerunt id nomen.

138 VBI tanta circunfluxit, &c.] Vetus lectio diuerſa eſt, *Vt tantum circunfluxerit nos*. Quam tamen non recepi, nec probari poſſe puto, niſi vitium ſit in his quæ ſequũtur Varronis verbis. eruditiores tamen de hoc etiam ſtatuent.

138 AQVA, inquam, finiendæ.] Antea, *Cludendæ*. Elegans hoc verbũ & valde hîc accommodatum, è veteribus libris ſumpſi, nec multo pòſt, interpunctiones ſuo loco collocaui. antea enim malè diſtincta oratio, omnem ſenſum confundebat.

139 ITA VT in eas LXXX, &c.] Ita locum reſtitui ope vetuſtorum codicum: ex ingenio tamen, quod deſiderari videbatur, addidi. Quo autem ſtudioſi, recténe hac libertate vſus ſim, iudicare poſſint, veterem lectionem adponam: *Ita ut eas* LXXX *quadrantes coici poſſint*. Alii nimis omnia explanare voluerant.

140 CVM cumulatim poſitum eſt.] Antiqua lectio deprauata, quam corrigere nequiui. vt alii in hoc laborent, eam omnibus proponam, & vitia peruulgatæ oſtendam. Optimus ac vetuſtiſſimus codex, *Quibus in tenebris cumularim poſitum eſt in doleis*. Mediæ vetuſtatis liber (qui ſemper mendoſior eſſe conſueuit) *Quibus in tenebris cliuulatim poſitum*, &c. Quanquam Hylarim poſſe pro Cliuulatim, legi, ſuprà ille adnotatum habet. Malè habitum eſſe olim hunc locum omnes nunc videre poſſunt. In communi, Cùm cumulatim, & ſono vocis, & ſententia etiam

non valde mihi ſatisfacit.

140 *Βοὸς φθιμένης πεποιημένα τέκνα.*] Cùm aliis omnibus in locis literis Græcis Græcæ voces in optimo exemplari ſcriptæ ſint, hîc tantùm Latinis. quare magis laboraui. Tertiam dictionem mēdum continere puto. non enim cōuenit illi cum vetuſtis veſtigiis: nec ſenſum præterea vllum idoneum habet. Notas quas pro illa inueni accuratè exprimam, *Pepianem mina.* ex iis quāuis conatus fuerim, nihil quod firmum eſſet, elicere potui. nam quòd φθιμένης quàm φθινομένης ſcribere malui, dedi id antiquorum librorum auctoritati.

140 *Ἵππων μὲν σφῆκες.*] Duo hîc antea hexametri verſus erant, qui parum immutatis vocibus eandem penitus ſententiam habebant: poſteriorem illorum abundare exiſtimaui: eius enim in manu ſcriptis codicibus veſtigium nullum inueni: priorem retinui. Quem deleui, Simplicius in primum Ariſtotelis φυσικῆς ἀκροάσεως adducit. 52, Οἷον εἰ κύων ἐξ ἵππου, ἢ μᾶλλον σφῆκες ἐξ ἵππου, ἢ μέλισσαι ἐκ ταύρου. ἵπποι γὰρ σφηκῶν γενέσεις, ταῦροι δὲ, μελισσῶν. Etſi apud eum quoque aliquantulum variatus eſt. Vt autem liberè quod ſentio proferam: arbitror olim in diuerſis M. Varronis exemplaribus diuerſè illum legi ſolitum, aut ab aliis etiam ſcriptoribus aliter pronuntiatum: vnde nonnulli inſulſè exiſtimauerint, vtrunque in hoc loco neceſſarium eſſe.

141 INTVS opus faciunt.] Vetuſta hæc lectio, quam veriorem puto. antea in excuſis, *Intus fauos melle faciunt.* Nam quod paulo pòſt inquit M. Varro, Fauus venit in altaria: ad rem diuinam veteres fauos adhibere ſolitos manifeſtum eſt. Euripides Iphigenia in Tauris,

Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος
Ξανθῆς μελίσσης ἐς πῦρ ἐμβαλῶ σέθεν.

141 ITAQVE nulla harum aſſidit, &c.] Totum hunc locum Didymus à Varrone accepit, in Geoponicis, 413, Ἔστι δὲ καθαρὸν ὑπερβολῇ τὸ ζῶον, οὐδενὶ τῶν δυσωδῶν καὶ ἀκαθάρτων προσιζάνον, οὔτε λίχνον. οὔτε γὰρ σάρξιν, &c.

141 NON vt muſcæ ligurriunt.] Duo rr, hoc verbum habere in optimis exemplaribus, & hîc & apud Terentium obſeruaui, in Eunucho, *Quæ cum amatore ſuo cùm cœnant, ligurriunt.* Ligurriunt enim, floſculos epularum carpunt & delicatiores dapes ſtudioſè ſectantur. quem ſenſum in Adelphis aliis verbis expreſſit, *Atque unum, quod quidem erit belliſſimum, carpam.*

141 NVMERO redducunt.] In antiquis duo dd, hoc verbum habet, & ſanè ſæpe veteres ita ſcribere ſolebant, vt grammatici etiam oſtendũt, & teſtimonio optimorum auctorum cõfirmant. Sententia autem ab Ariſtotele accepta eſt, δοκοῦσι δὲ χαίρειν αἱ μέλιτται καὶ τῷ κρότῳ. διὸ καὶ κροτοῦντες φασὶν ἀθροίζειν αὐτὰς εἰς τὸ σμῆνος ὀστράκοις τε καὶ ψόφοις.

141 ITAQVE inſectantes à ſe eiciunt fucos.] Ita ex antiquis codicibus emendaui. vetus lectio paruam maculam habebat, quam deleui, *Itaque impectantes,* &c. Vnius igitur literæ correctio totam rem confecit.

142 PHYSICAM addiſcat.] Nihil hîc variaui. vetuſtam tamen ſcripturam proponam, quæ ſiquid in ſe boni habet, valde hîc perturbatum ac obſcuratum habet, *Phyſicam achiſcat.*

142 NVNC curſu lampada tibi trado.] Ductum eſſe hunc ſermonem à ludis quos Athenis faciebant, & λαμπαδοῦχον ἀγῶνα appellabant, manifeſtum eſt. E Latinis auctoribus Lucretius etiam elegantiſſimè inde tranſlatis nominibus inquit, *Et quaſi uitai curſores lampada tradunt.* Plato περὶ νόμων libro VI, de

eàdem, qua Latinus poeta, re agens, eodem pacto locutus eſt, *γεννῶντας καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων.*

142 QVIDAM *μέλινον* appellant.] Optimum exemplar *Mellinen* habet. nihil tamen immutaui. *Μελίτταιναν*, quam eandem *μελισσόφυλλον* & *μελίφυλλον* vocabant, appellaſſe Dioſcoridem & Nicandrum Colophonium, manifeſtum eſt. De tertio hoc nomine Varronis planè mihi non conſtat.

143 VBI ſint, alii faciunt, &c.] Excuſi antea, *Aluos ubi ſint.* quarum primam vocem ſuperuacaneam eſſe duxi, & quòd in manu ſcriptis non inueni, & quòd ſine illa ſenſus pulchrè conſtaret. *Vbi ſint* enim appellauit domicilia ipſarum: quod etiam confirmari his, quæ poſtea à Varrone dicuntur, poteſt. Cùm enim ex qua materia fierent, copioſè docuiſſet, iam illas *aluos* cœpit appellare, *Hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos.* Quomodo enim debuit eo verbo vti, antequam vim illius expoſuiſſet?

143 VITILES fimo bubulo oblinunt intus.] Anteà *Fictiles*, in excuſis. Vitiles emendaui, & auctoritate veterum codicum, & ratione ita ſuadente. Fictilia enim vaſa per ſe intus & extra læuia ſunt, nec aſperitatem vllam habent: quo vitio laborare dixit vitiles aluos, niſi remedium adhibeatur. nam Vitilia, vt quallos, ciſtas, & quicquid ex viminibus fit, aſpera eſſe conſtat. Vitile autem appellant Latini ſcriptores quod lentum eſt & facilè flectitur. Plinius vitilibus nauigiis, corio circūſutis, Britannos nauigare dixit. Idem etiam libro XIII, capite IIII, de quodam genere palmarum agens, inquit, Folio latiore, ac molli, ad vitilia vtiliſſimo.

145 NE SI non animaduerterint, inopiam eſcæ habuiſſe, &c.] Receptam lectionem retinui, etſi illam nō bene firmam puto. nam præterquam quod

à vetere diſſentit, per ſe etiam mihi valde ſuſpecta eſt. Vetus ipſa cõturbatior & mẽdoſior, niſi veſtigia ſeruet veræ lectionis. Cùm maiorem nullam opem ſtudioſis dare poſſim, priſcam ſcripturam illis oſtendam, *Ne cum animaduerterint, aut inopiam eſſe habuiſſe dicitis ait cum ſint apes*, &c.

145 QVOD eſt aliud melle propoli.] Ita in manu ſcriptis antiquioribus ſcriptum inueni. qui modus loquendi quanuis rarior ſit, ab optimis tamẽ auctoribus vſurpatur. Locus ille ex epiſtola Bruti & Caſſii ad Antoniũ ita legitur in fideliſſimo exemplari, Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud libertate communi quæſiſſe, exitus declarat. Eadem ratione Flaccus in epiſtola ad Quintium videtur illud dixiſſe,

Néue putes alium ſapiente bonòque beatum.

145 QVOD fit è malo & pyris ſylueſtribus cibum & mel.] In excuſis antea, *Ceram, & mel*: cuncti manu ſcripti, *Circum & mel* habent. Cibum, coniectura ductus, emendaui. nam vetus lectio maculam habebat, quam ſic deleri poſſe cenſui. Adiuuat autem iudicium meum, quòd infrà è papauere præberi dicit ceram & mel: & aliter duplex hoc miniſterium appellat, id eſt, à ſuperiore diuerſum.

146 ITA vt ne altitudine aſcendat.] Antea in excuſis, *Deſcendat*, mendoſé. Inde natus error videtur, quòd in manu ſcriptis *Eſcendat*. Obſeruaui autem in priſcis exemplaribus ſæpe hoc verbum ita ſcriptum eſſe: vt in primo libro Varronis, *E uinea in arbores eſcendit uitis*. Item eodem libro, *In carnarium eſcendat*.

146 VNO tempore, ne potu, &c.] Et manu ſcripti omnes codices, & formis etiam excuſi nonnulli, ita legunt. nam alii *uno tenore*, mendoſé.

146 QVVM foras hieme, &c.] Valde à priore

lectione locus immutatus. nam ſententiā, non verba ſolùm, variatam habet. Modica in hac re licentia vſus ſum. vt tamen fidem meam exoluam, veterem hîc ſcripturam adponam, & quid ſecutus ſim omnibus aperiam, *Adponunt ibi, quo oras hieme in pabulum procedere tamen poſſunt.* Ex perturbatis illis vocibus, Quo oras, finxi, Quum foras. cætera vt illic erant, à priſcis libris ſumpſi: idoneúmque ſenſum habere hanc lectionem puto. Alii ſunt, inquit, qui magis apibus proſpiciunt, & commodis eorum obſequuntur: qui hieme cùm in pabulum tamen procedere poſſunt, quia ſciunt aſperum id anni tempus eſſe, nec aliquid eas inuenire quo ali poſſint, adponunt &c.

147 CVM plenas aluos habent &c.] Locus, niſi fallor, mendoſiſſimus, & ſtudio emendatorum quorundam ita concinnatus. antiqua certè ſcriptura diuerſiſſima: quæ tamen ita deprauata ſit, vt eam me corrigere poſſe diffiſus ſim. Alii fortaſſe maioris ingenii ac doctrinæ viri, eum diligentia adhibita reſtituēt: aut pro deſperato locus habebitur. Vetus lectio, *Ex ipſis uiris aluos habeat uem congerminarit coniecturam,*&c. Ita in cunctis manu ſcriptis miro conſenſu legitur.

147 ET SI opercula alui cùm remota ſint.] Antiqua lectio maculoſa, cuius etiam vitia accurato librario cognita fuerint. nam notam ad eam, quam ſolet adpoſuit. Sic igitur in priſcis libris, *Et ſi opercula aluum cum remoreiſſi.*

148 FAVI qui eximuntur, &c.] E veteribus libris ita ſcripſi. Animaduertēdus modus loquendi. nam in excuſis antea, *Fauorum qui eximuntur,*&c. Quo autem ratio veteris ſcripturæ intelligatur, totum locum, vt in optimo exemplari ſcriptum inueni, hîc adponam, *Faui qui eximuntur. Siqua pars nihil habet, aut habet in cunatum, cultello præſicatur.*

148 ANTEQVAM ipſæ prouiderint id fo-re.] In cunctis excuſis perperam interpunctiones collocatæ erant: in nonnullis prærerea corruptè *Fere*, pro Fore, legebatur. omnes maculas deleui. Quòd autem prouidētiam in apibus eſſe inquit, accepit id ab Ariſtotele: à quo magnam partem horum præceptorum de apibus mutuatus eſt. *προγινώσκουσι δὲ*, inquit ille, *καὶ χειμῶνας καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται. σημεῖον δέ: οὐκ ἀποπέτονται γ᾽, ἀλλ᾽ ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται. ὃ γινώσκουσιν οἱ μελιττουργοί, καὶ χειμῶνα προσδέχονται.*

148 AC TEPIDO prono ad meridiem.] Locus deprauatus, vt facilè, qui accuratè attendat, animaduertet. Vetus etiam lectio perturbata ac vitioſa, quæ in optimo etiam exemplari mendi notam adpoſitam habet. Eam autem, vt vnuſquiſque in ipſa purganda ingenium exercere poſſit, cum fide proponam, *Ac tepido promum e die quam maxime*, &c.

149 INFRIANDVM paulo plus, &c.] Sic in omnibus manu ſcriptis inuenio: antea, *infricādum*, niſi fallor, mendoſè, quod etiam ex iis verbis quæ M. Varro addit, cognoſci poteſt. nedum enim illas fricari vtile eſſe cenſeat, manu tangi non vult: cuius rei ratio aperta eſt. Columella & Plinius totam hanc rem & ipſi diligenter tradiderunt.

[149 A PRAECONE renūtiari.] Vetus lectio vitioſa eſt, & aut ſine cauſa à communi diſcrepat, aut ſiquid in ſe boni habet, ita maculis coopertū habet, vt à me illud erui nō potuerit. eam tamen hic apponam, *A præcone reciniȷ*.

149 VBI diſcolores ſint ceræ.] Antea in excuſis, V*bi diuerſi colores ſint diſcreti*. Ita emendaui ex priſcis exemplaribus, modica mihi libertate permiſſa. in illis enim, V*bi diſcolores ſint cætera*. Sicui iudicium meum diſplicebit, poterit is ex antiquis veſtigiis veriorem lectionem indagare.

150 AD

150 AD TIBICINEM Græcum.] Optimus ac vetuſtiſsimus codex, *Tubicinam Græcum.* quæ poſtrema verba in eo ſunt. reliquum enim libri defecit. Hinc autem integritas eius codicis intelligi poteſt, quòd extremum hunc librum multæ ac magnæ maculæ ſtatim occuparunt: quæ antea ſuperſtite illo non tam licenter vagabantur, aut, ſi improbius ſe extuliſſent, poterant coerceri. Ipſe nunc eo præſidio deſtitutus, quid faciam non habeo. quanuis enim plures manu ſcriptos libros conſulere poſsim, certum tamen ducem, quo confidam, non habeo: ille autem ſæpe mihi in malis rebus ſubuenire ſolebat. Sed maius etiam damnum fecimus, quòd antiquus rei ruſticæ ſcriptor, ſi hic liber temporis iniurias ſubterfugere potuiſſet, vnà cum eo conſeruatus eſſet: & alium, quem tamen habemus, emendatiorem, vt puto, haberemus. Sed his nunc relictis, locos nonnullos vitioſos in vltimo hoc margine libri videamus.

150 INSVLAS ludinorum ibi corroſas.] Manu ſcripti nonnulli habent, *Ludanorum*: alii, *Ludoanorum.* Vltima harum etiam vox in diuerſis libris variè ſcripta. *Concuſſas* enim quidam habent, quidam *Circuſas*, alii *Coruſſas.* Nihil mendoſius aut negligentius ſcriptum extrema hac parte dici poteſt. Fortaſſe legendum Inſulas ludiorum. De ſacris autem quibuſdam piſcibus egit Ælianus, περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, lib. XII, primo capite: cuius titulus eſt, περὶ τῶν ἱερῶν ἰχθύων τῶν παρὰ Μυρσῦσι. Trigeſimo etiam primo cap. eiuſdem libri, inquit, χειροήθεις δὲ ἰχθῦς, καὶ ὑπακούοντες τῇ κλήσει, καὶ τροφὰς ἀσμένως δεχόμενοι, πολλαχόθι καὶ εἰσὶ καὶ τρέφονται, &c.

150 CVM MARE turbaretur.] In manu ſcriptis ferè *Turbaret.* nihil tamen immutaui. Erant & aliæ varietates, ſcriptura tamen ita perturbata vt

valde in hac parte laborare me piguerit.

150 RHEDARIAS vt tibi haberes mulas.] *Mulas*, non *Mulos*, in omnibus manu ſcriptis inueni. Mulas autem ad rhedas iungere veteres conſueuiſſe, oſtendit etiam Vlpianus de Ædilitio edicto. L. Ædiles aiunt, qui iumenta vendunt.

151 IN BAIANO autem tanta.] Mediæ vetuſtatis liber, *In Baiano autem ardis tanta*. alii, *In Baiano aut ardis*. Quum igitur manu ſcripti tam diuerſi ſint, vereor ne hic aliquod mendum lateat.

151 VT SVAM pecuniam, &c.] Manu ſcripti omnes quos vidi, *Vel ut ſuam*. Plura etiam erant in iiſdem libris à communi lectione diſcrepantia: ſed adeò maculoſa vt magis potuerint impedimento quàm auxilio eſſe, ad locos, ſiqui vitioſi ſunt, purgandos. quare finem hîc faciam.

PA
6792
.A2
1573
c. 1

H656288
18JY8

Cap
AE